UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 00097144 0

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

https://archive.org/details/plotinioperaomni03plot

ΠΛΩΤΙΝΟΥ ΑΠΑΝΤΑ.

PLOTINI
OPERA OMNIA

PORPHYRII LIBER DE VITA PLOTINI

CUM

MARSILII FICINI COMMENTARIIS

ET EJUSDEM INTERPRETATIONE CASTIGATA.

ANNOTATIONEM IN UNUM LIBRUM PLOTINI ET IN PORPHYRIUM

ADDIDIT

DANIEL WYTTENBACH.

APPARATUM CRITICUM DISPOSUIT, INDICES CONCINNAVIT

G. H. MOSER,

PH. DR. GYMNASII ULMENSIS RECTOR.

AD FIDEM CODICUM MSS. ET IN NOVÆ RECENSIONIS MODUM GRÆCA LATINAQUE EMENDAVIT, INDICES EXPLEVIT, PROLEGOMENA, INTRODUCTIONES,

ANNOTATIONES EXPLICANDIS REBUS AC VERBIS

ITEMQUE

NICEPHORI NATHANAELIS ANTITHETICUM ADVERSUS PLOTINUM

ET DIALOGUM GRÆCI SCRIPTORIS ANONYMI INEDITUM DE ANIMA

ADJECIT

FRIDERICUS CREUZER,

DR. LITERARUM GRÆCARUM ET LATINARUM DOCTRINARUMQUE ANTIQUITATIS IN ACADEMIA HEIDELBERGENSI PROFESSOR.

VOLUMEN TERTIUM.

OXONII,

E TYPOGRAPHEO ACADEMICO.

MDCCCXXXV.

B
693.
A3L3
1835
V.3

5506
3019/av 3v

FRIDERICI CREUZERI

ANNOTATIONES IN PLOTINUM.

LIBER I.

P. 1, 2. ’ΕΝΝΕΑΔΟΣ Α] Vertit Germanice hanc primam Enneadem *Dr. T. G. V. Engelhardt.* in libro, qui inscribitur: *Die Enneaden des Plotinus, übersetzt, mit fortlausenden den Urtext erlæuternden Anmerkungen begleitet. Erste Abtheitung.* Erlang. 1820. 8vo. Ad hanc primam Enneadem quæ potissimum Moralia continet facit *J. F. Winzeri* Adumbratio decretorum Plotini de rebus ad doctrinam morum pertinentibus. Vitebergæ 1809.

— 7. ΠΕΡΙ *τοῦ*] Plotiniani libri fons est in Platonis Timæo p. 42. a. ad quem cf. Proclum p. 326. sqq. Adde Platon. Legg. I. p. 776. F. unde et Porphyrius profecit de Abstinentia I. 33. p. 54. Rhoer. cf. et Damasc. de principiis p. 219. Wolfii et Mich. Psellum de Omnifar. Doctrina cap. 44. p. 103. Fabricii. Nec minus Aristotelem ante oculos habuit Plotinus. Ita enim ille *de Anima* lib. I. cap. I. p. 3. Sylburg.— *’Απορίαν δὲ ἔχει καὶ τὰ πάθη τῆς ψυχῆς, πότερόν ἐστι πάντα κοινὰ καὶ τοῦ ἔχοντος· ἢ ἐστί τι καὶ τῆς ψυχῆς ἴδιον αὐτῆς· τοῦτο γὰρ λαβεῖν μὲν ἀναγκαῖον, οὐ ῥᾴδιον δέ. φαίνεται δὲ τῶν πλείστων οὐδὲν ἄνευ σώματος πάσχειν, οὐδὲ ποιεῖν, οἷον ὀργίζεσθαι, θαῤῥεῖν, ἐπιθυμεῖν, ὅλως αἰσθάνεσθαι· μάλιστα δ’ ἔοικεν ἴδιον τὸ νοεῖν κ. τ. λ.* cf. etiam pag. 4. In eodem argumento elaboraverant etiam Stoici. Quod, ut alia omittam, intelligitur e fragmento Plutarcheo, *Utrum Animæ an Corporis sit ægritudo*, quod mutilatum temporis injuria egregie redintegravit Wyttenbach. Tom. V. part. 3. p. 700. A. ed. minoris et Posidonii Fragmentis inseruit J. Bakius p. 222. Idem consilium in hoc libro sequi Plotinum, quod Platonem in Alcibiade priore, contendit Olympiodorus in Alcib. I. *πραξ. α΄.* fin. pag. 9. ed. princip. Habet enim ita: *καὶ αὖθις ὃ τῷ Πλωτίνῳ τὸ κεφάλαιον τὸ ἐν ταῖς ἐννεάσι, τί τὸ ζῶον, καὶ τίς ὁ ἄνθρωπος, ἔνθα δείκνυσι ζῶον μὲν τὸ συναμφώτερον, ἄνθρωπον δὲ, τὴν ψυχήν. τοῦτο καὶ τῷ Πλάτωνι ὁ ’Αλκιβιάδης τοιοῦτον ἔχων σκόπον.*

— 9. ‘ΗΔΟΝΑΙ *καὶ*] Ad sententiam vid. Platon. Phædon. p. 69. A. p. 27. Bekkeri. cf. Platon. Phileb. p. 36. p. 185. Bekkeri, ubi Stallbaum §. 74. p. 106. etiam de usu pluralis *λῦπαι, φόβοι κ. τ. λ.* De Legg. V. p. 732. E. p. 382. Bekkeri: *ἔστι δὲ φύσει ἀνθρώπειον μάλιστα ἡδοναὶ καὶ λῦπαι καὶ ἐπιθυμίαι κ. τ. λ.* Cicero de Legg. I. 11. §. 32. p. 79. ed. Moser. et nostr.: Molestiæ, lætitiæ, cupiditates, timores similiter omnium mentes pervagantur. Macrobius Somn. Scipionis lib. II. cap. 12. Plotinus in libro *Quid animal, quid homo*, quærit, cujus sint in nobis voluptates, mœrores, metusque ac desideria et animositates vel dolores postremo cogitationes et intellectus, utrum meræ animæ, an vero animæ utentis corpore: et post multa, quæ sub copiosa rerum densitate disseruit—hoc postremo pronuntiat, Animal esse corpus animatum. Sed nec hoc neglectum vel non quæsitum reliquit quo animæ beneficio quave via societatis animetur. Has ergo omnes, quas prædiximus, passiones assignat animali, verum autem hominem ipsam animam esse testatur. Eandem igitur hujus libri summam prodit Macrobius, quam Olympiodorus loco supra apposito. Suidas in ‘Ηδόμενος (T. II. p. 46. Kust.) ita laudat: *‘Ηδοναὶ, λύπαι· θάῤῥη· φόβοι· ἀποστροφαὶ καὶ τὸ ἀλγεῖν ἐξ ἀμφοῖν. Διχῶς—ἢ καὶ ἄλλο τι ἐκ τοῦ μίγματός ἐστι.* Reliqua non habet.

— 11. *ἢ τρίτου τινὸς*] Tertium hoc membrum: *ἢ τρίτου τινὸς ἐξ ἀμφοῖν*, omisit Macrobius, qui plura hujus loci liberius tractavit. Idem autem ibidem de Nostro ita: *Plotinus magis, quam quisquam, verborum parcus.*

p. 2, 1. *αἱ μὲν—αἱ δὲ*] Ficinus vertit *alia—alia.* Engelhardt. alterum *αἱ* necessario pertinere ait ad *πάθη*, alterum ad *διάνοια καὶ δόξα*, Ploti-

num autem αἱ scripsisse cogitantem ἡδοναὶ, λῦπαι. At tunc debebat τὰ μὲν—τὰ δὲ, quoniam adjiciuntur φόβοι et θάῤῥη. Deinde idem mavult corrigi: ποτέρας οὖν τὰ πάθη. Neutrum placet, nec suffragantur Codices. Simplicissimum est, αἱ μὲν —αἱ δὲ per enallagen. Numeri referre ad proximum διάνοια καὶ δόξα, hoc sensu: anquirendum est, utrum cogitationes opinionesque indidem oriantur, unde etiam passiones (v. c. ex anima cum corpore conjuncta) aliæ vero aliunde (v. c. ex sola anima).

p. 3, 2. αὐτὸ δὲ παρ' ἄλλου μηδὲν] Intellige ἔχον ex sequentibus. Ad sententiam nihil quidquam desiderabit, qui Wyttenbachium consuluerit in annotatione in Platonis Phædonem p. 281. sqq. Cf. etiam Tiedemanni librum, qui inscribitur: *Geist der speculativen Philosophie* (i. e. de causis philosophiæ contemplativæ), III. p. 343. sqq.

— 6. τὰ φοβερὰ μὴ παρῇ.] Adhibe his, quæ Aristoteles de ἀνδρείᾳ et de δειλίᾳ itemque de θαῤῥαλέοις disputat in Ethic. Nicom. III. 7. p. 47. sq. Sylb. p. 137. sq. Zell. cf. Eth. Eudem. p. 116. Sylb. Adde Andronicum Rhodium περὶ παθῶν p. 753. ed. Hoeschel. Lugd. Bat. 1617. Θαῤῥαλεότης ἐστὶν ἐπιστήμη, καθ' ἣν οἴδαμεν, ὅτι οὐ περιεπέσομεν.

— 9. πῶς δὲ μίξεως] Sc. ἐπιθυμοῖ, ex antecedente ἐπιθυμίαι. Hæc Ficini ratio commodior, quam quæ Engelhardto placet, qui ex remoto ἄδεκτον suppleri vult: δεκτικὸν ἂν εἴη.

p. 4, 1. ζῶον τὸ σύμπαν] De notione ζῶον ex mente Platonis vid. Phædrum §. 251. ibiq. Ast. p. 294. cf. etiam Hermiam in eum locum p. 131. Huc etiam pertinent nonnulla, quæ Hermes, qui fertur, Trismegistus habet in Poemandra cap. X. et XI. p. 26. sqq. ed. Flussat-Candallæ. Colon. 1630. cf. etiam Sallustium de Diis et Mundo cap. VIII. et ad eum Holsten. et Jo. Conr. Orelli. p. 122. sq.

— 5. τὰ ἔξωθεν παθήματα] Conf. infra III. Enn. VI. 3, 4. p. 305. sqq. ubi p. 307. Procli de Fato locum apposui, quo hæc Plotini sententia respicitur. Respicit hæc etiam Mich. Psellus de Omnif. Doctrina §. 28. p. 90. sqq. Fabricii, ubi, posteaquam dixerat, a Platone et Aristotele animam poni corpore tanquam instrumento utentem, a Peripateticis autem eandem cum corpore misceri, hæc ipsa Plotini verba in medium profert. Comparationem autem jam usurparat Aristoteles, qui in Eth. Eudem. VII. 8. p. 201. Sylburg. ita: ἐπεὶ δ' ὁμοίως ἔχει ψυχὴ πρὸς σῶμα, καὶ τεχνίτης πρὸς ὄργανον κ. τ. λ.

— 8. ὥστε καὶ ἐπιθυμίαι] Hæc obscuriora sunt in versione Ficini. Sententia autem hæc est: Etiam cupiditates sunt animæ (s. non alienæ sunt ab anima), quando quidem eæ famulatum (s. ministerium) instrumenti (sui) requirit, i. e. corporis. Nam ὄργανον corpus esse ex præcedentibus intelligitur. Hoc ipsum igitur requirere corporis, tanquam instrumenti sui, famulitium, est cupiditas. Sive, anima cupit, quando corpore tanquam suo instrumento uti vult.

— 15. ἢ κρᾶσις—ὡς διαπλακεῖσα] i. e. quomodo hodie loquuntur, vel chemice vel mechanice. Proxima: ἢ τὸ μὲν οὕτως αὐτοῦ κ. τ. λ. continent novam quæstionem, hanc nimirum: Utrum anima partim sit separata, h. e. utens corpore, partim vero quocunque demum modo cum ipso commixta, ac proinde vices ejus sustinens, quo utatur (i. e. corporis vices) unde hoc negotium exsistat philosophiæ, ut id ipsum, quod corporis vices gerat, convertat ad illud utens (s. separatum), et hoc ipsum, quoad ejus fieri possit, (i. e. quatenus anima corpore carere possit) avertat indidem (a corpore). Cf. Ficini Comment. in hoc caput. In extremis fortasse lacuna est, et libri nostri plures virgulam habent post ἀεὶ, ut sic expleas et corrigas: ὥστε μὴ ἀεὶ χωρίζεσθαι μηδὲ χρῆσθαι, ita ut anima a corpore neque semper secernatur, neque semper eodem utatur.— Proxima ἢ ὡς εἶδος ἀχώριστον pertinent ad *Alexandri Aphrodisiensis* sententiam, qui posteaquam contenderat, animam esse speciem a corpore inseparabilem, illam alteram sententiam, quæ est de specie corpus attingente, explodit, et hoc ipsum gubernatoris et navigii exemplum nihili esse dicit. Vid. Alexandri Aphrodis. Enarrationem de Anima, ex interpretat. Hieron. Donati. Paris. 1528. fol. 133—135.

p. 5, 6. π. ἃ. προσθήκην λάβοι τὸ αἰσθάνεσθαι] Conf. p. 609. A. supr. οὐσίας προσθήκη. Tenenda autem vis vocabuli προσθήκη, quam egregie declaravit Wyttenb. ad Plutarchi Morall. p. 218. sq. ut sit: additamentum, quidquid ex abundanti additur partibus justis, quibus veluti numeris suis res jam absoluta est.

— 14. διαπεφοιτηκυῖαν] Διαφοιτᾷν omissum

in Stephani Thes. ed. vet. h. l. active animum corpus permeantem significat, quod antea passive per διαπλέκεσθαι declaratum erat. Usurpatur autem illud verbum de nuntiis, famæ rumoribus, deinde ad varios usus traducitur. Vid. Herodot. I. 60. Plutarch. de Garrulit. p. 505. ubi jungitur cum διακέχυται. Lucian. Pseudomant. X. p. 217. Amst. Adde Sturz. Lex. Xenoph. in Voc. et Irmisch. Ind. Herodian. p. 626. sq.—Proxime παρὰ τοῦτο est *propter ea*, ut παρὰ τί est *qua de causa*, παρ' ὃ *propterea*. Vid. Stephan. Thes. p. 7200. sq. ed. Lond. Fischeri Ind. in Æschin. Axioch. ad III. 4. Viger. de Idiot. IX. 6. 5. p. 645. cum annot. cf. ibid. Hermann. nr. 412. p. 862. Adde Proclum in Inst. Theol. cap. 142. p. 210. ed. Francof.

p. 6, 6. ὀργάνῳ] De corpore tanquam animæ instrumento exemplorum ex philosophis copiam suppeditat Wyttenbach. ad Plutarch. Sept. Sapp. Conviv. p. 988. In proximis: καὶ γὰρ ἄτοπόν φησι τὴν ψυχὴν ὑφαίνειν λέγειν, tangit illud Cebetis in Platonis Phædone p. 87. d. p. 66. Bekkeri:—ἀλλ' ἡ ψυχὴ ἀεὶ τὸ κατατριβόμενον ἀνυφαίνοι, quod in sequentibus exagitat Socrates. Tenendum enim, sic solere Plotinum, ut, ubi Platonis maxime locos respiciat, usurpet suum illud φησί. Constat enim Græcos illud suum φησὶ, Latinos *inquit*, indefinite usurpare, vel pro φασὶ, *inquiunt*, vel ubi aliquem adversarium sibi fingunt, qui aliquid objiciat. Inde fere in parenthesi collocare solent. Quam observationem post Bentleium ad Horatii Sermonn. I. 4. 78. Græcis Latinisque scriptoribus adhibuerunt. Davisius ad Cicer. Tuscull. I. 39. Toupius ad Longin. §. 11. p. 275. ed. Oxon. Heindorf. ad Platon. Gorg. §. 166. p. 262. Ruhkopf. ad Senecam de Benef. II. 11. p. 53. Interprr. ad Marini Vit. Procli, p. 145. ed. Boisson. et ipse ad Cic. de Nat. D. I. 36. p. 164. Plotinianus tamen usus, quo Platonis nomen per ellipsin omittitur, aliam causam originemque habet, e scholis repetendam, in quibus cum sæpissime ad summi magistri auctoritatem provocarent disputantes, eodem propemodum modo illud φησὶ invaluit, quo apud Pythagoreos illud αὐτὸς ἔφα. Nemo enim nesciebat, ad quem in *Platonicorum* scholis philosophorum pertineat istud φησί. Nec alia ratio erat Stoicorum, qui illo suo φησὶ vel Zenonem vel Chrysippum designabant. Unde idem usus traductus est in Arriani disputationes scripto consignatas; qui quidem suo illo φησὶ Epictetum fere declaratum vult. V. c. III. 2. 6. τοῦτο ὑπὲρ ἡμᾶς, φησὶν, ἐστίν. Cf. I. 16. 8. II. 23. 16. I. 4. 28. ibiq. Upton. et Schweighæus. Tom. II. p. 62. cf. Tom. III. p. 472. sq.

p. 7, 10. δεῖ αἷμα καὶ χολὴν ζέσαι] Anyte in Antholog. 15. αἷμα διὰ χρωτὸς ζέσσε. cf. Jacobs. VI. p. 432. IX. p. 203. Noster p. 420. E. ζέοντες αἵματι καὶ χολῇ (qui locus omnino comparandus) et sæpiuscule dativo θυμῷ et similibus jungitur. Vid. Suid. in ζέσας θυμῷ. Zonaras p. 955. ibiq. Tittm. Sed tamen Himerius p. 62. ed. Steph.: θυμὸς ἐπέζει τοῦ μετρίου πλέον. Cf. insuper Suicer. Thes. Eccles. I. p. 1296. Matthæi ad Jo. Chrysost. Homill. quatuor, I. p. 62. et Valckenaerii Scholl. in N. T. II. p. 568.—Hinc Noster infra p. 389.—τὸ τοιοῦτον αἷμα ἀποκρίνεται τῇ τοῦ θυμοῦ ζέσει.

p. 8, 13. ψυχικῆς δυνάμεως] Ad v. ψ. tene hæc Aristotelis de Anima II. 12. p. 47. Sylb. καὶ διὰ τί ποτε τὰ φυτὰ οὐκ αἰσθάνεται, ἔχοντά τι μόριον ψυχικὸν καὶ πάσχοντά τι ὑπὸ τῶν ἁπτῶν, itemque Procli in Cratyl. §. 99. p. 56. de Jove: καὶ ὡς μὲν τὸν Κρόνον ὅλον εἰσδεξάμενος, οὐσιοποιός ἐστι τῆς τριπλῆς οὐσίας, ἀμερίστου, μέσης, μεριστῆς, κατὰ δὲ τὴν ἐν ἑαυτῷ Ῥέαν, τριπλῆν πηγάζει ζωὴν, νοερὰν, ψυχικὴν, σωματικήν. Cæterum Theophylactus in 1 Corinth. XV. p. 308: ψυχικὸν σῶμα, τὸ ὑπὸ τῶν ψυχικῶν δυνάμεων διοικούμενον. Apostolis et ecclesiæ scriptoribus ψυχικὸς significat fere *cupiditatibus corporis voluptatibusque mancipatum*, et contrarium est τῷ πνευματικῷ. Vid. Suidas in ψυχικὸς ἄνθρωπος, Suiceri Thesaur. in ψυχικός et interpretes ad 1 Corinth. II. 14. inprimis L. C. Valckenarii Scholas in N. T. Vol. II. p. 137. sqq. Est proinde non raro idem atque σαρκικός. Cf. etiam *Theologipho Studien und Kritiken* von *Ullmann* u. *Umbreit* I. 2. pag. 436.

p. 9, 8. Νοητὰ γὰρ ἤδη] Adhibe Ficini Commentar. in h. l. et consule Themistii Paraphras. in libr. I. Aristotelis de Anima (ed. Hermolai Barbari. Basil. 1533.) p. 439. sqq. et in libr. II. de Anima p. 460. sqq.

— 12. ἔνθα δὴ ἡμεῖς μάλιστα] Sc. ἐσμέν. Haud abs re h. l. Engelhardtus hoc Plotinianum ἡμεῖς comparavit cum illo celebrato *Ego* recentiorum Metaphysicorum, maxime per Germaniam.

p. 9, 16. *θηρίον*] Plato de Republ. IX. 588. p. 458. ed. Bekkeri. Tangit eadem Proclus in Alcib. I. p. 160. ed. nostr. ubi plura laudavi.

ib. *Συνδρόμου—ὄντος—τῇ λογικῇ ψυχῇ*] Suidas III. p. 450. *σύνδρομος σύμφωνος*. Noster locus addendus Lexicis constructionis causa. Vox ipsa ad exprimendam hujus loci sententiam sane quam accommodata, et plane Plotinianæ proprietatis, quæ sæpius ad Platonicam elegantiam propius accedit. Cæterum hoc novum esse, et a Plotino primum excogitatum, quod in sensibus vim activam inesse, et quicquid anima agat, id proprie mentis cogitatione peragi, demonstrare instituerit, Tiedemannus judicat in libro: *Geist der speculativen Philosophie*, sive de causis philosophiæ contemplativæ, III. p. 347. sq. ubi idem hæc Plotini decreta decreto *præstabilitæ harmoniæ*, quæ dicitur, ansam præbuisse arbitratur.

p. 10, 7. *κεχωρισμένα*] Conf. Nostrum V. 3. 6. p. 501. A. ibiq. a nobis annotata. Adhibe etiam Procli Instit. Theolog. cap. 176. p. 262. sqq. De usu verbi *ἐποχεῖσθαι* monitum est ad Plotin. de Pulcrit. p. 340. sqq. Ad argumentum hujus loci confer Sallust. philos. de Diis et Mundo cap. 8. ubi Holstenius in Annot. p. 120. ed. G. Conr. Orellii Theagis Pythagorei fragmentum (in Galei opuscc. mytholl. p. 688.) laudat et Plotiniani loci admonet. De verbo *ἀνελίττειν* consule Wyttenbach. ad Plutarch. p. 598.

— 9. *φησὶ*] Plato. Respicit autem doctrinam in Timæo expositam, præcipue p. 87. sqq. Steph. p. 132. sqq. Bekkeri. Ex utroque autem et Platone et Plotino profecit Hermes, qui dicitur, ap. Stob. Eclogg. I. 52. pag. 808. sqq. De usu verbi Platonici et Plotiniani *φαντάζεσθαι* vid. Annot. nostr. in Plotin. de Pulcrit. p. 135. sq.

— 13. *ἐλλάμπουσα εἰς αὐτὰ*] Tene constructionem, et de verbi usu vid. Stephani Thes. p. 5598. ed. nov. Londin. Adde Olympiodor. in Alcib. prior. cap. 3. p. 13. infr. et p. 14. supra, ubi *ἔλλαμψις* distinguitur ab *οὐσία*, et Nicolai Methonens. Refutat. Procli Instit. Theol. p. 88. p. 92. Ad argumentum loci nostri facit Themistius in Aristotelis libr. III. de Anima cap. 32. p. 562. sqq. ed. Basil.

p. 11, 10. *ἡ δὲ τῶν ψευδῶν—φαντασία οὖσα*] Adde hunc locum iis, quæ Stephanus aliique viri docti congesserunt in Thesauro p. 9915. sqq. ed. Londin. adde insuper Procl. in Alcib. prior. p. 43. *φαντασία—καὶ αἴσθησις*, p. 162. ubi *φαντασία* et *αἴσθησις* opponuntur inter se. ibid.: *φαντασία καὶ αἴσθησις καὶ ἄλογα πάθη*. item Olympiodor. in eundem Dialog. p. 8. 51. 61. 101. Ad argumentum autem universi hujus loci Plotiniani vel maxime faciunt, quæ disputat Aristoteles in libro tertio de Anima capp. 7. sqq. p. 60. sqq. ed. Sylburg.

p. 12, 1. *τύπων*] De vario hujus vocabuli significatu exposuit Gataker. Adversarr. cap. 4. cf. insuper Ast. ad Platon. Rempubl. p. 473. Zell. ad Aristotel. Eth. Nicom. I. 2. p. 8. Stallbaum. ad Phileb. §. 144. p. 202. Boisson. ad Eunap. p. 409. Proclus in Alcib. I. p. 298. jungit *τύπους καθολικοὺς ταῖς κοιναῖς ἐννοίαις*. Proprie est apud Nostrum IV. 5. 3. *τύπος ἐν κηρῷ*. Idem habet *τύπωσις*, ut III. 6. 1. et sæpius *τυποῦσθαι* V. 5. 1. et alibi. Proxime illud *ἀτρεμήσει—ἡ ψυχὴ*, cui opponitur *ὁ θόρυβος*, est Platonicum. Nec aliter *ἀτρεμὴς* usurpat noster item de rebus intelligibilibus, ut I. 6. 5. p. 54. A.—*ἐν ἀτρεμεῖ καὶ ἀκύμονι καὶ ἀπαθεῖ διαθέσει*. Adde similem locum p. 770. B. Cæterum ad argumentum nostri loci intelligendum facit alter locus Enn. IV. 8. 3.

— 10. *κεχωρισμένων*] Engelhardt. recte comparat locum supra cap. 3. *ἀλλὰ πρὸ τοῦ χωρίσαι διὰ φιλοσοφίας*.

— 14. *τὰς ἀρετὰς ἔχων*] De virtutibus agit Plotinus copiosius libro sequenti. In sententia *ὁ καθαρὸς τούτων* hoc postremum vocabulum ad omnia, quæ sunt corporis adeoque ad *τὰ πάθη* referendum est; verbum autem *ἱδρύεσθαι* Platonicis maxime familiare, et proprie ad simulacra templorum pertinens, a me illustratum est in annot. in librum de Pulcrit. p. 177. et 332.

— 16. *ἐλλαμφθεῖσα*] Est anima inferior humana, quæ a superiori sive intelligibili anima illuminatur. Etenim illa (sc. *ἡ ψυχὴ ἡ νοητὴ*) supra cap. 8. dicitur *ἐλλάμπουσα*. Cf. etiam supra cap. 2. Cæterum quod Ficinus in Commentario in nostrum locum Numenii admonet, tu consule Stobæi Eclogg. I. 52. p. 836. 866. 894. et 1066. Heer. ubi hujus philosophi sententiæ de anima breviter exponuntur.

p. 13, 2. *τοῦ ἔνδον ἀνθρώπου*] Comparari potest cum *τῷ ἔσω*, sc. *ἔσωθεν*, *ἀνθρώπῳ* Pauli Epist.

ad Romann. VII. 22. ubi vid. Hug. Grotium et Koppium et conf. 2 Corinth. IV. 16. Ephes. III. 16. nam Hesychius I. p. 1476. Alberti: ἔσω· ἐντὸς, ἔνδον: et Proclus in Alcib. prior. p. 132. usurpat ἡ ἐνδὸν ζωή. Hinc substantivum ἐνδότης efficta Dionysio Areopagitæ Cœlest. Hierarch. I. 2. Quod autem supra usurpat Plotinus: ὁ ἀληθὴς ἄνθρωπος, hoc vel maxime congruit similibus formulis Philonis Judæi, v. c. de plantat. Noë p. 335. sq. Mang. ὅτι τὸν ἐν ἡμῖν πρὸς ἀλήθειαν ἄνθρωπον, τουτέστι τὸν νοῦν, ἔθηκεν ἐν ἱερωτάτοις καλοκἀγαθίας βλαστήμασι καὶ φυτοῖς. Cf. eundem p. 195. 267. 565.

p. 13, 6. ἀντίληψιν] Verbum Platonicum ut ἀντιλαμβάνεσθαι (vid. Steph. Thes. p. 5563. ed. Londin.) et Plotino etiam frequentatum (vid. Indic. Græcit. Plotin.) Ad universi loci sententiam adhibe Ficini Comment. Cæterum de infantum puerorumque animabus haud pauca leguntur in Platonicorum philosophorum monumentis. Vid. v. c. Proclum in Alcib. I. p. 195. sq. et Hermetis Clavem pag. 11. ed. Franc. Patric. (in Nova de universis Philosophia.)

— 13. εἰ δὲ μὴ ἀνθρώπου ψυχὴ εἰσέδυ] Sc. εἰς τὰ θηρία. Vid. supra. Locus autem memorabilis et hoc magis tenendus, quod ad eum non animadvertit Wyttenbachius ad Platon. Phædon. p. 210. sqq. Qui quidem antiquiores Platonicos et ipsum Plotinum dicit retinuisse opinionem Platonis, animas in brutorum corpora migrare statuentis. Hoc vero loco videmus Plotinum hanc eandem sententiam admodum dubitanter ponere vel potius in medio positam relinquere. Quod argumento est, eum, qui fidentius prius hac de re pronuntiarat, sub vitæ finem, quo hic liber scriptus ab eo est, assensionem suam cohibuisse.

p. 14, 1. ἀσυμφωνεῖ] Vid. Indic. Græcit. Plotin. Mox de verbo μετενσωματοῦσθαι vid. annot. in II. 9. 6. infr. p. 203. G. De voce ἀναμάρτητος vid. infr. p. 678. B.

— 7. σύνθετον—καὶ τὸ ἐκ πάντων ἡ ψυχὴ—γίνεται] Ficinus ad τὸ ἐκ πάντων supplevit cogitando σύνθετον. Hoc propterea moneo, quod Engelhardto in his hæret aqua. Non vero videtur hæc sententia confundenda esse cum Aristotelea. Nam Stagirita de Anima III. 8. p. 62. Sylb.: Νῦν δὲ περὶ ψυχῆς τὰ λεχθέντα συγκεφαλαιώσαντες εἴπωμεν πάλιν, ὅτι ἡ ψυχὴ τὰ ὄντα πῶς ἐστι πάντα. Ad sequentia de separatione animæ a corpore reliquisque, quæ ei adhærent, instituenda Engelhardt. comparat Dionysii, qui fertur, Areopagitæ locum in Theol. Mystica §. 1. Ego ad Plotinum de Pulcrit. p. 55. (in annot. p. 302. sqq.) plura in hanc rem contuli, quæ h. l. repetere nolo. Quod vero compositum tantummodo peccare h. l. dicit Plotinus, hoc nomine graviter reprehenditur a Bruckero in Historia critica philosophiæ Tom. II. p. 416.; qui ita exclamat: En vero miserum philosophiæ moralis fundamentum! Quod idem vult ac si diceres, administrum regiæ gazæ in furto deprehensum, non laqueo puniri, sed tantum furem. Nos neque ea silentio transibimus, quæ acerbius a nonnullis et fortasse iniquius interdum in Plotinum conjiciuntur.

— 11. θαλάττιον Γλαῦκον] Plato de Republ. X. 611. p. 497. Bekkeri: τεθεάμεθα μέντοι διακείμενον αὐτὸ ὥσπερ οἱ τὸν θαλάττιον Γλαῦκον ὁρῶντες κ. τ. λ. ad quem locum conf. Astii comm. p. 624. ibiq. laudat. Moseri Commentar. mytholog. in Nonni Dionysiaca X. vs. 105. p. 237. Adde Godofr. Hermann. de Æschyli Glaucis, et cf. Scholia in Platonis l.l. p. 196. sq. Ruhnk. Platonis autem similitudinem sectatus etiam est Proclus in Alcib. prior. cap. 76. p. 224. ed. Francof.

— 18. ἄλλου του ἀπ' αὐτῆς γινομένου] Locus impeditus, et Ficinus aliam lectionem videri possit ante oculos habuisse, licet Medicei libri, quibus usus est, nihil varietatis exhibeant. Propterea nihil movere voluimus. Si ἀπὸ legas, accipiendum est pro ὑπὸ, qui usus haud infrequens. Vid. modo Viger. de Idiot. IX. 1. 16. p. 580. sq. De νεύσει plura congessimus in annot. in libr. de Pulcritud. p. 265. ed. Heidelb. Conf. Wyttenbach. ad Eunapium pag. 30.

p. 15, 1. Ἆρ' οὖν ἀφίησι τὸ εἴδωλον] Cum hoc loco componi debent, quæ in sequentibus disputantur IV. 5. præsertim cap. 7. p. 449. sq. unde hæc sola excerpam: p. 480. A. supr.—ἐπεὶ καὶ τὸ ἐν τῷ κατόπτρῳ ἐνέργεια λεκτέον τοῦ ἐν τῷ ὁρωμένου, ποιοῦντος εἰς τὸ πάσχειν δυνάμενον, οὐ ῥέοντος κ. τ. λ. quæ deinde ad animam adhibentur, quatenus corpori vitam impertit. Atque hunc locum etiam Ficinus respexisse videtur in Commentario ad nostrum locum. Disputationis autem hujus hæc summa est, quam etiam Engelhardt. adumbravit: Non anima est peccati causa,

sed id, quod ab anima illuminatur (ἐλλάμπεται). Quatenus animam inter atque hoc illuminatum (τὸ ἐλλαμπόμενον) communio quædam intercedit, illa (anima) descendere, sive nutu (νεύσει) ferri dicitur. Qua ex communione nascitur imago (τὸ εἴδωλον), quam ipsa dimittit (ἀφίησι), sicubi illa communio cessaverit. Neque vero hæc ipsa dimissio (ἄφεσις) est separatio, sive scissio, ejus quod conjunctum erat, sed ubi primum anima recessit ab eo, quod istam imaginem recipit (τὸ ὑποδεξάμενον), ipsa imago cessat (evanescit); neque hoc mirum, quandoquidem hæc ipsa imago aliunde non erat orta, nisi ex ipsa communione illuminantis cum illuminato (τοῦ ἐλλάμποντος καὶ τοῦ ἐλλαμφθέντος.)— Cæterum philosophorum sententias de anima a corpore rursus separata enarrat Stobæus in Eclogg. I. 52. §. 39. p. 920. sqq. Heeren. ubi Plotini quoque mentio fit.

p. 15, 8. ἐὰν ἐκεῖ βλέπῃ ὅλη] Illud ἐκεῖ et ἐκεῖσε frequentissimum in Enneadibus designat mundum intelligibilem, et quæ supra sunt omnia divina, Deum. Hoc semel monitum volui.

ib. ὁ ποιητὴς—ἐπὶ τοῦ Ἡρακλέους] Ad eum Homeri locum plura Eustath. p. 460. Basil. Erant autem, qui hos versus ab Onomacrito illatos dicerent. Vid. Porsoni Excerpt. ex Scholiis Cod. Harlei. ad eum locum. Bene Hemsterhusius ad Lucianum Vol. II. p. 492. Bip.: Platonici vero tantum aberant a repudiendis illis Homeri versibus, ut arcanæ disciplinæ mysterium ibi residere non vulgare arbitrarentur. Tum laudat Proclum in Platonis Polit. p. 382. aliosque. Quæ vero Proclus habet, ea ex Plotini hoc loco fluxerunt. Adde Davisii et nostr. annot. in Cic. de Nat. Deor. III. 16. p. 551. ed. nostr. Eandem rem Tullius attigerat in libris de Republica. Vid. Fragmentum libri tertii nr. XXVIII. ex Augustino de Civit. Dei XXII. 4.—Quod sequitur: τὸ εἴδωλον—διδοὺς—αὐτὸν—δὲ—εἶναι, arguit Platonis imitatorem, qui similiter διδόναι usurpat pro tradere. Vid. Astii Commentar. in Rempubl. (II. 7. p. 364. Steph.) p. 406. Igitur proprie debebat ita verti: imaginem ejus tradens (canens sc. faciens) apud inferos, ipsum autem inter Deos versari. Eandem fabulam attigit Plotinus infra IV. 3. 27. p. 392. sq.

LIB. II.

P. 22, 7. ΠΕΡΙ ΑΡΕΤΩΝ] Argumentum secundi hujus libri conjunctum est cum dialogis Platonis pluribus, et ipsum exordium a Theæteto natum, ut in annotatione cap. 1. videbimus. Præcipue Phædonis quoque loci aliquot huc faciunt, ad quem (p. 42.) Wyttenbachius in Annotatione hæc posuit (p. 216.): "Est autem *civilis virtus* infimo gradu, cum quatuor omnino sint virtutum gradus; ut quidem posteriores Platonici eos descripserunt, *principe Plotino*, Enn. I. lib. II.: unde profecti sequentes eas passim memorarunt: v. c. Porphyrius de Gradibus p. 34. Marinus Procli vitam ad eas exigens: Macrobius illum Plotini locum Latine vertens, De Somnio Scipionis I. 8.: *Plotinus inter philosophiæ professores cum Platone princeps, libro de Virtutibus, gradus carum vera et naturali divisionis ratione compositos per ordinem diegerit. Quatuor sunt, inquit, quaternarum genera virtutum: ex his primæ politicæ vocantur, secundæ purgatoriæ, tertiæ animi jam purgati, quartæ exemplares*— cætera apud ipsum legantur, digna cognitu, longiora, quam ut hic apponantur. Macrobii autem locum excerpsit Vincentius Bellovacensis in speculo historiali lib. V. cap. 9." Hæc Wyttenbach. Porphyrium quod attinet, tu confer *Secundam Partem* Τῶν πρὸς τὰ νοητὰ ἀφορμῶν, *Quæ nunc primum ex Vaticano Codice prodit* ex edit. Lucæ Holstenii, Romæ 1630. et iterum Cantabrig. 1655. p. 235. sqq. Inscribitur autem ea pars Περὶ Ἀρετῶν, De Virtutibus, estque ex Plotini maxime libris excerpta, judice etiam Holstenio de vita et scriptis Porphyrii pag. 53. Quapropter etiam *Thomas Taylor*, qui in libro: *Select Works of Plotinus*, Lond. 1817. hunc secundum librum Plotinianum Anglico sermone exhibuit, in additis notis p. 566. ex scripto illo Porphyriano haud pauca utiliter excerpta in Plotiniani libri explicationem convertit. Leguntur autem haud paucæ harum Porphyrii sententiarum in Stobæi Florilegio Tit. I. p. 54. ed. Gaisfordii, qui universus titulus Περὶ Ἀρετῆς aliorum quoque philosophorum inde a Pythagoricis permulta decreta collecta præstat. Porphyrium autem expilavit Mich. Psellus in Omnifaria Doctrina §. 55. p. 110. Denique huc referendus est *Georgii Gemisti Libellus de Virtute ejusque partibus*, quem ex Codd. nuper Græce et Latine edidit Angel. Maius, Mediolani 1816. quod scriptum in Codice Ambrosiano Philoni adsignatur. Sententias

quoque aliquot insigniores hujus libri Plotiniani attigit Simplicius in Aristotelis Physica; v. c. pag. 249. a. ed. Aldin., ubi ita: *τὰ γὰρ πάθη, ὥς φησιν ὁ Πλωτῖνος, αἱ αἰσθήσεις εἰσίν. ἢ οὐκ ἄνευ αἰσθήσεων. εἰπὼν δὲ πρότερον κοινῶς περὶ τῶν ψυχικῶν ἕξεων, ὅτι καὶ αὗται τελειώσεις εἰσὶ καὶ ἐν τῷ πρός τι συμμετρίαι τινὲς οὖσαι καὶ ἀσυμμετρίαι. καὶ ὅτι γίνονται ἀλλοιουμένου τοῦ αἰσθητικοῦ, διαιρεῖ λοιπὸν τὰς ψυχικὰς ἀρετὰς, εἴς τε τὰς ἠθικὰς καὶ τὰς διανοητικάς. καὶ ἐφ' ἑκατέρων δείκνυσι πῶς ἐν τῷ πρός τι εἰσί. καὶ πῶς ἀλλοίωσις μὲν οὐδετέρα. οὐδὲ ἔστιν αὐτῶν ἀλλοίωσις· γίνεται δὲ ἀλλοιουμένων τινῶν. καὶ ὅτι μὲν ἡ ἠθικὴ ἀρετὴ ἀλλοιουμένου τοῦ αἰσθητικοῦ γίνεται, δείκνυσιν ἐκ τοῦ πᾶσαν τὴν ἠθικὴν ἀρετὴν περὶ ἡδονὰς εἶναι καὶ λύπας τὰς σωματικὰς, ὡς ἐν τοῖς ἠθικοῖς ἀποδέδεικται. αἱ δὲ ἡδοναὶ καὶ λύπαι αἱ σωματικαὶ, ἀλλοιουμένου τοῦ αἰσθητικοῦ ὑπὸ τῶν αἰσθητῶν γίνονται. ὥστε ἡ ἠθικὴ ἀρετὴ ἀλλοιουμένου τοῦ αἰσθητικοῦ ὑπὸ τῶν αἰσθητῶν γίνεται. ὅτι δὲ αἱ ἡδοναὶ καὶ αἱ λύπαι ἀλλοιουμένου τοῦ αἰσθητικοῦ γίνονται, δείκνυσιν ἐκ διαιρέσεως, κ. τ. λ.* De Marino quod scribitur, tu vide idem annotantem I. A. Fabricium ad Porphyrium de Vita Plotini p. 140. not. c. et præsertim ejusdem viri egregie disputata de quaternario numero virtutum ex Græcorum doctrina philosophorum, in Prolegomenis ad Marinum de vita Procli pag. 38. sqq. edit. Boissonadii. Laudat autem a quaternario virtutum numero Proclum Marinus, sicut Julius Firmicus Plotinum ipsum, alii alios. Vid. Fabric. Bibl. Græc. Tom. V. p. 695. ed. Harles. Pertinent item ad hujus libri, quem tractamus, argumentum tria capita ex Alcinoi in Platonem introductione, videlicet caput XXVII. de Bonis et Summo Bono ac Virtutibus; cap. XXVIII. Definitio Virtutis atque Distinctio, et cap. XXIX. De Virtutibus ac Vitio et quomodo singula distinguantur. Plotinus ipse identidem idem argumentum aliis in libris attigit, v. c. de Pulcritudine pag. 55. quem locum propterea citavi, quia ad ipsum alios aliorum philosophorum et ipsius nostri locos partim laudavi, partim adhibui in annott. in editionem hujus libri, Heidelbergæ 1814. 8vo. p. 284. sqq. Quomodo autem et Proclus et Olympiodorus hanc ipsam virtutum doctrinam sibi informarint et verbis declararint, sic satis cognoscere poterit, qui evolvere velit loca in titulo *περὶ ἀρετῆς* pag. 348. Indicis in *Initia Philosophiæ ac Theologiæ ex Platonicis Fontibus Ducta.* Francofurti ad Mœnum 1820—1822. 8vo. a nobis enotata; quibus adde Bruckeri disputata in Historia Crit. philosophiæ Tom. II. p. 460. sq. et Tennemann. in libro Germanico: Historia Philosophiæ VI. 47. sqq., qui ut universam Platonis et Plotini rationem, ita utriusque decreta de virtutibus comparat pag. 48. sq. et pag. 159. sqq.

— 8. *ἐξ ἀνάγκης*] Plato in Theæt. p. 176. a. b. p. 247. Bekkeri: *Ἀλλ' οὔτ' ἀπολέσθαι τὰ κακὰ δυνατὸν, ὦ Θεόδωρε· ὑπεναντίον γάρ τι τῷ ἀγαθῷ ἀεὶ εἶναι ἀνάγκη· οὔτ' ἐν θεοῖς αὐτὰ ἱδρύσθαι, τὴν δὲ θνητὴν φύσιν καὶ τόνδε τὸν τόπον περιπολεῖ ἐξ ἀνάγκης. διὸ καὶ πειρᾶσθαι χρὴ ἐνθένδε ἐκεῖσε φεύγειν ὅτι τάχιστα. φυγὴ δὲ ὁμοίωσις θεῷ κατὰ τὸ δυνατόν. ὁμοίωσις δὲ δίκαιον καὶ ὅσιον μετὰ φρονήσεως γενέσθαι.* Similia de *ὁμοιώσει θεῷ* passim idem philosophus habet, v. c. de Republ. X. p. 613. A. coll. VI. p. 500. C. de Legg. IV. p. 716. B. C. cf. ad hos locos Morgenstern. de Platonis Republ. p. 153. sqq. Heindorf. ad Theætet. l. l. p. 400. Wyttenb. ad Phædon. p. 285. sq. Eundem ad Plutarch. d. S. N. V. p. 15. et p. 27. et ad Sept. Sapientt. Conviv. p. 975. ed. Oxon. minor. ubi idem vir doctus Suidam monstrat ex hoc Plotini loco itemque ex cap. 3. p. 13. compilasse, quæ exhibet hic Lexicographus in *φευκτέον*. Quos alios aliorum scriptorum locos ipse attigi in annott. in Plotin. de Pulcrit. p. 289. sq. hoc loco omittam: binos h. l. proferam alibi non laudatos: Porphyrius *Περὶ Ἀρετῆς* apud Stob. in Florileg. Tit. I. p. 55. Gaisfordii: *Ἡ μὲν οὖν κατὰ τὰς πολιτικὰς ἀρετὰς διάθεσις, ἐν μετροπαθείᾳ θεωρεῖται, τέλος ἔχουσα τὸ ζῆν, ὡς ἄνθρωπον κατὰ φύσιν. ἡ δὲ κατὰ τὰς θεωρητικὰς ἐν ἀπαθείᾳ· ἧς τέλος ἡ πρὸς θεὸν ὁμοίωσις. Ἐπεὶ δὲ κάθαρσις κ. τ. λ.* Alcinous de Doctrina Platonis cap. 27. p. 515. sq. ed. Dan. Heinsii, Lugd. Bat. 1614: *οἷς πᾶσιν ἀκόλουθον τέλος ἐξέθετο* (Πλάτων) *ὁμοίωσιν θεῷ κατὰ τὸ δυνατόν. ποικίλως δὲ τοῦτο χειρίζει. ποτὲ μὲν γὰρ ὁμοίωσιν θεῷ λέγει τὸ φρόνιμον καὶ δίκαιον καὶ ὅσιον εἶναι, ὡς ἐν Θεαιτήτῳ· διὸ καὶ πειρᾶσθαι χρῆναι ἐνθένδε ἐκεῖσε, φεύγειν ὅτι τάχιστα· φυγὴ δὲ ὁμοίωσις θεῷ κατὰ τὸ δυνατὸν, ὁμοίωσιν δὲ δίκαιον καὶ ὅσιον μετὰ φρονήσεως γενέσθαι. ποτὲ δὲ τὸ μόνον δίκαιον εἶναι, ὡς ἐν τῷ τελευταίῳ τῆς πολιτείας—Ἐν δὲ Φαίδωνι ὁμοίωσιν θεῷ λέγει τὸ σώφρονα ἅμα καὶ δίκαιον γενέσθαι ὧδέ πως, κ. τ. λ.* De hoc placito *ὁμοιώσεως*, qua Dei

per virtutem similis fit homo, cf. et seqq. capp. et Ez. Spanhem. sur les Césars de l'Empereur Julien p. 254. qui nec Plotini est oblitus. In proxime præcedentibus illud *τόνδε τὸν τόπον* ex Platonis ratione recte interpretatus est Taylor *this* [*terrestrial*] *place*. Cf. Juliani Orat. V. p. 175. B.: *ἔσχατον γὰρ τῶν ὄντων ἡ γῆ. ἐνταῦθα δέ φησι καὶ ἀπελαθέντα* [καὶ delet Wyttenb. l. l.] *Πλάτων τὰ κακὰ στρέφεσθαι, κ. τ. λ.*

p. 23, 1. *οἷον σώφρονι*] Respicit hæc Proclus in Platonis Timæum p. 112. ita scribens: *τί δὲ οὐ καθ' ἑκάστην ἡμέραν πολλῶν ἐστιν ἀκούειν λεγόντων, ὁ θεὸς ἀγαθός. ἀλλὰ τὸ θεὸς ὄνομά ἐστι χωρὶς ἀρετῆς, ὥς φησι Πλωτῖνος.* Cf. supra I. 1. 12. p. 7. ubi de Hercule.

—6. *πολιτικὰς—ἀρετὰς*] Anonymus *Περὶ Ἀρετῶν* ad calcem Andronici Rhodii Ethicorum Nicom. Paraphr. ed. Dan. Heinsii, Lugd. Bat. 1617. p. 754. ita:

Πρακτικαὶ ἀρεταί·
Φρόνησις. Σωφροσύνη. Ἀνδρία. Δικαιοσύνη.

Dicit igitur *πρακτικὰς ἀρετὰς*, quas Platonici et ipse Plotinus *πολιτικὰς* dicebant. Tum singulas virtutes et contraria vitia explicat partim ex Aristotele. Tu vide hujus Rhetorica I. 9. p. 32. sq. Sylburg. p. 66. sqq. ed. Oxon. 1822. unde etiam Psellus profecit de Omnifar. Doctr. §. 51. sqq. Adde Ethic. Nicom. VI. 5. p. 102. sqq. Sylb. et Platonis locos Legg. III. 129. 172. de Republ. IV. p. 346. sqq. et p. 430. sqq. Ab illis *πρακτικαῖς ἀρεταῖς* idem Anonymus distinguit alias ita:

Θεωρετικαὶ ἀρεταί·
φυσικὴ, καὶ θεολογικὴ, ἡ ὑπὲρ φύσιν.

Olympiodorus in Alcib. priorem trifariam distinguit virtutes p. 155. *φυσικὰς, πολιτικὰς, ἠθικάς.*

p. 25, 10. *ὁμοίωσις διττὴ*] Suidas in *ὁμοίωσις* T. II. p. 694. Kust.: *ὁμοίωσις διττή. ἡ μέν τις ταὐτόν· ἡ δὲ ἕτερον* (quæ ex nostro loco integranda). Quæ continuo subjicit: *ὅτε δὲ λέγει Πλωτῖνος, ὁμοίωσις τῷ θεῷ· ἄλλον τρόπον λεπτέον*, ea pertinent ad sequens caput III. pag. seq.

— 11. *ὅσα—ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ*] Hæc extrema Engelh. accipit pro *κατὰ τὸ αὐτὸ*, vertens: quæ omnibus partibus pariter exemplari assimilantur. Taylor Marsilium est secutus. Proxime *οὐκ ἀντιστρέφειν* cum Tullio Orat. cap. 32. vertas: *non ex altera parte respondere*. De hac Platonicorum et Peripateticorum præsertim formula vid. Ast. ad Plat. Rempubl. VII. p. 564. Stallbaum ad Philebum §. 86. p. 120. et in primis Wyttenbach. ad Plut. Moralia Vol. I. p. 197. et interprett. ad Aristot. Rhetor. I. 1. p. 2—8. Animadvv. ed. Gaisford. denique cf. annot. nostr. in Procl. in Alcib. p. 339. coll. Olympiodor. p. 114. 118.

p. 26, 2. *καὶ ἀμείνους ποιοῦσιν*] Excerpsit hunc locum Marinus in Vita Procli p. 42. quem nostro ex loco emendavit Boissonadius p. 104.

— 3. *τὰ πάθη μετροῦσαι*] Præcedens *ὁρίζουσαι* et repetitum *μετροῦσαι* h. l. Plotinus *cohibendi, limitandi et moderandi* potestate accipi voluit; de qua iis, quæ doctissimus *Seager* nuper ad Steph. Thesaurum p. 6111. apposuit, adde Lamb. Bosii Obss. ad N. T. et quidem ad 2 Cor. X. 12. Wetsten. ad N. T. Tom. II. p. 204. Etiam Theodoretus Tom. IV. p. 1119. ed. Schutzii dixit *μετρῆσαι τῇ πίστει τὴν ἀθυμίαν*, i. e. minuere, cohibere. In verbis *τῷ ὅλως ἀμείνονι* hæsisse Marsilium arguit ejus Commentarius, quem vide, ubi tamen corrigendum fortassis *meliore modo pro meliori nostro*. Taylor: *and taking away false opinions* FROM A MORE EXCELLENT NATURE. Sed vel commate deleto post *ἀφαιροῦσαι*, requiras tamen, quid sit *ὅλως*, quod nec Engelhardt. expressit, ceteroqui hunc locum optime interpretatus. Si lectio germana, addendum erat *omnino* sive *prorsus*. Fortasse hæc sententia conjuncta est cum ea, quam Olympiodorus in Alcib. prior. p. 155. attigit, *ὅτι αἱ ἀρεταὶ αἱ πολιτικαὶ ἑαυταῖς ἀντιστρέφουσι*. Ceterum has civiles virtutes facunde dilaudavit Macrobius loco supra laudato in Somn. Scipionis I. 7.

— 11. *μὴ τὸ πᾶν θεοῦ τοῦτο ᾖ*] Ficinus in Commentar. hæc bifariam posse accipi docet, vel, ut talis animi constitutio sit tota divinitas, vel ut ad Deum tota pertineat. Mihi Engelhardtus hujus loci sententiam bene explicuisse videtur hoc modo: Quia anima Deo maxime propinqua multas qualitates habet, quæ item in Deo sunt, periculum est, ne is, qui de necessitudine Deum inter atque animam cogitet, opinetur essentiam Dei nihil aliud esse, quam ipsius animæ substantiam.

— 16. *Λέγων δὴ ὁ Πλάτων*] In Theæteto p. 176. b. c. *Διὸ καὶ πειρᾶσθαι χρὴ ἐνθένδε φεύγειν ὅτι τάχιστα. φυγὴ δὲ ὁμοίωσις θεῷ κατὰ τὸ δυνατόν.* Cf. Plotin. I. 6. 8. p. 56. G. ubi plura posuimus

in editione peculiari p. 346. Quam sententiam attigit Ez. Spanhem. in Remarques sur les Césars de l'Empereur Julien p. 258. et ad calcem pag. 112, et passim Clemens Alex. aliique Ecclesiæ doctores Platonici. Vid. Segaar. ad Clement. Alex. Quis Dives salv. p. 166.

p. 27, 1. *καθάρσεις λέγων*] In Phædone p. 69. c. p. 21. Wyttenb. Cæterum de purgatoriis virtutibus cf. hunc interpretem ad eundem dialogum p. 172. Nos h. l. adjiciemus locum Iamblichi, ex libro de Anima, ap. Stobæum in Eclogg. I. 52. p. 1056. Heeren.: Πλωτῖνος δὲ καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν Πλατωνικῶν ἀπόθεσιν τῶν παθῶν καὶ τῶν μορφωτικῶν διαγνώσεων, δόξης τε πάσης ὑπεροψίαν τε καὶ τῶν ἐνύλων διανοήσεων ἀπόστασιν, πλήρωσίν τε ἀπὸ νοῦ καὶ τοῦ ὄντος, ἀφομοίωσίν τε τοῦ κατανοουμένου πρὸς τὸ κατανοοῦν τὴν τελεωτάτην κάθαρσιν ὑπολαμβάνουσιν. Olympiodorus autem in Alcib. prior. p. 54. et p. 145. plures *καθάρσεως* rationes distinguit, in his Pythagoricam, Socraticam, Peripateticam, (Stoicam). Adde etiam Marini Vitam Procli p. 42. ad quam Boissonadius Plotiniana hæc non neglexit. Cæterum omnibus in locis, ubi *καθαίρειν* et *κάθαρσις* memorantur, propria vis verbi est tenenda, quæ est sordes ejicere. Hinc Perseus Herculesque nati dicuntur *ἐπὶ καθάρσει τῶν κακῶν*. Olympiod. in Alcib. pr. p. 156. sq. De qua vi verbi docte monuit Bekkeri mei alumnus Baguet. ad Dion. Chrysost. Orat. VIII. p. 136. sq.

— 4. *συμπεφυρμένη*] Vocem Platoni sæpius usurpatam h. l. ex Phædone p. 17. Wytt. videtur sumsisse. De ea pluribus egimus ad Plotin. de Pulcrit. p. 246. sq.—Ὁμοπαθὴς et ipsum Platoni usurpatum, ut Republ. V. p. 464. ubi Astius dedit *ὁμοιοπαθεῖς* (vid. Addit. ad Commentar. p. 520.) Bekkerus *ὁμοπαθεῖς* reduxit. De discrimine breviter sed accurate exposuit Wyttenbach. ad Plutarch. de discern. Adul. ab Amico p. 539. Cf. Alberti Obss. Philoll. in N. T. p. 454. et Wetsten. N. T. II. p. 454.—Ὁμοπάθεια legitur infra IV. 2. ante med. et IV. 7. 3. init. *ὁμοπαθεῖν* IV. 9. 1. et 2. *ὁμοπαθὴς* VI. 4. 1. *ὁμοιοπαθὴς* IV. 4. 23., nimirum in Ed. Basil.

p. 28, 1. *μίμημα τοῦ ἐν ψυχῇ*] Plato de Republ. II. p. 382. p. 103. Bekkeri: *ἐπεὶ τό γε ἐν τοῖς λόγοις μίμημά τι τοῦ ἐν τῇ ψυχῇ ἐστι παθήματος καὶ ὕστερον γεγονὸς εἴδωλον κ. τ. λ.* ad quem locum Ast. p. 437. et Plotini hæc laudat et Isocrat. ad Nicod. Orat. III. §. 3. p. 24. ed. Coraii.

— 2. *ὁ ἐν προφορᾷ*] De *λόγῳ προφορικῷ* adde locum Procli in Alcib. p. 286. ibique laudat. Meletemata nostra. *τῷ προφορ. λόγῳ* adjungitur *φωνῇ ἔναρθρος*. Nam *προφορὰ* est pronuntiatio, docente Wyttenbachio ad Plutarch. de audd. poëtt. p. 342. A *λόγῳ προφορικῷ* distinguitur *ὁ ἐνδιάθετος*. Vid. eundem virum doctum ad Plutarch. de recta audiendi ratione p. 378. sq. Adjicio locum Philonis Judæi vel maxime facientem ad nostri loci intelligentiam. Ita enim ille de Vita Mosis III. p. 154. Mang. *Διττὸς γὰρ ὁ λόγος, ἐν τε τῷ παντὶ καὶ ἐν ἀνθρώπου φύσει κατὰ μὲν τὸ πᾶν, ὅ τε περὶ τῶν ἀσωμάτων καὶ παραδειγματικῶν ἰδεῶν, ἐξ ὧν ὁ νοητὸς ἐπάγη κόσμος, καὶ ὁ περὶ τῶν ὁρατῶν, ἃ δὴ μιμήματα καὶ ἀπεικονίσματα τῶν ἰδεῶν ἐκείνων ἐστὶν, ἐξ ὧν ὁ αἰσθητὸς οὗτος ἀπετελεῖτο. Ἐν ἀνθρώπῳ δ' ὁ μέν ἐστιν ἐνδιάθετος, ὁ δὲ προφορικός· καὶ ὁ μὲν οἱά τις πηγὴ, ὁ δὲ, γεγονὼς ἀπ' ἐκείνου ῥέων. καὶ τοῦ μέν ἐστι χώρα τὸ ἡγεμονικὸν, τοῦ δὲ κατὰ προφορὰν γλῶττα καὶ στόμα καὶ ἡ ἄλλη πᾶσα φωνῆς ὀργανοποιία.* Redibit autem *προφορὰ* infra II. 9. 1. V. 1. 3.

—7. *ἀτελεστέρα—ἥδη*] Explevit interpretando Marsilius, ut sexcenta alia, quæ ob id ipsum non attingimus. Alioquin operosæ annotationis, cujusmodi hic et alibi adlevit Engelhardtus, finis non esset.

— 12. *οὐδὲ τὸ ἀγαθὸν*] Plato Republ. VI. p. 509. A.—*ἐπιστήμην δὲ καὶ ἀλήθειαν, ὥσπερ ἐκεῖ φῶς τε καὶ ὄψιν ἡλιοειδῆ μὲν νομίζειν ὀρθὸν, ἥλιον δὲ ἡγεῖσθαι οὐκ ὀρθῶς ἔχει, οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἀγαθοειδῆ μὲν νομίζειν ταῦτ' ἀμφότερα ὀρθὸν, ἀγαθὸν δὲ ἡγεῖσθαι ὁπότερον αὐτῶν οὐκ ὀρθόν.* Ex quo loco et Plotinus et reliqui Platonici, Hermes, qui fertur Trismegistus, Dionysius, qui Areopagita videri vult, usurpandi hujus vocabuli ansam ceperunt, quorum locos attigi in Studiis nostris I. p. 101. et ad Plotin. de Pulcrit. p. XCV. p. 231. sq. p. 268. sq. et p. 385. Plotiniani sunt hi: III. 8. 10. V. 3. 3. et 16. V. 6. 4. et 5. VI. 7. 15.

p. 29, 2. *ἐκ τῆς ἐπιστροφῆς*] In purgatione (*τῇ καθάρσει*) Plotinus supra posuerat *τὴν ἀφαίρεσιν ἀλλοτρίου*, ablationem alieni. Sequitur h. l. *ἡ ἐπιστροφή*. Qua de notione nunc paucis dicendum est. Dicat primum Galæus, qui ad Iam-

blichum de Myster. p. 291. ita: Quod autem de ἐπιστροφῇ hic innuit (Iamblichus) sic intelligendum: Secundum Platonicos ἐπιστροφὴ est ἐνστάσεως ἐπανόρθωσις. Quoniam enim ἀπὸ τοῦ ἑνὸς τὰ πάντα, ideo ad suum principium omnia anhelant, et ad illud reverti, quantum possunt, contendunt. Sunt autem tres principales ἐπιστροφαί· κατ' οὐσίαν, κατὰ ζωὴν, κατὰ γνῶσιν. Denique in omni principio (sive superiori) reperitur μονὴ, πρόοδος, ἐπιστροφή. Vid. Porphyrii sentent. 30. (nimirum p. 230. sq.) Ἔνστασις autem est ἀνταγώνισμα, sive *adversatrix contentio*, adversatio, si Tertullianeo vocabulo uti velis. De ἐπιστροφῇ accurate potissimum agit Proclus in Institut. Theolog. cap. XXXV. sq. p. 61. sqq. ed. nostr. et cap. CLVIII. p. 235. sq. nec minus in Comm. in Alcib. pr. p. 16. 30. sqq. 92. 194. Olympiodor. p. 9. sq. Ad priorem locum hæc posui: Frequentat Proclus in sequentibus τὴν πρὸς (s. εἰς) ἑαυτοὺς ἐπιστροφὴν, i. e. curam sui, cum ad nos redimus et mentem convertimus. Ad eam pervenitur per προσοχὴν sive per sedulam attentionem reique cujusque considerationem. Utrumque vocabulum familiare etiam Stoicis; vid. Upton. ad Epict. vol. III. p. 333. et p. 433. Schweigh. et Gataker. ad Marc. Antonin. IV. 32. p. 119. Ex Platonicis laudasse sufficiat Porphyrium in Sententt. §. 34. p. 237. et Proclum in Platonis Tim. p. 64. Confer nunc hæc Plotiniana I. 4. 11. ubi et ἐπιστρέφεσθαι εἰς τὸ εἴσω et ἐπιστρέφειν τὴν βούλησιν εἰς τὸ εἴσω, et VI. 5. 12. ubi altera forma reperitur, ἐπιστρωφάω. Frequentat etiam Nicolaus Methonensis adversus Proclum p. 31. sqq. ed. Voemel. et p. 113. Dionys. Areop. de Divinn. Nomm. cap. 4. §. 6. 10. 12. Synesius Epist. 57. ἅμα γὰρ ἀποστρέφεται τὴν ὕλην καὶ πρὸς θεὸν ἐπιστρέφεται. De voce ἔνστασις plura apponemus ad Nostri IV. 5. 2.—Proxime θέα est *visum*, sive quod jam aspicit anima, τύπος autem forma et figuratio ex visi impressione signata, ut Appulei verbis utar de Dogmat. Platon. p. 4. Elmenh. p. 193. Bosschæ. De hac voce supra monitum ad I. 1. 9. In sequentibus τύπους plurali usurpatos ita distinguit a τύπῳ singulariter designato Engelhardt., ut illis inferius atque ignobilius quid declaretur hac unica Unius forma.—Mox ἀποκείμενα neglectus contemtusque quandam significationem habent, de qua vid. Steph. Thes. p. 4919. Londin.—προσβάλλειν et ἐπιβάλλειν sæpius usurpantur de συγκράσει et συναυγείᾳ, sive de visu ex Doctrina Platonica; unde etiam ἐπιβολὴ et προσβολή. Vid. Wyttenb. et nostr. Annot. in Plotin. de Pulcrit. p. 383. et illius animadvv. in Plutarch. p. 285. sq. Denique in extrema capitis voce ἀλλότριαι hæret Engelh. Mavult ἀλλότριοι, intellecto ἡμεῖς; nam etiam a scientiis *sumus alieni*, nisi secundum ipsas operamur. Taylor: *For sciences also are foreign* &c. Sed cum optimi libri nostri exhibeant ἀλλότρια, hoc accipiendum videtur, modo cogites aut scribas ἐν ante ταῖς ἐπιστήμαις, hoc sensu: Quandoquidem etiam in scientiis, si nullo modo secundum eas operemur, aliena sunt (a nobis).

p. 29, 13. καὶ ἡ ταυτότης] Frequentat hanc vocem Plotinus. Vid. III. 7. 1. IV. 4. 15. V. 1. 4. V. 3. 10. V. 9. 5. VI. 1. 6. VI. 2. 8. VI. 2. 15. VI. 7. 39. et passim. Fluxit ab Aristotele Eth. Nicom. VIII. 12. p. 150. Sylb. p. 377. Zellii. ubi de fratribus sororibusque, qui ex iisdem parentibus sunt nati: ἡ γὰρ πρὸς ἐκεῖνα ταυτότης ἀλλήλοις ταυτὸ ποιεῖ. Unde miror, Albertium barbaram dicere hanc vocem, ad Hesych. II. 1354. sq. Magis miror Lexicographos, qui vel prorsus eam neglexerint, vel sine locorum auctoritate posuerint, cum tamen et Suidas habeat et Suicerus, nec ii sine exemplorum luce. Quibus adjunge nunc Zonaram in Lex. Gr. p. 712. qui tres vocis potestates discriminat loco satis luculento. A Proclo in Inst. Theol. cap. 171. p. 254. menti attribuitur αἰώνιος τῆς ἐνεργείας ταυτότης. Dionysius Areopag. Divinn. Nomm. II. 4. p. 494. supr. similia uti assolet cumulans, quæ adscribere tædet, ita:—τῆς ἐπέκεινα πάντων ὅλης ἰδιότητος ταυτότης. Frequentat etiam Theodoretus. Vid. Indic. Græcit. edit. Schulzian. sequentia ante oculos habuit Marinus in Vita Procli, ubi singula in notis designavit Boissonad. p. 103. sqq.

— 16. συνάγουσαν πρὸς ἑαυτὴν] Cf. Boissonad. ad Marinum in vita Procli p. 111.

p. 30, 1. ἀπαλλαγὰς πόνων] Taylor vertit *pains*, laudatque Aristotel. Ethic. Nicom. Tu vid. lib. VII. cap. 11. sqq. p. 129. sqq. Sylburg.

— 5. αὐτὴν συνοργιζομένην] Hoc αὐτὴν quid sit, luculenter declarat imitatio Marini in Vita

Procli p. 50. ed. Fabric. p. 17. Boisson.: *καὶ τὸν θυμὸν δὲ, καθ' ὅσον οἷόν τε ἦν, ἐκόλαζεν, ὥστε ἢ μὴ κινεῖσθαι τὸ παράπαν, ἢ μὴ τὴν λογικὴν εἶναι ψυχὴν τὴν συνοργιζομένην.* Igitur rationalis anima h. l. cogitanda est.

—16. *γειτνιάσεως*] Plato Legg. VIII. p. 842. c. p. 103. Bekker. *ἄλλῳ ξένῳ γειτονῶν—γειτονήσει.* Lucian. Conviv. 33. p. 440. ed. Hemsterh. Reiz. *γειτνίασις* est ap. Plutarch. Pericl. cap. 19. p. 301. Coraii. De illius verbi formis vid. Lobeck. ad Phrynich. Eclog. p. 82. De voce *γειτόνημα*, quam et ipsam Plato usurpat, dicemus ad V. 1. 3. p. 484. A. *γειτονέω* sæpius obvium in his Enneadibus, ut II. 1. 8. III. 9. 2. IV. 3. 9. etc. *γειτνιάσεως* recurret infra p. 317. D.

p. 31, 7. *θεὸς—καὶ δαίμων*] Pertinent hæc ad discrimina Deos inter atque genios: qua de re inde ab Empedocle (vid. Plutarch. Defect. Oracc. p. 418. E. et Sturz. ad Empedocl. p. 296. sqq.) alii aliter statuerant. Copiose de hoc argumento disputant Proclus et Olympiodorus in Alcib. prior. Vid. v. c. Procl. p. 31. 67. sqq. p. 90. 123. et Olympiod. p. 15. sqq.—Quæ sequuntur, *θεὸς δὲ, τῶν ἑπομένων τῷ πρώτῳ*, pertinent ad doctrinam de Jovis choro sive famulitio deorum, quam ex nobilissimo loco Phædri Platonici (p. 246. c. 247.) hujus sectatores effinxerunt. Nec minus iidem Platonici unicuique etiam ex Diis mundanis addiderunt geniorum chorum (Plutarch. Defect. Oracull. p. 421. p. 724. Wyttenb. Proclus in Alcib. prior. p. 68.: *ἅπας γὰρ θεὸς ἐγκόσμιος ἡγεῖται τάξεως τινὸς δαιμονίας, ᾗ προσεχῶς δίδωσι τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν κ. τ. λ.* Nam legenda sunt etiam sequentia.)

— 11. *συνῳκίσθη*] De hujus verbi usu confer, quæ ad Stephani Thes. p. 6626. congesta sunt. Adde Wyttenbach. ad Plutarchi Præcept. Conjug. p. 893. sq. Locella ad Xenoph. Ephes. p. 213. coll. p. 160. ed. Peerlkamp. Valckenaer. Scholl. in N. T. I. p. 39. II. p. 209. Ut enim *συνοικεῖν* cohabitare caste de coitu conjugum dicitur, ita *συνοικίζειν* de patre, vel de eo, qui patris loco est, filiam elocante, deinde ad alia quoque actæ copulationis genera transfertur per metaphoram (Jacobs. ad Achill. Tat. 12. p. 433.). Contrarium est *διοικίζειν*. Justinus Martyr Apologia I. p. 313. Mulier repudii libello Cæsari oblato: *συγχωρηθῆναι αὐτὴ* (leg. *αὐτῇ*) *διοικήσασθαι* (leg. *διοικίσασθαι*) *τὰ ἑαυτῆς ἠξίου.* Adjiciam locum Longini, qui, æqualis amicusque Plotino, de Sublim. XLIV. 7. ita: *Ἀκολουθεῖ γὰρ τῷ ἀμέτρῳ πλούτῳ καὶ ἀκολάστῳ συννημένη καὶ ἴσα, φασὶ, βαίνουσα πολυτέλεια, καὶ ἅμα ἀνοίγοντος ἐκείνου τῶν πόλεων καὶ οἴκων τὰς εἰσόδους, εἰς ἃς ἐμβαίνει καὶ συνοικίζεται.* Debebat igitur nostro loco Ficinus potius vertere *una habitat* (s. cohabitat s. consociatus est), quam *cohæret*.

— 14. *τῷ δεσπότῃ*] Conf. cap. V. in fine.

p. 32, 1. *αὐτοδικαιοσύνη*] Vid. annot. crit. Vox *αὐτοσωφροσύνη* adjicienda Lexicis, nec minus *αὐτοδικαιοσύνη* hoc exemplo firmanda. *Αὐτοδίκαιον* habet Proclus in Alcib. pr. §. 40. p. 118. supr. ed. nostr. qui locus etiam argumenti causa cum nostro componendus est.—*Οἰκοπραγία* in sequentibus manavit e Platonis Republica IV. 11. p. 434. sq. p. 192. sqq., ubi contraria est *πολυπραγμοσύνη*, agiturque item de justitia. Totus igitur locus nostro est adhibendus.

—8. *ἡ εἴσω πρὸς νοῦν στροφὴ*] Marinus in Vita Procli 21. p. 51. p. 17. *Ἦν γὰρ αὐτῇ τὸ φρονεῖν οὐκέτι, οἷον τὸ πολιτικὸν, τὸ πράττειν εὖ περὶ τὰ ἐνδεχόμενα καὶ ἄλλως ἔχειν, αὐτὸ δὲ καθ' αὑτὸ εἰλικρινὲς τὸ νοεῖν, καὶ τὸ πρὸς ἑαυτὴν ἐστράφθαι, μηδαμοῦ συνδοξάζειν τῷ σώματι*, ubi Boisson. nostri loci admonet. Adde Proclum in Alcib. pr. p. 17. infr. et p. 21.: *καὶ εἰς τὴν πρὸς τὸ κρεῖττον ἑαυτὸν ἐπανάξειν στροφήν.* In primis vero nostro cum loco universo totum caput quinquagesimum quintum ejusdem Marini comparari debet (p. 59. 60. p. 20.), quod ex nostro loco quodammodo descriptum est, ad quod quæ Boissonadius p. 117. sq. apposuit, ego nec ipse describam.

— 14. *ἡ ἀϋλότης*] Addendum hoc vocabulum Lexicis. Hierocles et Proclus in Inst. Theol. cap. 197. usurpant *ἀϋλία*. vid. ibid. annot. p. 294. Paullo post *δυνάμει, potentia*, distinguendum ab *ἐνεργείᾳ, actu*; de qua differentia singulari libro agit Plotinus, Enn. II. lib. 5.

p. 33, 11. *τῆς φρονήσεως κινηθείσης*] Vid. locum Marini ex cap. 21. supra ad cap. 5. fin. et quidem ad vocem *στροφὴ* appositum. Proxime *περιστατικῶς* est *pro re nata, ut res ferunt nos circumstantes, quæ sæpe negotium molestiamque*, adeoque periculum exhibent. Vid. Upton. in Indic. Epict. in *περίστασις* p. 421. Schweigh. Rhoer. ad Porphyr. de Abstin. I. §. 55. p. 95.

Gataker. ad M. Antonin. p. 15. et p. 174. et Wyttenb. ad Plut. Moralia p. 1025. Olympiodor. in Alcib. pr. p. 77.: *παραλαμβάνει δὲ ἐνταῦθα πάντα τὰ περιστατικὰ, οἷον πρόσωπον τίνα τρόπον —ἐν ποίᾳ γῇ—καιρῷ.* cf. infr. I. 4. 13. p. 37. B. *ἐνέργειαι—περιστατικαί.*

p. 33, 18. *πρὸς ἀνθρώπους ἀγαθοὺς*] Marinus in Vita Procli c. 25. p. 59. p. 20.: *καὶ ὅλως ζῶν κατὰ Πλωτῖνον, οὐχὶ τὸν ἀνθρώπου βίον τὸν τοῦ ἀγαθοῦ, ὃν ἀξιοῖ ἡ πολιτικὴ ἀρετὴ διαζῆν, ἀλλὰ τοῦτον μὲν καταλιπὼν, ἕτερον δὲ ἀλλαξάμενος τὸν τῶν θεῶν· πρὸς γὰρ τούτους αὐτῷ, οὐ πρὸς ἀνθρώπους ἀγαθοὺς ἡ ὁμοίωσις.* Videtur memoriter recitare hunc locum; etenim libri scripti nihil variant in Plotini oratione.

LIB. III.

p. 39, 7. ΠΕΡΙ ΔΙΑΛΕΚΤΙΚΗΣ] Est hic liber Plotinianus ordine, quo singuli scripti esse memorantur a Porphyrio de vita Plotini cap. IV. p. 100. ed. Fabricii, vigesimus; neque vero tempore solum, sed etiam argumento cum superiore de *virtutibus* conjunctus. Inscribitur autem *περὶ διαλεκτικῆς*. Quæ appellatio quia Aristotelis auctoritate a plerisque philosophis plane diversa sententia usurpatur, paucis de eadem agendum est. Ac primum quid Aristoteli veteribusque Peripateticis aliisque philosophis plurimis *Dialectica* sit, nemo ambigere potest, qui modo hos locos inspexit: Topicc. I. 2. p. 272. Sylb.: Sophist. Elench. I. 11. p. 439. II. 8. 9. p. 466. sqq. Rhetor. I. 1. 1. cum interprr. p. 6. sqq. ed. Oxon. 1820. Hinc recte T. Ger. Vossius de Logica I. 2. p. 206. operr. Tom. III.: Verum tamen Peripateticis vox *διαλέγεσθαι* non patet tam late, sed notat probabiliter argumentari. Ac similiter *Dialecticæ* vox ab Aristotele et veteribus Peripateticis semper accipitur pro ea Logices parte, quæ docet probabiliter argumentari, alioque nomine *Topica* dicitur. Plato quoque per Dialecticam intelligit Metaphysicen [Add. Tac. Facciolati Institutiones Logicæ Peripatet. Venet. 1729. p. 13. et 19. et ej. Logicæ Disciplinæ Rudimenta, ib. 1728. p. 7. et 9. sq.]: videamus de Platone. Qui quidem in Sophista p. 253. d. p. 206. Bekker.: *τὸ κατὰ γένη διαιρεῖσθαι καὶ μήτε ταὐτὸν εἶδος ἕτερον ἡγήσασθαι, μηθ' ἕτερον ὂν ταὐτὸν, μῶν οὐ τῆς διαλεκτικῆς φήσομεν ἐπιστήμης εἶναι*; (cf. eundem in Phædro p. 266. c. ibiq. Heindorf. pag. 314.) Deinde ibidem pergit: *Ἀλλὰ μὴν τόγε διαλεκτικὸν οὐκ ἄλλῳ δώσεις, ὡς ἐγῷμαι, πλὴν τὸ καθαρῶς τε καὶ δικαίως φιλοσοφοῦντι.* Quod jam propius abest ab eo vocabuli usu, quem ut plurimum Plato et Platonici et ipse quoque Plotinus usurpant. In primis tamen ad Platonicam Dialectices appellationem aperiendam facit locus in Republica VII. 12. et 13., unde hæc tantummodo huc transferam (p. 533. Steph. p. 361. Bekker.): *Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγὼ, ἡ διαλεκτικὴ μέθοδος μόνη ταύτῃ πορεύεται, τὰς ὑποθέσεις ἀναιροῦσα ἐπ' αὐτὴν τὴν ἀρχὴν, ἵνα βεβαιώσηται, καὶ τῷ ὄντι ἐν βορβόρῳ βαρβαρικῷ τινι τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα κατορωρυγμένον ἠρέμα ἕλκει καὶ ἀνάγει ἄνω, συνερίθοις καὶ συμπεριαγωγοῖς χρωμένη αἷς διήλθομεν τέχναις.* Hæc verba posteaquam apposuit Ger. Vossius de Logica lib. IV. cap. 12. p. 226., sic pergit: Quæ non possunt nisi de Metaphysica intelligi. Quod qui sciat, minime mirabitur, Platonem in VII. de Republica velle quinquennium dialecticæ impendi, ac quidem *μηδὲν ἄλλο πράττοντι ἀλλ' ἀντιστρόφως γυμναζομένῳ τοῖς περὶ τὸ σῶμα γυμνασίοις.* Imo ne Dialecticæ quidem scholam aperit adolescentibus, sed duntaxat *τριακοντούτεσι*, iis, qui annorum forent triginta. Præterea, nisi sic Dialecticæ vocabulo usus sit Plato, vix excusare possumus, quod ejus Parmenides vocetur *dialecticus:* ubi agitur de *ente*, eaque referuntur, quæ ad *ens, quatenus ens*, pertinent: ut sunt unum, multa, finitum, infinitum, totum, pars, divisibile, indivisibile, atque alia. Dixerit aliquis modum tractandi esse dialecticum. Sed hæc idonea satis ratio non est, cum in aliis etiam libris similiter disserat Plato. Quare aut valde decipior, aut potius hic liber ita inscribitur ab ipso argumento, quod est *dialecticum*, sed laxe hac voce accepta, *ut Logicen et Metaphysicen comprehendat.* Vidit hoc Cælius Rhodiginus lib. XVI. Antiquarum Lectionum cap. XXX.; imo ante eum *Marsilius* Commentario in Plotinum Enneadis primæ lib. III. p. 18. edit. Basil. an. 1580. Imo id clare etiam liquet ex ipsius Plotini lib. III. ubi quæritur (p. 21.), quid sit Dialectice; ac respondetur, eam omnem eorum, quæ sunt, latitudinem complecti, atque ultra etiam progredi: quippe quæ etiam consideret *τὰ μὴ ὄντα, quæ non sunt*, considerare ad

hæc etiam *τί τὸ ἀΐδιον, καὶ τὸ μὴ τοιοῦτον, quid æternum et quid non sit.* Post aliquammulta rogatur: *ἢ ταὐτὸν φιλοσοφία καὶ διαλεκτική; an idem philosophia ac dialectica?* ac respondetur, Dialecticam esse *φιλοσοφίας μέρος τὸ τιμιώτατον, philosophiæ partem præstantissimam.* Postea idem subdit: *ἡ γὰρ διαλεκτικὴ καὶ ἡ σοφία ἔτι καθόλου, καὶ ἄὕλως πάντα εἰς χρῆσιν προσφέρει τῇ φρονήσει, Dialectica vero et sapientia etiam universali et immateriali ratione omnia in usum prudentiæ profert.* Ac plura ibidem in hanc mentem legas. Hactenus Vossius; qui idem de Mathesi lib. III. cap. 2. p. 61. Per quam (Dialecticen) Plato intelligit non Τοπικὴν, sive artem *probabiliter in utramque partem disserendi*, sicut vocem hanc *Aristoteles* usurpat; *verum* Μεταφυσικὴν, *non ἁπλῶς quidem, sed quatenus utitur eadem Logices instrumento:* ut omnino hoc nomen Platoni Metaphysicen et Logicen comprehendat. Ac similiter eo vocabulo uti etiam *Platonici* solent. Hæc posteriora hoc magis adjicienda censui, quia, ut alios recentiores taceam, ipse J. A. Fabricius ad Porphyrii de Vita Plotini cap. 24. p. 140. minus accurate *Metaphysicam solam* a Platone Plotinoque hoc Dialectices nomine usurpari dicit. Illam explicationem confirmat locus Procli, qui in Platonis Theologiam II. 11. p. 110. ita: *καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν εἰς λογισμοὺς ἀπὸ τῆς νοερᾶς ὑμνῳδίας καταβάντες, καὶ τὴν ἀνέλεγκτον προβαλόντες διαλεκτικῆς ἐπιστήμην, θεωρήσωμεν ἑπόμενοι τῇ θέᾳ τῶν πρώτων αἰτίων, ὅπως ἐξῃρῆται τῶν ὅλων ὁ πρώτιστος θεός.* Et post hæc rursus ad *rationes ab intellectuali hymnodia descendentes et invictam Dialecticæ scientiam objicientes* (posteaquam proposuerimus), *primam causarum contemplationem sequentes*, contemplemur, quomodo ille primus Deus ex his universis sit exemptus. Neque vero illud non tenendum est, Platonicos juniores, qui, ubi suæ e disciplinæ usu loquuntur, magistri ad exemplum, Logicen et Metaphysicen nomine Dialectices usurpant, nonnunquam hoc posteriore nomine ita uti, ut Peripateticam sententiam intelligant, atque adeo cum quodam quasi contemtu. Testis est idem Proclus eodem opere I. 4. p. 18.: *οὐ γὰρ τῇ περὶ τῶν ὄντως ὄντων ὑποθέσει προσήκει τὸ τοιοῦτον τῶν λόγων εἶδος, οὔτε τοῖς διαλεκτικοῖς γυμνασίοις ἡ τῶν ἀφανῶν καὶ χωριστῶν αἰτίων συν-* *αρμόζεται γνῶσις.* Haud enim argumentum de vere Entibus decet hujusmodi verborum (dicendique) genus, *neque dialecticis exercitationibus ipsa obscurarum et* (ab omni materia) *separatarum causarum notio convenit.* Ubi tamen in addito *γυμνασίοις* etiam nonnulla vis inest. Idem Proclus in Scholl. in Cratylum §. 4. p. 2. sq. Boisson. *καὶ πάλιν τὴν μὲν τοῦ Ἀριστοτέλους διαλεκτικὴν, ὡς ἐριστικὴν ἀποπέμπεται* (ὁ Πλάτων), *τὴν δὲ τῶν ὄντων τὰς ἀρχὰς ὁρῶσαν διαλεκτικὴν ἀγαπᾷ, ὡς μέρος φιλοσοφίας.* Et rursus *Aristotelis Dialecticam* ut litigiosam ejicit a se Plato, *illam vero dialecticam, quæ entium principia videt, amat tanquam partem philosophiæ.* Idem tamen argumentum multo accuratius pertractat in Comment. in Parmenidem loco longiore, quam qui huc transferri possit; neque hoc necesse, quandoquidem Thom. Taylor in *Select Works of Plotinus* ad nostrum hunc librum p. 18. sq. et iterum p. 577. sqq. hanc Procli disputationem Plotino adhibuit. Legitur autem ea p. 46. sqq. Procli Operum tomo quarto ed. *Cousin.* Paris. 1821. Atque ut ibi locorum in Phædro et Sophista obviorum mentionem injicit Platonis ille interpres, eorum nimirum, quos supra laudavimus: ita p. 9. sq. hæc ponit: *ὁ Παρμενίδης συμβουλεύει τῷ Σωκράτει πρὸ τῆς ὅλης θεωρίας γυμνάσασθαι περὶ τὴν διαλεκτικὴν, εἴπερ ἐστὶν ἐραστὴς τῆς τῶν ὄντων ἀληθείας, διαλεκτικὴν ἐκείνην καλῶν περὶ ἧς καὶ ἐν ἄλλοις ἡμᾶς ἐδίδαξεν αὐτὸς ὁ Σωκράτης, ὡς ἐν Πολιτείᾳ* (vid. supra), *ὡς ἐν Σοφιστῇ, ὡς ἐν Φιλήβῳ.* In eandem mentem disputat Proclus initio Commentarii in Alcib. pr. c. 10. p. 27. sqq. ed. nostr. ubi ternas Socratis disciplinas commemorat: *obstetriciam, amatoriam, dialecticam—καὶ τὸν μὲν διὰ τῆς ἐρωτικῆς ἀνάγει, τὸν δὲ διὰ τῆς μαιευτικῆς εἰς ἀνάμνησιν ἀνακινεῖ τῶν ἀϊδίων λόγων τῆς ψυχῆς, τὸν δὲ κατὰ τὴν διαλεκτικὴν μέθοδον εἰς τὴν τῶν ὄντων περιάγει θεωρίαν,* ubi tene *περιάγει* ut proprium dialectices, quæ *ἑκτροπὰς* et *εἱλιγμοὺς* habet. Deinde admonet locorum in Republica et in Phædro, quos supra attigimus. Atque ex his omnibus, quæ paullo uberius exposuimus, judicare licet, quatenus Ficinus recte pronuntiarit supra pag. 16., cum dicit: *rectius* hunc librum inscripsisset *de animorum reditu ad Divinum*, quem ipse quoque huic libro titulum præposuit, nimirum ut recentiorum lectorum intelligentiam

adjuvaret. Nam Græcis quidem, ac præsertim Platonicæ philosophiæ gnaris nihil quicquam obscurum inerat in illa altera inscriptione *de Dialectica*. Cæterum cum ad hunc librum tum ad reliquos Plotinianos faciunt bonæ frugis plenissimæ *Quæstiones de Dialectica Plotini ratione auctore D. C. K. A. Steinhart*. Numburgi. 1829. 4to.

p. 39, 11. *ὅπου μὲν*] Ficinus eumque secutus Taylor acceperunt hæc pro *cum* s. *quandoquidem*, qui usus alibi non infrequens (vid. Tens. et Reiz. ad Lucianum Aetion. p. 832. Leopold. ad Plutarch. Romul. 24. 3. p. 150. coll. p. 154. sed quo minus ita accipiamus, prohibet sequens *ὡς ἐπὶ τὰγ*. Illi *ὅπου μὲν* h. l. respondet postea *τίνα δὲ δεῖ εἶναι τ. ἀ.* neque enim necessario in apodosi sequitur *ὅπου δὲ* (docente Schæfero ad Viger. de Idiot. VII. 10. 4. p. 432.). Universus locus proinde ita vertendus erat: Quo enim (s. quem enim in locum) eundum est, tanquam ad Bonum et Principium primum (i. e. quo persuasum sit nobis, venturos nos ad Bonum &c.), in concessis sit positum—Quem vero oportet esse reducendum?

— 15. *μουσικοῦ τινος*] Cf. Platonis Phædr. p. 248. p. 44. Bekk. ibiq. Hermias ad cap. 28. et Ast. p. 307. et Præparat. ad Plotin. de Pulcrit. p. CIII. sq. porro Platon. Rempubl. III. p. 402. 403. Steph. p. 138. 139. Bekkeri. Proclum in Alcib. pr. p. 194. sqq. p. 197. 205. 206. 208. ed. nostr. et ad universi hujus libri argumentum cf. Platonis de Republ. librum *septimum* et libri *noni* finem, ubi etiam *ὁ μουσικὸς* memoratur p. 591. p. 463. Bekkeri.

p. 40, 8. *ἐπ' ἄκρῳ—τῷ νοητῷ*] Cf. Platonis Phædr. c. 26. et in eum Hermias et Ast. in Comment. p. 301. Attigit eundem Phædri locum Proclus in Parmenidem I. p. 4. 7. ed. Cousin.

ib. *Περὶ δὲ τῆς ἀναγωγῆς*] Plato Republ. VII. p. 517. p. 331. Bekk.: *καὶ τὸν ἐπιχειροῦντα λύειν καὶ ἀνάγειν.*

— 14. *φθόγγους*] *Sonos harmonicos* vertit Marsilius, quo nimirum insignius distingueret ab antecedentibus *ψόφοις*. Vocem *φθόγγος*, proprie de voce humana, deinde quoque citharæ cet. illustrant scriptores in Stephani Thesauro p. 10084. ed. Londin. laudati, quibus add. Schleusn. Lex. N. T. in voc. et Valckenaerii Schol. in N. T. I. p. 344. Cæterum animum adverte ad repetitionem vocis *ἕτοιμον* diverso significatu usurpatæ. Talia nimirum sibi indulgere solet rebus magis intentus quam verbis Lycopolites philosophus. Proxime lectionem Cod. Vaticani *εὔηχον* profectam arbitror a librario, qui referret ad *τοῖς ᾀδομένοις* neque respiceret *σχήματα*, quæ mox memorantur. *Σχήματα* autem et rhetorum et saltatorum esse constat. Quæ Stephanus et editores in Thes. p. 3944. Lond. collegere, iis adde Ernesti disputata in Lex. Græc. Rhet. technol. p. 338. sqq. Ad reliqua adhibe Platon. Legg. II. 664. sq. p. 256. Bekkeri. Aristotel. Rhetor. III. 1. 4. cum interpr. Longini Fragmm. III. 5. Theonis Smyrnæi Musica cap. 1. ibiq. Bulliald. et cf. Plotinum ipsum II. 3. 13. V. 9. 11.

p. 41, 4. *ὕστερον λεκτέον*] Ad sententiam hujus primi capitis adhibendus Aristides Quintilianus de Musica I. 2.: *Διαλεκτικὴ δὲ καὶ ἡ ταύτης* (sic) *ἀντίστροφος ψυχὴν μὲν ὤνησεν πρὸς φρόνησιν, εἰ μουσικῇ παραλάβοι κεκαθαρμένην.* De vi musices ad formandos juvenum animos disputat Proclus in Alcib. pr. p. 194. sqq. Apponam verba Jo. Chrysostomi, quæ etiam ad initium sequentis capitis pertinent in Psalm xli. p. 146.: *οὐδὲν οὕτως ἀνίστησι ψυχὴν, καὶ πτεροῖ καὶ τῆς γῆς ἀπαλλάττει, καὶ τῶν τοῦ σώματος ἀπολύει δεσμῶν, καὶ φιλοσοφεῖν ποιεῖ, καὶ πάντων καταγελᾶν τῶν βιωτικῶν, ὡς μέλος συμφωνίας καὶ ῥυθμῷ συγκείμενον θεῖον ᾆσμα.* [Conf. C. Anne den Tex Disput. de Vi Musices ad excolendum hominem. Traj. ad Rh. 1816. 170. pp. Mr.]

— 6. *ἢ παρέλθοι*] i. e. vel altius adscendat super eum locum, quo *ὁ μουσικὸς* est. Respicit h. l. Plotinus doctrinam de gradibus ad superiora, quæ a Platone principe tradita a junioribus Platonicis amplius explicata est. Nos h. l. solius Symposii admonemus, ex cujus primaria oratione, Socratica nimirum, hoc universum caput de educando amatorio desumptum est. Vid. p. 210. sq. Steph. p. 442. sqq. Bekk. ubi et alia et hæc: *τοῦτο γὰρ δή ἐστι τὸ ὀρθῶς ἐπὶ τὰ ἐρωτικὰ ἰέναι ἢ ὑπ' ἄλλου ἄγεσθαι, ἀρχόμενον ἀπὸ τῶνδε τῶν καλῶν ἐκείνου ἕνεκα τοῦ καλοῦ ἀεὶ ἐπανιέναι, ὥσπερ ἐπαναβαθμοῖς χρώμενον, ἀπὸ ἑνὸς ἐπὶ δύο, καὶ ἀπὸ δυεῖν ἐπὶ πάντα τὰ καλὰ σώματα, καὶ ἀπὸ τῶν καλῶν σωμάτων ἐπὶ τὰ καλὰ ἐπιτηδεύματα κ. τ. λ.* Indidem profecit Noster I. 6. p. 48. G. *ἕως ἄν τις παρελθὼν ἐν τῇ ἀναβάσει κ. τ. λ.* Sicut

ibi ex Codd. dedimus pro *ἀπελθών*. Proximum *χωρὶς δὲ ζῶν* pertinet ad hæc inferiora, in quæ delapsa est anima Amatorii, adeoque ad Corpus, in quo inclusa est.

— 9. *πεσόντα ἐπτοῆσθαι*] Quod librorum auctoritate rescripsimus, et ipsum Platonis est. Vid. Sympos. 206. infr. p. 436. Bekk. Cratyl. p. 464. A. Phædon. p. 82. quos locos alibi etiam Plotinus ante oculos habuit, v. c. p. 73. B. D. p. 714. c. 22. A. Ex iisdem locis patet *περὶ* pendere ab *ἐπτοῆσθαι*. Proinde *πεσόντα* per se accipiendum, ut sit quod *προστετηκότα*, quod ipsum ad verbum *πτοεῖσθαι* adhibet Gregorius Naz. Orat. Stelit. in Tullan. I. p. 7.

— 12. *ἐν ἀσωμάτοις—τοῦ ἐρασμίου ἤδη*] Nam in rebus incorporeis est jam adsuetudo ejus, quod amabile est, i. e. Amatorius jam in r. incorp. adsuescit ad amabile. *Ἐράσμιον* autem et ipsum a Platone suo habet noster philosophus. Vid. Phædr. p. 250. d. Rempubl. III. p. 620. B. Definit autem accuratius infra p. 724. sq.

— 14. *εἶτα ἓν ποιητέον*] Ne quis forte hoc *ἓν* cum *περὶ ἓν σῶμα* confundat, verbo monendus est, hoc loco *τὸ ἓν* esse idem atque supra *τὸ ἓν πᾶσι ταὐτὸν* h. e. demonstrandum est, etiam quæ in rebus incorporeis pulcra insunt, reapse unum quoddam pulcrum esse.

p. 42, 3. *τὰ μαθήματα δοτέον*] h. l. *μαθήματα* non sunt, ut alibi apud Platonem Plotinumque, disciplinæ literarum universe, sed mathematicæ, arithmetica, geometria, reliquæ; quod vel ex loco Platonis intelligitur, quem Plotinus hic sectatus est, videlicet de Republ. VII. 523. sq. p. 341. sqq. Bekk. *διδόναι* pro *tradere* item Platonicum. Vid. de Rep. II. 364. et cf. Ast. Comm. p. 406. et junctum cum *διδάσκειν* p. 196. 197. p. 416. Bekk. Unde fortassis etiam paullo supra quis conjiciat, vestigia maxime codd. spectans, *δεικτέον οὖν καὶ διδακτέον* pro *λυτέον*.

— 4. *πρὸς συνεθισμὸν—καὶ πίστεως ἀσωμάτου*] Locus ad Plotiniani textus historiam memorabilis. Nam etsi nullus codicum nostrorum nec Ficinus aliter habet, prorsus diverso modo tamen a pluribus scriptoribus citatur. Hæc enim sententia Plotini nostri, ut plures aliæ ejusdem, adepta est quodammodo vim proverbii. Ac primum Scholiastes Platonis in libr. VI. de Republ. p. 172. Ruhnk. *καὶ ὁ Πλωτῖνος τοιοῦτο λέγει, τὸ παραδοτέον τοῖς νέοις τὰ μαθήματα πρὸς συνεθισμὸν τῆς ἀσωμάτου φύσεως.* Nec aliter hunc locum citat Jo. Philoponus in Aristot. de Anima fol. 1. A. p. 2. Plane sic etiam Gerh. Vossius de Mathesi III. 2. 7. p. 61. posuit hæc verba nescio unde accepta. Itemque David. Armen. philosophus in Comment. in quinque Voces Porphyrii in Cod. Paris. nr. 1939. At vero Iamblichus *περὶ κοινῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης* in Villoisoni Anecdd. Græcc. II. p. 207. ita de mathematica scientia: *—τῇ τε γὰρ θεολογίᾳ παρασκευὴν προυτρεπίζει καὶ ἐπιτηδειότητα, ὁμοιότητά τε πρὸς αὐτὴν παρέχει, καὶ ἀναγωγὴν, καὶ ἀποκάθαρσιν τὰ μὲν νοερὰ ὄργανα ἀπολύουσαν τῶν δεσμῶν καὶ ἀποκαθαίρουσαν, συνάπτουσάν τε πρὸς τὸ ὄν, τῷ τε κάλλει καὶ τῇ εὐταξίᾳ τῶν θεωρουμένων ἐν τοῖς μαθήμασι πλησιάζουσάν πως τοῖς νοητοῖς, διὰ δὲ τῆς τῶν ἀμεταπτώτων καὶ ἀκινήτων θεωρίας πρὸς τὰ ἑστῶτα καὶ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως νοητὰ καὶ ὡρισμένα ἀφομοιουμένην, ἐθίζουσαν καὶ τὴν διάνοιαν, ἠρέμα πρὸς τὸ φανὸν τοῦ ὄντος ἐπιβάλλειν, τῶν τε σωμάτων ἀπάγουσαν, καὶ πίστιν περὶ τῆς τῶν ἀσωμάτων οὐσίας ἐντιθεῖσαν, βεβαιότητά τε ἐπιστημονικὴν καὶ ἀκριβείαν παρέχουσαν.* Plura adscripsi ex loco primario et qui potissimum ad nostrum locum faciat. Lectionem quod adtinet, illud constat, Iamblichum suo in exemplo vulgatam offendisse. Unde haud absurdum sit suspicari, discrepantiam ex duplici recensione fluxisse. Hoc minus vulgata tentanda erat nobis et commendatur ea Platonico usu, qui similiter *πίστιν* usurpavit; v. c. in Phædon. p. 70. b. et *κατανόησις*, sive cogitatio rerum intelligibilium præparatur fide, sive fiducia, esse res incorporeas, quas qui non credat esse, torpeat necesse est ad earum cogitationem aggrediendam. De vi mathematices ad intelligibilium rerum scientiam plura ex veteribus laudavit Vossius l.l. itemque Bullialdus ad Theon. Smyrn. de Mathem. ad Platon. Lect. pag. 194. qui Plotini etiam verba adhibuit. quibus adde Proclum de Provident. et Fato cap. 12. eundem in Platonis Cratylum p. 1. Boisson. in Alcib. p. 194. sq. nostr. in Parmenid. I. p. 49. sq. Cousin.—Mox: *καὶ φύσει ἐνάρετον τὸ πρὸς τελείωσιν ἀρετῶν ἀκτέον* vel transponenda *καὶ τὸ φύσει ἐναρ.* vel delendum *τὸ* post *ἐναρ.* Vox autem *ἐνάρετος* recentior et a Stoicis invecta frequentataque, alii pro ea usurpari volunt *σπου-*

δαῖος. Vid. Steph. Thes. p. 2192. C. D. Londin. Adde Irmischii Indic. Herodian. in voce. Iuncum ap. Stob. Sermm. Tit. 119. p. 446. Gaisford. Wyttenb. ad Plut. Consol. Apollon. Vol. II. Animadvv. p. 773. et Lobeck. ad Phrynich. p. 328. sqq.

p. 43, 3. ἀληθείας πεδίῳ] Ductum ex Platonis Phædro cap. 28. p. 248.: οὗ δὴ ἕνεχ' ἡ πολλὴ σπουδὴ, τὸ ἀληθείας ἰδεῖν πεδίον οὗ ἔστιν. Ubi vid. Hermiam; add. Ast. p. 306. ibiq. laud. Axioch. p. 371. C. Plutarch. de Oracull. Defect. p. 422. Ps. p. 726. Wytt. Proclus in Platon. Tim. p. 105. 4. Adde Proclum in Platon. Theolog. IV. 6. p. 189.

ib. τῇ διαιρέσει τῇ Πλάτωνος] Plato in Politico p. 262. a. b. c.: μὴ σμικρὸν μόριον ἓν πρὸς πολλὰ καὶ μεγάλα ἀφαιρῶμεν, μηδὲ εἴδους χωρίς. ἀλλὰ τὸ μέρος ἅμα εἶδος ἐχέτω.—καλλίον—δέ που καὶ μᾶλλον κατ' εἴδη καὶ δίχα διαιροῖτ' ἄν. cf. 287. c. Sophist. p. 266. a. b. Phileb. p. 16. d. e. p. 17. a. p. 31. sqq. Stallbaumii. Est autem hic locus Plotini vel maxime tenendus ad cognoscendam Platonis Dialecticam. Cæterum cf. ad hoc caput Plotiniani libri Holstenii not. in Sallustium de Diis et Mundo cap. 1. p. 242. Gal. p. 70. Orell. ab eoque laud. Platon. Rempubl. lib. V. fin. et lib. VI. init. et Proclum in Theol. Plat. lib. I. c. 2.

— 9. λογικὴν πραγματείαν] *Logicam tractationem*, nimirum sententia Peripateticorum, qui λογικῆς, *Logicæ*, nomen primi induxerunt. Vid. Cic. Finn. I. 7. 22. 23. ibiq. Goerenz. cf. G. Vossium de Log. p. 206. sq. et Wyttenbachii Præcepta Philos. Logicæ, Prolegg. §. 8. p. 6. [Add. Facciolati Instit. Logicæ Peripat. p. 13. sq. et inprimis ejusd. Logicæ Discipl. Rudimenta p. 7. sqq.] Cæterum cum tota hac descriptione quietis Plotiniana cf. locum geminum Procli in Parmenid. I. p. 47. Cousin.: ἑτέρα δὲ ἀναπαύουσα ἤδη τὸν νοῦν οἰκειοτάτῃ θεωρίᾳ τῶν ὄντων κ. τ. λ. est enim longior, quam ut hic apponatur.

ib. προτάσεων] Vid. Aristotel. Analyt. prior. I. 1. p. 79. Sylb.: πρότασις μὲν οὖν ἐστι λόγος καταφατικὸς ἢ ἀποφατικὸς, τινὸς κατά τινος κ. τ. λ. cf. Analyt. poster. I. 2. p. 200. Suidas in πρότασις III. p. 208. sq. Kust. ubi πρότασις διαλεκτικὴ distinguitur a προβλήματι; et Olympiodor. in Platon. Alcib. pr. c. 14. p. 123. Sæpe est propositio ejus, quod ad disputandum proponitur. De προτάσει ῥητορικῇ vid. Aristotel. Rhetor. I. 3. 7. ibiq. interprr. p. 64. Oxon. Sæpius autem legitur in Plotino et πρότασις et προτάσεις, ut IV. 4. 44. V. 5. 1. VI. 8. 3.

— 15. Εἶτα—συντίθησι] Ficinus eumque secuti Engelh. et Taylor hujus verbi et sequentium subjectum faciunt *animam*. Nil decerno; quæro tantum, annon commodius *dialectica* pro subjecto habeatur. Mox ἔστι γάρ, φησιν sc. ὁ Πλάτων. Vid. locos, quos supra citavimus in annot. ad Inscriptionem hujus libri.

p. 44, 1. τί οὖν ἡ φιλοσοφία;] Ad sententiam consule Aristotel. Metaphys. I. 2. ubi et alia de philosophia et hæc p. 6. ed. Sylb.; οὔτε τῆς τοιαύτης (ἐπιστήμης) ἄλλην χρὴ νομίζειν τιμιωτέραν. ἡ γὰρ θειοτάτη καὶ τιμιωτάτη. Quod autem Plotinus Dialecticam non vult esse instrumentum philosophiæ, sed partem, eamque præstantissimam, in eo sequitur Platonem. Ita enim hic de Republ. VII. p. 534. fin. p. 368. Bekk. Ἆρ' οὖν δοκεῖ σοι, ἔφην ἐγὼ, ὥσπερ θριγκὸς (apex, culmen. cf. Astii Comm. p. 574.) τοῖς μαθήμασιν ἡ διαλεκτικὴ ἡμῖν ἐπάνω κεῖσθαι, καὶ οὐκέτ' ἄλλο τούτου μάθημα ἀνωτέρω ὀρθῶς ἂν ἐπιτίθεσθαι, ἀλλ' ἔχειν ἤδη τέλος τὰ τῶν μαθημάτων; Ἔμοι γ' ἔφη. Quæ continuo addit: οὐ γὰρ δὴ οἰητέον—καὶ κάνονες, iis tangit Peripateticos, aliosque philosophos, qui Logicam pro instrumento Philosophiæ habebant: cf. supra annot. ad inscriptionem libri, et Ammonii Præfat. in Aristotel. Categorias. Atque h. l. est universe tenendum a Plotino non fere *Philosophiam* appellari, nisi *Platonicam*, et *Philosophos* non fere, nisi *Platonicos*, aut si quis alterius sectæ cum Platonicis consentiat. Quod ante me monuit Wyttenbachius, qui eam in rem laudat multos locos in his Enneadibus: p. 2. D. E. 6. G. 19. A. B. 20. C. F. nostrum itidem locum; deinde p. 203. F. 204. E. 212. F. 213. D. 291. A. C. 293. A. 325. C. 330. A. 423. D. 469. A. 556. A. 760. B. Vid. Epistoll. Sodalium Socraticorum Philomathiæ ed. G. L. *Mahnei*, Zierizeæ. 1813. p. 172. sq. Ad verba philosophi nostri: ἀλλὰ περὶ πράγματά ἐστι—καὶ οἷον ὕλην ἔχει τὰ ὄντα possum multa proferre: sufficiant hæc ex Platonis Sophista p. 254. a.: ὁ δέ γε φιλόσοφος τῇ τοῦ ὄντος ἀεὶ διὰ λογισμῶν προ-

κείμενος ἰδέᾳ κ. τ. λ. Cæterum cf. Marsilii Commentar. in hoc caput et Heusdii Init. Philos. Platonic. Traj. ad Rh. 1827. p. 48. sqq. E recentioribus autem philosophis de Dialectica (Logica) similiter atque Plotinus judicat Hegelius. Quod vidit etiam Steinhart de Dialectica Plotini p. 15. not. 25.

— 8. ὅτι παρὰ τὸν κανόνα] Ficin.: *quasi sit* præter regulam veritatis. Melius Engelh. et Taylor.: *quia* adversatur regulæ veritatis. Cæterum si libri suffragarentur, posses etiam ὅ, τι scribere, ut esset: *quod* sit contra regulam veritatis.

— 12. καὶ εἰ ἑτέρα, ἢ κ. τ. λ.] Rursus intelligi vult E. αἴρει καὶ τίθησι, ita accipiens totum locum: "utrum anima id, quod ei extrinsecus adfertur, affirmat aut negat, pariter uti sensus faciunt, ubi externas res dijudicant." Contra Taylor ita vertit: *likewise, whether different or the same things are adduced; applying itself to them in a way resembling sense;* hanc addens notulam: i. e. *by intuition, so as to come into immediate contact with the objects of its knowledge. It does this, however, so far as its energy is purely intellectual.* Hæc ratio verior videtur. Opponit enim universo hoc loco Platonicam Metaphysicen (s. Dialecticen) Peripateticorum operationibus logicis.

— 15. ἔχει γὰρ καὶ ἄλλα κ. τ. λ.] Sequitur Plotinus distributionem philosophiæ in has tres partes: τὰ φυσικὰ, τὰ ἠθικὰ, τὰ νοητὰ (de his ἡ διαλεκτικὴ, vid. cap. 4. et 5.), quam alii Socrati alii Platoni tanquam auctori tribuebant. Vid. Fabric. ad Sext. Empir. Pyrrhon. Hypotyp. II. 2. p. 69. ibiq. laudd. et advers. Mathem. VII. 6—10. p. 370. sq.

p. 45, 1. κομίζεται] Percipit, ut opem (ut antea βοήθειαν λαβοῦσα) fructum. Vid. Thom. Mag. p. 543. sq. ibiq. interprr. Sturz. Lex. Xenoph. II. 768. Schleusn. Lex. N. T. p. 768. Vult autem intelligi multo arctiorem conjunctionem dialecticam inter atque reliquas philosophiæ partes esse, quam arithmeticam inter atque reliquas artes.

ib. Καὶ περὶ ἠθῶν] (sc. ἡ φιλοσοφία ex antecedentibus) θεωροῦσα μὲν ἐκεῖθεν (sc. κομιζομένη vel λαμβάνουσα βοήθειαν).

— 3. Ἴσχουσι δὲ καὶ αἱ λογικαὶ ἕξεις] Aut legit in suo codice Ficinus ἀρεταὶ, aut cogitando supplevit ex sequentibus. Eum secutus est Taylor. Libri nostri nil variant, nisi inter ἦδη et εἶδη. Utut statuas de hoc loco, nolo enim decernere, hoc certum: ἐκεῖθεν etiam hic referendum esse ad Dialecticam; ut hoc dicere videatur Plotinus: etiam habitus vel virtutes rationales sua principia repetere ex Metaphysica.

— 4. καὶ γὰρ μετὰ τῆς ὕλης] Hæc et verba τὰ πλεῖστα non vertit Taylor. Engelhardt. supplet ἔχει (ἴσχει) ad τὰ πλεῖστα, hac sententia: ratio atque adeo rationales virtutes, quæ ipsarum propria sunt, e Dialectica repetunt, ut quæ rationi cognata est; plurima tamen eædem virtutes cum materia habent communia, ut quæ sensibilia tractant et moderantur. Deinde aliam rationem idem vir doctus iniit, hanc, ut suppleas post τὰ πλεῖστα hanc sententiam: ἀρχὰς ἔχει παρὰ τῆς διαλεκτικῆς: plurimæ res una cum materia a Dialectica pendent, adeo ut Dialectices principia etiam in materiam vim habeant. Prior ratio, si modo, potior videtur. Quæ sequuntur, Idem sic expleri vult: ἡ δὲ φρόνησις ἐπιλογισμός τις ἐστὶ, καὶ τὸ καθόλου μᾶλλον ἐπισκέπτεται, καὶ ἀνταkολουθοῦσιν ἑαυτοῖς οἱ λογισμοὶ διδάσκει (?), καὶ εἰ δεῖ νῦν ἐπισχεῖν ἢ εἰσαῦθις κελεύει (?) καὶ ὅλως ἄλλο βέλτιον δίδωσι (?). Qui Thucydideam brevitatem Plotini novit, hæc non desiderarit. Nam ex ἐπιλογισμὸς cogitandum est ad sequentia ἐπιλογίζεται. Cæterum vox ἐπιλογισμὸς in iis est, quas Dionysius tanquam obsoletas et vulgo obscuras in Thucydide notat (in Epist. II. ad Ammæ. p. 793. Reisk. ubi Hudson. intulerat περιλογισμὸς; illud ex duobus Codd. reduxit Kruger. in Dionysii Halic. Historiographicis p. 224. et memoratu est dignum, etiam vocem περιωπὴ in Thucydide ibidem reprehensam legi in Plotini Enneadibus. Vid. II. 9. 14. fin.) Quod autem ἐπιλογισμὸς sæpius est *reputatio, cogitatio*, et alicujus *symboli sententia*, quam, postea quam illud oblatum est, ex eo eruimus (uti apud Iamblichum in Protrept. Symb. XI. explic. p. 336. Kiessling.): apud Plotinum opponitur τοῖς λογισμοῖς, quæ reliquis virtutibus tribuuntur, estque superius aliquid, quod tanquam proprium vindicatur soli φρονήσει, ideoque *augustior atque excelsior quasi quædam ratiocinatio.* Zonaras Lex. Gr. p. 793.: Ἐπιλογισμὸς· ὁ κατὰ

τὸν πρῶτον λόγον ἀνελθὼν καὶ τοῖς ἔμπροσθεν ὑπερμαχῶν ἢ ἀνθιστάμενος, ubi de hac vocabuli vi non magis quid annotatum invenio, quam aliis in Lexicis, quæ proinde hinc suppleri possunt. Usurpat vocem etiam Theodorus Metochita cap. 70. p. 454. et cap. 110. p. 729. Miscellann. ed. Müller. et Kiessling.

p. 45, 9. *εἰς χρῆσιν προσφέρει τῇ φρονήσει*] Marsilius cum binis suis Mediceis legit *προφέρει*. Faciunt autem ad hæc et sequentia Porphyrii atque Alcinoi loca. Ille enim in Sententiis p. 237. ubi de quatuor virtutum generibus, politicarum, purgativarum, intellectualium et exemplarium agit, ita: *Ἄλλο οὖν γένος τρίτον ἀρετῶν μετὰ τὰς καθαρτικὰς καὶ πολιτικὰς, νοερῶς τῆς ψυχῆς ἐνεργούσης. σοφία μὲν καὶ φρόνησις ἐν θεωρίᾳ ὧν νοῦς ἔχει. δικαιοσύνη δὲ καὶ οἰκειοπραγία ἐν τῇ πρὸς τὸν νοῦν ἀκολουθίᾳ, καὶ τὸ πρὸς νοῦν ἐνεργεῖν. σωφροσύνη δὲ εἴσω πρὸς νοῦν στροφή. ἡ δὲ ἀνδρεία ἀπάθεια· καθ' ὁμοίωσιν τοῦ πρὸς ὃ βλέπει, ἀπαθὲς ὂν τὴν φύσιν· καὶ ἀντακολουθοῦσί γε αὗται ἀλλήλαις ὥσπερ καὶ ἄλλαι.* Alcinous de Doctrina Platonis cap. 28. p. 518. cap. 29. p. 521.: *τῶν δὲ εἰδῶν αὐτῆς (τῆς ἀρετῆς) αἱ μὲν λογικαὶ, αἱ δὲ ἄλογοι.— ὅθεν καὶ ἀντακολουθεῖν ἡγητέον τὰς ἀρετάς. ἡ γὰρ ἀνδρεία δόγματος ἐννόμου διασωστικὴ ὑπάρχουσα, λόγου ὀρθοῦ διασωστική ἐστι· τὸ γὰρ ἔννομον δόγμα ὀρθός τις ἐστὶ λόγος, ὁ δὲ ὀρθὸς λόγος ἀπὸ φρονήσεως γίνεται. καὶ μὴν καὶ ἡ φρόνησις μετὰ ἀνδρείας ὑφίσταται. ἐπιστήμη γάρ ἐστιν ἀγαθῶν. οὐδεὶς γὰρ δύναται τὸ ἀγαθὸν ὁρᾷν ὑπὸ δειλίας ἐπισκοτούμενον καὶ τῶν συνακολουθούντων τῇ δειλίᾳ παθῶν.* Dicuntur igitur virtutes *ἀντακολουθεῖν*, quarum vicissim una ex altera sequitur; et *ἀντακολούθησις* earum est mutua ipsarum consecutio, ut si hæc sit, sit etiam illa, et, si illa, etiam hæc. Substantivum usurpat Synesius in Dione p. 49. d. Petav. et Proclus in Alcib. cap. 97. p. 319. ubi in annot. etiam monui, Stoicorum hanc fuisse sententiam: *τὰς ἀρετὰς ἀντακολουθεῖν ἀλλήλαις*, laudato etiam Schweighæusero ad Epictet. III. p. 243.

— 16. *Ὅλως γὰρ ἡ φυσικὴ ἀρετὴ, καὶ ὅμμα ἀτελὲς καὶ ἦθος ἔχει*] Ad verbum hæc laudat Proclus in Alcib. pr. §. 46. p. 133. ed. nostr. Respicit hæc Plotiniana etiam David Armenius philosophus Comment. in Aristotel. Categg. cap. VI. §. 7. in codd. Pariss. et Monacc. aliquot msscrr. *Ἐν οἷς* (i. e. *ἐν τοῖς περὶ δυνάμεως ζητουμένοις Krabingerus*) *τὸ δεύτερον κεφάλαιον, ἐν ᾧ δείκνυται, ὅτι καὶ διὰ ψυχῆς κεχώρηκε καὶ σώματος δύναμις καὶ ἀδυναμία καὶ τοῦ συναμφοτέρου. διὰ μὲν ψυχῆς, ὡς ἐπὶ τῶν φυσικῶν ἀρετῶν καὶ ἠθικῶν· αὗται γὰρ ὠδίνουσι τὰς πολιτικὰς, καὶ ὁ ἔχων μίαν τούτων διὰ τῆς τοῦ λόγου προσθήκης (προθήκης alii) εὐχερῶς κτᾶται τὰς πολιτικὰς, περὶ ὧν εἴρηται. περὶ μὲν τῶν φυσικῶν, τὸ γὰρ φύσει ἀκράτιστον· (κράτιστον al.) περὶ δὲ τῶν ἠθικῶν· ἔχει γάρ τι καὶ τὸ τραφῆναι καλῶς· καὶ ὅτι Πλάτων ἀνδραποδώδεις αὐτὰς εἶναι λέγει, Πλωτῖνος δὲ ἀτελεῖς.*

LIB. IV.

p. 55, 7. ΠΕΡΙ ΕΥΔΑΙΜΟΝΙΑΣ] Hunc librum ex iis esse quinque a Plotino sibi missis in Sicilia agenti circa decimum quintum annum imperii Galieni, Porphyrius refert de Vita Plotini cap. sexto p. 103. Fabric. Ordinem, quo deinceps scripti sunt ad unum omnes, quod attinet, hic ipse quadragesimum sextum locum tenet, iisque accensendus est, qui a jam senescente philosopho in lucem sunt editi. Argumentum autem ejusmodi est, ut inde a nascente philosophia certatim tractatum sit a permultis. Nam, ut barbaros philosophos omittamus, Græci inde a Pythagora in eo explicando elaborarunt, et pro familiarum differentia *Beatum* illud diverso modo definierunt. Neque defuerunt Philosophorum peculiares libri, qui *περὶ εὐδαιμονίας* vel similiter inscriberentur, in quibus, ut hoc utar, non extremus fuit amissus ille Theophrasteus. Atque ex plurimis insigniora decreta suos in commentarios retulerunt Aristoteles (Ethic. Nicom. I. 3. sqq.), Cicero, maxime in libros de Finibus, de Natura Deorum, inque Quæstiones Tusculanas, Seneca, Plutarchus, Diogenes Laërtius, alii, usque ad Joannem Stobæum. Qui quidem cum in Eclogarum libris passim, maxime libr. II. cap. VII. p. 54. sqq. Heer. tum in Florilegii Titulo centesimo tertio p. 552. sqq. p. 333. sqq. ed. Gaisford., haud paucas sententias veterum scriptorum, inprimis philosophorum, recepit. Atque cum Plotinus hunc morem sequatur, ut aliorum placita philosophorum, omissis auctorum nominibus, attingat, de potioribus, quoad ejus in hac annotationis brevitate fieri poterit, deinceps monebimus ad loca singula. Hic autem in antecessum me-

morabo, decreta Aristotelis, quem cum aliis Peripateticis itidem tangit hoc libro Plotinus, cum Plotinianis hac in re in unum redigere studuisse Gennadium. Etenim Bandinius, in Catalogo Codicum Græcorum Bibliothecæ Laurentianæ Tom. III. p. 363. 370. 403. ubi describit Codicem numero XXVII., in eodem libro manuscripto exstare dicit: Gennadii Scholarii (vulgo Georgii Scholarii appellati) *Περὶ ἀνθρωπίνης εὐδαιμονίας Ἀριστοτέλους καὶ Πλωτίνου συμβιβαστικὸν, De humana felicitate conciliatio Aristotelis et Plotini.* Anglice conversum hunc Plotini librum edidit Thomas Taylor: *Five Books of Plotinus.* London. 1794. p. 3. sqq.

— 8. *De Beatitudine*] Ficinus usus est venia, quam Cicero de N. D. I. 34. impertit Græca vertentibus in hoc substantivo. *Εὐδαιμονία* autem est *beatitas* s. *beatitudo*, sive *Beatum;* quod postremum Cicero etiam substantive usurpat (Goerenz. ad De Finib. p. 637.): *εὐτυχία, Felicitas*, et *εὐτυχὴς* proprie *fortunatus*, contra *ὄλβιος*, pariter atque *εὐδαίμων, beatus.* Vid. Herodot. I. 32. Eustath. ad Odyss. VI. 187. Valckenaer. ad Theocrit. Adoniaz. v. 24. Idem ad Euripid. Hippolyt. 750. et Elmsleius ad Medeam 1197. Ad philosophorum autem orationis usum consulendi sunt Aristoteles in Ethic. Nicom. VII. 13. 4. ejusque interpretes ad I. 4. 2.

— 11. *ἐν εὐζωΐᾳ—εἶναι*] Aristot. Eth. Nicom. I. 8. 4. *συνᾴδει δὲ τῷ λόγῳ καὶ τὸ εὖ ζῆν καὶ τὸ εὖ πράττειν τὸν εὐδαίμονα· σχεδὸν γὰρ εὐζωΐα τις εἴρηται καὶ εὐπραξία.* Cf. Thom. Gataker. ad Marc. Antonin. III. 12. p. 87. Bis item usurpat hoc substantivum Stoicus apud Stobæum Eclog. II. 7. p. 171. p. 130. sqq. Heeren. quem locum ab Heerenii mutationibus recte vindicavit et ad Canteri maxime rationem revocavit Wyttenbach. ad Plutarchi Consol. Apollon. p. 739. sq. ed. min. Cæterum cf. infr. cap. 14. et Proclum in Alcib. p. 100. sub. fin. et Scholiast. in Dionys. Thrac. ibid. p. 332. lin. ult.

— 15. *οἷον καὶ τὰ μουσικὰ τῶν ζώων—τὴν ζωὴν ἔχει*] Si rursus cogites *ἐνδέχοιτο*, non mala est lectio *ἔχειν*, quæ a librariis facile potuit corrumpi, qui hoc non cogitarent. Cantu etiam animalia nonnulla oblectari profitetur etiam Aristoteles Polit. VIII. 6. 4. Plutarchus Sympos. lib. VII. Probl. 5. cap. 2. p. 704. sq. p. 902. Wytt. *Δοκεῖ δέ μοι μηδὲ Ἀριστοτέλης αἰτίᾳ δικαίᾳ τὰς περὶ θέαν καὶ ἀκρόασιν εὐπαθείας ἀπολύειν ἀκρασίας, ὡς μόνας ἀνθρωπικὰς οὔσας. ταῖς δὲ ἄλλαις καὶ τὰ θηρία φύσιν ἔχοντα χρῆσθαι καὶ κοινωνεῖν. Ὁρῶμεν γὰρ ὅτι καὶ μουσικῇ πολλὰ κηλεῖται τῶν ἀλόγων, ὥσπερ ἔλαφοι σύριγξιν.* κ. τ. λ. cf. Gell. N. A. XIX. 2. Muret. ad Aristot. Eth. Nicom. III. 10. 7. p. 110. sq. Zellii et Gerard. Vossium de Musica §. 11. p. 14. Uti autem in hac periodo constructio variat, ita nec minus in sequentibus *αὐτοῖς ἀφικνουμένων* (ita enim correximus, sive malueris *ἀφικομένων*). Post hoc vocabulum interpunctionem majorem posuimus deleto commate post *ἐλθοῦσιν*, secuti Ficinum et Engelhardt.

p. 56, 7. *ζωὴν ἐξελιττομένην εἰς τέλος ἔχουσι*] Eleganter de plantis, quæ maturescendo deinceps magis magisque explicantur. De vario verbi usu addo iis, quæ viri docti in H. Steph. Thes. congessere, Zonar. Lex. p. 771. et Jacobs. ad Callistrati Statuas p. 728. Frequentat autem Plotinus. Vid. v. c. III. 7. 5. III. 7. 10. III. 8. 7. IV. 8. 6. V. 3. 3. VI. 8. 18. et *ἐξέλιξις* V. 7. 3. In seqq. illud *καὶ μὴ* post *ἐπὶ—εὖ παθεῖν* non expressit Ficin., licet in uno Mediceo compareat. Luculentius tamen est: *εὖ παθεῖν, καὶ μὴ, καὶ καρπὸν αὖ φ. κ. μ. φ.* Ad argumentum universi hujus loci faciunt, quæ philosophus noster alibi de animalibus plantisque disputat, ut III. 4. 2. p. 283. sq. III. 8. 1. p. 344. et IV. 4. 27. sq. p. 419. sqq. et quæ Marsilius hinc inde in Commentariis apposuit, v. c. in hunc ipsum librum p. 22. 23. 27. et p. 340. ubi passim etiam de sexu plantarum loquitur. Porphyrius de Abstinentia I. sect. 18. dubitanter ita: *Εἰ δὲ, ὥς φασι, καὶ τὰ φυτὰ ψυχὴν ἔχει*, quæ Ægyptiorum sententia fuit, vid. Rhoer. ad l. l. p. 30. Idem III. 19. p. 258. *οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῖς ζώοις τὰ φυτὰ παραβάλλειν, κομιδῇ βίαιον· τὰ μὲν γὰρ αἰσθάνεσθαι πέφυκε, καὶ ἀλγεῖν, καὶ φοβεῖσθαι, καὶ βλάπτεσθαι· διὸ καὶ ἀδικεῖσθαι· τοῖς δὲ οὐδέν ἐστι αἰσθητὸν·* κ. τ. λ. cf. III. 27. p. 287. Aliam in sententiam disputat Proclus in Fragmm. de Sacrificio et Magia p. 274. sqq. ed. Lugd. Tornæs. 1549. quos locos attigit Jo. Bapt. Pius in Gruteri Lampade Tom. I. p. 553.

— 14. *Εἰ μὲν οὖν ἡδονὴ τὸ τέλος* κ. τ. λ.] Ita Eudoxus, Aristippus, Epicurus, alii. Vid. Ari-

stotel. Ethic. Nicom. X. 2. 1. p. 434. Zellii, Stob. Eclogg. II. 7. p. 74. Heer. Xenophont. Memorab. II. 1. III. 8. Diog. Laërt. II. 65. Cic. Acad. (IV.) II. 42. 131.: Alii voluptatem finem esse voluerunt: quorum princeps Aristippus, qui Socratem audierat; unde Cyrenaici. post Epicurus, cujus est disciplina nunc notior: neque tamen cum Cyrenaicis de ipsa voluptate consentiens. Cf. Cic. de N. D. I. 40. ibiq. Davis. et nostra annotata p. 181. sqq.

p. 56, 15. *ἀταραξία*] Hanc sectari se dicebat Epicurus: Sapientia, quæ nos *a libidinum impetu* et *a formidinum terrore* vindicet. Cic. de Finib. I. 14. 46. ibiq. Goerenz. cf. I. 15. 49. p. 68. Plura dabit Sext. Empir. adv. Math. XI. 141. p. 716. Fabr. idem Pyrrh. Hypot. I. 8. I. 11. p. 3. sq. ubi consule H. Steph. p. 203. ed. Fabr. Adde Diog. Laërt. X. 176. Denique *τὸ κατὰ φύσιν ζῆν* professi sunt *Stoici*, sed varie appellaverunt et definierunt, ut *συμφώνως τῇ φύσει ζῆν*, ut *ὁμολογουμένως ζῆν* et aliter alii. *Naturæ congruenter vivere* dicit Tullius de Finib. IV. 11. 26. cf. de Off. III. 3. 13. p. 202. Beier. Epicteti Dissertatt. I. 2. 6. I. 4. 14. p. 25. Schweigh. Galenus de Hippocrat. et Platon. Placit. V. p. 168. Chart. p. 470. sq. Kuehnii. Diog. Laërt. VII. 87. et 89. ibiq. Menag. Stobæi Eclogg. II. 7. p. 132. Heeren. et consule Lipsii Manuduct. ad Stoic. Philos. II. 14. 15. p. 474. sqq. (Operr.) II. 22. p. 484. sq. J. Bakium ad Posidonii Reliqq. p. 225. et Baguet. de Chrysippo p. 316. sq.

p. 57, 5. *καὶ ὅτι ἡδὺ—εἶναι*] Convertit haud ineleganter membrorum ordinem. Quod vero Fic. addidit: *antequam dulce id esse percipias*, inde non colligam itidem in aliquo cod. additum reperiri: *τὸ ἡδὺ πρὸ τοῦ μὴ λανθάνειν*, sed, ut sæpissime facit, etiam h. l. dilatasse Plotinianam densitatem. Etenim nec Medicei, quibus usus est Marsilius, agnoscunt hoc additamentum. Proxima *ὥστε ἀγαθοῦ—τὸ ἔχον* verbo tenus ita sonant: *Proinde, quando hoc bonum est atque adest, jam-jam in bene* (bene esse) est possidens (quod id sc. bonum habet).

—11. *ἀντιλαμβανομένοις*] Verbum proprium de sensibus, proinde nunc *sentire, percipere*, nunc *frui, participem fieri* significans. Schol. Thucyd. VII. 66. *ἀντιλάβεσθε· ἀντὶ τοῦ αἰσθάνεσθε*. Theodoret. lib. V. de provid. p. 458. ed. Schulz. *καὶ τῶν ὀσμῶν ἀντιλαμβάνεται*. Vid. etiam Fischer. Ind. in Æschin. Dialog. in voce. Wetsten. N. T. T. II. p. 347. Adde Procl. in Alcib. pr. p. 300. *ὅσοι χαίρουσι ταῖς μεταβολαῖς, τῆς ἑστώσης φύσεως οὐδαμῶς ἀντιλαμβανόμενοι* Adde insuper has ipsas Enneades IV. 3. 24. et 30. IV. 4. 23. VI. 9. 1. Quod in seqq. *οἷον αἰσθήσεως τοιούτου* Engelhardt. lacunam inesse opinatur, nil vestigii in Codd., et Ficinus locum circumscribendo satis perspicuum reddidit. Idem in Commentario sic explicat: "Quod si porro dicant bonum esse mixtum ex conditione (s. essentia) ipsa hujusque perceptione per sensus." Adhibe etiam ad sequentia Ficini Commentarium. Nos enim non philosophos commentarios scribimus in has Enneadas, nimirum non Iliada post Homerum, sed, quoad ejus fieri potest, et codicum ope paranda, verborum usu orationisque indole aperienda, fontibus denique aliorumque philosophorum placitis designandis adjuvare instituimus Plotinum.

p. 58, 9. *ἐν τρανωτέρᾳ ζωῇ*] Vertit Marsilius in vita *integriore*. Debebat *clariore* (*disertiore, efficatiore*). Etenim *τρανὸς* idem est atque *τορὸς, διάτορος*. Plura de illa voce apposuimus ad Procli Inst. Theol. 145. p. 214—216. hæc verba, quæ propterea adscribimus, quia ad nostrum locum faciunt: *καὶ ὁ μὲν λίθος μετέχει τῆς καθαρτικῆς δυνάμεως, σωματικῶς μόνον· τὸ δὲ φυτὸν, ἔτι τρανέστερον, κατὰ τὴν ζωήν· τὸ δὲ ζῶον ἔχει καὶ κατὰ τὴν ὁρμὴν τὸ εἶδος τοῦτο· ψυχὴ δὲ λογικὴ, λογικῶς· νοῦς δὲ νοερῶς· οἱ δὲ θεοὶ, ὑπερουσίως καὶ ἑνιαίως.*

p. 60, 13. *ἀντιδιῃρημένον—πρότερον—ὕστερον*] Aristotelis Categor. cap. 13. (cap. 10. al.) §. 3. *καὶ τὰ ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους ἀντιδιῃρημένα ἀλλήλοις ἅμα τῇ φύσει λέγεται· ἀντιδιῃρῆσθαι δὲ λέγεται ἀλλήλοις τὰ κατὰ τὴν αὐτὴν διαίρεσιν. οἷον τὸ πτηνὸν τῷ πεζῷ καὶ τῷ ἐνύδρῳ. ταῦτα γὰρ ἀλλήλοις ἀντιδιαιρεῖται, ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους ὄντα· τὸ γὰρ ζῷον διαιρεῖται εἰς ταῦτα, εἴς τε τὸ πτηνὸν, καὶ τὸ πεζὸν, καὶ τὸ ἔνυδρον. καὶ οὐδέν γε τούτων πρότερον ἢ ὕστερόν ἐστιν, ἀλλ' ἅμα τῇ φύσει τὰ τοιαῦτα δοκεῖ εἶναι. διαιρεθείη δ' ἂν καὶ τούτων ἕκαστον εἰς εἴδη πάλιν οἷον τὸ πτηνὸν, καὶ τὸ πεζὸν, καὶ τὸ ἔνυδρον. ἔσται οὖν κἀκεῖνα ἅμα τῇ φύσει, ὅσα ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους κατὰ τὴν αὐτὴν διαίρεσίν ἐστι.* "Atque etiam quæ eidem subjectæ generi, ut partes illius inter se opponuntur, simul dicuntur esse natura: ut

partes autem generi subjectæ vicissim sibi respondent; quæ ab eadem illius divisione sunt profectæ; quemadmodum volatile ex adversa parte respondet terrestri atque aquatili: hæc enim cum ex eodem genere sint, in dividendo isto inter se opponuntur; animans siquidem in hæc dividitur, in volatile, terrestre et aquatile: *neque est horum ullum prius alteris aut posterius*, sed natura simul talia videntur esse. Singula vero ista, ut volatile, ut terrestre, ut aquatile, rursus in species certas dividi possunt. Itaque illa etiam simul natura esse patet, quæ eidem generi subjecta eadem ex divisione sunt." Hæc Stagirita, quem hoc loco a Plotino respici nemini, qui hæc legerit, erit obscurum. Cf. Aristot. Topicc. 6. Stobæi Eclogg. II. 7. p. 54. Heeren. et Plotin. VI. 3. 10. VI. 3. 20. et *ἀντιδιαίρεσις* IV. 4. 28. fin. VI. 3. 10.

— 17. *τρανότητι—ἀμυδρότητι*] Magis proprie: *claritate—obscuritate*. Adjectivum sæpius usurpat Plotinus. Vid. v. c. p. 54. D. *ἀμυδρᾷ τῇ ζωῇ*. p. 724. cap. 33. a. p. 725. A. *ἀμυδρῶς* p. 169. A. Plura de hoc vocabulo dixi in annot. in libr. de Pulcrit. p. 247. sq. Nunc addam substantivi exemplum ex alio hujus familiæ philosopho. Proclus in Alcib. pr. p. 96. *τὸ μὲν οὖν σχεδὸν τὴν ἀμυδρότητά μοι δοκεῖ σημαίνειν τῶν φυσικῶν ἀρετῶν.*

p. 61, 2. *ἐπιλείπει τὸ εὐδαιμονεῖν*] Extremas binas voculas extra parenthesin posuit Ficinus, probante Engelhardto. Nos sine libris talia non mutamus. Idem hæret in *μηδενὶ*, quod omnes libri agnoscunt, sed pro *ἐπιλείπει* eorundem jussu dedimus *ἐλλείπει*.

— 5. *ἐπακτὸν*] De hujus vocis usu dictum est supra ad I. 2. 1. Cæterum quod in fine capitis usurpatur *ἐνδάλματα* sicuti verbum *ἐνδάλλεσθαι* (Ruhnk. ad Tim. Lex. Plat. p. 150.) valde frequentatur hujus familiæ philosophis. Vide modo Indic. Græcit. Plotin. et Indic. Græc. Initiorum Philosophiæ et Theol. Plat. ed. nostr. Universo autem huic capiti adhibito Commentarium Ficini.

— 16. *τὸ εὐδαιμονεῖν*] *Felicitatem* Fic. Potius: *beatum esse*. Vid. ad init. libri.

p. 62, 10. *περικεῖσθαι δ' αὐτῷ*] Locutio a re vestiaria traducta et a Stoicis potissimum usurpata, quo declaratum volunt corpus externaque reliqua nos quidem circumdare, sed ad animum nostrum proprie nihil pertinere. Hinc Marcus Antoninus XII. 3. *περικείμενον σωμάτιον, circumdatum tibi corpusculum* et similiter alibi. Vid. Gataker. ad VIII. 27. p. 247. Seneca Epist. 92.: Corpus natura ut vestem animo circumdedit. Velamentum ejus est. Paullus Epist. ad Hebr. *ἐπεὶ καὶ αὐτὸς περίκειται ἀσθένειαν* [C. 5. v. 2.] Quod non recte accepit Schleusnerus in Lex. N. T. Tu consule Valckenaerii Epistol. ad Roever. p. 54. et ejusdem Scholas in N. Fœd. II. p. 486. Expressius etiam Proclus in Alcib. p. 257. *ἠμφιεσμέναι τοιαῦτα σώματα καὶ περιβεβλημέναι τοιούτους δεσμοὺς καὶ περιεστοιχισμέναι τοιαύτῃ μεταβολῇ*, ubi vid. annot. nostr.

— 14. *Μαρτύριον δὲ τούτου*] Engelh. ita distingui vult: *μαρτύριον δὲ τούτου, τὸ εἶναι, κ. τ. λ. Testimonium ejus, quod dicimus, est*, ipsum esse (s. conditio hujus hominis). Non male. Possis tamen etiam ita accipere, ac si scriptum sit: *μ. δὲ τὸ εἶναι τούτου: Argumentum est hujus* (hominis) *esse* (conditio, status).

— 17. *ὁ βίος—ζωὴν ἔχοντι*] Hic nihil proficias vulgaribus distinctionibus Grammaticorum, Ammonii in *βίος* p. 32. (p. 30.), Antiatticistæ in Bekkeri Anecdott. Grr. I. p. 83. Vid. autem Valcken. ad Ammon. et interprr. ad Thom. Magistr. in *βιοῦν* p. 153. Hoc loco *βίος* est conditio tanquam forma, quæ refertur ad *ζωὴν*, tanquam genus. Tenenda autem ad hunc locum et ad antecedentia de *τελειότητι* definitio beatitudinis est, inter Platonicas, quæ feruntur, in *ὅροις* p. 412. D.: *Εὐδαιμονία, ἀγαθὸν ἐκ πάντων ἀγαθῶν συγκείμενον· δύναμις αὐτάρκης πρὸς τὸ εὖ ζῆν· τελειότης κατ' ἀρετὴν, ὠφέλεια αὐτάρκης ζώου.* Hæret autem Engelh. in verbis: *κἂν σπουδαῖος ᾖ*. Codices nil variant.

p. 63, 2. *σώματι, τὰ αὐτοῦ ζῶντι*] Corpori, quod suam sibi vitam vivit. Quod Fic. *τοῦ τοιούτου ἀνθρώπου* vertit *interioris* hominis, videtur perspicuitatis causa fecisse, et hactenus non male. In libris MSS. nil variantis lectionis est.

— 7. *οἶδε τὸν θάνατον, ὅ, τι ἐστίν.*] De attractione, utpote vulgata, protritum sit dicere. Ad argumentum confer Platonis Gorg. p. 524. b. Phædon. p. 64. c.

— 11. *Ἀλγηδόνες*] In hoc capite refert Plotinus maxime *Peripateticorum* sententias de vita

beata, quibuscum hac in re Academicorum pars et Pythagoreorum faciebat. Hos quod attinet, vide v. c. Archytæ locos apud Stobæum in Floril. Tit. I. 70—81. vol. I. p. 38—47. Gaisford. De Academicis vid. Cicero Acadd. II. (IV.) 42. §. 131. E. Peripateticis locum primarium præstat ipse Aristoteles in Eth. Nicom. VII. 13. Sextus Empir. Pyrrhon. Hypotyp. III. 180. p. 171. Fabric. *τῶν φιλοσόφων τινὲς μὲν τρία γένη φασὶν εἶναι ἀγαθῶν· ὡς οἱ Περιπατητικοί· τούτων γὰρ τὰ μὲν εἶναι περὶ ψυχὴν, ὡς τὰς ἀρετάς· τὰ δὲ περὶ τὸ σῶμα, ὡς ὑγίειαν καὶ τὰ εἰκότα· τὰ δὲ ἐκτὸς, ὡς φίλους, πλοῦτον, τὰ παραπλήσια.* Adde Stobæi Eclogg. II. 7. Ceterum *ἀλγηδὼν* præsertim ab Epicuro frequentatum, ut *ἀλγεῖν*, neque tamen Socraticis ignotum. Xenoph. Memor. I. 2. 5. Plat. in Phileb. p. 42. p. 126. Stallb. Menag. ad Diog. Laërt. X. §. 139. indeque hac in re designanda solemne. Locis in Thesauro Steph. laudatis adde Theodor. Metoch. Miscell. p. 212. 246. 276. 284. 365. Procl. in Alcib. p. 58. ed. nostr. *ὥσπερ γὰρ πρὸς τὰς ἡδονὰς γυμναζόμεθα καὶ πρὸς τὰς ἀλγηδόνας.*

p. 63, 15. *τὰς πολυθρυλλήτους Πριαμικὰς τύχας*] Priamus in personis tragicis, inque rebus scenicis frequentatus. Hesych. II. 1020. ibiq. Alberti. Sed Plotinus Aristotelem respicit, qui in Ethic. Nicom. I. 10. 14. ita: *εἰ δ' οὕτως, ἄθλιος μὲν οὐδέποτε γένοιτ' ἂν ὁ εὐδαίμων. οὐ μὴν μακάριός γε, ἂν Πριαμικαῖς τύχαις περιπέσῃ.* Et illud *πολυθρυλλήτους* satis arguit, Priami fata non minus communem locum fuisse in libris philosophorum, quam Phalaridis taurum, de quo infra. Argumento quoque est Ciceronis locus de Priami extremis, qui exstat in Tusculanis I. 35. Proverbii vim, quæ in Priami nomine invaluerat, indicavit Scholion Codicis Marciani B. Qui plura desideret, consulat doctam animadversionem Wyttenbachii in Plutarchi Consol. Apoll. p. 758. sq. ed. Oxon. form. oct.

p. 64, 3. *ψυχὴν τοιάνδε—σώματος φύσιν*] Non Peripatetici primum inculcabant, verum antea etiam Pythagorici. Archytas ap. Stob. Floril. Tit. I. §. 76. p. 43. Gaisford. *ὁ δ' ἄνθρωπος οὐχ' ἁ ψυχὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ σῶμα· τὸ γὰρ ἐξ ἀμφοτέρων ζῶον, καὶ τὸ ἐκ τοιούτων ἄνθρωπος. καὶ γὰρ εἰ τᾶς ψυχᾶς ὄργανον τὸ σῶμα πέφυκεν, ἀλλὰ καὶ τῷ ἀνθρώπῳ μέρος καὶ τοῦτο καὶ ἁ ψυχά. κ. τ. λ.*

— 5. *αἱ—πείσεις*] Simpliciter pro voce *πάθη* usurpari sæpiuscule docet ad M. Antonin. Gataker. p. 76. sq. et p. 202. Cf. locos Plotinianos II. 9. 14. III. 1. 4. V. 9. 10. et passim.

ib. *πρὸς αὐτὸν ἀναφέρονται*] Ficinus vertit: "ad ipsum *animum* transferantur:" et ita quoque Taylor. Sed tunc debebat legi *αὐτὴν*, quod in nullo libro comparet. Proinde referendum est ad hominem. Deorum beatitudinem cum hominum conditione comparat etiam Hippodamus Thurius in Fragmento *περὶ εὐδαιμονίας* apud Stobæum in Florileg. Tit. 103. §. 26. p. 339. sq. Gaisfordii.

— 10. *προσθήκην—λαβοῦσι*] Attigimus supra ad I. 1. 4.

— 11. *ὃ—καὶ θάτερον καὶ κρεῖττον*] Hæc posteriora per epexegesin adduntur, quasi dicat Plotinus, licet diversum sit et præstantius. Ficinus impeditiori constructioni transpositione membrorum consulere studuit.

— 16. *Ἀλλ' εἰ μὲν κ. τ. λ.*] Posteaquam adversariorum placita exposuit Plotinus, jam aggreditur ad ea redarguenda. Quod in margine Cod. Marc. B. eruditus lector significatum voluit. Cf. etiam Ficini Commentarium.

— 18. *ἐν τῇ τοῦ ἀληθινοῦ ἀγαθοῦ κτήσει κ. τ. λ.*] Platonis sectatorem in his agnoscas. Ille enim hoc ubivis profitetur. Vide modo libr. VIII. de Legibus, unde locum in titulum de beatitudine retulit Stobæus (Florileg. T. 103. §. 30. p. 347. Gaisf. coll. Plat. de Legg. VIII. p. 829. p. 76. Bekker.) Philebum (cui adhibe Baumgarten—Crusii Dissert. de Philebo Platonico. Lips. 1816. p. 4. sqq. et Stallbaumii Prolegomm. in Philebum p. 23. sq. Ad *τοῦτο* intellige *τὸ εὐδαιμονεῖν.*

p. 65, 1. *κρίνειν—ζητεῖν*] Engelhardt. vertit: "præcipere beato, ut alia quærat," quod non est necesse, et crediderim, hoc si voluisset scriptor, potius dedisset, *τῷ εὐδαίμονι—ζητητέον εἶναι.* Taylor hæc minus accurate expressit.

— 2. *Εἰ μὲν γὰρ συμφόρησις κ. τ. λ.*] Hæc ad verbum ita vertenda erant: "Nam si beatitas accumulatio esset bonorum et necessariorum et non necessariorum, sed quæ tamen et ipsa bona dicuntur, oporteret hæc etiam parare studere (s. oporteret nos operam dare, ut hæc quoque adessent)."

— 4. *τὸ τέλος ἔν τι—οὐ πολλὰ*] Cf. Cic. de

Finib. passim, et vid. Goerenz. ad eum p. 582.

— 7. *ἐγκολπίσασθαι*] Vid. Alciphron. Epist. I. 18. p. 95. Wagner. Sylburg. ad Dion. Halic. T. VI. p. 964. Schæfer. in Indic. ad Dionys. de Composit. p. 149. Plutarch. de Garrulit. p. 508. D. p. 48. Wyttenb. ed. minor.:—*μᾶλλον δὲ ὥσπερ ἑρπετὰ τοὺς ἀποῤῥήτους λόγους ἐγκολπισάμενοι.* Vid. etiam Suiceri Thes. Eccles. in *ἐγκόλπιος.* Plotinus autem h. l. de intima arrogatione et conjunctione usurpat et quidem tralate de animâ, quæ verbi significatio consignanda est in Lexicis.

ib. *Ἡ δὲ ζήτησις αὕτη—ἢ καὶ προσλαμβάνων ζητεῖ*] Locum cum non assequerer intactum reliqui. Engelhardt. ita explicatum iit: Voluntas, quæ ad vulgaria bona tendit, propterea non rejicit studium veræ beatitudinis (ut ipse in ipso beato insit—*ἐν τούτῳ εἶναι*). Nam interior hominis natura semper summa expetit et sectatur; sed ratio reputans avertit id, quod ei displicet, eumque impedit, contra id, quod ei placet, congruitque, eligit et adsciscit sibi—Addit *ζήτησιν* et *βούλησιν* h. l. esse studium vulgarium bonorum, contra *ἔφεσιν*, appetitionem finis (*τοῦ τέλους*, summi boni).

— 9. *ἀποικονομούμενος*] In plerisque libris ad marginem explicatur *ἀποσκευαζόμενος* i. e. a se avertens, rejiciens, repudians. Opponitur enim h. l. *προσλαμβάνων*, alibi *προσιέμενος*. De verbo *ἀποσκενάζεσθαι*, quod proprie est deponere vasa, demere instrumenta, utensilia, se expeditum reddere, adeoque projicere, respuere, dixi ad Proclum in Alcib. p. 38., qui sæpius usurpat, etiam hoc sensu. Vid. ibid. p. 41. 44. et Instit. Theolog. p. 312. Lexicographus in Bekkeri Anecdott. Grr. *ἀποσκευαζόμενος· ἀποβαλλόμενος, ἀποῤῥίπτων, ἀπογυμνῶν.* cf. Hesych. in voc. Schleusner. Lex. N. T. in voc. et Valckenaer. in N. T. I. p. 584. Rarius est *ἀποικονομεῖσθαι*. Usurpant tamen philosophi: v. c. ap. Stob. Eclog. II. 7. p. 214. Heer.—*ἐφ' ὅσον ἐτίμα ταύτην* (*τὴν ἀρετὴν*) *ἀπῳκονομεῖτο ἂν τὴν κακίαν.* Ipse Plotinus V. 9. 1. p. 555. B. *καὶ τὸ μὲν διώκοντες, τὸ δὲ ἀποικονομούμενοι διεγένοντο.* Et Alex. Aphrodis. de Anima II. opponit *τὴν ἐκλογὴν* et *τὴν ἀποικονομίαν.* Unde efficitur, non recte ambigere Lexicographos de hac verbi potestate, quam modo exemplis firmavimus.

— 12. *οὐ βούλησις*] Nimirum secundum Platonis, quæ feruntur *Definitiones* p. 413. C. *βούλησις est ἔφεσις μετὰ λόγου ὀρθοῦ· ὄρεξις εὔλογος· ὄρεξις μετὰ λόγου κατὰ φύσιν.* "Voluntas est desiderium recta cum ratione: appetitio rationi consentanea: appetitio naturalis cum ratione." Hæc minime favere videntur explicationi Engelhardtianæ, quam proxime in medio relinquimus positam.

— 17. *ἀνωδυνία*] Quod hanc vocem Ficinus vertit *indolentiam*, in eo secutus est Tullii auctoritatem. Vid. Offic. III. 3. de Finib. II. 4. 11. p. 128. Goerenz. ibiq. interprr.

p. 66, 1. *Ἃ δὲ παρόντα κ. τ. λ.*] Lenior fieret constructio si scriptum esset—*ζητεῖται. Εὔλογον οὖν ἀναγκ.* Illud expressit Marsilius.

— 6. *Διὰ τί—ταῦτα*] Sc. *τὰ ἀναγκαῖα*, quæ proxime ab *ἀγαθοῖς* distinxit Plotinus.

— 7. *οὐχ ὅτι πρὸς τὸ εὐδαιμονεῖν*] Engelhardt. conjiciebat: *παρὸν πρὸς τ. ε.* Sed *παρὸν* prorsus nihili est h. l., nec expressit Ficinus, quem, uti solet, secutus est Taylor.

— 11. *ἢ ὃ ὅταν παρῇ*] Videtur inde ab his verbis philosophus noster ordiri refutationem aliter sentientium, quorum argumenta adhuc exposuerat. Ita etiam Engelh. et Taylor locum accipere videntur. Proinde ex codicum vestigiis conjicias *ἤτοι* vel potius *καίτοι* (*verum, at vero*, vel *atqui*) *ὅταν παρῇ.*

— 16. *οὐδέν τι*] *Nihil quidquam, ganz und gar nicht, nicht im geringsten*, de quo usu Xenophonteo et Platonico etiam, vid. Heindorf. ad Plat. Phædon. §. 28. p. 42. et Lex. Xenophont. III. p. 356. Krabinger ad Synes. de regno cap. 3. p. 146. Similiter jungitur *οὐδέν τι μᾶλλον.* cf. Heind. ad Phædon. p. 137.

p. 67, 1. *καὶ οὐδενὸς—ἐξηρτημένου*] *Neque ab ulla inferiorum rerum amplius suspensus.* De qua vi verborum *ἀπαρτᾶσθαι* et *ἐξαρτᾶσθαι* v. Wyttenb. ad Plutarch. p. 717. ed. min.

— 4. *οὐδ' εἰ ὑπ' αὐτοῦ γ.*] Vel si ipse sit conditor earundem. Non erat, cur in his hæreret Engelh. aut cur omitteret Taylor. Mox *πόλεως αὐτοῦ κατασκαφὴν* debebat Fic. vertere: *suæ* (patriæ) *urbis eversionem.* Æschyl. Sept. contr. Theb. 46. *ἢ πόλει κατασκαφὰς θέντες.* Æschin. adv. Ctesiph. p. 76. p. 544. Reisk. Cf. Wesseling. ad Diodor. XV. 88. p. 72. sq.

p. 67, 8. *καὶ, νὴ Διὰ, θανάτους θνητῶν*] i.e. *atque adeo* m. m. Formula in pluribus nominibus aut verbis ultimo præposita hujus vim intendit, ut *καὶ δὲ, καί γε δή*, docente Wyttenb. ad Plut. Mor. p. 506. ed. min.

— 9. *δόγμα περὶ—ζωῆς—εἶναι*] Cic. Tusc. I. 47. et 48. Deorum immortalium judicia solent in scholis proferre de morte—*non nasci homini longe optimum esse, proximum autem, quam primum mori*, ubi vid. Davisium. Herodotus I. 31. *διέδεξέ τε ἐν τούτοισι ὁ θεὸς, ὡς ἄμεινον εἴη ἀνθρώπῳ τεθνάναι μᾶλλον ἢ ζώειν.* ubi cf. interprr. Sext. Empir. Pyrrh. Hypotyp. III. 24. 231. p. 186. *ἔνιοι δὲ καὶ βέλτιον εἶναι τὸ ἀποθανεῖν τοῦ ζῆν ἡμᾶς ὑπολαμβάνουσιν.* Ad quem locum plura dabit Fabricius. Adde Plutarch. Consol. ad Apollon. p. 106. 108. et ad eum Wyttenb. Animadvv. p. 726—730. ed. min. et recens editum Theod. Metochitam, qui in Miscellaneorum capite 58. p. 339. sqq. ed. Müller. et Kiessling. in contrariam partem disputat.

— 11. *ἀλλ' εἰ μὴ—σαπείη*] Plotinus videri queat respexisse illud Theodori Cyrenaici ap. Plut. de Vitios. p. 499. D. p. 9. ed. Wytt. *καὶ τί Θεοδώρῳ μέλει, πότερον ὑπὲρ γῆς ἢ ὑπὸ γῆς σήπεται*; quæ ita expressit Seneca de Tranquill. cap. 14. "O te ineptum, si putas interesse, supra terram, an infra putrescam." Paullo aliter Cicero in Tusc. I. 43. ubi vid. Davis. Simile dictum Anaxarcho physico tribuit Aristoteles in Chriis ap. Stob. Flor. Tit. VII. p. 88. §. 30. p. 207. Gaisford. *ἐμοὶ δὲ οὐδὲν διαφέρει ὑπὲρ γῆς ἢ κατὰ γῆς σήπεσθαι.* Quæ propterea etiam adposui ut varietas in præpositionum usu intelligeretur.

— 13. *τῆς μικρολογίας*] Hæc Fic. in exclamatione accepit, ut indignabundus adjecerit philosophus. Qui *ὑπὸ* recens adpinxit Cod. Mon. C. junxit cum *οὐκ ἀξιωθείς*. Hæc ratio etiam placuit Engelhardto, ita tamen, ut Ellipsin subesse crederet particulæ *ἕνεκα*. Taylor se ad Ficinum applicuit. Cæterum de monumentorum sepulcralium amplitudine legibus etiam circumscripta cum Græcis tum Romanis vide modo Ciceronem de Legg. II. 26. 64. 65. ibiq. interprr. p. 363. sq. ed. Moser. et nostr. Quodsi credibile sit, in proximis Plotinum antiqui alicujus Philosophi dictum expressisse, probum sit *πάρ τοι* pro *πάρεστί σοι*. Illud enim bis legitur bonis in libris ap. Diog. Laërt. III. 22. in epistola Dorica Archytæ. Vid. Bast. et Schæfer. ad Greg. de Dialect. §. 20. p. 258. sq. Tunc interpretamentum sit *πάντη ἐστὶν ὁδὸς*, e margine in ordinem translatum. Nunc vero manum de tabula.

— 14. *ἐξιέναι*] Recte Taylor: *he possesses a power of freeing himself by death.* Etenim *ἐξιέναι ἐξελθεῖν, ἀπελθεῖν* simpliciter usurpant pro *mori* philosophi, præsertim inprimisque Stoici. Vid. Gataker. ad M. Antonin. V. 29. p. 164. Postremo verbo usus est Noster infra, qui h. l. omnino ex mente Stoicorum loqui putandus est. Pertinet hæc sententia ad doctrinam de *εὐλόγῳ ἐξαγωγῇ* s. de rationali exitu ex hac vita, quando ratio suppetit, ut sapiens sibi ipse mortem consciscat. Qua de re videbimus ad hujus Enneadis librum nonum, qui de hoc argumento est scriptus. Huc pertinet etiam in fine hujus capitis illud *ἀπελθεῖν* et *εὐλόγως* vel *ἀλόγως μένειν*. Mox *νυοὶ* Fic. debebat vertere *nurus*. Proxima admonent Ciceronis, qui in Tusc. I. 36.: "Hæc morte effugiuntur, etiam si non evenerint, tamen quia possunt evenire: sed homines ea sibi accidere posse non cogitant."

p. 68, 10. *ἀναρτήσεται*] Engelhardto Ficinus videtur legisse *ἀναχθήσεται*. Sed in nullo codicum nostrorum ejus lectionis vestigium, et collatos etiam habemus, quos Ficinus adhibuit. Dedit hoc nimirum concinnitati. Proprie debebat: Neque ab aliorum rebus vel secundis vel adversis suspensus reddetur.

— 13. *οἷον ἐν λαμπτῆρι φῶς*] Cogita *ἔσται* ex antecedentibus. Ficinus pro more dilatavit vertens *assidue fulgebit*. Admonet hic locus versuum Empedocleorum ap. Aristotelem de Sensu cap. 2. *ὡς δ' ὅτε τις πρόοδον νοέων ὡπλίσσατο λύχνον Χειμερινὴν διὰ νύκτα πυρὸς σέλας αἰθομένοις Ἄψας παντοίων ἀνέμων λαμπτῆρας ἀμουργοὺς, Οὕ τ' ἀνέμων μὲν πνεῦμα διασκιδνᾶσιν ἀέντων. Φῶς δ' ἔξω διαθρῶσκον ὅσον ταναώτερον ἦεν, Λάμπεσκεν κατὰ βηλὸν ἀτειρέσιν ἀκτίνεσσιν.* Vid. Empedocl. Sturzii p. 525. et p. 618. sqq. *Λαμπτὴρ* autem erat Laterna, nunc ænea, ferrea, lignea, nunc cornea, quæ facem aliaque procul lucentia contineret, ideoque etiam in portubus et turribus urbium suspensa, quo late prospectum præberet. Vid. Timæi Lex. Platon. p. 172. ibiq. Ruhnk. Pollux X. 116. ibiq. Hemsterh. Toup. ad Lon-

gin. XL. 2. p. 454. Weisk. Goeller. ad Philisti Fragg. XV. p. 156. et Blomfield ad Æschyl. Agamemn. 21. p. 156. sq.

— 14. *ἐν πολλῇ ζάλῃ ἀνέμων καὶ χειμῶνι*] Videtur magistrum familiæ suæ ante oculos habuisse, qui in Timæo p. 436.: *εἴτε ζάλῃ πνευμάτων ὑπ' ἀέρος φερομένων καταληφθείη καὶ ὑπὸ πάντων τούτων διὰ τοῦ σώματος αἱ κινήσεις ἐπὶ τὴν ψυχὴν φερόμεναι προσπίπτοιεν.* Cf. de Republ. VI. p. 496. d. *οἷον ἐν χειμῶνι κονιορτοῦ καὶ ζάλης ὑπὸ πνεύματος φερομένου κ.τ.λ.* qui multos imitatores nactus est quos docte adhibuit Wyttenbachius meus in Animadvv. in Plut. de Fortuna p. 669. ed. min. quibus adde Himerium Orat. XIV. 32. p. 668. ed. Wernsdorf. *Γαλήνη μὲν ἔχει τοὺς ἀρχομένους ἅπαντας, καθάπερ ἐκ τρικυμίας καὶ ζάλης εἰς ὅρμον ἐλθόντας ἀκύμαντον.*

— 15. *Ἀλλὰ εἰ μὴ παρακολουθοῖ*] Vid. ad I. 4. 5. p. 32. E.

— 16. *ὥστε—ὅμως μὴ ἀποκτ.*] i. e. licet dolor vehementissimus sit, tamen non conficiat. Vel: ut dolor vehementia sua hominem *tantum non* conficiat. Qua de re verbo monitum volui, quoniam ejus usus (*ὅμως* cum *μὴ*) exempla desidero apud ipsum Hoogeveen. de Particulis p. 416. sqq. ed. Schutz.

p. 69, 3. *Καὶ τοῦτο μαρτυρεῖ κ.τ.λ.*] Engelhardt. locum, quem difficillimum esse dicit, ita integrandum opinatur:—*ὅταν λανθάνειν ἡμᾶς τὰς τῶν ἄλλων δυστυχίας κερδ. ἦγ.—τιθεμένων λανθάνειν ἡμᾶς τὸν τοῦ θανάτου καιρὸν—σκοπουμένων ἐν ταῖς τῶν ἄλλων δυστυχίαις ἀλλὰ τῶν αὐτῶν—λυποίμεθα.* At vero debebat recedere h. l. a Ficini vestigiis, qui eo, quod non attenderet ad vim temporum in *ἀποθανόντων*, turbas dedit. De hujus verbi Temporum diverso significatu non est quod exponamus post Wyttenbachii disputata ad Platon. Phædon. p. 142. sqq. Caput rei est, non imminentem mortem significari a Plotino, sed quæ jam peracta sit. Neque vero *τεθνηκότων* scripsit Plotinus, quod etiam ad eos pertineret, qui dudum mortui essent, sed *ἀποθανόντων*, quod eos significat, qui jamjam vivere desierunt. Simplicius in Aristotel. Phys. VI. p. 129. b. *σημαίνει δὲ τὸ μὲν ἀπέθανε τὴν πρώτην ἀπὸ τοῦ ζῆν μεταβολήν.* Quæ significatio h. l. gravior est. Vult enim philosophus noster: modo ne illa tristia incidant in vitæ nostræ spatium, si mortem nostram continuo excipiant, hoc nihil ad nos pertinere. Deinde subita conversio constructionis *ὅταν ἡγώμεθα* et *τιθεμένων* non debet mira videri in hoc quidem scriptore. Universus autem locus ad librorum optimorum fidem et paullulum immutata interpunctione ita vertendus est: "quod ipsum (sc. animi nostri imbecillitatem) arguit hoc, si lucri loco habeamus latere nos (illa lugubria) itemque si in lucro ponamus, modo ista (lugubria) accidant posteaquam nos diem nostrum obierimus, nimirum non spectantes (curantes) quæ illorum interest (qui reliqui ac superstites patiuntur), verum quæ nostra refert (*τὸ αὐτῶν*), ut ne affligamur. Hæc vero nostra imbecillitas est, quam nos oportet (*δεῖ*) circumcidere, neque vero negligentes (adeoque invalescere sinentes) formidare, ne accidat (quid incommodi)." Nota sunt carmina Tragicorum eos felices prædicantium, qui morte sua cum suas, tum aliorum res adversas præverterint, ut Æschyli in Sept. adv. Theb. 327. sq. ubi plura dabit Blomfield. In eandem rem multa Cicero in Tusc. I. 35. sqq. qui ibidem de Pompeio: "Qui si mortem tum obiisset, in amplissimis fortunis occidisset; is propagatione vitæ quot, quantas, quam incredibiles hausit calamitates." Tangere tamen videtur Plotinus potissimum eos philosophos, qui sectantes Epicharmeum vel Sophroneum illud: *ἀπῆ θανεῖν· ἢ τεθνάν' οὔ μοι διαφέρει*: *Emori nolo, sed me esse mortuum nihil æstimo*: ap. Sext. Empir. adv. Math. I. 273. et §. 283. et ap. Cic. in Tuscull. I. 8. ubi vid. Davisium; in quibus sectatoribus eminebat Epicurus, qui, cum in tranquillitate et voluptate beatam vitam poneret, itidem contendebat, *ὅτι ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς*, sive ut Lucretius canit III. 842. "Nil igitur mors est, ad nos neque pertinet hilum." Qua in re Plotinus notat potissimum illud vitium, quod *φιλαυτίας* nomine vulgo venit, quando aliorum hominum contemtores usurpamus illud, quod Gallico dicto celebratur: *Après moi le déluge.*

— 13. *οἷον ἀθλητὴν—πληγὰς ἀμυνόμενον*] Similitudinibus ex re athletica desumptis delectatur potissimum Arrianus in Epicteteis Dissertatt. Vid. I. 18. 12. ibiq. interprr. Nec sacris scriptoribus ignotæ hæ vel metaphoræ vel similitudines. Vid. interprett. in Epist. Paulli Timoth.

II. 5. et Hebr. X. 32. Philo Jud. in libro, qui inscribitur liber: Quisquis virtuti studet, p. 449. Mang.: *τὸν δὲ τυπτόμενον—ὄντως γέμοντα πνεύματος ἀθλητικοῦ—οὐδὲν μὲν πρὸς τὰς πληγὰς ἐνδόντα.* cf. ibid. p. 462. 468.

p. 70, 1. *βαπτισθεὶς ἢ νόσοις*] Hoc loco idem quod *βυθισθείς*. Activum est *demergere*. Himer. Eclogg. XV. 3. p. 249. de Themistocle: *ἐβάπτιζε γὰρ ὅλην ἐκεῖ τὴν Ἀσίαν μαχόμενος*, ubi vid. Wernsdorf. cf. ibid. Orat. X. 2. p. 564. Hinc *βαπτίζεσθαι* vel solitarium vel additis substantivis *demergi*, *valde affligi*, cet. Plato Euthyd. p. 277. d. *καὶ ἐγὼ γνοὺς βαπτιζόμενον τὸ μειράκιον, βουλόμενος ἀναπαῦσαι αὐτὸ, μὴ ἡμῖν ἀποδειλιάσειε παραμυθούμενος εἶπον*, ubi vid. Heindorf. ab eoque laudd. p. 320. Diodor. Sicul. I. 73. p. 85. *οὐ βαπτίζουσι ταῖς εἰσφοραῖς*, non tributis *exhauriri* s. *obrui*; cf. Wesseling. et Libanii Epitaph. in Julian. p. 571. Reisk. Achilles Tat. VI. 19. p. 147. *ὁ δὲ τῷ θυμῷ βεβαπτισμένος*, ubi vid. Jacobs. in Animadvv. p. 871. qui hæc ex Themistio XX. p. 233. profert:—*βαπτιζόμενον ὑπὸ τῆς ὀδύνης*. Alia ratio est loci Platonici in Symposio p. 176. p. 377. Bekk. ubi alia apponam.

ib. *ἢ μάγων τέχναις*] Similiter Plotin. IV. 4. 26. init. IV. 4. 43. fin. et *μάγων δυνάμεις* IV. 3. 13. *μαγεῖαι* IV. 9. 3. *μαγεύειν* II. 9. 14. et sæpius. Sed *μάγος* et *μαγεία* minus Attica, si Phrynichum audias, quam *γόης* et *γοητεία*, Vid. Ruhnk. ad Tim. p. 73. et Bekkeri Anecdd. Grr. p. 31. Sed tamen Euripides in Oreste 1488. Matth. (1497. 1520. sq.) *ἤτοι φαρμάκοισιν ἢ μάγων τέχναισιν*, plane uti Plotinus; et vid. Photii Lex. in *μάγους*. Sed ut in hoc usu philosophum nostrum ætatis suæ morem sequutum esse confiteor, ita idem Platonis sui exemplo frequentat *γόης, γοητεία, γοήτευμα, γοητεύεσθαι* et similia. Ego plura de horum verborum usu disputavi in uberioribus Annott. in Plotin. de Pulcrit. (ad p. 57. A. Basil.) p. 348. sqq. unde hæc tantummodo huc transferenda existimo. " Jam qui de nomine *μάγος* universe velit edoceri, is adeat eos, quos laudat Bek. in Hist. Univers. vol. I. p. 646. ed. alter. et Tiedemannus de Artium Magicarum Origine p. 33. sqq. [add. C. F. de Cauz. de Cultibus Magicis. Vindob. 1767. 4. 376. pp.] Neque magis eos locos attingam, ubi ipsi illi veterum Persarum sacerdotes eorumque instituta memorantur, ut Xenoph. Cyrop. VII. 5. 20. VIII. 18. Platon. Alcib. I. p. 122. reliquos—Atque posteaquam *μάγων* et nomen et artificia Romanum orbem occupaverant, scriptores nihil fere non fascinorum et præstigiarum hac voce declarabant. Inde illæ explicationes Lexicographorum, ut Zonaræ: *γόης· ὁ πλάνης, ὁ ἀπατέων, ὁ φαρμακεύς*. Sic passim indefinite *μάγος* in Luciano, ut Necyom. p. 28. Bip. Cf. etiam interprr. ad Actt. Apostoll. XIII. 6. Cæterum postea quoque subtilius præceperunt de discrimine *μαγείας, γοητείας* et *φαρμακείας* scriptores in his Eudocia in Violeto p. 284." Adde Scholia Veneta in Iliad. *a.* v. 86. Ceterum de Plotino ipso magicis artificiis tentatum se putante est memorabilis locus in ejus Vita a Porphyrio conscripta c. 10. p. 110. Fabric. Erant enim omnes Platonici fere addicti his opinionibus pariter atque plurimi viri doctissimi, qui vel post renascentes literas ad decimum sextum usque seculum vixerunt; adeoque, si notandi sunt ulli, certe non soli sunt notandi Platonici.

— 2. *ἀλλ' εἰ μὲν φυλάξουσιν αὐτὸν σπουδαῖον εἶναι οὕτως ἔχοντα*] Non male Ficinus: *At si concesserint.* Proprie tamen: *At si hoc integrum servant* (s. *non evertunt, non negant.* Nostrates: *Wenn sie das gelten lassen oder zugeben, dass er tugendhaft sey*) eum virtute præditum esse, licet ita se habeat (affectus sit). Addendus autem noster locus est iis, de quibus disputarunt viri docti Dawesius in Miscell. Critt. p. 156. sqq. Kidd. Dorvill. ad Chariton. p. 442. p. 469. Lips. Heindorf. ad Platon. Gorg. p. 50. ad Theæt. p. 323. Elmsl. ad Eurip. Med. v. 314. p. 136. et qui se pressius ad Dawesii rationem applicare videtur, Jacobs. ad Achill. Tat. (p. 169. 9.) p. 923. Sicut autem aliis in locis *φυλάσσειν* est, quod *τηρεῖν*, ita h. l. Plotini respondet Attico *σώζειν*, i. e. salvum et integrum retinere. Mox elegantius est *εὐδαίμονα αὐτὸν εἶναι*.—Deinde correcta lectio *ἕως ἂν ᾖ* in duobus libris non nihili est. Cf. Matthiæ Gr. Gr. §. 522.

— 12. *ὡς ἐν τῇ σοφίᾳ γὰρ—παρακολουθεῖν αὐτῇ παρεῖναι*] Particula *γὰρ* quinto loco posita neminem offendet, qui legerit, quæ de hujus sede monuit Tib. Hemsterhusius ad Lucian. Dialogg. Mortt. 25. 1. p. 432. De verbo *παρακολουθεῖν*

supra vidimus ad I. 4. 5. p. 32. F. Deinde haud dubie præstat lectio *αὐτῷ*, licet Ficinus alteram secutus sit. Locus enim ita vertendus est: "Nisi forte quis dicat, in sapientia hoc inesse debere, ut sapiens se ipse (tanquam sapientem) sentiat, et se (talem) cogitatione ipse sua assequeretur."

— 15. *λέγοι ἄν τι ἴσως*] Dixerit, quod alicujus monenti sit. Viger. de Idiot. II. 11. 14. p. 152. 731. Istud *τις* Codicis Ciz. ex pronunciatione ortum, sequentia non sejungente.

p. 71, 3. *φυτικῆς ἐνεργείας*] Galen. de Hippocrat. et Platon. Placit. VI. p. 183. Charter. p. 516. Kühn: *περὶ τῆς ἐπιθυμητικῆς ψυχῆς, ἧς καὶ τὰ φυτὰ μετέχει φύσει.* Inprimis hæc illustrat Jo. Philoponus in Aristot. de Anima, et hinc apud Suidam T. III. p. 647. Kusteri: *φυτικαὶ δυνάμεις τρεῖς τῆς ψυχῆς, θρεπτικὴ, αὐξητικὴ, γεννητικὴ· φυτικαὶ δὲ καλοῦνται, διότι αὗται μόναι ἐν τοῖς φυτοῖς ὁρῶντα. ἐσμὲν οὖν καὶ ἄνθρωποι, καὶ ζῶα, καὶ ἔμψυχα. καὶ ὡς μὲν ἄνθρωποι τὰς λογικὰς ἔχομεν δονάμεις· ὡς δὲ ζῶα, τὰς ἀλόγους· ὡς δὲ ἔμψυχα τὰς φυτικάς· ἔμψυχα γὰρ λέγομεν καὶ τὰ φυτά· ἐμψύχων γὰρ τὸ τρέφεσθαι, καὶ αὔξεσθαι, καὶ γεννᾶν ὅμοια ἑαυτοῖς. λέγονται δὲ αὐτὰ καὶ ζῆν καὶ τεθνάναι. ἡ δὲ ζωὴ καὶ ὁ θάνατος παρουσίᾳ καὶ ἀπουσίᾳ γίνεται τῆς ψυχῆς.* Confer etiam Nemesium de Natura Hominis cap. 23. *περὶ τοῦ θρεπτικοῦ* p. 236—240. ed. Matthæi, et ibid. cap. 22. p. 236. ubi in his: *καλεῖται δὲ φυσικὸν μὲν τὸ θρεπτικὸν καὶ γεννητικόν· ζωτικὸν δὲ τὸ σφυγμικόν·* et in seq. cap. *τοῦ θρεπτικοῦ φυσικαὶ δυνάμεις,* haud dubie corrigendum erat ex uno libro, qui ibidem *φυτικὸν* offert, sicut in Plotino correximus. Macrob. in Somn. Scip. I. 19. 103. sq. Zeun.:—" sentire vel crescere *αἰσθητικὸν*, id est sentiendi natura, de sole; *φυτικὸν* autem, id est crescendi natura de lunari ad nos globositate perveniunt." Cum autem Plotinus h. l. dicat, hanc efficacitatem non percipi a nobis per sensum, neque nos agere, quando hæc agat, videtur cogitare nutritionem, crescentiam et quæ reliqua vegetali potentiæ (*τῇ φυτικῇ δυνάμει*) tribuantur. Ceterum confer Ficini Commentarium, cujus versionem etiam comprobarunt Engelhardt. et Taylor.

— 10. *περὶ ταῦτα—περὶ τούτων*] Hæc quid sibi velint, se nescire fatetur Engelh. At omnes libri agnoscunt eadem. Quomodo Ficinus acceperit, arguit ejus versio. Simplicissimum mihi videtur, uti hic fecit, *περὶ ταῦτα* referre ad *μέσης*, et *περὶ τούτων* ad *ἐνεργεῖν*, hoc sensu: " Intelligentis actus et ipse per sensum, utpote circa has operationes in medio constitutum, etiam de his agere debet." Taylor vertit: *For to this purpose it should energize through sense as a medium.* Sed fortasse tamen vulnus inveteratum latet in hoc loco.

— 12. *αἰσθήσεως, καὶ ὅλως ἀντιλήψεως*] Est enim *ἀντίληψις* perceptio per sensus universe. Tu adde iis, quæ in novo Steph. Thesauro p. 5563. collecta sunt, Sext. Empir. Pyrrh. Hypotyp. I. 44. et I. 70.; sed tamen etiam perceptio, quæ mente et intellectu fit, nonnunquam *ἀντίληψις* dicitur. Cum seqq. conf. Plotinum ipsum I. 8. 15. p. 82. D. E. Hermiam in Platonis Phædrum II. p. 68. Ast.: *πέντε εἰσὶν αἱ γνωστικαὶ δυνάμεις τῆς ψυχῆς· νοῦς, διάνοια, δόξα, φαντασία καὶ αἴσθησις.*—Tum conferenda, quæ Tullius ad mentem diversa sentientium Græcorum philosophorum de visis (*φαντασίαις*) disputat in Acadd. II. 6. sqq. II. 15. ubi et illud §. 48.: " Deinde quum mens moveatur ipsa per sese, ut et ea declarant, quæ vel dormientibus, vel furiosis videntur; non, inquiunt, verisimile sit, sic etiam mentem moveri, ut non modo non internoscat visa, vera illa sint, anne falsa, sed ut in his nihil intersit omnino?" Sed aliam prorsus Plotini circa intellectus actionem sententiam esse atque illorum philosophorum, non est, quod moneamus.

p. 72, 1. *ἢ μὴ οὕτως ἔχοντος κ. τ. λ.*] Non alienum erit h. l. apponere verba Chalcidii in Comment. in Platonis Timæum p. 333.: " Intuitione vero, ut quæ fragmento radii recurrente ad oculorum aciem videntur: qualia sunt, quæ in *speculis* et aqua considerantur, cæteris item, quorum *tersa est quidem superficies, sed ob nimiam densitatem idoneus vigor est ad repellendum, quod offenderit.* Ergo etiam radius, in quo est vis videndi, fractus in speculo facit angulum, quem contineant duo lineæ, una, quæ ab oculo profecta pervenit ad speculum; altera quæ a speculo recurrit ad vultum." Sed longior est locus, quam qui integer a me hic adscribi possit, licet lectu sit dignissimus. Confer autem cum eo Plutarchi, qui fertur, libellum de placitis Philosophorum c. 14. p. 901. et Sext. Empir. Pyrrhon. Hypotyp. I. §. 48. p. 14. ibiq. laudd. a

Fabricio. Consulendus autem cum ad hanc similitudinem tum ad universum hoc caput Marsilii nostri Commentarius.

p. 72, 4. *μετὰ—ἐνεργεῖ*] Hæc Engelh. ita vertit (latine autem efferam): " ita tamen, ut notitia efficacitatis, quæ mentis et intellectus est, antecedat."

— 5. *συγκλασθέντος*] Cf. I. 9. p. 85. A. B. *ὅταν μηδὲν ἔτι δεδεμένον ᾖ τῆς ψυχῆς, ἀδυνατοῦντος ἔτι τοῦ σώματος συνδεῖν, τῆς ἁρμονίας αὐτοῦ οὐκέτι οὔσης, ἣν ἔχον εἶχε τὴν ψυχήν.*

p. 73, 3. *εἰ δὲ μὴ—ὑποθεμένους—οὕτω ζητεῖν*] h. e. ita demum inquirere si posuerint. Xenoph. Mem. IV. 8. 11. *εἰ δέ τῳ μὴ ἀρέσκει ταῦτα, παραβάλλων τὸ ἄλλου ἦθος πρὸς ταῦτα, οὕτω κρινέτω.* Cf. Cyrop. II. 1. 1. De hoc usu particulæ *οὕτως* participio subjectæ et sæpiuscule infinitivo præmissæ, monuerunt viri docti, Taylor ad Demosth. Mid. p. 628. Reisk. Lennep. ad Phalarid. p. 235. (ubi Imperativus sequitur, sicut in Xenophonteo loco) Wyttenbach. ad Plutarch. p. 1035. sq. ed. min. Idem ad Platon. Phædon. p. 146. sq. Heindorf. ad ejusdem Gorgiam §. 135. p. 209. sq. Unde probabile fit, Plotinum ex Platonis sui, qui hanc constructionem frequentat, assidua lectione eandem hausisse. Cæterum uti Plotinum nemo cordatior in scribendi exemplis proponet, ita hujuscemodi sanæ Græcitatis vestigia, quæ multa sunt in his Enneadibus, hoc minus occultari velimus, quo enixius nonnulli male fastidiosi literarum amantibus persuadere student, in hujus familiæ philosophis Atticam non solum illam, verum etiam Græcam venam penitus exaruisse. Proxima irrisionis nonnihil habere, non est quod moneamus.

— 7. *εἰς τὸ εἴσω ἐπεστράφθαι*] De hoc, et quod in fine capitis legitur *ἐπιστρέφουσιν αὐτοῦ τὴν βούλησιν*, et similibus locutionibus supra monitum est ad I. 2. 4. p. 14. B.

— 17. *αὗται γὰρ—καὶ ἀφανιοῦσιν*] Hoc loco *καὶ* videtur vel intendere, *atque adeo, quin etiam* (Viger. VIII. 7. 10. p. 524.), vel significare *illico, continuo*, de qua potestate monuit Musgrav. ad Euripid. Ion. 1199. Heraclid. 174. Iphig. Aulid. 151.

p. 74, 8. *καὶ καλλίους ἴσως, ὅσῳ περιστατικαὶ*] Cogita *μᾶλλον* post *ὅσῳ*, quod sæpius omittitur, docente Leisnero ad Lamb. Bosii Ellips. Grr. p. 484. p. 771. ed. Schæfer. Neque vero Ficinus hujus loci assecutus sententiam est. Tu vide, quæ supra ad I. 2. 7. p. 16. A. de voce *περιστατικὰ* et *περιστατικῶς* Stoicis præsertim familiari monuimus. Locus noster ita vertendus est: *Omnes vero* (viri virtute præditi actiones) *pariter pulchræ sunt, et pulchriores fortasse quo magis circumveniuntur fortunis adversis.* Etenim honestum facinus eo honestius debet judicari, quo magis illi, qui perpetrare id instituit, luctandum est adversus obstacula, quæ adversa eidem fortuna objicit. Taylor vertit: *Yet all of them equally honest, and those perhaps more honest which rightly compose jarring externals.* Engelhardt., qui in notis per transennam quasi spectaret hanc, quam monstravi, loci sententiam, tamen, quia Stoicorum illud *περιστατικὸν* quid sit, ignoraret, titubavit. Melius idem versatus est in proximis, monens Plotinum comparare inter se eas actiones, quæ proficiscuntur ex contemplatione ad res singulas (objecta singularia dicunt) adhibita, et eas, quæ vir probus assidue meditando ex se quasi ipse pariat. De *θεωρίᾳ* monebimus ad III. 8. 1.

— 12. *κἂν ἐν τῷ Φαλάριδος ταύρῳ λεγομένῳ ᾖ*] De Phalaridis tauro non est quod dicamus post Bentleii disputata in Respons. ad Boyl. p. 23. sq. Wesselingii ad Diod. Sic. lib. XIII. cap. 90. p. 614. et nupera Goelleri ad Timæi Fragg. LXXIX. p. 274. (in libro de Situ et Origine Syracusarum). Nostrum locum quod attinet, tenendum est, ut universo hoc capite, ita his potissimum verbis et sequentibus Stoicos tangi, qui Phalaridis taurum locum in scholis suis communem reddiderant. Hinc illud nostri philosophi *λεγομένῳ* i. e. disputationibus frequentato. Cicero de Finibb. V. 28. 85. ubi de Zenone, p. 637. sq. Goerenz. " Tibi hoc incredibile, quia beatissimum. Quid? tuum credibile? si enim ad populum me vocas: eum qui ita sit affectus, beatum nunquam probabis. Si ad prudentes: alterum fortasse dubitabunt, *sitne tantum in virtute, ut ea præditi vel in Phalaridis tauro beati sint:* alterum non dubitabunt, quin et Stoici convenientia sibi dicant et vos repugnantia." Cic. Tuscull. II. 7. §. 17. " In Phalaridis tauro si erit (Epicurus) dicet: Quam suave est, quam hoc non curo." Seneca Epist. LXVI.

17. " Poteram respondere, quod Epicurus ait, Sapientem, si in Phalaridis tauro peruratur, exclamaturum : Dulce est, et ad me nil pertinet." Cf. Aristot. Eth. VII. 13. et Tullium in Tuscull. V. 9. ubi de Theophrasti dicto: *in rotam vitam beatam non escendere*, et vid. Olympiodor. in Alcib. pr. p. 230. Proxima pro lacunosis habet Engelhardt. In libris scriptis nil vestigii hic aliquid excidisse. Obscurum locum esse nemo infitiabitur, qui tamen hac sola observatione aliquanto lucidior reddi videatur posse, a Plotino hoc universo libro quam maxime distingui inter homines, quales vulgo esse solent, qui etiam in externis rebus Beatum illud ponunt, et eos, quos σπουδαίους dicit, quique mentem suam (h. e. *se ipsi*, ut cap. 9. fin. dixit) ab omnibus externis rebus sejunxerunt. Illi igitur vulgares homines adsunt v. c. in Phalaridis tauro, et ubi de Statu ejus, qui in eo inclusus est, judicant, hi (h. e. virtute præditi) absunt.

p. 75, 1. *συναμφότερον*] Videlicet *ψυχὴν καὶ σῶμα*, de quo supra est disputatum I. 1. in Quæstione : *quid animal, quid homo.*

— 2. *ὁ χωρισμὸς ὁ ἀπὸ τοῦ σώματος*] Quæ ex Plotini reliquorumque hujus disciplinæ philosophorum sententia inest in *τῇ ἐπιστροφῇ εἰς ἑαυτὸν*, " in conversione hominis ad se ipsum, i. e. ad mentem." Vid. proxime cap. 11. et cap. 9.

ib. *ἡ τῶν λεγομένων*] Quæ vulgo appellantur, neque vero sunt. Quod si reputaveris, quæ supra cap. 5. sq. in Peripateticos conjecta sunt tela, nullus dubitaveris, quin hoc quoque loco clanculum tangantur. Vid. quæ posui ad cap. 13. et cf. Ciceronis alium quoque locum de Finn. V. 5. Sed tamen ad Epicurum etiam nonnulla ex his Plotinianis pertinere videntur.

— 3. *Τὸ δὲ καθόσον ἀξιοῦν*] Engelh. Ficinum legisse arbitratur *τὸ δὲ ἀξιοῦν ἐν τῷ ζώῳ τὴν εὐδ. ε.* omisso *καθόσον*, quod se quoque concoquere non posse ; itaque et ipse omisit. At vero nostri libri ad unum omnes agnoscunt, et locus ita est explicandus: Quod autem *quatenus* attinet, h. e. Quodsi vero quæratur, *quatenus* beatitudo existat, nimirum *in quantum pertinent* (utrum ad corpus, an ad animam, an ad utrumque, sive ad animal), ridiculum sit ad animam eandem pertinere.

— 4. *εὐζωΐας*] Vid. supra I. 4. 1. p. 29. A. ibiq. annot.

— 7. *τὸ εὐδαιμονεῖν τοῦτο*] *Illud* beatum esse jam notum nobis s. de quo inter nos jam convenit. Cf. Heindorf. ad Platon. Phædon. §. 38. p. 60. Quod Plotinus continuo corporis *εὐεξίαν* magnitudinemque corporis spernit, de eo idem III. 4. 2. p. 284. pluribus agit, ubi de conversione hominum in bestias. Quem locum attigit Philoponus in Aristot. de Anima I. 4. *διὸ καὶ ὁ Πλωτῖνος πάνυ θείως* (*ἀστείως λίαν* Suidas in *κόσμος*) *εἶπεν, ὡς ὅσοι ἐμμανῶς κατὰ τὰς θρεπτικὰς δυνάμεις ἐνεργοῦσιν, οὗτοι κινδυνεύουσιν ἀποδερδρωθῆναι.* Ut nos Germani *baumstarke Menschen* usurpamus. Est hoc Plotinianum congruum Pythagoricæ disciplinæ, de quo multus est Porphyrius de Abstinentia et de Vita Pythagorica. Ceterum in hoc loco Plotiniano, quem modo citavi, legitur etiam *φυτικὸν*, quod emendationem nostram confirmat.

— 9. *Ἀντισηκώσεως*] Est vocabulum medicum. Fœsius in Œcon. Hippocr. p. 41. *ἀντισήκωσις* est etiam *ἀντιστάθμησις, æqualis repensio*, ubi plura etiam de verbo *ἀντισηκῶσαι*. Zonaras Lex. Gr. *Ἀντισήκωσις, ἡ ἀνταπόδοσις, διόρθωσις, ἰατρεία*, ubi vid. Tittmann. pag. 185. Alia suppeditant Lennep. ad Phalarid. p. 187. et Blomfield ad Æschyli Persas v. 443.

p. 76, 2. *νέος ὢν*] Cf. Nostrum I. 6. p. 52. E.

—3. *προσηνὲς*] h. l. est id quod *ἡδύ*. cf. Annot. ad locum laud. Plotini in singulari editione libri de Pulcritudine p. 192. ibiq. laudd. Hesych. II. p. 1045. Zonar. Lex. Gr. p. 223. Foesii Oecon. Hippocr. p. 322. et alios locos.

— 16. *οὐδὲ γὰρ ἂν πρὸς αὐλητικὸν τέλος κ.τ.λ.*] Ita scripsi auctoritate librorum MSS. Sententiam quod attinet, possit Plotinus tangere voluisse videri proverbium : *αὐλητοῦ βίον ζῇς*, quod de iis dicebatur, qui ex alieno viverent (*ἐπὶ τῶν ἐξ ἀλλοτρίου βιούντων*) testibus Diogeniano Centur. III. 14. p. 199. et Suida I. p. 380. Neque prorsus aliena sit hæc sententia a mente Plotini, qui *tibicinum consilium* s. *finem* dicat eorum hominum, qui falso sibi persuadeant, beatitudinem in rebus alienis s. externis, quæ non ipsa mente continentur, ponendam esse. Engelhard-

tus insuper admonuit versiculorum, qui leguntur apud Athenæum VIII. 337. e. p. 245. Schwgh.

ἀνδρὶ μὲν αὐλητῆρι θεοὶ νόον οὖν ἐνέφυσαν (vulg. *οὐκ ἐνεφ.* Casaub. *εἰσενεφ.*)
ἀλλ' ἅμα τῷ φυσῆν χὠ νόος ἐκπέταται.

ut proinde homines, qui menti nihil pretii tribuant, *tibicinum finem* sectari dicantur. Fieri quoque potest, ut Plotinus ante oculos habuerit philosophorum disputationes, quales hæ sunt Tauri et Aristotelis. Gellius XX. 4.: "Comœdos quispiam et tragœdos et *tibicines* dives adolescens Tauri philosophi discipulus liberos homines in deliciis atque in delectamentis habebat. Id genus autem artifices Græce appellantur *οἱ περὶ Διόνυσον τεχνῖται*. Eum adolescentem Taurus a sodalitatibus convictuque hominum scenicorum abducere volens, misit ei verba hæc ex Aristotelis libro exscripta, qui *προβλήματα ἐγκύκλια* inscriptus est; jussitque, ut ea quotidie lectitaret: *διὰ τί οἱ Διονυσιακοὶ τεχνῖται ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πονηροί ἐστιν; κ. τ. λ.*" Tu vid. Aristotelis Problem. XXX. 10. p. 220. Sylb. Et in contemtu apud plerosque Græcorum fuisse tibicines, ut quibus etiam Phrygia fere et servilia nomina essent (Athen. XIV. p. 624. b.) non est, quod operose monstretur. Et Plato tibiam ab educatione sejunctam volebat. Cujus exemplum secuti Platonici philosophi hoc instrumentum ut plurimum damnabant, ut quod mentem eriperet, et varios motus animi cieret. Vid. Platon. de Republ. III. p. 398. sq. de Legg. II. p. 669. sq. et cf. Procli disputata in Platonis Alcib. 68. p. 197. sq. ed. Francof. Possit quispiam illud *αὐλητικὸν τέλος* ita accipere velle, quibus propositum est, ut aliis voluptatem exhibeant; quam in rem fecerit locus Plutarchi An seni sit ger. resp. p. 786. A. B. Sed simplicissimum, me quidem judice, sit, si ita explicemus: illam externorum bonorum affluentiam ne ad eorum quidem finem hominum conferre, qui a sapientum gravitate longissimo distent intervallo: vel, uti Engelh. expressit, ne ad incuriam quidem, sive vitam curis plane vacuam conferunt.

p. 76, 17. *μετὰ τῆς ἡμετέρας ἀσθενείας*] *Ex* sive *pro*, in affectu designando vel forma qua aliquid fit vel etiam fonte, unde aliquid fluit. Vid. Schweigh. Lex. Polyb. p. 382. Schleusneri Lex. N. T. in *μετὰ* et Valcken. Scholl. in N. T. I. p. 575. coll. 366.

p. 77, 3. *οὕτω γὰρ καὶ ἀδεὴς ἔσται κ. τ. λ.*] Hæc et sequentia admonent Chrysippei placiti ap. Plutarch. de Repugn. Stoic. §. 27. p. 1446. F. sq. A. p. 266. Wytt.: *οὐκ ἀεὶ ἀνδρίζεσθαι τὸν ἀστεῖον, οὐδὲ δειλαίνειν τὸν φαῦλον, ὡς δέον ἐν φαντασίαις ἐπιφερομένων τινῶν, τὸν μὲν ἐμμένειν τοῖς κρίμασιν (κρίμασι), τὸν δὲ ἀφίστασθαι*: "bonum hominem non semper agere fortiter, neque vitiosum semper timide: usu venire enim, ut quibusdam visis oblatis alter persistat in judicio, alter non persistat." Quo nomine ibidem ei litem intendit Plutarchus.

— 7. *καὶ τὸν ἐν αὐτῷ—παῖδα*] A Platone accepit Plotinus, qui in Phædone p. 77. Steph. p. 45. Bekker. *ἀλλ' ἴσως ἔνι τις ἐν ἡμῖν παῖς, ὅστις τὰ τοιαῦτα, φοβεῖται, τοῦτον οὖν πειρώμεθα πείθειν μὴ δεδιέναι τὸν θάνατον ὥσπερ τὰ μορμολύκεια*· qui locus quot et quos imitatores nactus sit, indicarunt Ruhnken. ad Tim. Lex. Plat. p. 181. et Wyttenbach. in Annott. in Phædon. p. 192. sq., qui idem in Philomathia III. p. 93. nostrum locum addens jam legendum vidit *παῖδα*, ubi tamen perperam scriptum est *καταπαύσεις*. Quod proxime Fic. addidit majorem, ejus nullum in libris vestigium. Proinde *περιφράζων*, ut sæpius, addidisse putandus est.

— 9. *οὐ μὴν—ἄφιλος οὐδὲ ἀγνώμων*] Hoc posterius Fic. expressit *a gratitudine alienus*, eumque sequitur Taylor. Contra Engelh. accepit ita, ut sit *immitis*, *asper*. Mihi maxime in hunc locum cadere videtur hæc vis, ut sit *iniquus*. Ternæ autem illæ significationes bonis scriptoribus usitatæ sunt. Vid. Pollux. IV. 10. Hesych. I. 59. Alb. eum interprr. Lexicon Xenophont. I. 38. Scholiast. et interprr. ad Sophoclis Œdip. Colon. 86. et Heynius ad Epictet. Enchir. XXIV. 3.

— 13. *ἄρας θήσειε*] Contraria sibi h. l. respondent *ἄρας θήσειε* et *κατάγοι*. "Quod si vero quis probum virum non *sublime* (s. elatum) *sisteret* in mente, verum *deportaret* ad fortunas cet." Quod cum non assequeretur aliquis librarius, infelici manu correxit *ἀριθμήσειε*. Nec Engelh. loci vim est assecutus.

— 15. *οὔτε σπουδαῖον τηρήσει*] "Nec probum

hominem (s. virtute præditum) reservabit (i. e. illibatum et integrum tenebit)."

p. 78, 1. *ἐν τῷ κοινῷ*] In conditione vulgari s. mixta. Engelh. admonet eorum, quæ supra I. 1. 8. I. 1. 9. I. 1. 10. disputaverat Plotinus.

— 2. *Ὀρθῶς γὰρ Πλάτων*] Tu vid. Theæt. p. 176. a. b. Phædon. p. 42. Wyttenb. de Republ. VI. p. 509. a. X. p. 613. a. de Legg. IV. p. 716. b. c. quorum locorum partim supra in medium protuli ad Enn. I. 2. 1. p. 11. A. et cap. 4. p. 14. A.

— 7. *ἀλλ' ὡς στοχαζόμενος κ. τ. λ.*] Engelh. ita: " sed ut is, qui ad superiora conversus sit, vitam aget, dum externa duntaxat circumfusa sunt circa ipsum." Taylor: *In every circumstance of being he will conjecture what is right.* Hic quidem melius. Attendendum est ad *καὶ*, quod non neglexit Ficinus. Sententia loci hæc est: " Ille vir probus, licet finem habeat unicum summumque, nihilo tamen secius, sicubi ferat rerum suarum commutatio, animadvertet *vel* ad ea, quæ extrinsecus ei offeruntur, et quasi circum eum funduntur."

— 9. *οὐ κωλυόμενος κ. τ. λ.*] Hoc est " licet vir probus delatus sit in hunc vel illum locum et conjunctam corpori animam habeat, non tamen eandem eidem mancipatam, sed libero arbitrio utitur in corpus, ita tamen, ut inde tantummodo justo naturæ tempore se disjungat." Plura in eam sententiam ponemus infra ad I. 9. sive ad libellum *περὶ ἐξαγωγῆς*.

— 14. *οἷον εἰ μουσικὸς λύρας κ.τ.λ.*] Frequentant philosophi et Ecclesiæ patres hanc similitudinem corporis et instrumenti musici. Plutarch. Sept. Sapp. Conviv. p. 163. E. *ψυχῆς γὰρ ὄργανον τὸ σῶμα, θεοῦ δὲ ἡ ψυχὴ—ᾗ Σκύθαις τόξα, λύραι δὲ Ἕλλησι καὶ αὐλοί συμπαθοῦσιν.* Ad quem locum Wyttenbach. in Animadvv. p. 988. ed. min. plura contulit. Marc. Antonin. X. 38. p. 315. sq. *καὶ τὰ ὄργανα ταῦτα τὰ περιπεπλασμένα*, ad quæ Gatakerus et alia congessit et Apostoli verba Epist. Rom. VI. 13. et vero hæc Gregorii Nysseni de homin. opific. cap. 12.: *Καθάπερ τι μουσικὸν ὄργανον ἅπαν τὸ σῶμα δεδημιούργηται.* Ego aliquot locos adjiciam, præcipue eos, qui ad Plotiniani similitudinem propius accedant. Proinde multa omitto, ut illud Theodoreti T. IV. p. 516. Opp. ed. Schulzii, ubi homo dicitur *ὄργανον ἀρχέτυπον* et T. V. 102. ubi *λύραν ἐκκλησιαστικὴν* dicit. Adscribam potius locum Nemesii de Natura Hominis p. 91. sq. Matthæi: *ὄργανον γὰρ ὂν τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς, ἐὰν μὲν ἐπιτηδείως κατασκευασθῇ, συνεργεῖ τῇ ψυχῇ, καὶ αὐτὸ ἔχει ἐπιτηδείως· ἐὰν δὲ ἀνεπιτηδείως, ἐμποδίζει, καὶ τότε χρεία τῇ ψυχῇ πραγμάτων, ἀπομαχομένῃ πρὸς τὴν ἀνεπιτηδειότητα τοῦ ὀργάνου. καὶ ἐὰν μὴ σφόδρα ιήψῃ, καὶ συνδιαστρέφεται αὐτῷ, καθάπερ μουσικὸς συνεξαμαρτάνει τῇ τῆς λύρας διαστροφῇ, ἐὰν μὴ πρότερον αὐτὴν καταστήσῃ καλῶς. διὸ καὶ χρεία τῇ ψυχῇ τῆς ἐπιμελείας τοῦ σώματος, ἵνα καταρτίσῃ αὐτὸ ὄργανον ἐπιτήδειον ἑαυτῇ. τοῦτο δὲ ποιεῖ διά τε τοῦ λόγου καὶ τῶν ἠθῶν, ὡς ἐν ἁρμονίᾳ, τὰ μὲν χαλῶσα, τὰ δὲ ἐπιτείνουσα, ἵνα ἁρμόσιον αὐτὸ ἑαυτῇ κατασκευάσῃ, καὶ χρήσηται ἐπιτηδείῳ ὀργάνῳ, ἐὰν μὴ καὶ αὐτὴ συνδιαστραφῇ αὐτῷ. συμβαίνει γὰρ καὶ τοῦτο.* Jo. Chrysostomus in Psalm. XLI. p. 150. ed. Francof. *ἐνταῦθα οὐ χρεία κιθάρας, οὐδὲ νεύρων τεταμένων, οὔτε πλήκτρου καὶ τέχνης, οὐδὲ ὀργάνων τινῶν· ἀλλ' ἐὰν θέλῃς, σὺ σαυτὸν ἐργάσῃ κιθάραν, νεκρώσας τὰ μέλη τοῦ σαρκὸς, καὶ πολλὴν τῷ σώματι πρὸς τὴν ψυχὴν ποιήσας τὴν συμφωνίαν.*

LIB. V.

P. 84, 6. *Liber V.*] Tricesimus sextus ordine cum hic liber sit, superior autem sive hujus Enneadis quartus, quadragesimus sextus; haud ita exiguum temporis intervallum utrumque disjungere videtur. Inscriptionem autem hanc ille habet in Porphyrii Catalogo de Vita Plotini cap. 24.: *Εἰ μὲν παρατάσει χρόνου τὸ εὐδαιμονεῖν*; Ad quem locum quod I. A. Fabricius nostro in titulo addit: al. *ἐπίτασιν*, nimirum pro *ἐπίδοσιν*: nostri quidem libri MSS. hanc varietatem ignorant. Subrepsisse videtur memoriæ doctissimi viri e Diogene Laërtio X. 121. ubi est *εὐδαιμονία ἐπίτασιν οὐκ ἔχουσα.* Caspar autem Barthius in Adversarr. lib. L. cap. 8. p. 2347. suæ ipse translationi hæc verba præposuit: " Duodecenni mihi puero inter exercitia Græcæ interpretationis excidit translatio acutissimi et subtilissimi libelli *An felicitas tempore augeatur* apud Plotinum; nobilissimum philosophum ex iis, qui Platonicam et Pythagoricam sapientiam postremis Romæ temporibus conjungentes, novam quampiam ex mistis duabus sectam concinnarunt. Eam translationem huc transcribam, ne inter chartarum

schedia pereat, non quod magnopere intersit eam conservari, sed quia puerilia etiam conamina nos in provectiore ætate delectant. Non præstabo autem opusculi nævos, si quis venerit accusatum; quia tantum ei vix tribuo, ut de scriptione huc transferendo adsim, quin abjiciam potius de cætero, quam defendam." Hæc Barthius, qui Ficini versionem cum sua non contulisse videtur. Alioqui in libri inscriptione certe pro *felicitate beatitudinem* posuisset. Sed nec ipse Marsilius, uti supra vidimus, in his vocibus usurpandis usquequaque sibi constat.—Argumentum hujus libri quod attinet, nemo nescit, jam antiquitus agitatam esse hanc quæstionem, quam hoc libro pertractat Lycopolites philosophus. Septem Sapientum hac de re disputata fuisse antiqua fama ferebat. Vid. Suidam et Photium in Μᾶλλον Φρύξ. Solonis in primis nobilitatum cum Crœso colloquium Herodotus copiose exposuit (I. 32.), Stobæus suo Florilegio inseruit (Tit. 105. al. 103. p. 564. sq. p. 365. sqq. Gaisford.). Ad sententiam Solonis propius accedunt, poëtarum loci haud pauci inde a Theognide, quorum locos aliquot collegit Jos. Barnes. ad Euripidis Andromacham v. 100. Vid. insuper Pindar. in Pyth. III. 189. inque eum locum Scholia. Ejusdem colloquii locos passim tacite respiciunt philosophi, ut Plato v. c. in Hippia maj. p. 291. D. et de Legg. VII. p. 802. a. p. 29. Bekk. Quæ non moramur: illa magis nos advertere debent, utpote cum Plotinianis his conjunctiora, quæ ad labefaciendam Solonis sententiam profert Aristoteles, qui Eth. Eudem. II. 1. p. 90. sq. Sylb. ita: *τό τε γὰρ εὖ πράττειν καὶ τὸ εὖ ζῆν τὸ αὐτὸ τῷ εὐδαιμονεῖν· ὧν ἕκαστον χρῆσίς ἐστι καὶ ἐνέργεια, καὶ ἡ ζωὴ καὶ ἡ πρᾶξις. καὶ γὰρ ἡ πρακτικὴ χρηστική ἐστιν. ὁ μὲν χαλκεὺς ποιεῖ χαλινόν, χρῆται δ' ὁ ἱππικός. καὶ τὸ μήτε μίαν ἡμέραν εἶναι εὐδαίμονα, μήτε παῖδα, μήθ' ἡλικίαν πᾶσαν· διὸ καὶ ὁ Σόλωνος ἔχει κακῶς, τὸ μὴ ζῶντ' εὐδαιμονίζειν, ἀλλ' ὅταν λάβῃ τέλος. οὐθὲν γὰρ ἀτελὲς εὔδαιμον. οὐ γὰρ ὅλον κ. τ. λ.* Idem in Ethicis Nichomacheis, loco copioso de Bonis et Beato I. 10. Atheniensis legislatoris dictum uberius excussit: quæ disputatio apud ipsum legatur oportet. Quia vero Plotinus diversa Philosophorum placita his quæstionibus examinat, quod item facit Cicero in libris de Finibus, non alienum erit hujus insignem locum huc transcribere: "Nemo igitur (ait ille II. 27. §. 87. 88.) esse beatus potest; *neque enim in aliqua parte, sed in perpetuitate temporis vita beata* dici solet: neque appellatur omnino vita beata, nisi confecta, atque absoluta, nec potest quisquam alias beatus esse, alias miser: qui enim existimabit, posse se miserum esse, beatus non erit. Nam quum suscepta semel est beata vita, tam permanet, quam ipsa illa effectrix beatæ vitæ sapientia: neque exspectat ultimum tempus ætatis; quod Crœso scribit Herodotus præceptum a Solone. At enim, quemadmodum tute dicebas, *negat Epicurus nec diuturnitatem quidem temporis ad beate vivendum aliquid afferre, nec minorem voluptatem percipi in brevitate temporis, quam si illa sit sempiterna.* Hæc dicuntur inconstantissime. Quum enim summum bonum in voluptate ponat, negat infinito tempore ætatis voluptatem fieri majorem, quam finito atque modico. *Qui bonum omne in virtute ponit, is potest dicere, perfici beatam vitam perfectione virtutis. negat enim, summo bono afferre incrementum diem. qui autem voluptate vitam effici beatam putabit, quî sibi is conveniet, si negabit, voluptatem crescere longinquitate?* &c." Hujuscemodi disputationes obversatas esse animo Plotini, harum Quæstionum argumentum docet, licet Tullii mentionem nusquam faciat; neque enim deerant alii fontes, unde hauriret. Cæterum adhibeto etiam Marsilii Commentarium.

84, 10. Εἰ—λαμβάνει] Cf. Inscriptionem Περὶ τοῦ εἰ—λαμβάνει. Semel tenendum est ad usum Plotini aliorumque philosophorum, maxime posterioris ætatis, εἰ apud eos et in obliqua interrogatione frequentari et vero in recta. Vid. Hoogeveen. de Particul. p. 173. ed. Schutz. alt. cf. Eustath. in Odyss. A. 158. et Ast. ad Plat. Remp. V. 21. p. 478. in comment. p. 532. Plato Alcib. I. p. 106. b. Εἰ χαλεπὸν δοκεῖ τὸ ἀποκρίνασθαι, ubi Buttmannus invitis libris posuerat ἤ. Illud εἰ reduxerunt Ast. et Bekkerus. Plat. Phileb. p. 39. (p. 193. Bekk.): Εἰ *περὶ μὲν τῶν ὄντων καὶ τῶν γεγονότων τοῦθ' ἡμῖν οὕτω πάσχειν ἀναγκαῖον, περὶ δὲ τῶν μελλόντων οὐ*; ubi vid. Stallbaum. p. 117. Adde Athenæum VI. p. 228. p. 377. Schweigh. ubi est: Εἰ ἔχομεν δεῖξαι; Similiter Plotinus IV. 8. 1. Εἰ *πᾶσαι αἱ ψυχαὶ μία*;

et sæpissime. In obliqua oratione hoc imitari Latinos scriptores jam monuit H. Stephanus in Thesauro, apposito exemplo Horatiano. Tu adde hæc Ciceroniana: De Divinat. II. 34. *Dicito, si pascuntur aves.* Idem in Topicis 22. "Quæritur, *si* expetendæ divitiæ, *si* fugienda paupertas."

p. 84, 12. *καὶ ἡ ἐνέργεια τῆς ζωῆς*] Barth.: "neque enim in memoria, sed in affectu Beatitatis summa consistit. Affectus autem in eo tantum positus deprehenditur (reperitur), quo quis præsente fruitur, et vitæ actio circa idem versatur." In eandem mentem Engelh.: *Diess Beförderen aber und die Thætigkeit des Lebens überhäuft haben ihr reales Daseyn nur in der Gegenwart:* nimirum ita, ut non seivorgamus extremum membrum a prioribus, neque cogitemus: *καὶ ἡ ἐνέργειά ἐστι τῆς ζωῆς*, sed ut jungamus: *ἡ δὲ διάθεσις καὶ ἡ ἐνέργεια τῆς ζωῆς ἐστιν ἐν τῷ παρεῖναι.* Recte.

— 13. *Εἰ δ' ὅτι ἐφιέμεθα—μᾶλλον*] Barth.: 'Contra si quis exinde quod vitæ *beatæ*(?) quasi futuræ semper quædam *spes atque exspectatio*(?) nos tenet, *in futuro dicat eam absolvi*, nos ita sentimus." Priora male. Neque ullus liber istius modi sententiam confirmat: hoc posterius ad sensum melius. Nam, recte admonente Engelhardto, qui tamen Barthianam interpretationem ignorat, illud *τυγχάνειν* Plotini adjunctam habet vim *temporis, continuationis.* Negat enim Plotinus *fieri* beatum virum probum: ait, *esse* beatum.

— 16. *ἔπειτα καὶ οἱ θεοὶ—οὐδέποτε τέλεον*] Hoc ipso discrimine deorum et hominum beatitatem distinguebat Epicurus. Diog. Laërt. X. 121. *τὴν εὐδαιμονίαν διχῇ νοεῖσθαι, τήν τε ἀκροτάτην, οἵα ἐστὶ περὶ τὸν θεὸν, ἐπίτασιν* (*καὶ ἄνεσιν* addit Gassendus) *οὐκ ἔχουσαν· καὶ τὴν ἀνθρωπίνην, ἔχουσαν προσθήκην καὶ ἀφαίρεσιν ἡδονῶν.* "Beatitudinem bifariam intelligi: supremam illam, quæ incrementum non admittat (nec detrimentum), et humanam, quæ et adjectionem habeat et ablationem voluptatum." Cf. infr. Quæst. VII. p. 45. A. ubi philosophus noster de beatitate similiter: *οὐκ ἄρα ἀριθμητέα χρόνῳ ἀλλ' αἰῶνι.* ad quem locum plura conferam. Proxime ad sententiam nihil magnopere differt, utrum *τεῦξιν* legas, an *τοῦ εἶναι ἕξιν*, judicante etiam Engelh. Quid Barthio placuerit, vixdum exputes; adeo ille et hunc locum et proxima multis verbis obscuravit. Sed ipsum virum magnum non multum tribuere vidimus huic translationi.

p. 85, 5. *τὸ ἐφεξῆς θέλει*] H. l. Plotinus e Platonis sui convivio ferculum abstulit. Ita enim illic Socrates: p. 200. p. 423. Bekkeri:—*ἴσως γὰρ ἄν τις ταῦτα οἰηθείη καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, τοὺς ὄντας τε τοιούτους καὶ ἔχοντας ταῦτα τούτων ἅπερ ἔχουσι καὶ ἐπιθυμεῖν.—εἰποιμεν μὲν ἂν αὐτῷ ὅτι Σὺ, ὦ ἄνθρωπε, πλοῦτον κεκτημένος καὶ ὑγίειαν καὶ ἰσχὺν βούλει καὶ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ταῦτα κεκτῆσθαι, ἐπεὶ ἐν τῷγε νῦν παρόντι, εἴτε βούλει εἴτε μὴ, ἔχεις.*

—9. *εἰ—τὸ ἀκριβέστατον εἶδε*] Barth.: "Edepol si tempus illud diuturnius ipsi datum est, quo pro voto suo conspectum exactionem habuit. cet." Engelh. *Wenner in der længem zeit etwas klareres und Deutlicheres geschen hat* cet. Quod propterea monitum volo, quoniam Ficini translatio ambigua est.

— 13. *τὴν ἐνέργειαν τὴν ἀνεμπόδιστον*] Et Fic. et Barth. vertunt: "actionem *intelligentiæ* expeditam," videlicet ut hunc locum ad Plotinianam de beatitudine sententiam accommodatiorem reddant et magis perspicuum. Quam ipsam *beatitudinem* (*τὴν εὐδαιμονίαν*) h. l. accurate distinguit a voluptate (*τῇ ἡδονῇ*).

— 15. *πλέον*] Formam *πλεῖον* substantive et adjective, *πλέον* adverbialiter ut plurimum usurpari vult Coraes ad Heliodori Æthiop. VI .p. 198.

p. 86, 6. *πλεονεκτεῖν αὐτοὺς τῷ παρόντι*] Hæc ejus verbi constructio rarior et fortasse antiquioribus inaudita. Paullus Apostolus aliquoties usurpat, sed diverso tamen significatu, nimirum *fallendi, fraudem faciendi.* Vid. Bud. Comm. L. Gr. p. 838. et Schleusn. Lex. N. T. in *πλεονεκτεῖν.* Est tamen et ubi *superandi* vi, ut h. l., accusativum adsciscit, v. c. apud Heliodor. II. 44. p. 103. Coraii. *ἡ δὲ νῦν θεωρία καὶ πλεονεκτεῖ τὰς ἄλλας*, ubi miror ab editore nihil esse monitum; neque magis ad locum Plutarchi in Marcello p. 279. Francof. p. 466. Reisk. milites Marcelli *διεστρατήγουν ὅσα πλεονεκτήσουσι τοὺς πολεμίους*, quantopere præcellerent hostes (s. quantas iis opportunitates essent prærepturi. Illud discrimen attigit Suidas III. p. 128. Kuster.

Πλεονεκτῶ· *τὸ πλέον ἔχω, γενικῇ·* Πλεονεκτῶ δὲ *τὸ ἀδικῶ, αἰτιατικῇ*. Cæterum, recte monente Engelhardto, hæc extrema *ᾧ—τῷ παρόντι* Plotinus consulto adjecit, quo tolleret errorem eorum, qui, cum ad beatitatis notionem *præterita* adjiciunt, illam augeri opinantur. Urget igitur illud *præsentiam* tantummodo in beatitudinis notionem cadere. Atque Barthius, cujus reliqua h. l. non moror, hæc postrema gravius ita expressit: "hoc vero quod habet, *neque in præterito est, neque in futuro, sed in præsenti.*"

p. 86, 7. *Τί οὖν ὁ κακοδαίμων*] Cum his et seqq. componenda sunt, quæ a Tullio disputantur, maxime adversus Epicureos, de Finn. II. 17. 88. II. 28. 92. sq. II. 29. 94. sq. "An dolor longissimus quisque miserrimus, voluptatem non optabiliorem diuturnitas facit?—Quid de dolore dicemus? cujus tanta tormenta sunt, ut in his beata vita, si modo dolor summum malum est, esse non possit. cet.—Traditur ab Epicuro ratio negligendi doloris. Jam ipsum absurdum, maximum malum negligi. cet.—Si gravis, brevis: si longus, levis, dictata sunt. Virtutis, magnitudinis animi, patientiæ, fortitudinis fomentis dolor mitigari solet."

— 13. *οἷον τὸ ἐπιμένειν τὴν νόσον*] Virgulam convertimus in colon. Recte autem Ficinus ad *ἕξις* cogitando repetit *ἡ νόσος*. Nec aliter Barth. qui vertit: *uti morbos*. Morbo enim ex persistentia fit natura habitus. In anima Aristoteles Eth. Nicom. II. 5. 2. tria ponit: *πάθη, δυνάμεις, ἕξεις*. Tum explicat: *ἕξεις, καθ' ἃς πρὸς τὰ πάθη ἔχομεν εὖ ἢ κακῶς*. Plutarchus de virtute morali IV. p. 443. D. p. 812. Wytt. *ἡ δὲ ἕξις ἰσχὺς καὶ κατασκευὴ τῆς περὶ τὸ ἄλογον δυνάμεως ἐξ ἔθους ἐγγινομένη*. De Corporis habitu Medici eodem vocabulo utuntur. Galenus *περὶ εὐεξίας* p. 248. *τὸ τῆς ἕξεως ὄνομα κατὰ παντὸς ἐπιφέρειν εἰθίσμεθα τοῦ μονίμου τε καὶ δυσλύτου, καὶ οὐδὲν μᾶλλον ἐπαινοῦντες ἢ ψέγοντες*. "Habitus nomen ad id omne, quod stabile est minimeque facile solvitur, accommodare solemus, neque quidquam tamen magis laudantes aut vituperantes." Plura Fœsius in Œconomia Hippocrat. in voc. Plura item Gataker. ad Marcum Antonin. p. 176. et p. 404. sq. præsertim de vario usu ejus vocabuli apud philosophos. Adde Indicem Græcitatis in Epictetea p. 320. ed. Schweigh.

p. 87, 3. *τὸ δὲ τῆς εὐδαιμονίας*] i. e. *ἡ εὐδαιμονία*. Periphrasis Thucydidi et Platoni præsertim familiaris. Duker. ad Thucyd. IV. 54. VIII. 177. Matth. Gr. Gr. §. 285. Ast. ad Plat. Remp. IX. 1. p. 596. Comment. Stallbaum. ad Phileb. p. 139. sq.

— 4. *παρὰ τὸν πλείονα χρόνον*] Propter longius tempus. Vid. supra ad I. 1. 4. p. 3. B.

— 14. *ἢ τὸν μὲν χρόνον—μηκέτι ὄντα*] Fic. vertit: "tempus etiam *nondum* existens," Barth.: "tempus *necdum* existens vel quod præterierit." Engelh. etiam hoc loco: "tempus, quod *non amplius* est, idque magis aptum est ad sequentia."

— 17. *τὸ μὲν γὰρ εὐδαιμονεῖν συμβεβηκέναι ἀξιοῖ*] Engelh. *Denn die Glückseligkeit muss sich schlechterdings ereignen, um da zu seyn.* Male. Nam debebat scriptum esse *συμβαίνειν*, et *ἀξιοῖ* referendum est ad adversarium, qui præcedentia posuit. Recte Ficinus: "beatitudinem namque contigisse censeret" (censet). Nec male Barthius: "Ita enim sub tempore et contingenti parem felicitatem memorabit." Germanice exponas: *Denn er will den Maastab des geschehenen Ereignisses an die Glückseligkeit anlegen.*

— 18. *ὁ δὲ χρόνος—τὸ μηκέτι εἶναι*] Rursus *nondum* Ficinus Barth. "tempus autem, quod imminet, aliter definire non potes, quam id quod venire continget." Melius, me quidem judice ad hujus loci sententiam Engelh. *Eine längere zeit aber ausser der gegenwärtigen ist ein noch nicht seyn, oder ein nicht mehr seyn*, nisi forte his etiamnum verbis præteritum tempus duntaxat declarare voluit philosophus.

p. 88, 1. *Διὸ καὶ εἰκὼν αἰῶνος κ. τ. λ.*] Sc. *ὁ χρόνος* ex antecedentibus. Ita haud dubie Fic. locum accepit, et Engelh. diserte expressit. Barth. contra: "Et ea ratione *beatitudo* recte æternitatis imago dicitur." Sibi imponi passus est, ut pueruluſ scilicet cum hanc interpretationem faceret, a sequentibus femininis *αὐτῆς—αὐτῆς*.

— 4. *ἀπώλεσεν αὐτὸ κ. τ. λ.*] Locum mihi recte expressisse videtur Marsilius. Addam, utpote in loco obscuriore, etiam Barthiana: "Nam si ab æternitate tollas id, quod illa semper eadem futura est et in statu suo permansura, ipsa perpetuitas exspirabit: quare ipsam, quod permanet

semper, æternitatem perpetuam facit, et ab ea in statu servatur, evanesceet vero statim, ubi successionibus subjeceris, et ita tempori velut emanciparis." Cæterum de tempore philosophorum aliquot veterum sententias exponit Plutarchus in Quæst. Platonn. IV. p. 1007. p. 98. sq. Wytt. Cf. Cudworth. Syst. Intellect. Univers. IV. 21. p. 467. ed. Moshem. De æternitate et de tempore ipse noster philosophus singulari libro agit, Enn. II. 7. p. 325. sqq. item Proclus in Instit. Theol. c. LVIII. sqq. p. 82. sqq. ed. nostr.

p. 88, 7. *οὐκ ἄρα ἀριθμητέα χρόνῳ, ἀλλ' αἰῶνι*] Ut non assecuti sunt hanc sublimem Platonicam doctrinam: ita tamen secuti talia videntur Epicurei, cum in Diis describendis ponerent, quæ leguntur ap. Diog. Laërt. X. 123. *πρῶτον μὲν τὸν θεὸν, ζῶον ἄφθαρτον καὶ μακάριον νομίζων, ὡς ἡ κοινὴ τοῦ θεοῦ νόησις ὑπεγράφη κ. τ. λ.* ubi vid. Menag. Hinc illud toties repetitum *τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον*, Diog. Laërt. X. 139. *æternum beatumque* Cic. de N. D. I. 17. ibiq. Davis. et nostr. annott. p. 77. Adde Epicurea in Volumm. Herculann. I. 6. p. 6. ed. Rosini Neapol. et Nemesium de Nat. Hom. cap. 44. p. 347. ed. Matthæi. Cicero de Finn. III. 27. §. 88. "Quid est igitur, cur ita semper Deum beatum Epicurus appellet et æternum? Demta enim æternitate nihilo Beatior Jupiter, quam Epicurus. Uterque enim summo bono fruitur, id est, voluptate." At Plotinus in æternitate et virtute vel potius in virtute, quæ sua natura æterna est, beatum illud poni vult. Vid. de Diis supra Quæst. II. p. 43. et confer Gassendum de Morali Philosophia Epicuri, tom. II. p. 59.

— 13. *ἀλλὰ τὴν ἐκ παντὸς χρόνου πᾶσαν ὁμοῦ*] Vertit Barth.: "sed illud, quod simul unum totumque sit ab universis seculis." Engelh.: *sondern* (*das Leben*) *das aus der ganzen zeit ganz hervorgeht*. Hoc postremum verendum est, ne errorem parere possit. Neque enim æternitatem ex ullo tempore nasci contendit Plotinus: illud vult intelligi, vitam æternam, si ad temporis mensuram referas, quod proprie fieri non debet, inde ab omni tempore esse simul integram; nimirum eo ipso, quod a temporis notione prorsus abhorret.

— 17. *καὶ οὐκ ἂν τηροῖ τὴν ὑπόθεσιν*] Barth.: "neque id propositum, quod habet tenebit." Nimirum non constat sibi in eo, quod, quem beatum adeoque sapientissimum dixerat eundem nunc minus sapientem ponat. De vario significatu vocis *ὑπόθεσις* vide locum classicum Sexti Empir. adv. Matth. I. 1. 3. p. 310. ibiq. Fabric. et quod Rhetoricorum *ὑποθέσεις*, quas ibi memorat Sextus, attinet, cf. Ernesti Lex. Technol. Græcorr. rhetorr. p. 363. sq. et de philosophorum et mathematicorum *ὑποθέσεσι* consule porro Sextum Pyrrhon. Hypotyp. I. 168. p. 42. ibiq. annot. Fabric. et Pyrrh. Hypot. II. 20. p. 71. cum not. Adhibe quoque Platonis Definitt. p. 415. B. Wyttenbachii Præcepta philos. Logicæ I. 2. §. 19. p. 38. ed. noviss. et ejusd. Animadvv. in Plutarch. de Fort. Alex. p. 111. sq.

— 18. *περιχαρείας*] Conf. supr. I. 4. 12. ibiq. annot.

p. 89, 2. *ὅτι ἐχθὲς ἐπὶ ὄψῳ ἥσθη*] Xenoph. Memor. I. 5. 4.—*ὄψῳ καὶ οἴνῳ χαίροντα μᾶλλον ἢ τοῖς φίλοις*, ubi simpliciter pro *cibo* accipiunt nonnulli; quæ sententia nec a Plotiniano loco abhorreret; et ita accepit vocem Engelh. Neque tamen est, cur h. l. a communi significatu recedamus, quo accepit Ficinus. Barthius ita: "ut si quis de quopiam, quod heri gustu eximium comederit, hodie sensum repetat." Huc facit Phavorinus *ὄψα λέγονται τὰ τοῦ σίτου ἡδύσματα*. Quo sensu aliquoties usurpat Xenophon. Cyrop. I. 5. 7. IV. 5. 2. Memor. I. 3. 5. Cic. de Finn. II. 28. 90. "Huic ego, si negaret quidquam interesse ad beate vivendum, quali *uterentur victu*, concederem: laudarem etiam; verum enim diceret; idque Socratem, qui voluptatem nullo loco numerat, audio dicentem, *cibi condimentum esse famem*, potionis sitim:" ubi *condimentum* est expressum ex metaphorico usu vocis *ὄψον* in locis Xenophonteis. Adscripsi autem integrum locum Tullii, quoniam in eodem argumento versatur atque Plotinus. Proprie *ὄψα* opponuntur *ἡδύσμασι* sive condimentis. Maximus Tyrius Diss. XXIII. 1. p. 437. Reisk. *τὰ γὰρ ὄψα καὶ τὰ σιτία ἡδυσμάτων συμμετρίαις καὶ κράσεσι καὶ ποικιλίαις, καὶ τῇ διὰ πυρὸς ὁμιλίᾳ αὐτὰ ἑαυτῶν προσφορώτατα εἶναι παρασκεύαζε*. Aristoteles Rhetor. III. 3. 3. p. 208. Gaisford. de Alcidamante oratore: *οὐ γὰρ ὡς ἡδύσματι χρῆται, ἀλλ' ὡς ἐδέσματι, τοῖς ἐπιθέτοις οὕτω πυκνοῖς, καὶ μείζοσι καὶ ἐπιδήλοις*. Quæ ante oculos habuit Dionys. Halic. Jud. de Thuc.

p. 864. p. 127. Krügeri—*ταύτην δὲ (τὴν τροπικὴν λέξιν) ὥσπερ ἥδυσμα παρελάμβανον*, antiqui nimirum scriptores.

p. 89, 4. *Εἰ δὲ—πῶς οὐκ ἐνταῦθα λέγοι ἄν τι*] Barth.: "Quidni autem, ais, honestarum eximiarumque rerum recordatio animum faciat beatiorem?" Engelh. cogitando supplet—*ἄν τι* sc. *παρέχεσθαι ταύτην τὴν μνήμην τῷ εὐδαίμονι*. Non necesse: modo suppleas sexcenties supplendum *τις*. Nam *λέγειν τι* est aliquid dicere, quod momenti est ad rem conficiendam. Proinde loci sententia est: At si honestarum rerum memoria illa sit, quidni sic quidem aliquid diceret (nimirum, quod ad summam rem facit)? Est autem oratio adversarii, contraria sentientis, quem Plotinus redarguit.

— 8. *εἰ δεῖ λέγειν—καλῶν*] Barth.: "Verum felicitas non in præclaris illis actionibus neque numero earum contingit habenda." Etiam Engelh. hæc verba respondenti tribuit Plotino similiter atque Ficinus et Barthius. Mihi commodius videntur adversario tribui, hoc sensu: si omnino quidem beatus dicendus est, qui non factus est (beatus) perpetrandis multis honestis actionibus. Proinde responsum Plotini inciperet a verbis *ἢ ὃς ἐκ πολλῶν*.

— 12. *εἰ μᾶλλον τὸ ἐν πλείονι κ. τ. λ.*] Non absurda est lectio *τῷ*: an illud magis *eo, quod* in pluri tempore est, magis est esse beatum? Utut sit, *πλείονι* de producto tempore est accipiendum, ut supra, et ita accepit Engelh.; Barthius a vero aberravit.

— 17. *αἱ διαθέσεις*] Sæpius obvia vox in his Enneadibus: v. c. I. 1. 2. III. 1. 9. IV. 4. 28. Hoc loco distinguitur a *πράξεσι*, et designat *animi dispositiones* s. *animi affectiones*. Zonaras in Lex. p. 512. commode explicat: *Διάθεσις ἡ τῶν πρός τι τῆς ψυχῆς σχέσις, ἢ πάλιν ἡ πρός τι πῶς τῆς ψυχῆς ἔμμορος κίνησις. διάθεσίς ἐστι καὶ ἡ κατὰ συμβεβηκὸς τοιάδε ἑκάστου ποιότης. διάθεσις οὐ μόνον ἐπιστῆμαι καὶ τέχναι, ἀλλὰ καὶ ἀρεταί.* Cf. Suidam p. 552. sq. ubi Kuster. horum locorum fontem in Philoponi commentario in Aristotel. de Anima indigetavit (I. 4.). Illa vis passim obtinet apud varios scriptores. Vid. v. c. Schweigh. Lex. Polyb. in voc. (p. 135. 2.) et Schleusner. Novum Thesaur. philol. crit. in LXX. vol. II. p. 88. Videamus de Philosophis. Arrian. in Epicteteis III. 23. 20: *Ἰδοὺ διάθεσις (ἀνθρώπου) ὠφελήσαντος ἀνθρώπους*: "En animus hominis (s. animi adfectio hominis) qui homines est juvaturus." Zeno ap. Stob. in Eclogg. Eth. II. 7. p. 100. Heeren. *Διαθέσεις μὲν (εἶναι) τὰς κακίας πάσας, ἕξεις δὲ μόνον τάς γε εὐκαταφορίας κ. τ. λ.* "Affectiones quidem esse vitia omnia, habitus vero tantum animi proclivitates, etc." Plutarch. de audd. poett. p. 24. E. *εὐθὺς οἰέσθω λέγεσθαι ταῦτα περὶ τῆς ἀρετῆς καὶ θειοτάτης ἕξεως ἐν ἡμῖν, ἣν ὀρθότητα λόγου καὶ ἀκρότητα λογικῆς φύσεως, καὶ διάθεσιν ὁμολογουμένην ψυχῆς νοοῦμεν*. Ad quem locum Wyttenb. in Animm. p. 244. ed. min. et alia apposite contulit, et vero hæc: "Tertia illa est propria *Stoicorum* definitio ap. Diog. Laërt. VII. 89: *τήν τε ἀρετὴν διάθεσιν εἶναι ὁμολογουμένην*, quam ita reddit Cicero Tusc. IV. 15. "Virtus est *adfectio animi* constans conveniensque"—et Invent. II. 53. "Virtus est *animi habitus* naturæ modo atque rationi consentaneus." Quæ propterea adscripsi, ut simul intelligatur, quomodo Tullius *διάθεσιν* et *ἕξιν* Latine verterit." Plotino h. l. *αἱ διαθέσεις* sunt, quæ nobis vernacule dicuntur *innere Beschaffenheiten, Geisteszustände*. Tenendum autem hoc philosphi nostri placitum vel maxime est, cum quo ejus decreta de beatitudine ab Epicureorum decretis (quibuscum in verbis nonnihil affinitatis intercedere videri poterat) probe distinguantur, tum quod hoc ipsum effatum ad Christiana effata propius accedere videtur.

p. 90, 3. *καὶ ἄλλου πράξαντος*] Ficin. Barth. et Engelh. reddunt: "*etiam aliud agente*." Nolo præcise refragari; quæro tantummodo: num forte ita accipi queat, ut sit *καὶ ἄλλου σώσαντος* i. e. "cum vel *alius* patriam servarit"—?

— 5. *ἡδὺ δι' αὐτὴν*] Fic., qui male lectionem *δι' αὐτὴν* sequeretur, amplificando quodammodo obscuravit locum luculentum. Nam *εἴ τι ἡδὺ* est *ὅ, τι ἡδύ*. Debebat: sed habitus et beatitatem, et si quid per eam dulce est, efficit (i. e. et beatitudinem ipsam, et quidquid dulcedinis ea paratur, efficit).

LIB. VI.

p. 97, 7. ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΑΛΟΥ] Est hic liber omnium, quotquot unquam Plotinus composuit, primus. Certe primo loco ponitur a Porphyrio (de Vita Plotini Cap. IV. p. 99. ed. Fabric.) in

eorum librorum enumeratione, quos viginti et unum jam conscripsisse illum prodit, quo tempore primum ipse in ejus notitiam pervenisset. Eum ipsum librum in publicum dedimus separatim hoc titulo: *Plotini Liber de Pulcritudine.* Ad Codicum fidem emendavit Annotationemque perpetuam, interjectis *Danielis Wyttenbachii* notis, epistolamque ad eundem ac præparationem cum ad hunc librum tum ad reliquos cet. adjecit *Fridericus Creuzer.* Accedunt Anecdota Græca: *Procli Disputatio de Unitate et Pulcritudine*, *Nicephori Nathanaelis Antitheticus adversus Plotinum de Anima ;* itemque *Lectiones Platonicæ* maximam partem ex Codd. MSS. enotatæ. Heidelbergæ MDCCCXIV. 8°. Ex ea editione huc transferenda existimavi Wyttenbachii Annotata integra: e meis ea duntaxat, quæ ad hunc breviorem commentandi modum accommodata viderentur. Nam in illo singulari libro tunc quidem latius eram evagatus et consulto, nimirum uti in eo exemplo monstrarem, quantum hujus familiæ philosophorum monumenta cum ad universam philosophiam facerent, tum ad theologiam, nec minus ad literas Græcas accurate pertractandas. Hic vero in universis Enneadibus illustrandis alia incunda erat ratio, ne in magnam molem excresceret opus et literarum studiosis molestiam exhiberet. Anglica hujus libri interpretatio, quæ ita inscribitur: *Concerning the Beautiful, or a paraphrase translation from the Greek of Plotinus*, Enn. I. book 6. *by Thomas Taylor*, Lond. 1787. 8°. nunc mihi non magis ad manum est, quam tunc, quum illum librum sejunctum a reliquis explicarem. Engelhardtianæ autem translationis in hoc quidem libro rarius mentionem faciam, quoniam vir humanissimus ipse profitetur p. 300. mea se editione maxime usum esse. In meis autem retractandis ita sum versatus, ut haud pauca tum in critica factitanda tum in explicatione addenda tacite immutarem expleremque.

Jam ut de iis videamus, qui hunc locum *de Pulcritudine* attigerunt, credibile fit ex ipsa historia fabulari itemque ex reliquiis arcanæ Græcorum disciplinæ, hanc quæstionem, *quid hoc ipsum pulcrum sit*, mature agitari cœptam (Vid. Præparationem nostram ad librum de Pulcritud. §. 8. sqq. p. XXV. sqq. separatæ illius editionis). Unde colligere licet *Pythagoricos* potissimum, quo magis ad istam se disciplinam applicarent, hoc minus tam gravem copiosumque locum neglecturos fuisse. Sed tamen, quod scripto exstet proditum, *Sophistas* in eodem argumento certatim elaborasse, cum alia fidem faciunt, tum vero Platonis Hippias major. Neque vero in eorum ludis, qui *Rhetores* se dici mallent, tam felix ostentandæ eloquentiæ materia omissa est. Quod et ejusdem Platonis Phædrus, in eoque inclusa Lysiæ oratio docet, et luculentius etiam *Isocratis* Encomium Helenæ. Qui, qua auctoritate florebat, haud paucos imitatores nactus est, ad extremam usque ætatem, in his *Dionem Chrysostomum* oratione XXI. περὶ κάλλους, et in Melancoma s. Orat. XXIX. (cf. Stob. Sermon. 65. (63) p. 495. ed. Gaisf.); *Lucianum* item in Charidemo, si modo Luciani ista chria est, e Platonis Symposio non minus, quam ex Isocratis Encomio Helenæ, pueriliter maximam partem consarcinata. Ampliora exstiterunt in Academiæ spatiis inque porticu Zenonis. Ac primum posteaquam *Socrates*, quantum ex Xenophonteis libris (Memorr. III. 8. 4 IV. 6. 9.) constat illam Pulcri doctrinam inchoasset, eandem politissima arte erudiit *Plato*, ita tamen, ut aliis deinceps philosophis plenissimum exhiberet locum cum nova inveniendi, tum ab ipso tradita exigendi augendique. Permultis autem dialogis ille philosophus hoc ipsum quid sit τὸ καλὸν attigit, ut in Alcibiade priore, in Hippia majore, in Sophista, Gorgia, Phædone, Philebo, Phædro Convivio. Verum in haud paucis obiter duntaxat breviterque agit. In Hippia quoque majore nihil certi hac de re ponitur. Contra in Philebo hæc ipsa quæstio suis ex causis repetitur et subtilius explicatur. Nec minus in Phædro plurima tractantur, quæ, quid hoc ipsum sit pulcrum, in clariore luce ponere videantur. In Symposio autem, et in Diotimæ inprimis cum Socrate colloquio, idem argumentum serio subtiliterque, vel potius, ne parum dixisse videar, divinitus explicatur. Platonicarum in Hippia majore disputationem summam habes apud Diog. Laërt. III. 89. Primariam Platonis sententiam, ipsum pulcrum nihil aliud quam bonum ipsum esse docentis, tribus libris exposuerat Antipater teste Clemente Alexandrino Stromat. V. p. 705. Potter. Ex tribus

autem dialogis, *Philebo*, *Phædro*, *Symposio*, præcipue duobus, quos extremo loco posui *haud pauca in suam rem hoc ipso libro convertit Plotinus*.—*Stoicos* nemo nescit *honesti* notionem inclusisse vocabulo τοῦ καλοῦ, ut v. c. Cleanthes in hymno in Jovem. Atque Philosophi ante Zenonem Stoicum, qui primus vocem καθῆκον pro *officio* usurpavit, alii aliis nominibus officium declararunt in his et vocibus καλοῦ et ἀγαθοῦ (vid. van Lynden. in Disput. de Panætio p. 89.). Chrysippus vero pluribus libris hanc gravissimam doctrinam complexus erat. (Diogen. Laërt. VII. 110. Χρύσιππος ἐν τοῖς περὶ τοῦ καλοῦ, cf. Bagueti Comment. de Chrysippi Vita, Doctrina et reliquiis §. LIV. et præcipue §. CVII. p. 259. sqq.). Explicabant autem varie τὸ καλὸν illius rationis sectatores, uti intelligitur ex primario Diogenis Laërtii loco in Zenone VII. 100. indeque in Suida II. p. 233. Kust. et Zonar. Lex. p. 1159. Illud Stoicorum placitum *Solum sapientem esse pulcrum* (Cic. de Finn. III. 22.) propriis verbis declarat Clemens Alexandrin. Pædag. II. p. 243. Pott. διὸ καὶ μόνος ὁ σπουδαῖος καλὸς κἀγαθὸς ὄντως ἐστίν. Cf. Strom. II. p. 440. Quæ ex Platone fluxerunt. Vid. Protag. p. 309. C.—Proxime item a Platonis Platonicorumque decretis abest illud Stoicorum decretum, per pulcritudinem mortalium animos cum Deo conciliari. Quod quidem ipsis attribuit Iamblichus de Anima apud Stob. in Eclogg. T. I. p. 918. *Plutarchi* autem aliquot loci de pulcritudine exstant apud Stobæum in Florilegio in titulis ὑπὲρ κάλλους et κατὰ κάλλους (LXIII. et LXIV. p. 408. cf. 410. p. 496. et 502. Gaisford.) indeque in Plutarchi fragg. p. 857. sq. ed. Wyttenb. ed. min. Oxon. quo nomine utrum peculiaris quidam Plutarchi libellus, an argumentum hujus duntaxat loci ex titulo Sermonis Stobæani significetur, incretum esse monet idem Wyttenbachius. *Novi Testamenti* scriptores cum Stoicorum Platonicorumque loquendi usu in hac voce usurpanda congruunt, nimirum in eo, ut τὸ καλὸν dicant pro *Honesto*. Sic, ut hoc utar, *Paulus Apostolus*, plane uti Plotinus, ei opponit τὸ κακὸν Rom. VII. 21. coll. vs. 18. Idem in Epist. ad Galat. IV. 18. eodem sensu eleganter jungit καλὸν καλῷ. De V. T. Græcorum Interpretum simili loquendi usu plura dabit Brelius in Thes. II. p. 102. Eundem secuti sunt Ecclesiæ doctores ad extremam usque ætatem.—*Platonicos* item *recentiores* hoc ipso argumento pulcri mirifice fuisse delectatos arguunt ipsius Plotini Enneades. Qui familiæ parens Porphyrii, Iamblichi; Proclique disputationibus locum fecit, quarum partim mentio fiet in annotationibus in hunc ipsum librum. Nihil igitur mirum, ipsis *Ecclesiæ Christianæ patribus*, qui quidem ad Græcorum Philosophos se aggregassent, hunc eundem *de Pulcro ipso* locum perplacuisse. Sic ut hoc utar, eundem attigit Clemens Alexandrinus in Pædagogo præsertim, in libri tertii initio, quod inscribitur περὶ κάλλους ἀληθινοῦ. Licet vero hanc doctrinam non subtilius neque philosophorum more explicet Clemens: tamen idem nonnulla habet, quæ reconditiora sunt maximeque pertinentia ad sacra monumenta Judæorum. Neque vero minus ille ante Plotinum Plotiniano modo fabulas Ethnicorum attigisse dicendus est. *Aurelius* vero *Augustinus* identidem ad pulcritudinis mentionem recurrit in variis libris. Nunc classicum ipsius locum proferemus undeque constet, eandem materiam ab eodem expositam fuisse quibusdam *peculiaribus libris*. Ita enim ille in Confessionum lib. IV. cap. 13. Tom. I. p. 104. ed. Paris.: "Hæc nunc non noveram, et amabam *pulcra* inferiora et ibam in profundum, et dicebam amicis meis: num amamus aliquid, nisi pulcrum? Quid est, quod nos allicit et conciliat rebus, quas amamus? Nisi enim esset in eis decus et species, nullo modo nos ad se moverent. Et animadvertebam et videbam *in ipsis corporibus aliquid quasi totum et ideo pulcrum: aliud autem, quod ideo deceret, quoniam apte accommodaretur alicui, sicut pars corporis ad universum suum*, aut calceamentum ad pedem et similia. Et ita consideratio scaturivit in animo meo ex intimo corde meo, *et scripsi libros de Pulcro, et Apto, puto duos aut tres*. Tu scis, Deus. nam excidit mihi. Non enim habemus eos, sed aberraverunt a nobis, nescio quomodo." Quos si haberemus libros, *latinos* quasi, magnam certe partem, haberemus Plotinianos super eodem argumento scriptos. Quanti enim fecerit Plotinum Augustinus, quam vehementer eum auctorem sit secutus, fidem faciunt loci et quibus eum adscripto nomine ornat, et alii, quos ex Enneadum

uberrimo fonte duxit. Illud quod attinet, Augustinus *contra Academicos* libro III. 18. p. 294. Platonis Plotinum tam similem dicit, ut in hoc ille revixisse putandus sit.

Quod si vero de consilio argumentoque hujus libri quæramus, paucis hæc res nunc expediri potest, posteaquam de reliquis, qui hunc præcedunt, hujus Enneados libris vidimus, etenim Platone auctore ita docuerat Plotinus in libro de Dialectica (p. 19—21. Basil.), ternas patere redeundi ad superiora, unde delapsi simus, vias, et quidem has: primam per *musicen* (μουσικὴν) alteram per *amatoriam* (ἐρωτικὴν), tertiam per *dialecticam* sive *metaphysicam* (διαλεκτικήν). Jam illam *secundam* viam ad summum bonum patefacit Plotinus hoc ipso libro de Pulcritudine. Est igitur totus quantus *moralis argumenti*, ideoque a Porphyrio huic primæ Enneadi aggregatus. Hoc nimirum agit ex libro philosophus, ut monstret, quomodo per *Pulcri* contemplationem homo paullatim revocetur ad illius Pulcri auctorem Deum, sive ad summum Bonum (p. 80. D. Basil.) Jam vero musici hominis indoles itemque ejus, qui *Pulcrum ipsum amat*, spectat maxime sublimia, et ad regressum contendit, modo utraque recte erudiatur instituaturque. Atqui huic ipsi institutioni dicatus est hicce liber de *Pulcritudine*, isque nec minus pertinens ad ἐρωτικὸν, sive *Pulcri amatorem*, quam ad μουσικὸν, *concentus amantem*; et quidem propterea, quoniam hic nonnunquam in illum convertatur (vid. Nostrum de Dialectica p. 20. D.) i. e. quoniam, qui Pulcrum, quod inest in concentu vocum sonorumque, amat, facillime ipsius pulcritudinis amator evadit. Versatur hic idem liber magnam partem in admonitionibus præceptionibusque ad fugam earum rerum, quæ sensus feriunt, in primis quæ vel sonorum dulcedine eos titillant, vel iisdem blandiuntur venustate mollitieque formarum. Est igitur hactenus mere *purgatorius* (καθάρσιος) hicce liber, panditque aditum ad *Philosophiam*, ut quæ et ipsa quodammodo pertineat ad κάθαρσιν, sed nec minus tamen λύσιν perficiat atque adeo τελείωσιν. Est idem liber *exhortatorius* (προτρεπτικὸς) hactenusque consilio et argumento consentaneus *Hortensio* Ciceronis, quo libro, ut ipse Tullius profitetur de Finibus I. 2., hic *ad philosophiæ studium cives suos erat adhortatus*.—Cæterum hunc ipsum Plotini librum ante oculos habuisse videtur Hermias in Platonis Phædrum p. 65. cum hæc scriberet: ὅτι περὶ παντοδαποῦ καλοῦ ὁ σκόπος (sc. Phædri Platonici Dialogi) πρῶτον τοῦ ἐν αἰσθήσει καὶ τῇ φύσει, εἶτα τοῦ ἐν λόγοις, καὶ ἀνωτέρω τοῦ ἐν νῷ, καὶ τελευταῖον τοῦ ἐν θεοῖς. *Wyttenbachius* autem de hoc Plotiniano libro ita: "Est hæc explicatio loci Platonici Sympos. p. 331. sqq. ex persona Diotimæ prodita; refertur etiam ad Phædri partem p. 344. sq." Quem eundem locum ex ipsius Platonis scriptis nuper illustravit *Phil. Guil. van Heusde*, vir præstantissimus, in *Initiis Philosophiæ Platonicæ*, part. I. p. 96. sqq.

p. 97, 9. Τὸ καλόν κ. τ. λ.] Ad universam hanc enumerationem generum pulcritudinis adhibe Platonis Phædrum p. 250. d. Hippiam maj. p. 295. d. unde sumsit Laërtius III. 89. et Gorgiam p. 474. d. e.

— 10. καὶ—μέλη καὶ ῥυθμοὶ] Argumento adhibe copiosum locum Platonis de Legg. II. p. 665. Coll. Phileb. p. 17. d. et quos locos supra laudavi. Adde Lennep. ad Phalarid. Epist. p. 99. sq. Ernesti Lex. Technol. Græc. Rhet. p. 208. sq. p. 303. sq. Ciceron. Orator. 64. Quintilian. Instit. Or. IX. 4. p. 554. Spalding. Cæterum odorum suavitatem, quam tamen Plato in Philebo p. 51. pulcris rebus annumerat, Plotinus exclusam voluit. Et vero idem ille in Hipp. maj. p. 298. in visu audituque continuit pulcritudinis definitionem. Etiam Aristoteles Topicor. VI. 3. p. 377. Sylburg. in exemplis definitionum illud ponit: τὸ καλὸν, τὸ δι' ὄψεως, ἢ τὸ δι' ἀκοῆς ἡδύ.

— 11. ἔστι δὲ καὶ—ἐπιτηδεύματα καλὰ καὶ πράξεις] De singulari verbo pluribus diversi generis in unam quasi notionem collectis adjuncto vid. Excerpta Grammatica in Villoison. Anecdd. Grr. II. p. 95. et cf. Ast. ad Platon. Phædr. p. 370. et Heindf. ad Euthydem. p. 403. Fortasse tamen hoc loco et similibus singularis ἔστι a primo substantivo pendet. Ita me vult Ludolph. Dissen. V. D. in epistola ad me data. Sententiam quod attinet, vid. Platon. Sympos. cap. 28. et 29; cf. item Plotin. p. 556. A. B. et Themistii Orat. XIII. p. 168. C. p. 177. B—D. ed. Harduin.

— 13. εἰ δέ τι καὶ πρὸ τούτων, αὐτὸ δείξει] Sumsit a Platone suo hanc formulam, qui in Theæt. p. 200 E.: ὁ τὸν ποταμὸν καθηγούμενος, ὦ Θεαί-

τητε, ἔφη, ἄρα αὐτὸ δείξει. Hipp. maj. p. 288. b. Alibi paullulum immutat idem, ut in Protagora p. 329. b. ὡς αὐτὰ δηλοῖ· plenius effert in Philebo p. 20. c. προϊὼν δ' ἔτι ὁ λόγος σαφέστερον δείξει. Tu vid. Scholia p. 33. et 133. Ruhnk. et cf. Suid. I. p. 385. Kust. Hesych. I. p. 624. Alb. et consule Gatak. ad M. Antonin. XI. 15. Valcken. ad Eurip. Phœniss. 626. et Boissonad. ad Aristænet. I. 4. 27. p. 302. Hinc ducta est Latinorum formula: *res indicabit*; docente Ruhnken. ad Terent. Eunuch. III. 2. 16. Nec minus alteram formulam Plotinus a Platone habet: δέδεικται. Vid. Wyttenb. ad Phædon. p. 160. Cæterum in his verbis, quæ tractamus, inest declaratio consilii, quod hoc in libro sibi proposuit Plotinus, ut recte monet Engelhardtus.

p. 97, 14. τί οὖν δὴ τὸ πεποιηκός κ. τ. λ.] Brevius ita quærit Plotinus p. 556. c. τί οὖν τὸ ποιῆσαν σῶμα καλόν;—Φαντάζεσθαι h. l. *apparere, videri*, Platonicum Sympos. c. 29. οὐδ' αὖ φαντασθήσεται αὐτὸ τὸ καλὸν, οἷον πρόσωπόν τι κ.τ.λ. cf. Plotin. p. 5. 6. p. 52. D. p. 489. p. 714. Gregor. Nazianz. Orat. Funebr. in Basil. p. 81. Basil.: καὶ ὅσῳ πλέον αὐτοῖς τὸ κάλλος φαντάζεται κ.τ.λ. cf. Thom. Magistr. p. 888. Bernard. et Valcken. ad Phœniss. 93.

p. 98, 3. τὰ μὲν γὰρ—τὰ σώματα μεθέξει] De hac communione vid. Wyttenb. ad Platon. Phædon. p. 266. 270. sq. et cf. Procli Inst. Theol. c. LXII. sqq. p. 96. sqq. ed. nostr. et de corporum pulcritudine Plotin. p. 556. B. C. et p. 714. c. 22. A.

— 5. ἀρετῆς ἡ φύσις] i. e. *virtus*. Periphrasis Platoni hujusque imitatoribus familiaris. Vid. Phædr. p. 251. B. Sympos. p. 186. B. Legg. IV. p. 276. IX. p. 269. Vid. Thom. Magistr. p. 905. Giacomelli ad Chrysost. de Sacerd. p. 240. Matthæi ad Chrysost. Homill. p. 5. et p. 9. Ita Cic. de N. D. II. 54. *natura alvi* pro *alvo*; ubi vid. annot. nostr. Neque vero confundenda hæc ἀρετῆς ἡ φύσις est cum τῇ φυσικῇ ἀρετῇ. Tu vide supra p. 22. d. ibiq. annott.

— 9. ἐπιστρέφει καὶ ἕλκει] Plato Gorg. p. 474. Cratyl. p. 416. Dionys. Areopag. De Divinn. nomm. IV. 7. Hinc etymologia τὸ καλὸν παρὰ τὸ καλεῖν εἰς ἑαυτό. Petron. Satyr. c. 132. p. 626. Burm. "Ipsa corporis pulcritudine me ad se vocante trahebat (leg. trahebar) ad Venerem."

— 10. ἐπιβάθρᾳ] "Refertur ad Platonis ἐπαναβαθμοῖς χρώμενον. Sympos. p. 331. sc. Themistius Orat. XIII. p. 172. D. eadem tractans dixit ἀναβασμῷ. Clemens Alex. Strom. V. p. 611. D. ἀναβῆναι ἐκείνην τὴν ἀνάβασιν. Synesius Dione p. 42. A. ἀναβασμῷ χρήσῃ. Sic enim V. L. marginis et Thom. Mag. v. ἀναβασμός. Vulgo ἀναβιβασμῷ. Alii in hoc argumento ἐπιβάθραν posuerunt, v. c. Origenes c. Celsum VII. p. 725. D. οἱονεὶ ἐπιβάθρᾳ χρῆσθαι αὐτοῖς πρὸς τὴν κατανόησιν τῆς τῶν νοητῶν φύσεως. Similiter Iamblich. Vit. Pythagor. 119. Alia ad Plutarchum vit. 273. A." *D. W.*

— 11. ὡς εἰπεῖν] Ficin. h. l. vertit *ferme*; infra p. 53. E. idem *ut ita dicam*. Utrobique recte. Tu consule de hac formula Valcken. ad Herodot. II. 53. Wolf. ad Demosth. Lept. p. 361. Heindorf. ad Hipp. maj. p. 132.

p. 99, 1. καὶ ἔστιν αὐτοῖς—ὑπάρχειν] Puncto finiendum, ut Ficinus: sensus accuratius reddendus: "*et horum judicio et ipsi sunt pulcri et reliquæ res, si sunt concinni et ad æqualitatem mensuræ exacti.*" *D. W.*

— 4. τό, τε ὅλον κ. τ. λ.] Cic. Acad. I. 5. "Corporis alia ponebant esse in toto, alia in partibus: valetudinem, vires, *pulcritudinem in toto*" &c.

— 10. ἢ ἄστρα ὁρᾶσθαι τῷ καλῷ] "Fortasse legendum πῶς καλὰ, astra adspectu quomodo pulcra sunt." *D. W.* Ego conjeceram τῷ καλά; cf. Heindorf. ad Plat. Phædr. p. 221. Cæterum hic locus admonet exordii Pindarici Olymp. I. Cicero in Hortensio ap. Nonium in *spectare*: "Cœli signorum admirabilem ordinem *insatiabilemque pulcritudinem* magis spectant."

— 12. ἑκάστου φθόγγου] Aristoxenus in Elementt. harmon. lib. I. p. 15: φωνῆς πτῶσις ἐπὶ μίαν τάσιν ἐστὶν ὁ φθόγγος: *Vocis casus sub unam intensionem est sonus.* Sextus habet ἐμμελοῦς φωνῆς et Marcianus Capella lib. 9. vocis *modulatæ*. Vid. Fabric. ad Sext. Empir. adv. Math. VI. 42. p. 365.

— 14. πῶς οὐκ ἄλλο δεῖ ἐπὶ τῷ συμμέτρῳ κ.τ.λ.] "Nonne aliud in *eo quod* commensuratum est." Ficin. Crediderim: "Quidni aliud *præter id* quod commensuratum est, pulcritudinem oportet dicere." Ita quoque Engelhardt. Vid. modo Viger. de Idiotism. IX. 4. 13. p. 620. sq.

p. 99, 17. *καὶ τοὺς λόγους τοὺς καλούς*] Plato Sympos. p. 210. D. *μετὰ δὲ τὰ ἐπιτηδεύματα,—καὶ θεωρῶν πολλοὺς καὶ καλοὺς λόγους.* Expressit Lucianus in Charidemo p. 273. Bip.

ib. *τὸ σύμμετρον καὶ ἐπ' αὐτῶν αἰτιῶντο*] i. e. si vero etiam his in rebus symmetriam *in causa esse dicerent*, cur eæ pulcræ essent. Plato Phædon. p. 67. Wyttenb. *οὐδέ τινας ἐπαιτιώμενον—ἀέρας δὲ αἰτιώμενον*, ubi Wyttenb. reddit: "*neque ullas causas ab ea* (mente) *repetentem,—sed ab aëre causas ducentem.*" Cf. Plat. Phædr. p. 231. B. 253. 262. D. 271. et vid. Hermiam, p. 185. Ast. Aristotel. Polit. VII. 12. Aristid. Orat. Platon. II. p. 127. Jebb.

p. 100, 1. *θεωρήματα γὰρ κ. τ. λ.*] Guil. Frider. Rinckius meus amplectitur lectionem *μὲν γὰρ* hoc sensu: Nam *primum* theoremata non possunt esse commensurata inter se; *deinde* si quis dicat, ea tamen inter se concordare (*εἰ δ' ὅτι σύμφωνά ἐστι.*) Quod Ficinus reddidit: *Quin etiam* (*γὰρ* vel *μὲν γὰρ*) pro *Nam* s. *Etenim:* possent id genus sexcenta notari in ejus viri interpretatione, si attineret hujuscemodi notationibus, quas nemo paullo eruditior desiderabit, has paginas onerare. Quapropter talia ut plurimum silentio transmittemus. Quod vero idem Marsilius *θεωρήματα* vertit *speculationes* habet ea in re assentientem Budæum. Poterat autem vel potius debebat, si Tullium sequi volebat, *percepta;* Cicero de Fato cap. 6. initio: "*Percepta* appello, quæ dicunt Græce *θεωρήματα.*" Vid. H. Steph. Thes. p. 4205. ed. Londin. et Bremi ad Cic. l. l. p. 26. sq. Nos Germani: *wissenschaftliche Sætze.* Cæterum cf. I. 3. 5. *θεωρήματα ψιλά.* III. 8. 2. *θεώρημα καὶ θεωρία* (ubi de hac posteriore voce plura dicentur) IV. 3. 2. *θεώρημα ἐπιστήμης μέρος.*

— 4. *τὴν δικαιοσύνην—εἶναι εὐήθειαν*] "Est apud Platon. Republ. I. p. 418. E. (p. 348. Steph. p. 85. Bekk.) et antecedens *τὴν σωφροσύνην ἠλιθιότητα εἶναι.*" *D. W.* Thucyd. III. 82: *τὸ δὲ σῶφρον* (*ἐνομίσθη τοῦ ἀνάνδρου πρόσχημα.* Xenoph. Anab. II. 6. 22. *τὸ δὲ ἁπλοῦν τε καὶ ἀληθὲς ἐνόμιζε τὸ αὐτὸ τῷ ἠλιθίῳ.* Platonis locum ante oculos habuit Proclus in Timæum p. 344. et in Alcib. prior. 99. p. 323. ubi omnium librorum vitium *οἵ φασι γενναῖαν ἀληθεῖαν τὴν δικαιοσύνην* emendavimus, monentes ponendum esse *εὐήθειαν.* Adde similem locum eumque venustum Basilii Magni Homil. in Psalm. LXI. p. 301, A. ed. Paris.

— 5. *κάλλος—ψυχῆς—κάλλος ἀληθινώτερον ἢ τὰ πρόσθεν*] Plutarchus ap. Stob. loco supra laud. et in Fragmentis pro Pulcritudine p. 857. Wytt. aliter sentire videtur scribens: *καὶ πῶς οὐ θαυμαστὸν, λέγειν τὰ τῆς ψυχῆς καλὰ, τὰ τοῦ σώματος ὑπερορῶντα:* re vera non dissentit. Tu vid. sequentia ibid. et p. 858. ubi *corporis pulcritudinem* dicit *opus esse animi gratificantis corpori opinionem pulcritudinis* additque hæc: "Atqui, ut dixi, pulchra res nulla, nisi quæ corporis sunt, periculorum est caussa. Nam animi pulchritudines simul spem salutis continent." &c.

— 7. *οὔτε ὡς μεγέθη οὔτε ὡς ἀριθμὸς σύμμετρα*] His verbis tanguntur iterum Stoici, qui *virtuti numeros* assignabant. Vid. Diog. Laërt. in Zenone VII. 99. 100. indeque Suid. II. p. 233. Kust.: *καλὸν δὲ λέγουσι* (Stoici) *τὸ τέλειον ἀγαθὸν, παρὰ τὸ πάντας ἀπέχειν* (quod contineat) *τοὺς ἐπιζητουμένους ἀριθμοὺς ὑπὸ τῆς φύσεως, ἢ τὸ τελείως σύμμετρον:* ubi vid. Menag. et Wyttenb. ad Plutarch. p. 244. et p. 392.

ib. *πλειόνων μερῶν τῆς ψυχῆς ὄντων*] Ex decreto Platonis Galenus de Hippocr. placitt. VI. 2. p. 182. p. 514. Kühnii: *καὶ γὰρ εἴδη καὶ μέρη ψυχῆς ὀρθῶς ἄν τις ὀνομάζοι τὸ λογιστικὸν, καὶ τὸ θυμοειδὲς, καὶ τὸ ἐπιθυμητικόν.* Cf. Cic. Tusc. I. 10. Academ. II. 39. ib. Davis. adde Plotinum ipsum *περὶ οὐσίας ψυχῆς* p. 360. sqq. Basil. Porphyrium ap. Stob. Eclogg. T. I. p. 834. sqq.: Heer. Iamblichum ibid. p. 876. Proclum in Remp. p. 407. eundem in Alc. I. p. 250. sqq. ed. nostr. et Olympiod. in eund. p. 4. 65. 81. 172. 203. sq. Adde Krabingeri annot. ad Synes. de Regno p. 203.

— 8. *ἢ ἡ κράσις*] "Conf. Plotini Disp. *περὶ τῆς δι' ὅλων κράσεως:* Enn. II. 7. p. 184—187. Divisio veterum de compositione corporum a nobis tractatur ad Plut. Mor. p. 142. D." *D. W.*

— 9. *τοῦ νοῦ—μονουμένου*] Vid. Proclum in Alcib. I. p. 76. sq. p. 116. 246. sq. et Inst. Theol. p. 236. sqq. 274.

— 12. *καὶ βολῇ τῇ πρώτῃ*] Sic sæpissime *βολὴ* et *βολαὶ*, addito nonnunquam *ὀφθαλμῶν, ὀμμάτων, βλέμματος.* Vid. Spanh. ad Julian. Cæsar. p. 309. b. Wyttenb. Epist. Crit. p. 265. Lips.

Wagner. ad Alciphron. III. 1. p. 5. et Boissonad. ad Philostr. Heroic. p. 547. sq.

p. 101, 14. *ἀνίλλεται—ἀλλοτριουμένη*] "Cod. Voss. ut marg. Ed. [Vid. varr. lectt.] Qua in lectione ea, quæ præcedunt verbum *ἀνίλλεται*, sunt quidem Scholion. Usus est eodem [verbo] Porphyrius in Vit. Plotini p. 116. ed. Fabric. et videndus Ruhnk. ad Timæum p. 35." *D. W.*—et Tib. Hemst. ibid. p. 68. sqq. itemque Valcken. ad Theocr. Adoniaz. p. 248. sq. Fluxit autem Scholion ex eodem fonte, unde Suidas et Zonaras in *ἀνίλλεσθαι* hauserunt, quorum ille habet *ἀπαξιοῦν*, hic *ἐπαξιοῦν*. Respexit Plotinus Platonis Sympos. p. 206. D. p. 435. Bekk.: *ὅταν μὲν καλῷ προσπελάζῃ τὸ κυοῦν, ἵλεών τε γίγνεται καὶ εὐφραινόμενον διαχεῖται καὶ τίκτει τε καὶ γεννᾷ· ὅταν δὲ αἰσχρῷ, σκυθρωπὸν καὶ λυπούμενον συσπειρᾶται καὶ ἀποτρέπεται καὶ ἀνείλλεται καὶ οὐ γεννᾷ*. Quo in loco etiam firmamentum inesse videri possit conjecturæ *χαίρει* pro *λέγει*. Olympiodor. in Alcib. p. 48. *οἱ ἐπὶ ταῖς τιμωρίαις ἀνιλλόμενοι*.

— 15. *ἀνανεύει ἀπ' αὐτοῦ*] Cf. Hesych. I. p. 132: *ἀνανεύει οὐ συντίθεται πρός τι*. Vid. eund. in *ἀναδῦναι* p. 320. ibiq. interprr. Est igitur h. l. *Negat anima, sibi quidquam commune esse cum turpi*. Ad sententiam cf. Platonis Lysid. p. 216. C. Mureti Varr. Lectt. IV. 4. Barnes. ad Eurip. Bacch. 879. 899. Valcken. ad Phœniss. 821. sqq. Luciani Charidem. IX. p. 291. Bip. cf. 293. Dio Chrysost. XXIX. p. 539. Reisk. cui ex Stobæi Serm. 63. reddendum erat *λαθεῖν* pro *λανθάνειν* et *ἔτι δὲ* pro *εἰ δέ*. Basil. Magn. Homil. in Iesai. 5. p. 505. B. et Augustin. de Musica VI. 38. p. 513. B. C.

p. 101, 1. *φαμὲν δὲ—καὶ πρὸς τῆς κρείττονος οὐσίας*] Ita legit etiam Ficinus et sic legendum vidit Rinckius meus. Bifariam enim h. l. animam contemplatur Plotinus: primum per se, quatenus anima est et qualis est natura (*τὴν φύσιν οὖσα ὅπερ ἐστὶ*); deinde quatenus ea stat ab essentia meliore, quæ inter entia reperitur (*πρὸς τῆς κρείττονος ἐν τοῖς οὖσιν οὐσίας*. De qua constructione præpositionis *πρὸς* vid. Matthiæ Gr. Gr. §. 590.) Illa melior autem essentia est mens (*ὁ νοῦς*); cf. infr. 55. C. *ψυχὴ ἀναχθεῖσα πρὸς νοῦν*, p. 15. C. *νῷ συνῳκίσθη*. Adde p. 5. A. et p. 73. A. Atque et illa anima, qualis natura est, et quando ad præstantiorem mentem convertitur quodcunque (*ὅ, τι*) cognatum sibi aut vestigium cognati conspexerit, gaudet etc. Nisi malis *ὅταν ἴδῃ*, quod Ficinus videtur expressisse vertens *quandocunque*.

—2. *ἢ ἴχνος*] Formula Platoni Platonicisque philosophis frequentata. Vid. Heusdii mei Specim. Crit. in Platon. p. 137. Hemsterh. ad Lucian. Diall. Deorr. p. 331. Wetsten. ad 2 Petri Epist. II. 21. et cf. Plotin. p. 393. p. 439. A. p. 710. C. p. 713. B. 711. A. 725. A. supr.

— 4. *καὶ ἀναμιμνήσκεται ἑαυτῆς καὶ τῶν ἑαυτῆς*] Pertinent hæc ad placitum *ἀναμνήσεως* vid. Menon. p. 81. sqq. [p. 58. sqq. Stallbaum. q. v. inpr. p. 60—62.] Phædon. p. 72. E. p. 27. Wytt. Phædr. p. 249. C. et quæ plura congessi in peculiari hujus libri edit. p. 166—168. Plotinus adv. Gnosticos, p. 215. E.: qui corpoream pulcritudinem in picturis conspiciunt, ii *οἷον θορυβοῦνται καὶ εἰς ἀνάμνησιν ἔρχονται τοῦ ἀληθοῦς* (*κάλλους*). Idem p. 714. C. anima calefacta calore divino *οἷον ἐπτοημένη τῇ μνήμῃ μᾶλλον κουφίζεται*.

ib. *τίς οὖν ὁμοιότης τοῖς τῇδε*] "*τῆσδε* Cod. Voss. minus bene." *D. W.* Ad argumentum loci comparandi sunt Clemens Alex. Strom. IV. p. 616. et Augustinus in Confess. X. 53. p. 188.

— 6. *μετοχῇ εἴδους*] Tencatur h. l. vis vocabulorum *εἶδος* et *μορφή* pro *idea*, qui usus Platonem auctorem habet, licet in eodem non usquequaque constantem, docente Wyttenbachio ad Phædon. p. 274. sq. nec Plotiniani hujus loci oblito. Plura addidi in peculiari Ed. p. 169. sq.

— 8. *καὶ τὸ πάντη αἰσχρὸν—μορφῆς καὶ λόγου*] i. e. "*et hoc est id quod omnino turpe est; turpe vero etiam est, quod non penitus continetur a forma et ratione.*" *D. W.* Guil. tamen Rinckius deletum vult *καὶ* post *αἰσχρὸν δὲ* quod *τὸ πάντη αἰσχρὸν* sive *absolute turpe* et *simpliciter turpe* h. l. inter se contraria sint ac similiter distingui p. 76. C. *τὸ ἀγαθὸν* et *ἀγαθὸν*, itemque *οὐσία* et *ἡ οὐσία*, quorum illa cum articulo absolute sumantur: hæc sine articulo, relative, sicut hodie loquuntur. Ei rationi favent boni libri plures, qui non agnoscunt *καὶ* h. l. Wyttenbach. ad Eunap. p. 103. comparat formulam *ἔξω θείου λόγου* cum altera *ἔξω θ. χοροῦ*, cf. infr. ad p. 316. B.

— 9. *οὐκ ἀνασχομένης τῆς ὕλης τὸ—μορφοῦσθαι*] Herodot. VII. 139. ubi historiæ pater æque atque

h. l. Plotinus, quo nimium Participiorum concursum evitaret, infinitivum adjungere maluit verbo *ἀνέχεσθαι*, quam usitatius Participium. Vid. Valcken. ad Herodot. V. 19. et cf. Olympiodor. in Alcib. p. 101. sq. et p. 226. ibiq. annot. nostr. Est autem hic locus Plotini classicus *de origine et natura deformitatis*. Qua de re quæ uberius exposui in Annot. in hunc librum singulari in editione p. 171—177. ea h. l. brevitatis studio plurima omitto; nonnulla etiam adponam ad Enn. III. lib. 2. cap. 5. p. 259. C. Hoc loco sufficiat, et fontem doctrinæ indicasse, et Plotini sententiam declarasse. Vid. igitur Platonis Sophist. p. 228. B. p. 150. Bekk. Aristot. Metaph. II. 3. Varro ap. Cic. Acadd. I. 40. ibiq. Davis. Plutarch. de Repugn. Stoicorum p. 1054. A. p. 295. Wytt. ed. Oxon. min. Proclus in Platon. Alcib. I. p. 326. sqq. ed. nostr. Hermias in Phædr. p. 88. Plotinus loco modo laudato et p. 216. C. p. 260. A. B. p. 556. B—D. p. 719. (cap. 28.) A. B. et p. 757. C. Syrianus autem ita fol. 6. ed. Venet. 1558. in locum Aristotelis laudatum: "Dicimus quidem, inquit, turpium et imperfectorum et malorum non omnino esse ideas. Nam per recessum hæc in ultimis naturæ subsistunt, eo scilicet, quod particularis anima imbecillis sit, quia non superat subjectum infinitatem." Hæc Syrianus. Indidem lucem haud mediocrem accipit Plotini sententia, quæ hoc ponit ut deformitas corporum non nascatur ex idea quadam deformitatis, sed ex imbecillitate materiæ non recipere valentis formam superne ab anima menteque manantem et corporibus imprimendam.

— 14. *Ἴδρυται*] De verbo *ἵδρυται, ἐνίδρυται* et similibus, quæ in Platonicorum monumentis philosophorum maxime frequentantur, vid. Wesseling. ad Diodor. XI. 49. Wyttenb. ad Juliani Orat. I. p. 193. Lips. adde Procl. in Platon. Tim. p. 75. ubi corrige *ἐνιδρύονσα*. Idem in Alcib. I. p. 43. sæpe, et in Inst. c. 27. p. 52. ed. nostr. et cap. 170. p. 252. denique Dionys. Areopag. de Divin. nominib. IV. 12. Plotin. IV. 7. 4. Hinc etiam *ἵδρυσις* III. 5. 2. VI. 4. 8. VI. 9. 6. et *ἱδρύσεις* VII. 7. 36.

— 16. *ἐς ὅλον δίδωσι τὸ αὐτὸ*] *Se ipsam et idem tradit in totum.* Fic. Legisse cum dicas in suis libris *ἑαυτὸ καὶ τὸ αὐτό*. Neque tamen Medicei Codd. nec reliqui suffragantur. Sed tamen attendenda ea lectio est, et sic explicanda: Species se ipsam et *unum* (*τὸ ἓν*) tradit in totum.

p. 102, 3. *ὑπὸ θείων*] "Sic ed. Bas. Sed *ἀπὸ θείου* Cod. Voss. recte. Significat *θεῖον λόγον* sc. *τὸν ἐν τῷ ὅλῳ θεόν*. Vid. Bibl. Crit. P. IX. p. 20. Annot. ad Phædon. p. 228. (ibiq. Heraclit. et Cic. de N. D. I. 15.). Sensus est: *pulcrum corpus fit communione rationis a divino numine venientis.*" *D. W.* De loco Platonis in Phædone plura monui in pecul. edit. p. 179. Tu cf. præterea Parmenid. p. 134. C. Juncum ap. Stob. Serm. Tit. 115. p. 588. p. 424. Gaisford. et Plotin. ipsum supr. p. 52. A. p. 566. C. et p. 714. A.

— 4. *ἢ ἐπ' αὐτὸ δύν. τεταγμένη*] Polyb. V. 63. 4. *οἱ ἐπὶ τοῦτο τὸ μέρος ταχθέντες*. Idem cum dativo jungit. Vid. Lex. Polyb. p. 613.

ib. *ἧς οὐδὲν κυριώτερον—ψυχή*] "Ficin. *alia*, verte *reliqua*. Sic differunt *ἄλλα alia* et *τὰ ἄλλα reliqua*. Annotat. ad Select. Historicc. principp. p. 342. Contrarium est in amore *οὐ πάσῃ δεδογμένα τῇ διανοίᾳ πράττειν* ap. Platon. in Phædro p. 349. A. [p. 256. C. Steph.] unde Synes. Regno p. 10. C. D. Ep. 57. p. 200. C." *D. W.* Tu cf. Krabingeri annot. ad Synesii locum de Regno p. 206. De anima autem vere judicante vid. Platon. Gorg. p. 465. ibiq. Schol. p. 107. Ruhnk. et cf. Valcken. Diatr. Eurip. p. 244. sq.

— 6. *τάχα δὲ καὶ αὕτη λέγει*] "*Fortasse vero et ipsa pronuntiat:* Duæ sunt viæ cognoscendi pulcri: altera subita *per ipsum sensum pulcri*; *ἡ ἐπ' αὐτῷ δύναμις τεταγμένη*: altera sensim procedens per judicium et comparationem pulcræ alicujus rei externæ cum interno exemplo pulcritudinis." *D. W.*

— 7. *ὥσπερ κανόνι τοῦ εὐθέος*] Cf. Plotin. p. 416. D. ubi ita legendum: *ὁ γὰρ κανὼν τὸ εὐθὺ τὸ ἐν τῇ ψυχῇ καὶ τὸ ἐν τῷ ξύλῳ συναψάμενος ἐν τῷ μεταξὺ τεθεὶς, τὸ κρίνειν τῷ τεχνίτῃ τὸ τεχνητὸν ἔσωκεν.*

— 8. *τὴν ἔξω οἰκίαν τῷ ἔνδον οἰκίας εἶδει ὁ οἰκοδομικὸς συναρμόσας*] Egregie falluntur Grammatici, qui *οἰκοδομικὸς* Atticis vindicatum eunt: *οἰκοδόμος* iisdem ignotum pronuntiant. Tu vid. Oudendorp. ad Thom. Magistr. p. 645. et Lobeckii Parerga p. 487. sqq. Ad sententiam quod attinet vid. Aristot. Metaphys. II. 4. p. 41.

Sylb. p. 52. ed. Brandis. Syrianus in eum p. 6. a. b. Venet.: "natura tamen constantium substantiarum et per universum existentium, esse *fabricatorias species, quemadmodum artificialium in ipsa arte, sed eorum quidem, quæ secundum artem sunt,* etiam ipse (Aristot.) concedit. *Multis enim in locis ex immateriali dono materialem dicit perfici,*" &c. cf. eundem p. 29. b. ubi Parmenidem, Iamblichum in eum, et ipsum Plotinum laudat. Tu vid. Enn. V. 9. p. 559. sq. ubi noster de *intellectu et specie et de ente agit.* Plotini autem vestigia legit Augustinus de vera relig. cap. 38. p. 768. sq. item Hermias in Platon. Phædrum p. 109. et Grammaticus ap. Bast. in comment. palæogr. ad calcem Gregorii Corinth. p. 813.

p. 102, 12. *συνδησάμενον καὶ κρατῆσαν*] "*συγκροτῆσαν* deterius." *D. W.* De *hoc* verbo vid. interprr. ad Juliani Cæs. p. 308. D. Spanh. Dorvill. ad Char. p. 251. Lips. et quos alios laudavi in Ed. pecul. p. 189. sq. ubi has binas lectiones jungendas esse judicavi, ita ut legamus: *συνδησάμενον καὶ συγκροτῆσαν καὶ κρατῆσαν.* Ita nimirum nascitur elegans gradatio: *colligans* (i. e. extrinsecus copulans), *conflans* (coalescere penitus efficiens) et *subigens* (sc. adversariam sibi naturam). Sic terna ternis aptissime redderentur: *συνδησάμενον, συγκροτῆσαν,* et *κρατῆσαν,* et *σύμφωνον, συναρμόττον καὶ φίλον.* Ad *συνδησ.* et *συγκροτ.* ex sequentibus genitivis adsciscendus est accusativus. Marc. Antonin. V. 1. *συγκοσμούσας κόσμον* cod. Darmst. *συγκροτούσας κόσμον.* Eustath. in Odyss. IV. 230. *περὶ ἀνθρώπου—ἔκ τε ἀγαθῶν τινων συγκροτουμένου.* Himerius Orat. XXI. 10. p. 746. *σύγκρατον ἤδη τὸ τῆς φύσεως κάλλος τῇ πολυμορφίᾳ.* Lege *συγκροτοῦν,* "*consonum* formarum varietate."

— 15. *ἀνήνεγκέ τε καὶ εἰσήγαγεν εἰς τὸ ἔσω*] An Ficin. aliter legerit, non dixerim. In libris nulla varietas. Debebat autem: "*provehit* (effert) et ad id *quod* intus est *impertibile* introducit." Ἀναφέρειν est provehere ad *altius* (s. nobilius). Suid. I. p. 201. Kust. Zonar. p. 107. Schweigh. Lex. Polyb. p. 42. sq.

p. 103, 1. *οἷα ἀνδρὶ ἀγαθῷ κ. τ. λ.*] Virgulas sustulimus post *προσηνὲς* et *ἀληθεῖ.* "Quemadmodum probo viro jucundum *est* apparens in juvene virtutis vestigium, propterea quod veræ virtuti, quæ intus est, consonat." De voce *προσηνὲς* monuimus supra ad I. 4. 14. p. 38. D.

— 3. *τὸ δὲ τῆς χρόας κάλλος—φωτὸς*] Coloris vero pulcritudo *simplex forma* (est) *et superabit,* quod est in materia tenebrosum, præsentia luminis. Vid. Platon. Tim. p. 31. a. Phileb. p. 29. C. Aristotel. de Anima II. 36. de Sensu et Sensib. III. 7. Plotin. p. 166. A. 711. c. 18. A. Iamblich. de Myst. p. 45. ib. Gale. Plotinus autem materiam qualitatis expertem (*ἄποιον,* vid. Lennep. ad Phalar. p. 149. nos ad Procli Inst. Theol. cap. 80. p. 124.) ponit. Vid. Plotin. p. 166. sq. Procl. in Tim. p. 141.

— 4. *φωτὸς, ἀσωμάτου καὶ λόγου καὶ εἴδους ὄντος*] Cf. p. 101. sq. p. 704. A. ubi, sicut h. l. lucem, ita ignem esse dicit *ζωὴν καὶ λόγον* animaque præditum. Vid. etiam Philo de Vit. Mosis. p. 676 sqq. Dionys. Areopag. qui fertur de cœlest. hier. p. 193 sq. Augustin. Confess. X. 51. p. 188.

— 5. *τὸ πῦρ—τάξιν—εἴδους ἔχει*] Inde rerum originem ex igne ducebant Heraclitus, Hippasus, Metapontinus, Stoici. Platon. Cratyl. p. 413. C. Stob. Eclogg. I. p. 312. 314. Heer.

ib. *πῦρ—ἄνω μὲν τῇ θέσει*] Congruunt hæc Pythagoræ et Empedoclis Placitis. Vid. Procl. in Tim. p. 141. et Empedoclem Sturzii p. 307. Hinc *πῦρ ἀνωφερὲς* et *ἀνωφόρον.* Achill. Tat. in Arati Phænom. Isag. p. 126. sq. Gregor. Thessalon. in Matthæi Lect. Mosquenss. II. p. 23. cf. Aristot. Topic. V. p. 342. Sylb.

— 8. *οὐκ εἰσδεχόμενον κ. τ. λ.*] Hæc fere verbotenus expressit Dionys. Areopag. de cœlesti hier. 15. p. 193. Atque sæpissime ille homo Plotinianis, Proculeanis aliisque Platonicorum tessellis Areopagiticum suum parietem incrustare solet. Abeant igitur Nicolaus Methonensis in Procli Instit. Theol. p. 150. ed. Voemel. similesque Ecclesiæ doctores, qui Plotinum, Proclum reliquosque ejus familiæ philosophos permulta a Dionysio sumsisse et corrupisse nobis persuadere velint.

— 9. *θερμαίνεται—οὐ ψύχεται*] cf. Nostrum de animæ immortalit. p. 465.

ib. *κέχρωσται*] Cf. Plotin. p. 715. c. 22. ubi Codd. plurr. in hac lectione conspirant. Adde Hermiam in Plat. Phædr. p. 141.

ib. *τὰ δὲ ἄλλα—τὸ εἶδος τῆς χρόας λαμβάνει*]

Rectius h. l. Ficinus *Cætera*. Ita etiam debebat in proximis pro *alia*. Vid. supra. Videamus, quid sit εἶδος χρόας. Grammaticus mscr. χρῶμα· κυρίως τὸ μετὰ τῆς ὕλης οἷον ὤχρα, κινάβαρ [leg. κιννάβαρι] χρόα δὲ καὶ χροιὰ αὐτὸ τὸ εἶδος τοῦ χρώματος. Similiter Chalcidius in Platonis Tim. p. 454. Meurs. colores *sylvam* dicit: "Imago autem ex arte facta, et juxta archetypam speciem effigiata, nisi habet *sylvam*, si quidem erit pictura, *id est*, *colores*—carebit certa perfectione." Atqui Plotino τὸ εἶδος τῆς χρόας est universa species coloris (s. color universe) cujus caussa et fons sicut ignis est, sic ipsa coloris species singulorum colorum fons est atque origo. Cf. ipsum nostrum p. 711. cap. 18. a.

— 11. ἐξίτηλον] Hesych. II. 82. ibiq. Alberti. Photii Lex. Gr. p. 90. Contrarium est δευσοποιός. Lex. Rhet. in Bekkeri Anecdd. Grr. I. p. 252. Wyttenb. ad Selecta Historr. p. 340. Usurpatur de luce, colore, tinctura, literarumque characteribus. Fragmentum Doricum ap. Iamblich. de vit. Pythag. XVII. 76. ὅπως (τὰ ἱμάτια) ἀνέκπλυτον τὰν βαφὰν ἀναπίωντι, καὶ μηδέποτε γεννησομέναν ἐξίταλον. Tralate utitur hac voce Artemidor. Onirocrit. IV. 47. p. 360. Reiff. itemque Plotinus p. 347.—"Cod. Voss. οὐ μετέχον, ut marg. ed. Bas. rectius." *D. W.*

— 13. αἱ δὲ ἁρμονίαι—δείξασαι] Locus, nisi lacunosus, ita videtur expediendus: αἱ δὲ ἁρμονίαι αἱ ἐν τ. φ. αἱ ἀφ. τ. φ. ποιήσασαι, καὶ αὐταὶ ἐποίησαν ὡς—δείξασαι: "Harmoniæ vero occultæ, quæ sunt in vocibus, harmoniasque manifestas faciunt (eliciunt) *et ipsæ* animam imbuunt notitia pulcri, *utpote* quæ in alio genere hoc ipsum commonstrent." Cæterum cf. Augustinum de Musica VI. 38. p. 531. E.

— 15. Παρακολουθεῖ—εἰς τὸ κρατεῖν] Comparantur h. l. sonorum harmoniæ occultæ cum apparentibus. Hæ quidem numeris mensurantur: illæ non item. Neque vero quælibet ratio idonea est his numeris mensurandis, quo efficiatur concentus aptus s. pulcer, sed ea sola, quæ obtemperet, quæ se spatiatur temperari ad efficiendam speciem, ita ut hæc idea victrix subigat materiam quasi inconditam sonorum. Cf. Ficini Argumentum, ποίησις h. l. active accipiendum, ut v. c. in Platonis Convivio p. 205. b. et sæpissime; εἰς ante ποίησιν *finem* s. *consilium* significat: alterum εἰς ante τὸ κρατεῖν, *consequentiam* s. *effectum*, hoc sensu: sed ea duntaxat ratio adhibenda numeris illis est, quæ valeat ideam procreare; *quo fiet*, ut hæc idea, tanquam victrix, subigat materiam.

— 17. εἴδωλα καὶ σκιαί] Cf. infr. p. 56. F. εἰκόνες καὶ ἴχνη καὶ σκιαὶ, item de corporea pulchritudine. Platonicæ formulæ et vocabula. Vid. Phædr. p. 255. d. Heindf. ad Theæt. p. 499. Wyttenb. ad Phædon. p. 171. et quæ plura congessi in edit. pecul. p. 203. et ad Procli Inst. Theol. p. 101.

p. 104, 1. ἐκόσμησαν] Recte Fic. h. v. ad ὕλην retulit, διεπτόησαν ad sensus hominum qui corporea pulcritudine moventur; utpote quos intelligi vult contextus. Activum simplex ἐπτόασεν usurpat de amatorio affectu Sappho in Odario illo ap. Longin. de Subl. X. p. 42. ubi v. Toup. Plato Legg. VI. p. 783. ἀφροδισίων διαπτοίησιν de vehementi libidine amantium. H. l. malim universe accipi de *obstupefaciendo* et *excitando desiderio*.

— 3. περὶ μὲν τῶν προτέρω καλῶν κ.τ.λ.] Ducta hæc sunt ex Platonis Convivio p. 210. a. b. Quæ eadem ante oculos habet Noster. p. 556. A.B. cf. etiam Timæum p. 31. c. et Proclum in eum p. 128. Mox ἀντειλημένοις vitiose scriptum erat in ed. Basil., ad quæ Wytt. ita: "Cod. Voss. ἀντειλημμένοις, rectius." Nos ita correximus. Contra in Dionyso p. 76. Clementi Alexandrino Pædagog. II. p. 219. ἐνειλημένον reddidimus pro ἐνειλημμένον.

— 7. οἷον εἴ τινες—τυφλοὶ γεγονότες] Hæc velut parenthesi sejuncta accipias. Ficinus vertens explevit sententiam. Cæterum hæc admonent Aristotelici dicti ap. Stob. Floril. Tit. 65. p. 408. p. 496. Gaisford. διὰ τί τῶν καλῶν ὁ ἔρως; Τυφλοῦ εἶπεν ἡ ἐρώτησις. Cf. Dio Chrysost. Orat. 29. p. 539. Reisk. et Basilii Magni Homil. in Psalm. XLIV. p. 505. A.

— 11. ὡς καλὸν τὸ τῆς δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης πρόσωπον] "καὶ σωφροσύνης abest a Cod. Leid. Refertur ad dictum poetæ: δικαιοσύνης τὸ χρύσεον πρόσωπον, quod Aristoxenus habet apud Athenæum XII. p. 546. b. [p. 529. Schwgh.] cf. et Heynium ad Pindari Fragg. incert. LXIII. [p. 114.]" *D. W.*—Gell. N. A. XIV. 4: "Condigne mehercule et condecore *Chrysippus* in librorum, qui inscribuntur περὶ καλοῦ καὶ ἡδονῆς,

primo, *os et oculos Justitiæ* vultumque ejus severis atque venerandis verborum coloribus depinxit.

p. 104, 11. *καὶ οὔτε ἕσπερος οὔτε ἑῷος οὕτω καλὰ*] Quæ tamen signa ut pulcerrima vulgo celebrantur. Et sideribus comparari antiquitus solebant res pulcræ. Iliad. VI. 295. XXII. 317. Odyss. XV. 108. Virg. Æn. VIII. 590. ibiq. Heyn. Perictyonem ap. Stob. Serm. 78. p. 458. p. 118. Gaisf.: *Θείη γὰρ καὶ καλὴ ὄψις γονέων— ὁκόση οὐδὲ ἡλίου οὐδὲ πάντων ἄστρων, τὰ οὐρανὸς ἐναψάμενος ἀμφιχορεύει*, ubi vid. Gaisford. qui vulgatam in extremo verbo recte tuetur. Aristotelis Ethic. Nicom. V. 1. 15. p. 79. Sylb. p. 210. Zell.: *καὶ διὰ τοῦτο πολλάκις κρατίστη τῶν ἀρετῶν εἶναι δοκεῖ ἡ δικαιοσύνη. καὶ οὐθ' ἕσπερος, οὔθ' ἑῷος οὕτω θαυμαστός κ. τ. λ.* Quem senarium proverbialem ab Acciaiolo et Argyropylo Euripidi assignari me docuit Zellius meus in Comm. ad Aristot. T. II. p. 164. sq. ad l. l. Cæterum cf. Andronici Paraphrasin Aristot. Ethic. Nicom. p. 261. ed. Dan. Heinsii. Similia leguntur, ad sententiam certe, in Ciceronis lib. I. de Offic. cap. 7. §. 1. Beda autem Venerabilis in Sententt. Aristotell. Tom. II. p. 245. Basil. ad verbum expressit. Titulus autem sepulcralis in Museo Schoepslini p. 75. Crescentinam quandam ita prædicat:

Ἥτις ἐνὶ ξώοισιν ὅκως ἀνέτελλεν ἑῷος,
Νῦν δύνει δ' ὑπὸ γῆν ἕσπερος ἐν φθιμένοις.

ib. *καίτοι ἔχων ἡδονὰς δι' ὀμμάτων*] "Licet res voluptarias oculorum sensu usurpet s. adspiciat." De hac periphrasi vid. Valcken. ad Eurip. Phœniss. 1554. Bergler. ad Alciphr. I. 26. Ad sententiam cf. Plotin. p. 723. cap. 32.

p. 113, 1. *Πατρὶς—ὅθεν παρήλθομεν*] Conjectura in marg. Cod. Vat. haud indoctum lectorem arguit. Neque tamen est, cur a plurimorum librorum auctoritate recedamus. Ad vocem *πατρίδος* Eustath. in Odyss. I. 55.:—*τοῦ νοητοῦ κόσμου· ὅς ἐστι κατὰ τοὺς Πλατωνικοὺς ψυχῶν πατρὶς ἀληθής.* Cf. Præparat. p. LXXXVI. sq. et vid. Plotin. p. 556. A. Porphyr. in Sententt. Sect. 34. p. 237. Epist. Pauli ad Hebr. XI. 14. et quæ plura citavimus in Ed. pecul.

— 2. *καὶ πατήρ*] Appellatio Platonica. Vide, ne plura, Timæum p. 28. c. De Deo usurpat et ipse Plotinus p. 76. D. de Saturno, idem c. 12.

p. 553. sq. Cum nostro loco congruit alter Plotin. p. 723. *ποῦ ὁ ποιήσας κάλλος—καὶ γεννήσας οὐσίαν*;

p. 113, 2. *Τίς οὖν ὁ στόλος*;] Vid. supra *τίς οὖν ἡ φυγὴ, καὶ πῶς ἀναξόμεθα*; Itaque h. l. *στόλος* non est *classis*, ut vertit Fic., sed *navigatio, iter maritimum*. Vid. Orum in Etymol. magn. p. 728. 13. Wessel. ad Herodot. I. 21. Ruhnken. ad Tim. p. 43. cf. infra I. 8. 6. p. 76. A. B. ibiq. annot.

ib. *οὐ ποσὶ δεῖ διανύσαι*] Schol. Plat. p. 129. Ruhnk. ad Gorg. p. 507. D. *ὡς ἔχει ποδῶν*: ita: *ἀντὶ τοῦ ὅσον δυνάμεθα ὀφείλομεν φυγεῖν τὰς κακὰς πράξεις—κατὰ ζωὴν οὖν φεύγωμεν τὰ κακὰ, μὴ ποσὶν, ἐπεὶ καὶ Πλωτῖνος ἀνάγεσθαι λέγει τὰς ψυχὰς, οὐ ποδὶ, ἀλλὰ ζωῇ*.

— 5. *ἀλλ' οἷον μύσαντα*] "Platonica dictio." *D. W.* Plato in Gorg. p. 480. C. *μὴ ἀποδειλιᾷν, ἀλλὰ παρέχειν μύσαντα καὶ ἀνδρείως κ. τ. λ.* cf. Phædr. p. 251. Aristid. Oratt. T. I. p. 547. *καὶ τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον μύσαντας φέρειν*. Philo Jud. II. p. 464. *τὸ τῆς ψυχῆς μεμυκὸς ὄμμα ἀναβλέψαν κ. τ. λ.* Ad argumentum adhibe Hemsterh. ad Lucian. II. p. 498. Bip. Plotin. p. 724. A. *Διὸ καὶ ὅταν κάλλος λέγηται, φευκτέον μᾶλλον ἀπὸ μορφῆς τοιαύτης. ἀλλ' οὐ πρὸ ὀμμάτων ποιητέον*. cf. etiam p. 543.

— 6. *καὶ ἀνεγεῖραι*] "*ἀναγεῖραι* ed. Bas. Cod. Leid. Voss. *ἀνεγεῖραι*: rectius." *D. W.* Vid. varr. Lectt.

— 7. *Τί οὖν ἐκείνη, ἢ ἔνδον βλέπει*;] *Quid igitur faciendum illo oculo, qui intus spectat?* Ita distinxi auctoritate bonorum librorum nixus. Vult enim Plotinus intelligi rationem, qua oculus ille a principio hebes et imbecillis paullatim acui debeat et ad altiora cernenda adsuefieri. Monuit Rinckius noster addens, Ficinum hæc non recte vertisse.

ib. *οὐ πάνυ τὰ λαμπρὰ δύναται βλέπειν*] Cf. infr. p. 57. F. *οὐ δυνάμενος τὰ πάνυ λαμπρὰ βλέπειν*. Pertinent hi loci et similes ad doctrinam ejus visionis, quam Plato *τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα* vocat. Vid. de Republ. VII. p. 533. p. 361. Bekk. sive *τὴν τῆς διανοίας ὄψιν*. Sympos. p. 219. A. p. 460. Bekker. cf. Marc. Antonin. III. 15. p. 80. ibiq. Gatak. cf. p. 228. Wyttenb. ad Plut. Animadvv. p. 1013. Adde Procl. in Alc. pr. p. 37. et p. 194. ibiq. annot. nostr. et Plotin. *de intelligib. pulcr.* c. 10. p. 551. B. Proxima rursus desumpta sunt ex Platonis Convivio c. 28. cf. supra annotata ad p. 50. A.

— 10. *εἶτα ψυχὴν ἰδὲ*] In talibus boni libri exprimendi sunt, qui h. l. et proxime, etiam alibi ad Atticorum morem accommodant accentum, qui, ætatem Plotini si respicere velis, rejiciendus erat: *ἴδε*, uti v. c. factum in Epicteteis I. 17. 6. II. 16. 31. II. 18. 22. itemque in N. T. ut Joann. I. 29. cf. Gregor. Corinth. p. 121. Schæf. ibiq. Bast. Plura citavi in Ed. pecul. Adde annot. ad Olympiodor. p. 217. ubi, jubentibus libris retinuimus *ἴδε*.

— 11. *Πῶς ἂν οὖν ἴδοις ψυχήν*] "Cod. Voss. *ἂν οὖν*, rectius: ut margo Basil. [Ed. *οὖν ἂν*]" *D. W.* Frequentissimum hoc: illud tamen et ipsum probum, et probis libris confirmatum: v. c. Platon. Hipp. maj. p. 237. A. p. 382. Bekk. *τίς οὖν ἂν ἡμῖν τοιοῦτος λόγος φανείη*; Plura in Ed. pecul. et conf. Stallbaum in Erratis ad Phileb. p. 169. Nos tamen et h. l. optimis libris morem gessimus.

— 12. *κἂν μήπω σαυτὸν ἴδῃς καλὸν—ἀγάλματος*] Dius Pythagoreus ap. Stob. Serm. 63. p. 408. sq. p. 498. Gaisf. in libro de pulcritudine: *Ἃ δέ γαρ εὐμορφία τοῖς ποτοκέλλουσιν ἀδονὰς παρέχει ποθερπύζουσα, καθάπερ ἄγαλμα ἢ γραφὰ ἢ ἄτερον χειρόκματον ἐπιτήδευμα*. Cf. Socrates ibid. Serm. I. p. 4. p. 18. Gaisf. nr. 33. Post *τὸ μὲν ἀφαιρεῖ* Ficinus (e conjectura, uti videtur; neque enim Medicei Codd. plura habent) addidit: *partim quoque dirigit*, ut hoc membrum ex asse respondeat inferiori: *καὶ ἀπεύθυνε ὅσα σκολιά*.

— 14. *τὸ μὲν ἀφαιρεῖ*] Conf. Cic. de Divinat. II. 21: "illa enim (Praxitelia capita) ipsa efficiuntur *detractione*, nec quidquam illuc affertur a Praxitele; *sed cum multa sunt detracta*, et ad lineamenta oris perventum est, tum intelligas, illud, quod jam *expolitum* sit, intus fuisse."

ib. *τὸ δὲ ἀπέξεσε*] De scriptione vid. Zonar. Lex. p. 275. et 1416. et Interprr. ad Thom. Mag. p. 641. De usu verbi, qui est proprius de sculptore, qui signa expolit, vid. Hemsterh. ad Lucian. Diall. Mortt. p. 351. Bip. et F. A. Wolfii Prolegg. ad Hom. p. 74. sqq. Tralatum usum quod attinet, vid. Hesych. I. p. 437. Suid. I. p. 254. Pollux VI. 141. Greg. Naz. in laud. Basilii *τὸ τοῦ ἤθους εὐσταθὲς καὶ βεβηκὸς καὶ ἀπεξε-*

σμένον. Scholiastes Hermogen. περὶ ἰδεῶν I. 12. κατεσκευάσθαι καὶ εἰς κάλλος ἀπεξέσθαι.

p. 113, 15. ἕως ἔδειξε] " Proprie et eleganter de pictoribus et architectis. Tib. Hemst. ad Lucian. Somn. §. 8. T. I. p. 4. (T. I. p. 9. Bip.)" *D. W.* Hemsterhusium adhibebimus infra p. 542. E. De usu verbi vid. Wytt. ad Select. Historr. p. 339. Adde Phrynichi προπαρ. σοφιστ. p. 31. ed. Bekkeri et Clem. Alex. Pædag. III. p. 264. Potteri.

— 16. ὅσα σκοτεινὰ καθαίρων] Greg. Naz. Orat. XIX. p. 291. Ἓν κάλλος, τὸ τὴν θείαν εἰκόνα ἢ συντηρεῖν, ἢ ἀνακαθαίρειν εἰς δύναμιν.

p. 114, 1. καὶ μὴ παύσῃ τεκταίνων τὸ σὸν ἄγαλμα] Plato Phædr. p. 252. d. Sympos. p. 216. a. "Ruhnk. ad Tim. p. 7 : Platonici *pulcri cujuslibet et summi boni cogitationem mente informatam ἀγάλματος* nomine designabant." Adde Dorvill. ad Chariton. p. 205. Lips. Plura in Ed. pecul. Nunc addo verba Ciceronis de Legg. I. 22. 59: "Nam qui se ipse novit, primum aliquid se habere sentiet divinum, *ingeniumque in se suum, sicut simulacrum aliquod dedicatum*, putabit." Adde Plotin. p. 465. B. p. 546. B. 547. B. et Dionys. Areop. de mystica Theol. c. 2. p. 25.

— 2. ἕως ἂν ἴδῃς σοφίαν, ἐν ἁγνῷ βεβῶσαν καθαρῷ] " Lege βάθρῳ ex Platon. Phædro p. 348. [p. 254. Steph.] ut monui Epistol. Crit. 30, 31. [p. 250. ed. Lips.]" *D. W.* Vid. var. lect. Possis etiam tentare ἐν ἁγνῷ βεβ. καὶ καθαρῷ quod fere expressit Ficinus [quodque admonere possit loci Hesiodei ἐργ. κ. ἡμ. 334. sq. καδδύναμιν ἔρδειν ἱέρ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν ἁγνῶς καὶ καθαρῶς·]—nimirum si Sardos venales exhibere velis. Nam imitatio loci in Platonico Phædro Wyttenbachianam emendationem dubitationi eximit, et si unus modo codex addiceret, in textum inferrem. Ad Phædri locum Hermias: τὸ δὲ ἐν ἁγνῷ βάθρῳ τὸ νοητὸν λέγει, ἐπειδὴ ὁ τόπος ὁ νοητὸς καθαρὸς καὶ ἀκίβδηλος καὶ ἁγνός ἐστι. De voce ἁγνὸς et ἅγιος plura posui in Ed. pecul. Nunc solummodo admonebo Platonici loci de Legg. V. 729. p. 377. Bekk. ubi ἁγιώτατα σύμβολα.

— 4. καὶ σαυτῷ καθαρῶς συνεγένου] Elegantius καθαρὸς, sicut infra p. 57. E. l. 2. ὅλος pro ὅλως, monente etiam Rinckio.

— 5. πρὸς τὸ εἶς οὕτω γενέσθαι] " Attigi ad Plutarch. de S. N. V. p. 95." *D. W.* Adde Plotin. p. 348. C. et p. 770. A. B. et Proclum in Alcib. pr. cap. 80. p. 245. sqq.

— 6. φῶς ἀληθ. οὐ μεγέθει μεμετρημένον] Cf. Plotin. p. 723. sq. et Gregor. Naz. Or. XLIII. p. 698. Ad proxima cf. Iamblich. de Myst. II. 4. p. 45. III. 8. p. 68. ubi ita incipit: Ἀλλὰ δεῖ ζητεῖν τὰ τῆς θείας μανίας αἴτια· ταῦτα δέ ἐστι τὰ καθήκοντα ἀπὸ τῶν θεῶν φῶτα, ubi plura dabit Galeus. Adde Joann. Ev. I. 9. Plura in Ed. pecul. p. 376. sq.

— 10. ὄψις ἤδη γενόμενος] Supra p. 56. D. ὄψις erat id, quod spectatur: h. l. est *vis videndi, visus*. Vid. Aristot. Top. I. 14. p. 288. Sylb. Thom. Mag. p. 668. Interprr. ad Plat. Phædr. p. 262. Heindf. et cf. Plotin. p. 552. sq. p. 770. B. et inprimis p. 348. B.

— 11. οὗτος γὰρ ὁ ὀφθαλμὸς κ. τ. λ.] Cyrill. in Iesai. I. 1. et 49. p. 665. Idem in Joann. VI. 42. p. 343. Greg. Nyssen. T. III. p. 318. Add. Plotin. p. 544. sq.

— 13. λημῶν κακίαις] Quod Cod. Vat. κακίαν habet, de eo vid. Kuster. reliquosque interprr. ad Aristoph. Nub. 325. (328). De formula vid. Etym. Magn. p. 563. Hesych. II. p. 353. Erasmi Adagia p. 406. Wyttenb. ad Plutarch. p. 1090. Hermias in Plat. Phædr. p. 91. Vid. etiam Basil. M. de legendis Gentil. libris T. II. p. 181.

ib. ἢ ἀσθενὴς ἀνανδρίᾳ] " ἀνδρίᾳ ed. Bas. ἐν ἀνδρίᾳ Leid. Voss. [vid. var. lect.] Melius margo ed. Fic. [vid. var. lect.] ἀνανδρία. Sic de veri indagatione Plato. Vid. annot. ad Phædon. p. 274." *D. W.*

p. 115, 1. τὸ ὁραθῆναι δυνάμενον] " ὁρασθῆναι ed. Bas. ὁρᾶσθαι Leid. rectius, aut fort. ὁραθῆναι, nam vulgatum minus probum." *D. W.* In seqq. pro ὁμοῖον reposuimus ὅμοιον ex Codd. aliquot nostris. Vid. Fischer. ad Wellerum I. p. 287. et Greg. Cor. p. 21. et 23. ib. Bast.

ib. Τὸ γὰρ ὁρῶν πρὸς κ. τ. λ.] " Spectat Platonicam doctrinam de visu, quam *σύγκρασιν* et *συναύγειαν* nominant, traditam in Timæo p. 532. F. [p. 45.] de qua item Plutarch. Sympos. I. 5. et de EI Delphico, ubi plura annotabimus p. 390. B. C. nondum in Britanniam missa." *D. W.* Tu vid. p. 285. Animadvv. Ed. Ox. min. Eam doctrinam antiquam dicit, et a Pythagora usque repetit, Platonicum etiam Timæum laudans, Sext.

Empir. adv. Math. I. 13. §. 303. cf. Procl. in Alc. pr. p. 247. et quæ ibi posuimus. Ad ἐπιβάλλειν consule Suid. I. p. 803. Procl. in Alcib. pr. p. 8. et 246. Simili sensu Plato et Plotinus usurpant προσβολὴ s. προσβολὴ τῶν ὀμμάτων. Vid. Plotin. p. 352. B. 552. B.

p. 115, 2. Οὐ γὰρ ἂν πώποτε εἶδεν κ. τ. λ.] Ex Platone de Rep. VI. p. 508. sq. cf. proxime annotata et vid. Juliani Or. IV. p. 133. C. qui hunc ipsum Plotini locum laudat. Cf. etiam Spanhem. Epreuves de Remarques sur les Césars de Julien. p. 23. add. Galen. de Hippocr. et Platon. placc. VII. 5. et Plotin. p. 552. A. C. et p. 709. C. D. Proxime Rinckius legi vult: Γενέσθω δὲ —εἰ μέλλει θεάσασθαι θεόν τε καὶ τὸ καλόν. Hoc agnoscit Cod. Leid. et mihi probari jam significatum in Ed. pecul. p. 384. sq. ubi plura disputavi de h. l. Ita quoque legisse videtur Fic. De constructione εἰ μέλλει γενέσθαι vid. modo Matthiæ Gr. Gr. §. 502. et Fisch. ad Weller. III. 6. p. 19. Ad sententiam vid. Plat. Phædr. p. 246. ib. Hermiam p. 132. sq. et Phædon. p. 153. p. 70. Wytt. Aliorum scriptorum locos exhibui et partim excussi in Ed. pecul. l. l.

— 5. Ἥξει γὰρ πρῶτον ἀναβαίνων κ. τ. λ.] Fons in Platonis Philebo est p. 64. Egregie autem ad nostrum locum facit geminus Plotinianus *de Mente* p. 536. D. Adde Iamblich. περὶ κοινῆς μαθημ. ἐπιστ. in Villois. Anecdd. II. p. 191. Proclum in Theol. Plat. III. 18. p. 151. Damascium περὶ ἀρχῶν p. 233. ed. I. C. Wolf.

ib. κἀκεῖ—τὰ εἴδη—τὰς ἰδέας] Tenendus est hic locus ad *Idearum* doctrinam Platonicam, de qua vide Parmenidem, in primis p. 56. F. p. 132. A. cf. Aristot. Metaphys. XII. 4. et adhibe Wytt. ad Phædon. p. 270. ibiq. Plotin. p. 119. G. et p. 356. A. adde Enn. III. 2. 2. coll. II. 3. 17. III. 6, 7. VI. 3. 9. et cf. Procl. in Alcib. pr. p. 36. 49. 50. Olympiod. in eund. p. 74. 77. et Procl. in Theol. Inst. p. 290. ed. nostr.

— 8. Τὸ δὲ ἐπέκεινα] De re vidimus proxime ad verba ἥξει πρῶτον ἐπὶ τὸν νοῦν. A Plotino reliquisque Platonicis hac in re dissenserat Origenes et ipse ceteroqui Platonicus, quem impugnat Proclus in Theol. Platon. L. II. c. 9. p. 40. Atque Plotinus *de intelligib. pulcrit.* p. 581. A. hoc *ipsum Bonum* dicit *intelligibilis pulcritudinis patrem, qui mente* superior sit. Proclus de Provid. et Fato in Fabric. Bibl. Gr. IX. p. 375. c. 5. ita: " Hoc enim (*bonum*) solum *intellectu divinius*, quia et intellectus, qui valde laudatur, desiderat Bonum et cum omnibus et ante omnia."

— 9. προβεβλημένον] " Hæc quibusdam locis impedita sic expedienda videntur: προβεβλημένον τὸ καλὸν πρὸ αὐτῆς ἔχουσαν κ.τ.λ. i. e. *prætentum ante se Pulcrum tenentem, ita ut summatim quidem dicta primum, quod se nobis offert, sit pulcrum.* Cætera ut Ficinus." *D. W.* Vid. var. lect. Ad verbum congruit Iamblichus de Anima ap. Stob. Eclogg. physs. I. p. 926. Heer. αἰθέρια περιβλήματα περιαμπέχοντα τὴν νοερὰν ζωὴν, προβεβλῆσθαι αὐτῆς (τῆς ψυχῆς). Procl. in Alc. pr. p. 257. πολλοὶ ἄλλο τι τῶν ἀλόγων εἶδος προβεβλημένοι, ubi tamen alii libri περιβεβλημένοι. nec male. Cf. idem in Platon. Remp. p. 380. et Gregor. Naz. Stelit. in Julian. p. 75.

— 11. τὸν τῶν εἰδῶν φήσει τόπον·] " Basil. τρόπον. Sed τόπον recte MS. Voss. ut margo editionis." *D. W.* Vid. varr. lect. Cf. Plotin. p. 555. ubi item Cod. Ciz. falso σκόπου pro τόπου. Zonar. Lex. p. 1502. τῇ δὲ ψυχῇ ἐν ὑπερτέρῳ καὶ ἀσυγκρίτῳ καὶ περικαλλεστέρῳ τρόπῳ. Corrige τόπῳ, et vid. Suid. III. p. 29. De re vid. Platon. Republ. VI. p. 509. Hermiam in Phædr. p. 142. et p. 169. et Plotin. *de intellig. pulcrit.* p. 555. B.

— 12. καὶ πηγὴν, καὶ ἀρχὴν τοῦ καλοῦ] Locutio Platonica. Vid. v. c. Phædr. p. 245. E. Plotin. p. 21. C. καὶ πηγὴν καὶ ἀρχὴν ἐνεργειῶν. cf. p. 770. C. Ad sententiam adhibe Platon. Hippiam maj. p. 289. D. et ipsum Plotinum p. 711. c. 18. A. et p. 723. c. 32. E. Nostrum autem locum attingere videtur Proclus in Theologiam Platonis II. 11. p. 106. Ὅθεν οἶμαι καὶ Πλωτῖνος πηγὴν τοῦ καλοῦ τὸν πρῶτον θεὸν προσειπεῖν οὐκ ὤκνησε. Vel potius respexisse putandus est tres locos, quos modo tractamus.

ib. ἢ ἐν τῷ αὐτῷ τὸ ἀγαθὸν—ἐκεῖ τὸ καλόν] " Hæc mutilata et sic integranda videntur: ἢ ἐν τῷ αὐτῷ τὸ ἀγαθὸν καὶ καλὸν θήσεται, πλὴν πρῶτον τὸ ἀγαθὸν, ἐξῆς δὲ καλόν, i. e. *vel in eodem loco bonum et pulcrum ponet, ita tamen, ut primum bonum, deinceps pulcrum ponat.*" *D. W.* A Codicibus nihil h. l. medelæ oblatum. Proinde Wyttenbachii rationem grato animo accipimus, ita tamen, ut contextum intactum relinquamus.

Quod Rinckius Wyttenbachianæ rationi propterea refragatur, quod hoc pacto *temporis* notio in summum Bonum transferatur, a quo ea alienissima sit: non vidit vir doctus, sæpissime ita loqui philosophos, ut ad *nostrum captum* orationem suam accommodent, cum iidem nihil alienius a Dei notione profiteantur, quam notionem *temporis, successionis* et id genus alia. Cæterum idem Rinckius in Plotino hæc distinguenda censet: primum, τὸ ἀγαθὸν, sive τὸ πρῶτον ἀγαθὸν, sive τὴν καλλονὴν, deinde τὸ καλὸν sive τὸ νοητὸν καλὸν, tum ἀγαθὸν sine articulo simpliciter, quod etiam in animam resque adeo sensiles cadat. Hæc Rinckius noster.—Cæterum hæc extrema Plotini conjuncta sunt cum doctrina Platonicorum *de gradibus* sive *de ascensu hominis per gradus ad Deum*. Certe Plotinus hoc agens apposite ad nostrum locum plura disputat Enneade extrema p. 770.; quibus homo sapiens beatusque describitur: οὐδὲ περὶ αὐτὸν στρεφόμενος, ἑστὼς πάντη καὶ οἷον στάσις γενόμενος— ἀλλὰ τὸ καλὸν ἤδη ὑπερθέων, ὑπερβὰς ἤδη καὶ τὸν τῶν ἀρετῶν χορόν.

LIB. VII.

P. 120, 7. Περὶ τοῦ πρώτου ἀγαθοῦ, καὶ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν.] Est hic liber, si scribendi ordinem spectamus, omnium Plotinianorum ultimus, utpote extremus eorum, quos quatuor numero paulo ante obitum Porphyrio miserat. Vide hunc de vita Plotini cap. 6., ubi tamen aliter inscribit: περὶ τοῦ πρώτου ἀγαθοῦ, ἢ περὶ εὐδαιμονίας, cum contra idem cap. 24. eandem inscriptionem referat, quam libri hoc in exordio et ipsi præstant; et vero quartus hujus primæ Enneadis liber titulum habet: περὶ εὐδαιμονίας. Hic autem liber, cui nunc præfamur, potissimum comparandus est cum libro nono Enneadis sextæ: περὶ τἀγαθοῦ ἢ τοῦ ἑνὸς, itemque cum libro septimo Enneadis sextæ: περὶ τοῦ πῶς τὸ πλῆθος τῶν ἰδεῶν ὑπέστη, καὶ περὶ τἀγαθοῦ, quo in libro *Boni* doctrinam cum loco de *numeris* et *ideis* conjunctam altius ex suis causis repetit, Platonis secutus exemplum. Qui quidem posteaquam hos primarios philosophiæ suæ locos inchoavisset adumbravissetque in Sophista, Philebo, Timæo et in libris de Republica, octavo præsertim, in scholis suis eosdem copiosius erat persecutus adeoque ad finem perduxerat. Atque has disputationes magistri examinaverat explicaveratque ejus discipulus Aristoteles in libris περὶ ἀγαθοῦ sive περὶ φιλοσοφίας (Suidas in ἀγαθοῦ δαίμονος Vol. I. p. 17. Kust. Jo. Philoponus in Aristotel. de Anima I. 2. c. 2. Alexander Aphrodis. ap. Simplicium in Aristot. Auscultt. physs. Fol. 32. B.) Scripserat item περὶ τἀγαθοῦ Speusippi auditor Xenocrates. (Diog. Laërt. IV. 13.) Videntur autem Speusippi aliorumque Platonicorum libri inscripti περὶ φιλοσοφίας (Diog. Laërt. IV. 4.) ejusdem argumenti fuisse atque Aristoteleus ille de Bono *sive* de Philosophia. Qua de re pluribus disputavit nuper *Chr. Aug. Brandis* in Diatribe Academica de perditis Aristotelis libris de Ideis et de Bono sive Philosophia. Bonnæ 1823. p. 4. sqq. cf. p. 49.—Bonum autem (τὸ ἀγαθόν) ad summam unitatem retulerat Plato. (Aristotel. Metaphys. XIII. 8. XIV. 4. p. 246. p. 301. ed. Brandis.: τῶν δὲ τὰς ἀκινήτους οὐσίας εἶναι λεγόντων οἱ μέν φασιν αὐτὸ τὸ ἓν τὸ ἀγαθὸν αὐτὸ εἶναι. οὐσίαν μέντοι τὸ ἓν αὐτοῦ ᾤοντο εἶναι μάλιστα.) In quo ab ejus auctoritate judicium suum sejunxerat Speusippus (Aristot. l.l. p. 247. et in eum Pseudo-Alexander Stobæi Eclogg. I. 28. p. 58. Heeren.) Distinxerat autem Plato primum illud ac supremum ens, quod τὸ ἀγαθὸν, Bonum, dixit, ab unitatibus, quæ sunt in numeris (Aristot. Metaphys. XIV. 4. cf. Brandisii Diatriben laudatam p. 65. sq.) Alia de his decretis apponemus infra ad initium libri septimi Enneadis sextæ p. 692. Hoc loco non abs re erit admonuisse eorum, quæ ex Platonis placitis refert Diogenes Laërtius III. 101. de Bono ita narrans: a Platone Bonum in quatuor genera (γένη) sive formas, species (εἴδη), divisum esse: unam virtute præditam esse, alteram, virtutem ipsam, tertiam, cibos et exercitationes utiles (s. commodas), quartam, tibiis canendi peritiam, histrionicam, poëticam et similia. Atque Plotinum crediderim hujuscemodi decreta Platonis in aliquot hujus libelli locis ante oculos habuisse. Quomodo autem Aristoteles et Peripatetici *Bona* varie dividere consueverint, discimus ex copiosis excerptis in Stobæi Eclogis ethicis II. 7. p. 286. sqq. ed. Heer. Quid reliqui philosophi de *Bono* et *Bonis* senserint, et longum est explicare, nec magnopere facit ad hujus libelli argumentum. Stoi-

corum, ut hoc unum adjiciam, de hac re disputata in epitomen redacta habes apud Diogenem Laërtium VII. 94. et 101. Quæ autem tertio hujus libelli capite de morte attigit Plotinus, ea conjuncta sunt cum argumento a Græcis philosophis certatim pertractato; quorum e scholis plurima in primam Tusculanarum Disputationum retulit Cicero. Vide modo lib. I. c. 7. sqq. et quæ ibi in annotatione e fontibus adhibuit Davisius. Memorantur enim libri philosophorum *περὶ θανάτου*, ut Xenocratis (Diog. Laërt. IV. 12.), Diogenis Cynici (Diogen. Laërt. VI. 80.), Æschinis, aliorum. Pertinet huc item argumentum *Consolationum*, in quo nobilissimi Græci scriptores elaboraverant. De quibus dicendi otium nobis fecit Wyttenbachii mei doctrina diligentiaque in Animadversionibus in Plutarchi Consolationem ad Apollonium. Quem consule, præsertim sub initium p. 697. sqq. ed. Oxon. formæ octav. et præsentem ad locum de bonis, quæ sunt in morte p. 758—770.

— 12. *Εἰ δὲ—ἀρίστη οὖσα κ. τ. λ.*] In Ed. vitiose erat impressum *οὔση*. Sententiam bene explicat Engelhardt., nimirum ita: Naturalis vitæ actio unicuique est Bonum; proinde etiam animæ. Sed præter naturalem actionem anima alteram quoque actionem habet, quæ ad optimum contendit; qua quidem secunda actione ipsa (anima) optima fit. Atque hoc Optimum non solum Bonum est respectu habito animæ (*πρὸς αὐτήν*), sed est Bonum simpliciter ac per se ipsum.—Cæterum in principiis ethicis Stoicorum fuisse *τὸ κατὰ φύσιν ζῆν* sive *ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν*, arguunt ea quæ apud Ciceronem disputantur de Finibb. III. 5. et 6. ubi consule Davisium, et apud Diogenem Laërt. VII. 85—87; ad quem plura contulit Menagius.

p. 121, 2. *τὰ δὲ ἄλλα διχῶς ἂν ἔχοι ὅσα*] *ὅσα* aliquot vocabulis interjectis post *ἄλλα* positum, neminem morabitur, qui Græcum usum novit.

— 5. *ἐφιέμενον—οὖσαν*] Femininum in *οὖσαν* post *ἐφιέμενον* ex Attractionis, quam dicunt, usu explicandum est. Perspicuitati consulere studuit Ficinus mutando verborum ordine. Illius autem Attractionis vis pertinere dicenda sit usque ad finem periodi. Nam pro *ἀλλ' αὐτῇ μόνῃ τἀγαθὸν εἶναι* exspectaveris *ἀλλ' αὐτῷ μόνῳ*. Quod durissimum sit. Proinde non dubitavi in ordinem recipere *αὐτῇ τῇ μονῇ*, ipsa *permansione*. Quæ conjectura firmatur et superioribus, *ἐν ἡσύχῳ οὖσαν*, et sequentibus: *δεῖ οὖν μένειν αὐτὸ*, et vero loco Procli in Theolog. Platonis, quem apposuimus ad finem hujus capitis. Opponitur hæc *μονὴ* ipsius Boni *τῇ ἐνεργείᾳ* et *τῇ ἐφέσει* nec minus *τῇ νοήσει*. Ad sententiam nostri loci adhibe Proclum in Alcib. pr. p. 16. ubi *τὸ τέλειον εἶδος* item dicitur *ἓν καὶ τὸ αὐτὸ μένον ἐν ἑαυτῷ*. Similiter Theodoretus III. p. 470. Schutzii usurpat *μονὴν παρὰ τῷ πατρὶ*, ut *λόγος* ab æterno fuerit apud Patrem, quem vocis usum neglexit Suicer. in Thes. Eccles. nec Lexica annotatum habent. Initium periodi perperam accepit Engelhardt.; quod non moramur. Platonicam formulam *πηγὴν καὶ ἀρχὴν* attigimus supra ad I. 6. p. 58. A. Quid autem moverit Ficinum, ut post fontem et *principium* inferret *exordium*, non exputo. In libris nihil vestigii est. Excerpsit hunc locum Tennemann. in Hist. Philos. VI. p. 141. sq.

— 7. *ἀγαθοειδῆ*] Item Platonicum. Platonicis autem philosophis anima dicebatur natura esse *ἀγαθοειδὴς* (boniformis). Procl. in Alc. pr. p. 280. ed. nostr.: *φύσει γάρ ἐστιν (ἡ ψυχὴ) ἀγαθοειδής*. Cf. Hermetis Clavem p. 11. ed. Franc. Patritii. Præcipue autem nostro cum loco congruit hic alter locus Procli in Inst. Theol. CXIX. p. 174. ed. nostr. *Ἀλλ' ἢ ἑνὰς, ταύτῃ ἀγαθότης, καὶ ἢ ἀγαθότης, ἑνὰς, καὶ ὡς μὲν ἀπὸ τοῦ πρώτου προελθόντες οἱ μετὰ τὸ πρῶτον, ἀγαθοειδεῖς καὶ ἑνοειδεῖς· εἴπερ ἐκεῖνο ἓν καὶ τἀγαθόν κ. τ. λ.* "Sed quatenus est Unitas, eatenus est Bonitas, et quatenus est Bonitas eatenus est Unitas; et ut ab illo quidem Primo progressi illi, qui sunt post illud primum, sunt Bono similes et Uni similes; siquidem illud Unum est etiam ipsum Bonum: cet." ubi in annot. et nostri loci et aliorum admonui. In eodem autem libro Inst. Theol. VIII. p. 14. Proclus docet *τὸ πρῶτον ἀγαθὸν καὶ τἀγαθὸν καλεῖσθαι*, et alterum illud: *τὸ ἁπλῶς ἀγαθὸν* esse illud *οὗ πάντα τὰ ὄντα ἐφίεται*. "Simpliciter Bonum esse, quod omnia entia appetant." Quæ sententiæ ex hoc Plotini loco ductæ videntur.

— 12. *Οὕτω—καὶ ἀληθὲς, τὸ, οὗ πάντα ἐφίεται*] Ut nunc sunt verba, recte vertit Ficinus. Engelhart. non monito lectore vertit: "Denn so ist es *das Wahre*, nach welchem Alles sich sehnet."

quasi scriptum sit: *οὕτω γὰρ τἀληθὲς οὗ π. ἐφ.* Cæterum Proclus in Alc. pr. p. 51. tres monades ponit, *πίστιν, ἀλήθειαν καὶ ἔρωτα.* Illa (fides) *ἑδράζουσα πάντα καὶ ἐνιδρύουσα τῷ ἀγαθῷ*, hæc (veritas) *ἐκφαίνουσα τὴν ἐν τοῖς οὖσιν ἅπασι γνῶσιν*, hic (amor) *ἐπιστρέφων πάντα καὶ συνάγων εἰς τὴν τοῦ καλοῦ φύσιν.* Cæterum ad universum Plotini locum facit distributio Boni, quam ponebant Aristoteles et Peripatetici. Vid. Aristotel. Magn. Moral. I. 1. et I. 2. et Stobæi Eclogg. II. p. 286. sqq. Heer. unde hæc tantum adscribam:—*τριχῶς δέ φασιν λέγεσθαι (τὸ ἀγαθόν), τό, τε γαρ πᾶσι τοῖς οὖσι σωτηρίας αἴτιον, καὶ τὸ κατηγορούμενον παντὸς ἀγαθοῦ, καὶ τὸ διανθαίρετον· ὧν τὸ μὲν δεῖν θεὸν εἶναι τὸ πρῶτον* (plurimi libri *τὸν πρῶτον*, quod placet:), *τὸ δὲ γένος τῶν ἀγαθῶν, τὸ δὲ τέλος ἐφ' ὃ πάντα ἀναφέρομεν, ὅπερ ἐστὶν εὐδαιμονία.* Unde conjicias, illam alteram inscriptionem hujus Plotiniani libelli: *περὶ εὐδαιμονίας* ab aliquo Peripatetico esse profectam. Nostro autem cum loco componi debet locus geminus III. 9. 3. p. 358. E. F. ubi Plotinus hæc uberius explanat.

p. 121, 13. *ὥσπερ κύκλον πρὸς κέντρον—τὸ φῶς*] Cf. Plotin. IV. 1. *γραμμὴ ἐν κέντρῳ.* IV. 2. init. *γραμμαὶ ἐν κύκλῳ ἀπὸ τοῦ κέντρου πρὸς τὴν περιφέρειαν.* IV. 7. 6. *γραμμαὶ συμβάλλουσαι ἐκ περιφερείας κύκλον.* Cf. IV. 4. 23. VI. 5. 11. VI. 6. 17. unde satis intelligitur, quam frequens sit Plotinus in hoc exemplo mathematico usurpando. Idem exemplum ex hoc ipso Plotini loco desumpsit Proclus in Platonis Theol. XXIII. p. 58: *Μένει τε οὖν πάντα διὰ τὸ ἐφετὸν τῆς ἀγαθότητος, καὶ γεννᾷ—τὸ δὲ αὖ τρίτον, τὸ τέλειον ἐπιστρεπτικόν ἐστι τῶν ὅλων καὶ συναγωγὸν ἐπὶ τὰ αἴτια κατὰ κύκλον, οὗ μὲν, τὸ θεῖον, οὗ δὲ, τὸ νοερὸν, οὗ δὲ τὸ ψυχικὸν, οὗ δὲ, τὸ φυσικόν κ. τ. λ.* Julianus Imperator Orat. IV. p. 145. posteaquam de *Bonis* exposuit, quorum Deus summus reliquos Deos participes facit, ad *Pulcri* mentionem transgressus pergit: *ᾧ καὶ τὸν τέλειον νοῦν διανέμει, καθάπερ ὄμμασιν ἐνδιδοὺς διὰ τοῦ φωτὸς τὴν ὄψιν.—ἑτέρα πρὸς ταύτας ἐνέργεια, θαυμαστὴ φαίνεται περὶ τὸν βασιλέα τῶν ὅλων ἥλιον ἡ τοῖς κρείττοσι γένεσιν ἐνδιδομένη μοῖρα.* Nemo autem nescit, quam sedulo lectitaverit Plotinum Julianus.

p. 122, 1. *Τὰ δ' ἄλλα πάντα—διχῶς καὶ ἐπ' αὐτό*] Quod h. l. utitur verbis *εἰδώλου—εἴδωλα*, in eo Platonis usum sequitur, qui simulacrum rei veræ opponit. Vid. supra ad p. 50. B. et cf. Proclum in Alcib. pr. p. 33. 49. 136. 152. sqq. 155. ed. nostr. Inprimis autem hæc et sequentia illustrat philosophi nostri locus Enn. V. lib. 1. c. 6. p. 487. F. G. *τί οὖν χρὴ περὶ τοῦ τελειοτάτου λέγειν; μηδὲν ἀπ' αὐτοῦ ἢ τὰ μέγιστα μετ' αὐτόν. μέγιστον δὲ μετ' αὐτὸν νοῦς, καὶ δεύτερον. καὶ γὰρ ὁρᾷ ὁ νοῦς ἐκεῖνον, καὶ δεῖται αὐτοῦ μόνου. ἐκεῖνος δὲ τούτου, οὐδέν. καὶ τὸ γεννώμενον ἀπὸ κρείττονος νοῦ νοῦν εἶναι. καὶ χρείττων ἁπάντων ὁ νοῦς, ὅτι τἄλλα μετ' αὐτὸν οἷον καὶ ἡ ψυχὴ, λόγος νοῦ, καὶ ἐνέργειά τις, ὥσπερ αὐτὸς ἐκείνου. ἀλλὰ ψυχῆς μὲν ἀμυδρὸς ὁ λόγος, ὡς γὰρ εἴδωλον νοῦ, ταύτῃ καὶ εἰς νοῦν βλέπειν δεῖ, νοῦς δὲ ὁσαύτως πρὸς ἐκεῖνον, ἵνα ᾖ νοῦς.* Quæ attigerunt Theodoretus in Therapeut. II. p. 750. Schulz. et Cyrillus contra Julianum VIII. p. 173. B. C. Spanhem. Cf. Cyrillum ibid. IV. p. 145. ubi Plotinum dicit non suam magis quam Platonis sententiam explicare: *—φησὶ γὰρ οὕτω Πλωτῖνος περὶ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἰδίαν μᾶλλον, ἀλλὰ τὴν Πλάτωνος διερμηνεύει δόξαν· τοῦ δὲ αἰτίου νοῦ ὄντος πατέρα φησὶ τἀγαθὸν, καὶ τὸ ἐπέκεινα νοῦ, καὶ ἐπέκεινα οὐσίας· πολλαχοῦ δὲ τὸ ὂν, καὶ τὸν νοῦν τὴν ἰδέαν λέγει· ὥστε Πλάτωνα εἰδέναι ἐκ μὲν τἀγαθοῦ τὸν νοῦν· ἐκ δὲ τοῦ νοῦ, τὴν ψυχήν.* Plura apponemus ad Plotini locum, quem ex quinta Enneade modo excitavimus. In seqq. ex bonis libris dedimus *ψυχῇ δὲ τὸ ζῆν* pro *ψυχὴ*, deinde interpunctionem, jubente sententia, emendavimus, itemque in Latinis Ficini ex editione principe correximus: "si ipsum *suspiciat* bonum," pro mendoso *suscipiat*.

— 9. *διχῶς καὶ ἐπ' αὐτό*] Ad hæc verba cogitandum est: *ἐστὶ τὸ ἀγαθόν. Dupliciter etiam bonum est penes ipsum.* Cæterum de *Bonis circa animam* ex universæ rationis suæ indole exponit Aristot. in Magn. Moral. I. 3. quem locum in Eclogas ethicas retulit Stobæus II. 7. p. 290. 299. Heer.

— 10. *χωλεύει γὰρ ἡ ζωὴ τῷ φαύλῳ*] Ad Platonis imitationem, qui *χωλὸς* et *χωλεύειν* de rebus usurpat, quæ in duarum partium altera deficiunt, et ad animam aliaque metaphorice transfert. Docet Wyttenbach. ad Plutarch. de puer. educ. p. 74. et ad Platon. Phædon. p. 178. Quod vero Fic. vertit *claudicat*, in eo Ciceronem auctorem habet, qui in Bruto c. 59. similiter usurpavit.

p. 122, 11. *ὄμματι μὴ καθαρῶς ὁρῶντι*] Hæc non opus est h. l. a nobis explicari post ea, quæ posuimus ad p. 57. F. *λημῶν κακίας, καὶ οὐ κεκαθαρμένος.* Cf. Procli hæc in Alcib. pr. p. 281. *λημῶντος αὐτοῖς τοῦ ὄμματος ὑπὸ τῆς γενεσιουργοῦ λήθης καὶ τῶν ἐκ τῆς λήθης ἐπεισκωμασάντων ἐπ' αὐτὰς παθῶν.* Etenim *λῆμαι* sunt *ἐκρέουσαι τῶν ὀφθαλμῶν ἀκαθαρσίαι*, explicante Hesychio II. p. 464. Albert.

— 12. *ἡ ζωὴ—κακὸν ἀγαθόν*] Oxymori speciem habet. Alibi enim Plotinus: *τὸ κακὸν ἔλλειψις ἀγαθοῦ* III. 2. 5. et *κακὸν οὐδὲν τῷ ἀγαθῷ.* II. 2. 6.

—14. *οὐδ' οὕτω κακὸν τῷ λίθῳ*] Adagii speciem quodammodo præ se fert, ut illud in proverbiis est in Append. Vatic. ap. Andr. Schott. II. §. 56. *λίθον ἔψεις.* Eodem pertinet illud Aristippeum ap. Diog. Laërt. II. 72. *ἐν γοῦν θεάτρῳ οὐ καθεδήσεται λίθος ἐπὶ λίθῳ*, in quibus communis sententia inest *sensu carendi*, vel ejus quod temere fit vel fieri nequit. Cf. Erasmi et aliorum Adagia p. 322. sub fin. Decretum autem conjunctum est cum Platonis aliorumque philosophorum disputationibus, quorum summam in dialogi formam retulit in Tusculanarum libri primi cap. 5. et sqq. Tullius, et in quibus frequentabatur Epicharmeum illud apud Sext. Empir. adv. Math. I. §. 273. *Ἀποθανεῖν ἢ τεθνάναι, οὔ μοι διαφέρει.* "*Emori nolo: sed me esse mortuum nihil æstumo.*" In quibus Latina cum Græcis non congruere vides. Qua de re cf. [Fabricium ad Sext. Emp. l. c.] Davis. ad Tusc. I. 8. et Wyttenb. ad Plat. Phædon. p. 143. sq.

— 15. *εἰ δ' ἔστι ζωὴ καὶ ψυχὴ κ. τ. λ.*] Hæc nemo nescit et ipsa ex Platonis decretis in Apologia, Phædone aliisque libris ducta esse; unde etiam ducta sunt, quæ apud Ciceronem in Tuscull. I. 8. sqq. leguntur.

p. 123, 1. *Εἰ δὲ τῆς ὅλης γίνεται*] Hæc nescio an non satis accurate verterit Marsilius: "Quod si totius animæ *comes* evadit." Malim: "Quod si totius animæ fit." Constat enim Platonicorum aliquos docuisse, animam nostram post mortem eamque secutam purgationem rursus conjungi cum anima mundi universa, atque adeo in eam refundi.

— 5. *ὅτι μὴ ζωή*] "Quia non est vita." Hæc addita esse suspiceris ab homine Christiano, vel certe ab eo, qui Novi Testamenti libros legerit. Nemo enim nescit *ζωὴν* ibi sæpius ita accipi, ut sit vita intemerata nec vitiorum contagione corrupta; quod clarius explicat Apostolus Epist. ad Rom. VIII. 10. opponens *τὸ πνεῦμα, ζωὴν διὰ δικαιοσύνην τῷ σώματι νεκρῷ δι' ἁμαρτίαν.*

ib. *Εἰ δὲ καὶ ἐν ᾅδου δίκαι*] Hic locus etiam in philosophorum de morte disputationibus frequentatur. Cic. Tuscull. I. 5. "Dic, quæso, num te illa terrent? triceps apud inferos Cerberus? Cocyti fremitus? transvectio Acheruntis? mento summam aquam attingens enectus siti Tantalus?—Sisyphus?—" &c.

— 10. *ὁ δὲ θάνατος, μᾶλλον ἀγαθόν*] In historiis non minus, quam in scholis proditum tanquam antiquissimum Deorum vel certe Semideorum effatum. Vid. Herodot. I. 31. Aristot. ap. Plutarch. in Consolat. ad Apollon. p. 115. C. D. p. 454. Wytt.: *Ὡς ἄρα μὴ γίνεσθαι μὲν, ἄριστον πάντων, τὸ δὲ τεθνάναι τοῦ ζῆν ἐστι κρεῖττον.* Cic. Tuscull. I. 47. "Non nasci homini longe optimum esse, *proximum autem quam primum mori.*" Cf. Davis. ad eum locum et Wyttenb. ad Plutarch. l.l. Animadvers. p. 765. sq. Quam sententiam quomodo ad suam rationem moralis philosophiæ accommodarint Platonici et vero ipse Plotinus, et antecedentia et sequentia arguunt.

— 12. *οὐ σώζουσαν τὸ σύνθετον, ἀλλ' ἤδη χωρίζουσαν ἑαυτήν*] Hæc et ipsa ad summam rem doctrinæ Pythagoricæ Platonicæque pertinent. Nolo h. l. occupare, quæ sequentes libri Plotiniani exhibebunt. Illud haud alienum erit hic adponere, antiquum Sinensium philosophum *Laotscu* plane Pythagoram Platonemque cum in aliis decretis esse secutum, tum in hoc ipso, ut doceret: animam humanam manasse ex divina ætherea que natura, in eamque refundi post mortem, modo virtuti vitam impenderit; improbos enim et vitiorum sordibus pollutos arceri ab ea felicitate, ut postliminii quasi jure in pristinam sedem restituantur. Videatur *Abel—Rémusat* in Mélanges Asiatiques Tom. I. p. 95. sq. qui hæc Sinensis philosophi placita eleganter explicat et e monumentorum vestigiis probatum iit, Pythagoreæ Platonicæque philosophiæ semina ab eo philosopho orientali studiose excepta propagataque esse. Cæterum pro *ut servat* Ficinus commodius fortasse scripsisset *quatenus servat.*—

Quod si vero cogites, hæc esse extrema verba extremi libri Plotiniani (de quo supra monitum), non poteris non profiteri, philosophum hunc usquequaque sibi constitisse, eademque plane sentientem et calamum deposuisse et animam. Est enim apud Porphyrium de Vita Plotini c. II. p. 94. hunc in ipso articulo mortis advenientis Eustochio dixisse: *ὅτι σὲ ἔτι περιμένω, καὶ φήσας πειρᾶσθαι τὸν ἐν ἡμῖν θεὸν* (plurimi libri et Synesius *τὸ ἐν ἡμῖν θεῖον*) *ἀνάγειν πρὸς τὸ ἐν τῷ παντὶ θεῖον—ἀφῆκε τὸ πνεῦμα.* Quæ verba in philosophiæ commendationem accommodavit Synesius Epist. 138. sed ita, ut ad Christianam rationem paullulum immutaret: *ἐῤῥωσε καὶ φιλοσόφει. καὶ τὸ ἐν σαυτῷ θεῖον ἄναγε ἐπὶ τὸ πρωτόγονον* (al. *πρόγονον*) *θεῖον.* "Vale et philosophare: et, quod divinum in te est, ad divinum illud effer primigenium."

LIB. VIII.

p. 136, 7. *περὶ τοῦ τίνα καὶ πόθεν τὰ κακά*] Hic liber octavus et ipse ad extremos referendus, utpote sub vitæ finem a Plotino scriptus (Porphyr. de Vita Plotini c. 6.) Inscriptio autem, quam Plotini editio exhibet, composita ex duabus est, quandoquidem in Porphyrii loco laudato legimus: *τίνα τὰ κακά*; apud eundem autem altero loco, c. 24. *πόθεν τὰ κακά*; Quæstionis, *quæ et unde mala*, ansam ex ipso Homero arripuerunt Græcorum philosophi, nimirum ex celebrato loco Odyss. *α'*. 33. *ἐξ ἡμέων γάρ φασι κάκ' ἔμμεναι· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπέρμορον ἄλγε' ἔχουσιν.* Vide, ut hoc utar, Hieroclem apud Stobæum in Eclogg. eth. II. 9. p. 420 — 422. Heeren. Atque verba illa Homerica quodammodo interpretatur Democritus apud eundem p. 408. et ipse professus, "Deos hominibus bona omnia et olim et nunc præbere, non tamen ea, quæ mala et noxia et inutilia sunt: Hæc Deos nec olim nec nunc hominibus largiri, sed ipsos hæc per mentis cæcitatem et ignorantiam sibi conciliare." Huic sententiæ universe suam rationem accommodavit Plato, graviter notans poëtas, Homerum, Æschylum, qui quandoque contrarium dicere viderentur, addensque: *κακῶν δὲ αἴτιον φάναι θεόν τινι γίγνεσθαι ἀγαθὸν ὄντα, σαμαχετέον παντὶ τρόπῳ κ. τ. λ.* (de Rep. II. p. 379. sq. p. 97—100. Bekk.) Sed quum divinus ille philosophus non acquiescere posset tam piis priscorum hominum, ut Democriti, effatis, sed altius descenderet in ipsius mali originem investigandam, sæpius in dialogis suis ad hunc impeditissimum philosophiæ locum rediit, ut in Theæteto p. 176. a. b. Politico p. 273. (cf. Stob. Eclogg. II. 9. p. 422. sqq.) Timæo p. 41. sq. Quos locos infra ad Plotiniani hujus libri capp. 2. sqq. sigillatim adhibebimus: hic in proœmio non alienum erit, et Aristotelis admonuisse et Plutarchi. Ille enim in Metaphysicis XII. p. 209. sq. Sylb. p. 256. Brandis. et XIV. p. 247. Sylb. p. 302. Br. superiorum sententias philosophorum de malo attigit. Plutarchus vero, posteaquam Zoroastrem, Chaldæos, Pythagoram, Anaxagoram, Heraclitum, Empedoclem, Platonem atque Aristotelem duo sejuncta in mundo principia Boni Malique posuisse contenderat (de Isid. et Osir. p. 369. ad quem locum cf. Wyttenb. Animadvv. p. 234. sq.) alio loco (de Animarum procreat. in Timæo p. 1015. B. C. D. p. 133. sq. Wytt.) hæc ponit: *Ἀλλὰ ταὐτὸ Πλάτων οὐκ ἔπαθε τοῖς ὕστερον, οὐδὲ παριδὼν, ὡς ἐκεῖνοι, τὴν μεταξὺ τῆς ὕλης καὶ τοῦ θεοῦ τρίτην ἀρχὴν καὶ δύναμιν, ὑπέμεινε τῶν λόγων τὸν ἀτοπώτατον, ἐπεισόδιον οὐκ οἶδα ὅπως ποιοῦντα τὴν τῶν κακῶν φύσιν ἀπ' αὐτομάτου κατὰ συμβεβηκός.—Ὁ δὲ Πλάτων οὐχ οὕτως· ἀλλὰ τήν γε ὕλην διαφορᾶς ἁπάσης ἀπαλλάττων, καὶ τοῦ θεοῦ τὴν τῶν κακῶν αἰτίαν ἀπωτάτω τιθέμενος, ταῦτα περὶ τοῦ κόσμου γέγραφεν ἐν τῷ Πολιτικῷ, "Παρὰ μὲν γὰρ τοῦ ξυνθέντος πάντα τὰ καλὰ κέκτηται" κ. τ. λ.* (sequitur locus Politici, quem supra citavimus; ubi veram lectionem, recte a Bekkero restitutam pro corrupto *κέκληται*, etiam agnoscit præstantissimus Codex Bodleianus Clarkii:) "Cæterum Platoni non accidit idem quod posterioribus, neque neglecta, quod his usu venit, tertia facultate et principio, quod inter materiam et Deum est medio loco, admisit absurdissimum illud commentum, quod, nescio quomodo, malorum naturam aliunde irrepsisse per accidens et casu fingit.—Non ita Plato. Sed cum materiam omni discrimine liberasset, Deumque a malorum caussa quam longissime collocasset, hæc in Politico scripsit de mundo: 'Is enim ab eo, qui ipsum composuit, omnia est adeptus bona.'" Quem locum ita accepit Cudworthus in Syst. intell. univ. IV. 13. p. 236. sqq. Mosh. Platonem, ex Plutarchi prava interpretatione, Malum retulisse ad animam seu

dæmonem ratione carentem materiamque motu inordinato cientem, cum contra Plato docuerit: " Deum quidem ipsum proprie et directo nihil effecisse atque procreasse, præter res natura bonas atque utiles; at per naturam inferiorum atque minus perfectarum indolem fieri nullo modo potuisse, quin mala nascerentur et rerum naturam replerent." Moshemio vero Plutarchi explicatio verior esse videtur. Quod hoc loco examinare longum est, nec attinet. *Stoicos*, ut hoc delibem, idem Plutarchus l. l. tetigit: *τὸ κακὸν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ἀναιτίως καὶ ἀγεννήτως ἐπεισάγοντας*, " malum ex non ente absque causa et procreatione introducentes." Zenonis autem aliorumque Stoicorum placita de Malo qui cognoscere cupiat, consulat Stobæi Eclogg. Phys. et Eth. II. 7. p. 90. sqq. et Gatakerum ad Marc. Antonin. II. 1. p. 37. quorum summa eo redibat: Nihil esse bonum, nisi quod honestum, nihil malum, nisi quod turpe sit. (Cic. ad Att. X. 4.) Stobæus in Eclogg. I. 42. p. 896—898. Heer. itidem Platonicorum, Peripateticorum, Stoicorum de Malo animæ decreta enumerat, ubi de Plotino ita: *προστιθέντων ὁπωσοῦν τῇ ψυχῇ, τὸ κακὸν ἀπὸ τῆς φύσεως καὶ τῆς ἀλόγου ζωῆς Πλοτίνοι·* (corrige Πλωτίνου·) *καὶ Πορφυρίου ὡς τὰ πολλά.* Eorum tamen, nec minus aliorum, qui vulgo dogmatici dicuntur, philosophorum decreta rursus exagitabant Sceptici negantes, quidquam esse *φύσει ἀγαθὸν ἢ φύσει κακόν*, " natura bonum aut natura malum." (Sext. Empir. adv. Ethicos, XI. §. 110. sqq. p. 711. sqq. Fabric.) Plotinus, ut huc revertar, quatenus cum Platone suo faciat, et ad ejus decreta cum intelligenda tum firmanda conferat, hujus ipsius libri lectio eruditiores docet. Plotini autem aliorumque recentiorum Platonicorum, ubi aliis in locis, ita in hoc quoque, naviter expilavit Dionysius, qui fertur, Areopagita (de Divinis nomm. IV. §. 18. sqq.) longa satis disputatione, cujus summam apponemus his paucis verbis, quæ ex S. Maximi Scholiis p. 619. hic apponere juvat:— *δεικνὺς ὡς οὔτε ἐνυπόστατον τὸ κακὸν, οὔτε ἐν φύσει, ἀλλὰ κατὰ στέρησιν ἀγαθοῦ γινόμενον, οὔτε ὂν, οὔτε ὡς μὴ ὂν λογιζόμενον.* " Demonstrando, Malum neque existentiam habere, neque in rerum natura censeri, sed cum boni privatione fiat, neque esse, neque tanquam non ens concipi:" addit locum Psalm. XXXVI. v. 35. et 36. et Dionysium Manichæis potissimum respondere. Cæterum quantopere hæc quæstio celebrata fuerit, arguunt hæc Tertulliani de Præscript. Hæret. cap. 7: " Eædem materiæ apud *hæreticos* et *philosophos* volutantur, iidem retractatus implicantur, *unde Malum et quare?*" Itemque Eusebii Hist. Eccles. V. 27. *πολυθρύλλητον παρὰ τοῖς αἱρεσιώταις τὸ πόθεν ἡ κακία*; Nimirum Gnostici, Manichæi hanc quæstionem præcipue agitabant. Excerpta hujus libri Plotiniani insigniora præstat Tennemann. in Historia Philosophiæ Germanice scripta Vol. VI. p. 143. sqq. Anglice integrum vertit Thomas Taylor in: Five Books of Plotinus, Lond. 1794. p. 57. sqq.

136, 14. *τῆς γνώσεως ἑκάστων δι' ὁμοιότητος γιγνομένης*] Hinc Porphyrius in Sententt. XXVI. p. 129: *τῷ γὰρ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον γιγνώσκεται*, et Proclus in Alc. pr. p. 247. ed. nostr. *τῷ γὰρ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον πανταχοῦ κατάληπτον, τὰ μὲν ἐπιστητὰ τῇ ἐπιστήμῃ, τὰ δὲ νοητὰ τῷ νῷ, τὰ δὲ ἐνικώτατα μέτρα τῶν ὄντων τῷ ἑνὶ τῇ ψυχῇ* (vel *τῆς ψυχῆς*). Ac quod Plotinus h. l. tanquam *ἀξίωμα* universe ponit, idem supra I. 6. 9. p. 57. G. sigillatim ita adhibet: *οὐ γὰρ ἂν πώποτε εἶδεν ὁ ὀφθαλμὸς ἥλιον, ἡλιοειδὴς μὴ γεγενημένος*, ubi vid. annot. nostr. Adde Proclum in Platonis Tim. p. 332. Themistium in Aristotel. de Anima I. fol. 66. b. Philopon. in eundem fol. 34. b. et sæpius, qui interpretes certatim laudant versus Empedocleos, in quibus idem *ἀξίωμα* inesse docebant: *γαίῃ μὲν γὰρ γαῖαν ὀπώπαμεν, ὕδατι δ' ὕδωρ, κ. τ. λ.* Tu vid. Empedoclis Carmina v. 318—320. et in eos versus Sturzii Annott. p. 634. sq.

17. *Εἶδος δὲ τὸ κακὸν—ἐνδαλλόμενον*] In his Plotinus negat speciem malo tribui posse, quum boni absentia contineatur; eaque partim ex iis intelliguntur, quæ supra libro sexto de Pulcritudine disputaverat, partim ex hoc ipso libro et sequentibus clariora fiunt.

p. 137, 3. *ἥπερ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τοῦ κακοῦ ἔσται*] Crediderim *ἥπερ* legisse Ficinum, qui vertit: " ideo *eadem* boni malique notitia erit:" nimirum intellecto vocabulo *ἐπιστήμη* ex antecedentibus. Taylor: *On this account we obtain a knowledge of good and evil;* Engelhardt.: *und sonach die Kenntniss des Guten die Kenntniss des Boesen mitbræchte.* Mihi placet *εἴ-*

περ relatum ad superius εἰ et ad inferius ἐπεί-περ.

— 4. προηγούμενα] Proprie *antecedentia*, h. l. et alibi autem *præcipua*, *præstantiora*, non debent confundi cum Stoicorum προηγμένοις. Vid. Wyttenb. ad Plutarch. p. 779. 780. De his (προηγμένοις, *productis*, *promotis*) vid. Cic. de Finn. III. 15. 16. ibiq. interprr. et Stobæi Eclogg. II. 7. p. 144. sq. ed. Heer. cf. annot. in Procl. Alc. pr. p. 235. sq. Plotinus II. 3. 16. p. 146. E. προηγούμενα οὖν καὶ ἐπακολουθοῦντα πάντως καὶ πάλιν ἐπὶ τούτοις τὰ ἐφεξῆς προηγούμενα ὡς ἐκ τῶν παρόντων· ὅθεν ἴσως ἀεὶ χείρω τὰ ἐφεξῆς. II. 3. 18. p. 147. G. Ἆρ' οὖν τὰ κακὰ τὰ ἐν τῷ παντὶ ἀναγκαῖα, ὅτι ἕπεται τοῖς προηγουμένοις κ. τ. λ. cf. IV. 4. 8. et III. 8. 3. IV. 4. 39. (ubi est προηγουμένως, *præcipue*,) VI. 6. 9. ubi infinitivus προηγεῖσθαι.

— 5. καὶ εἴδη, τὰ δὲ οὔ] In his hæret Engelh. et necessario scribendum esse dicit: καὶ εἴδη, τῶν δὲ οὐ sc. εἴδη ὄντων (?), atque ita legisse Marsilium suis in libris opinatur. Nos, qui Marsilii Codices ex Florentinis libris novimus, potius dixerimus, eum, ut sæpe alibi, liberius vertisse; et cum nullus liber scriptus quidquam variet in his verbis, ita locum accipiamus, ut cogitando suppleamus καὶ τὰ μὲν εἴδη, τὰ δὲ οὔ sc. ἐστί: *et quandoquidem hæc* (Meliora) *species sunt*, *illa* (Deteriora) *non*. Quæ ellipsis, nec Xenophonti inusitata, in Plotino nihil mirationis habet.

— 12. μέτρον πάντων καὶ πέρας (τὸ ἀγαθόν)] Platonis decretum. Ille enim de Legg. IV. 716. c. p. 355. Bekk.: ὁ δὴ θεὸς ἡμῖν πάντων χρημάτων μέτρον ἂν εἴη μάλιστα, καὶ πολὺ μᾶλλον ἢ πού τις, ὥς φασιν, ἄνθρωπος. Quibus verbis tangit illud Protagoreum: πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρωπον εἶναι. cf. Platon. Theæt. p. 152. a. Cratyl. p. 385. ubi adhibe Procli Scholia p. 14. sq. Boisson. Idem placitum Protagoræ refutare etiam instituit Aristot. Metaphys. III. 5. p. 61. Sylb. cf. Sext. Empir. Pyrrhon. Hypotyp. I. §. 216. ibiq. Fabric. p. 55. Platonis Plotinique sententiam uberius explicat Proclus in Inst. Theol. c. 117. p. 172, ed. nostr. πᾶς θεὸς μέτρον ἐστὶ τῶν ὄντων. εἰ γάρ ἐστιν ἐνιαῖος ἅπας θεὸς, τὰ πλήθη πάντα ἀφορίζει καὶ μετρεῖ· πάντα μὲν γὰρ τὰ πλήθη, τῇ ἑαυτῶν φύσει ἀόριστα ὄντα, διὰ τὸ ἓν ὁρίζεται. τὸ δὲ ἐνιαῖον μετροῦν καὶ περατοῦν οἷς ἂν παρῇ, βούλεται περιάγειν εἰς ὅρον τὸ μὴ τοιοῦτον κατὰ τὴν αὐτοῦ δύναμιν.

— 14. αὐτός τε γὰρ ὑπέρκαλος] Inde ab his verbis incipit descriptio mentis.

— 15. βασιλεύων ἐν τῷ νοητῷ] Locutio propria de mente. Fons in Platonis Philebo p. 28. ὡς νοῦς ἐστι βασιλεὺς ἡμῖν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς, ubi vid. Stallbaum. p. 76. cf. Plotin. V. 3. 3; ubi item νοῦς βασιλεύς. Hinc νοερὰς βασιλείας Proclus usurpat in Alc. pr. p. 249; cf. quæ posuimus ad Porphyr. de Vit. Plotini III. p. 98. Fabric.

— 17. τοὺς ἐκ προτάσεων κ. τ. λ.] Vid. supra I. 3. 4. p. 21. C. τὴν λεγομένην λογικὴν πραγματείαν περὶ προτάσεων καὶ συλλογισμῶν et quæ ibi adposui.

p. 138, 4. ἀλλ' ἔχει πάντα, καὶ ἔστι πάντα] Cf. Enn. VI. 9. 2. extr. τοῦ νοῦ τὰ πάντα ὄντος.

— 11. Ἡ δὲ ἔξωθεν περὶ τοῦτον χορεύουσα ψυχὴ κ. τ. λ.] Fallor aut mysticas saltationes cogitavit, cum hoc verbo uteretur Lycopolites philosophus. More enim receptum erat apud veteres, σὺν ῥυθμῷ καὶ ὀρχήσει μυεῖσθαι, uti est apud Lucianum de Saltatione cap. 15. In quam similitudinem eum deducere poterat locus Platonis in Euthydemo p. 277. d. καὶ γὰρ ἐκεῖ χορεία τίς ἐστι καὶ παιδιὰ, εἰ ἄρα καὶ τετέλεσαι· καὶ νῦν τούτῳ οὐδὲν ἄλλο ἢ χορεύετον περὶ σὲ καὶ οἷον ὀρχεῖσθον ὡς μετὰ τοῦτο τελοῦντε. ubi vid. Heindorf. p. 320. Eum locum attigit Proclus in Platonis Theolog. VI. 14. p. 382. De re plura collegi in Symbolica et Mythologia, quæ hic adscribere me nil attinet.

— 13. θεῶν ἀπήμων καὶ μακάριος ὁ βίος] Ex Homerico epitheto Deorum in philosophorum disputationes traductum. Cf. Herodot. I. 32. ubi homo: ἄλλο μὲν ἔχει· ἄλλου δὲ ἐνδεής ἐστι. Hinc ὀλβίου adeoque μακαρίου notiones tanquam oppositæ humanis felicitatibus. Hinc μακαρίζειν (Herodot. I. 31. cf. Zonar. Lex. p. 704.) et μακάριος (Wyttenbach. ad Plutarch. p. 767. sq. cf. p. 602.), quod nonnunquam etiam ad eos transfertur, qui Diis comparantur, cf. Plotin. III. 2. 1. III. 7. 3. Olympiodor. in Alc. pr. p. 171. μακάριον δὲ αὐτόν φησιν, ὡς μέλλων αὐτὸν συνάπτειν θεοῖς. ἐν τούτοις γὰρ ἡ μακαριότης διὰ τὴν στέρησιν τοῦ κηρός. κ. τ. λ. Procl. in Platonis Theol. XV. p. 41. οὐ γὰρ ἐθέλει χραίνεσθαι τὸ μακάριον αὐτῶν (τῶν θεῶν), ἐπεὶ καὶ τοῖς παρ' ἡμῖν

ἀγαθοῖς μετὰ ῥαστώνης ὁ βίος καὶ ἀπράγμων καὶ ἄλυπος. Ad sententiam autem: Deos et quæ Deorum sint omni ex parte optime se habere, cf. ipsius Platonis disputata de Republ. II. 20. p. 381.

p. 139, 3. Λείπεται τοίνυν κ. τ. λ.] Disputat de his et sequentibus decretis Tiedemann in Geist der specul. Philosophie III. p. 330. sqq. comparans III. 2. 5. et 11. III. 2. 11. III. 3. 3. Similia Plotinianis decretis de malo ex *Persarum* libris Ssuficis, itemque ex *Indorum* scriptis in medium profert Tholuck. in Libro: *Ssufismus, sive Theosophia Persarum Pantheistica*, p. 254. sqq. neque Dionysii Areopagitæ, qui dicitur, oblitus, qui pag. 494. ed. Cotelerii ita, οὐκ ἄρα οὔτε ἐν δαίμοσι οὔτε ἐν ἡμῖν τὸ κακὸν, ὡς ὂν κακὸν, ἀλλ' ὡς ἔλλειψις καὶ ἐρημία τῆς τῶν οἰκείων ἀρετῶν τελειότητος. Cf. ib. p. 497.

— 5. Μὴ ὂν—οὔ τι τὸ παντελῶς μὴ ὄν] Primarium decretum et ex media antiquorum philosophorum doctrina desumptum, de quo Plato in Parmenide aliisque Dialogis, Aristoteles in Physicis et Metaphysicis disputant. *Non ens* autem quid sit, solummodo ex contrario, *Ente*, intelligitur; de quo alibi copiose exponit Plotinus. Vid. v. c. III. 8. 9. IV. 7. 14. VI. 4. 2. VI. 9. 2. Proclus in Alcib. pr. p. 22. καὶ μὴν καὶ ὁ Τίμαιος, ἀνάλογον τοῖς οὖσι τὰς γνώσεις διελόμενος, νοήσει μὲν ἡμᾶς καὶ λόγῳ παρακελεύεται τὰ ὄντα κρίνειν, δόξῃ δὲ καὶ αἰσθήσει τὰ μὴ ὄντα γινόμενα, καὶ ἀπολλύμενα. Bene Moshemius in Dissert. de Creatione ex nihilo §. 7. p. 164: "τὸ ὂν antiquissimis Græcorum philosophis id dicebatur, quod *immutabile, constans, perenne, fixum* et *definitum* est: τὸ μὴ ὂν vero, quod certa et constanti natura haud præditum est, sed perpetuo fluit, mutatur, labitur, et convertitur." Quomodo autem μὴ ὂν h. l. accipi velit Plotinus, ipse continuo explicat.

— 17. Τίνι οὖν ὑποστάσει κ. τ. λ.] Fic. vertit *fundamento;* Engelh. *Substanz;* Taylor. *receptacle.* Ego nil decreverim. Cæterum vid. Diodor. XIII. 82. p. 203. ubi est *fundamentum templi.* Cf. Polyb. I. 5. 3. ibiq. interprr. et I. A. Ernesti in Lex. Polyb. p. 640. Schweigh. Suid. III. p. 560. sq. unde Zonaras habet. Adde Wetsten. in N. T. Vol. II. p. 200. et Suiceri Thes. Eccles. II. p. 1398.

140, 10. τὴν τοῦ κακοῦ] κακοῦ pro καλοῦ expresserunt etiam Engelh. et Taylor. Eadem harum vocum confusio frequens est cum in aliis scriptoribus, tum in ipsis his Enneadibus, v. c. infra p. 715. B. supra p. 55. D. ad quem locum in editione Heidelbergensi libri de Pulcritudine p. 293. plura laudavi. Adde Olympiodor. in Alcib. pr. p. 115. ubi item κακὸν reponendum pro καλόν.

— 12. Τὴν δὴ ὑποκειμένην] Vertit Ficinus: *naturam* subditam, neque tamen in libris φύσιν legimus. Engelh. supplevit *Materie*, et ipse sine libris, quorum nullus ὕλην exhibet. Fortasse Plotinus cogitavit οὐσίαν ex sequentibus, nisi φύσιν respexit in præcedentibus.

— 17. Σωμάτων δὲ φύσις—δεύτερον κακόν.] Hæsit in hoc loco Engelhardt., recte monens, Plotinum in his duo subjecta cogitasse, ad quæ singula membra alligaret: φύσιν et σώματα. Ita autem mutat et vertit: "*Die Natur der Körper aber, in so fern sie an der Materie Theil hat, wurde ein Böses, aber nicht das erste seyn, denn sie hat doch eine gewisse, wenn auch nicht wahrhafte Gestalt, und ist des Lebens nicht* (?) *beraubt. Die in ihr befindlichen* Individuen *aber verderben sich selber unter einander* durch *die von ihrer selbst augsehende ungeordnete Bewegung* (φορᾷ—ἀτάκτῳ), *und sind der Seele in ihrer eigenthumlichen Wirksamkeit hinderlich* (nimirum σώματα), *flichen als Zweites Böse, ewig fliessend, die Wesenheit.*" Ego partim Codicum auctoritate, partim conjectura legerim: Σωμάτων δὲ φύσις—εἴη. ἔχει μὲν γὰρ εἶδός τι οὐκ ἀληθινὸν, ἐστέρηται δὲ ζωῆς. φθείρει (sc. σώματα) τε ἄλληλα· φορά τε παρ' αὐτῶν (sc. σωμάτων) ἄτακτος (sc. ἐστί) ἐμπόδιά τε ψυχῆς (sc. σώματά ἐστι)—κ. τ. λ. Taylor h. l. ut plerumque se ad Ficinum pressule adplicuit; ac proinde melius quam Engelh. secutus est lectionem ἐστέρηταί τε ζωῆς, vertens: *It is, besides this,* destitute *of life.*

p. 141, 3. Ἀλλὰ τίς ἡ κακή; κ. τ. λ.] Fic. videri possit legisse δουλωσαμένη. Possis etiam: Ἀλλὰ τίς ἡ κάκη; "Sed quænam est *pravitas?* Qualis est homini servili, cui pravitas animæ natura ingenerari solet." (De κάκη pro κακία vid. supra ad p. 55. A.) Sed tamen et vulgata commodam explicationem habet, si post οἷον cogites:

ἐστὶ ψυχὴ, qualis *est* anima ei, qui mancipatus sit. Cæterum Plato, quem hic suo illo φησὶ laudat Plotinus, non uno tantum loco *servilis animi* mentionem facit. Sufficit unum laudasse ex Alcib. pr. p. 17. Etwall. p. 144. Buttm. cf. Olympiod. in eum p. 148. sqq. ubi plura posuimus in annotatione.

— 10. οὐδὲ κατ' αὐτὴν] Fic. legisse videtur καθ' αὑτήν. Engelh. contra legit κατ' αὐτὴν, ita accipiens hæc: Primum anima non extra materiam est, neque vero ab ea (materia) usquequaque determinatur. Fortasse, si εἶναι probum est, hæc loci sententia: Anima neque extra materiam est, neque talis (i. e. pravæ) est, quatenus ipsa est (i. e. secundum suam propriamque naturam). Nam in ejusmodi loco nihil decerno.

— 14. καὶ τῷ ἐπισκοτεῖσθαι τῇ ὕλῃ] Varie usurpatur hoc verbum. Nam et de corporibus cælestibus dicitur, quæ splendore suo visui obstant, et oculis tenebras offundunt et ipsa aliis corporibus obscurantur. Vid. Dorvill. ad Charit. p. 636. sq. ed. Lips. [p. 713. ed. Amst.] ubi etiam de constructione hujus verbi agitur. Cf. Longin. de Subl. XXXV. 4. Hinc varias ad metaphoras transfertur. Sufficiet unum exemplum protulisse nostri loci simillimum. Iamblichus ap. Stob. Ecl. Physs. I. 51. p. 792. Heer. Οἱ δ' ἀπὸ Πλάτωνος καὶ Πυθαγόρου παρεῖναι μὲν καὶ ἐν τοῖς ἀρτιγενέσι φασὶ τὸν λόγον, ἐπισκοτεῖσθαί γε μὴν ἐν τοῖς ἔξωθεν, καὶ μὴ ἐνεργεῖν τὴν οἰκείαν ἐνέργειαν, ἀλλ' ἡσυχάζειν. Sub finem Capitis Engelhardt. verba impeditiora ita expedire studuit: ἡ δὲ μὴ μείνασα τοῦτο, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς προελθοῦσα, τῷ μὴ τελείῳ μηδὲ πρώτῳ (μεμιγμένη sc. ἡ ψυχὴ οὐ μείνασα) οἷον ἴνδαλμα ἐκείνης (sc. τῆς τελείας ψυχῆς) τῷ ἀλλείμματι (potius ἐλλείμματι). Bene, si quid video; et libri ex parte adstipulantur. Sed ad verba τῷ μὴ τελείῳ μηδὲ πρώτῳ equidem suppleri malim ὁρισθεῖσα, quod Participium proxime præcesserat: "anima quæ non perfecto neque eo, quod primum est, *determinari* se passa est." Cæterum quod adjecit Ficinus: *in gradu quodam existens:* eorum verborum in libris nullum est vestigium. Quod in seqq. legitur τῷ σκότει et τῷ σκότῳ, hoc magis Atticum, illud communius est docente Corayo ad Heliodor. Æthiop. p. 198. cf. Gregor. Corinth. p. 22. et p. 615. Schæferi.

p. 143, 1. Οὐδὲ γὰρ τὸ εἶναι ἔχει ἡ ὕλη—αὐτὸ μὴ εἶναι] Extrema ὡς ἀληθῶς—αὐτὸ μὴ εἶναι non expressit Ficinus, sed in Mediceis tamen libris ea comparent. Neque expressit Taylor. Locum impeditum, in quo etiam Engelhardt. hæsit, ita expediendum crediderim: " Neque enim ipsum esse habet materia, alioquin hoc ipso (ταύτῃ, hac ratione i. e. τῷ esse) Boni particeps foret; (Bene Taylor: *By means of which it might be invested with good.*) Sed ipsi (in ipsa materia) æquivocum est (verbum) *esse;* ita ut vere dicatur (scil. de materia) *esse* ipsum non esse." (Legerim aut ὡς ἀληθὲς, quod sexcenties pro ἀληθῶς usurpare nemo nescit, nescierunt autem aliquot librarii, et λέγειν, et conjunxerim ὡς ἀληθὲς λέγειν, et extremo loco: αὐτὸ τὸ μὴ εἶναι). Admonent hæc loci Diogenis Laërtii in Pyrrhone, IX. 77. Μόνον οὖν διακόνοις ἐχρῶντο τοῖς λόγοις· οὐ γὰρ οἷόν τε ἦν μὴ λόγῳ (vid. Kühnium in annot.) λόγον ἀνελεῖν καθ' ὃν τρόπον εἰώθαμεν λέγειν τόπον μὴ εἶναι, καὶ δεῖ πάντως τὸν τόπον εἰπεῖν. ἀλλ' οὐ δογματικῶς, ἀποδεικτικῶς δέ. καὶ μηδὲν γενέσθαι κατ' ἀνάγκην, καὶ δεῖ τὴν ἀνάγκην εἰπεῖν. Materiam autem ita describit Porphyrius in Sententt. XXI. p. 227.:—ἔλλειψις παντὸς τοῦ ὄντος· δι' ὃ πᾶν ὃ ἐπαγγέλλεται, ψεύδεται· κἂν μέγα φαντασθῆναι, μικρόν ἐστιν· οἷον γὰρ παίγνιόν ἐστι, φεῦγον εἰς τὸ μὴ ὄν· ἡ δὲ φυγὴ οὐ τύπῳ, ἀλλὰ τῇ ἐκ τοῦ ὄντος ἀπολείψει κ. τ. λ. Cf. Proclum in Alc. pr. p. 108. ubi ὕλη et ψεῦδος dicitur et αἰτία πονηρίας. Adde Plotinum ipsum infra IV. 2. 1. init. ubi alia dabimus p. 159.

— 6. ἀλλ' ἐκεῖνο ὃ οὐδὲν κ. τ. λ.] Placet lectio plurium librorum: ἀλλ' ἐκεῖνο ὃ οὐδὲν μέν πω τούτων: " sed illud quod *horum nccdum quidquam* est." Ita legit etiam Ficinus h. l. et hunc secutus Taylor. Ita sequens δὲ habet, quo referatur. Probum etiam videtur proxime πονηρίαν propter præcedentia: ἀδικίαν—κακίαν. In seqq. ex Codicum vestigiis conjectare possis: ἡ ὕλη, ut respondeat τοῖς μέρεσι. Sed tamen hujuscemodi subitæ conversiones constructionis in Plotino frequentissimæ. Deinde omnium librorum auctoritate posuimus ὁρμᾷν pro ὁρᾷν. Illud expresserunt etiam Taylor et Engelhardt.

— 11. τόσον μὲν ἔλλειψιν καὶ ὑπερβολὴν] Conf. Hippocrat. de Flatibus p. 296. Foes. qui ἰατρικὴν dicit ἀφαίρεσιν μὲν τῶν ὑπερβαλλόντων, πρόσ-

θεσιν δὲ τῶν ἐλλειπόντων, quæ paullo aliter explicat Eryximachus medicus in Platonis Conviv. p. 187. p. 396. Bekk., ubi vid. Sydenhami not. Hippocratis locum tangit etiam Olympiod. in Alc. pr. p. 6. Idem ibidem p. 124. *αἶσχος* et *νόσον ψυχῆς* explicat: cf. Plotin. supra p. 54. D—F.

143,14. *ὕλην—χρησμοσύνην*] Hoc Heracliteum et Stoicum vocabulum. Heraclitus enim ejusque sectatores in hac quidem re, Stoici, statum combusti mundi, sive interitus et exinanitionis *χρησμοσύνην*, restituti autem et exornati *κόρον* appellabant. Philo Leg. Allegor. III. 89. Mangey. cf. p. 839. Wyttenbach. ad Plutarch. de *εἰ* Delph. p. 283. Hanc igitur appellationem ad *materiam* traduxit noster, quo indigentiam ejus declararet. Qua de re pluribus disputavi infra p. 317. C. D.

— 17. *ἃ δ' ἂν—κατέχειν οὐχ ἑκόντας*] De *ἑκουσίῳ* et *ἀκουσίῳ* eorum, quæ homines prave faciunt, copiose disputat philosophus in Magn. Morall. I. 14. sqq. p. 16. sqq. ed. Sylb.

p. 144, 4. *ἀμείνους—καὶ τούτῳ*] Ficinus haud dubie legit: *ἀμείνους—καὶ τοῦτο*. Neque vero ullus codex hoc confirmat. Vulgata lectio sic explicanda est: meliores sunt *hoc ipso*, quod superandæ pravitatis necessitas in iis nulla est. Cæterum quantopere hæc sententia philosophi nostri refragetur Apostolorum effatis, nemo est qui nesciat.

— 6. *Ἐπισκεπτέον δὲ κ. τ. λ.*] Locus in Theæteto p. 176. p. 247. Bekk. ita habet: *Σωκρ. Ἀλλ' οὔτ' ἀπολέσθαι τὰ κακὰ δυνατὸν, ὦ Θεόδωρε· ὑπεναντίον γάρ τι τῷ ἀγαθῷ ἀεὶ εἶναι ἀνάγκη· οὔτε ἐν θεοῖς αὐτὰ ἱδρύσθαι, τὴν δὲ θνητὴν φύσιν καὶ τόνδε τὸν τόπον περιπολεῖ ἐξ ἀνάγκης*. Eundem locum respicit Plotinus infra III. 2. 5. fin. p. 259. D. Secundæ sententiæ hujus loci respondet hæc in libris de Republ. II. p. 379. p. 98. Bekk.: *Οὐκ ἄρα πάντων γε αἴτιον τὸ ἀγαθὸν, ἀλλὰ τῶν μὲν εὖ ἐχόντων αἴτιον, τῶν δὲ κακῶν ἀναίτιον*. Ad quem locum Astius cum alios scriptores, tum Plotinum nostrum in partes vocat in Comment. p. 432. Tu cf. præterea locum in Politico p. 273. p. 281. Bekk. quem supra ad hujus libri initium attigi, et Hieroclem ap. Stobæum in Ecl. Eth. II. 9. p. 420. sqq. Heer. Attigit celebratissimam hanc sententiam etiam Cyrillus adv. Julian. p. 145. B. Ad proxima cf. Anonymi vitam Pythag. §. 11. ed. Kusteri:—*τὴν δὲ τάξιν μέχρι σελήνης σώζεσθαι, τὰ δὲ ὑπὸ σελήνην οὐκέτι ὁμοίως· ἐξ ἀνάγκης δέ ἐστι καὶ ἡ κακία εἰς τὸν περὶ γῆς τόπον*. Cicero de Republ. VI. 17. (in Somnio Scip. c. 4.) "Infra autem (lunam) jam nihil est, nisi mortale et caducum, præter animos generi hominum munere Deorum datos: supra lunam sunt æterna omnia:" ubi Moserus p. 488. commode comparat locum ex Academicis II. 39. Alia collegit Wyttenbach. ad Plutarch. de Isid. et Osirid. p. 234.

— 13. *Ἀλλὰ τὸ ἐντεῦθεν φεύγειν δεῖν—φυγὴ γὰρ, φησίν κ. τ. λ.*] Rursus Platonem in Theæteto ante oculos habet l. l.: *διὸ καὶ πειρᾶσθαι χρὴ ἐνθένδε ἐκεῖσε φεύγειν ὅτι τάχιστα. φυγὴ δὲ ὁμοίωσις θεῷ κατὰ τὸ δυνατόν. ὁμοίωσις δὲ δίκαιον καὶ ὅσιον μετὰ φρονήσεως γενέσθαι*.

— 17. *καὶ τοῦ προσδιαλεγομένου κ. τ. λ.*] In his Plotinus respicit ea, quæ in illo Dialogo præcedunt: *Θεόδωρος. Εἰ πάντας, ὦ Σώκρατες, πείθοις ἃ λέγεις, ὥσπερ ἐμὲ, πλείων ἂν εἰρήνη, καὶ κακὰ ἐλάττω κατ' ἀνθρώπους εἴη. Σωκρ. Ἀλλ' οὔτ' ἀπολέσθαι—ἀνάγκη*. Vide quæ supra ex eo loco integra adposui. Illa autem de *ὁμοιώσει* supra jam tractavi ad I. 2. 1—3. Cf. etiam, quæ supra traduntur I. 6. 8. p. 57. A. de fuga neque terra nec mari capessenda, et quæ ibi annotavi. Conjunxit autem hos locos Vincentius Bellovacensis, qui in Speculo Historiali lib. V. cap. 8. hæc posuit: "Fuit et alius Platonicus, de quo idem Augustinus in præfato libro (de Civ. Dei), cujus etiam illam notabilem recitat sententiam. Fugiendum est, inquit, ad clarissimam patriam, et ibi patent tibi omnia. Quæ igitur classis aut fuga similem Deo fieri?"

p. 145, 10. *Ἡ οὐκ ἀνάγκη λέγειν αὐτὸν*] Ita dedimus postulante sententia (interpretatur enim Plotinus h. l. Platonem) et jubentibus libris. Locus autem, si quid video, ita verti debebat: "vel non necesse est eum dicere (Platonem scilicet in loco Theæteti) quod hoc vere dicatur in omni opposito (nimirum altero opposito dato dari etiam alterum): sed (dicere Platonem) quod hoc vere dicatur de Bono?" Vernacule: "*Oder ist es nicht nöthig, dass Plato behaupte, dieses werde von jedem Gegensatze richtig ausgesagt, sondern* (*dass er behaupte*) *nur vom Guten werde*

dies richtig ausgesagt." Taylor et Engelh. Ficinum secuti sunt.

— 13. *τὸ μὲν οὖν μὴ εἶναι—ἐστὶ πιστόν*] i. e. verum, certum, indubitatum est. Vid. Hesych. in v. *πιστά*. Ez. Spanhem. ad Julian. Opp. p. 174. et Wetstenii N. T. II. p. 538. quia nimirum inductione est demonstratum.

— 14. *ὅλως δὲ οὐσία οὐκ ἔστι δεδειγμένον*] Hæc sic expedire instituas, ut conjicias *ὅλως δὲ ἐπ' οὐσίας*, universe autem de essentia (sive *in* essentia). Sed alio nos ducit Simplicius in Aristotelis Categorias fol. 27. a.: *ἡ μὲν οὖν δόξα, ἀφ' ἧς ὁρμώμενοι ἄλλοι τινὲς καὶ ὁ μέγας Πλωτῖνος ἀντιλέγουσιν, ἔστι τοιαύτη. χρῶνται δὲ λόγοις τοιούτοις· τὸ μὴ εἶναι μηθὲν οὐσίᾳ ἐναντίον ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστα οὐσιῶν ἐστὶ πιστὸν, τῆς τε ἀτόμου καὶ τῆς εἰδικῆς καὶ γενικῆς, τῇ ἐπαγωγῇ δεδειγμένον, ὅλως δὲ οὐκ ἔστι δεδειγμένον.* Vides eum non legisse illud molestum *οὐσία* suo in codice, et veri est simile, ex sequente linea illud huc esse perperam translatum. Propterea uncis inclusimus. Utrum vero illa *τῆς τε ἀτόμου—γενικῆς* de suo addiderit, an item in libro suo legerit Simplicius, non exputaverim. In nostris Codd. certe nihil vestigii: sed interpretationi tamen egregie inserviunt. Pergit Simplicius: *Πρὸς δὲ τοῦτο εἷς τροπος ἀντιλογίας γένοιτο ἂν ὑπομνῆσαι τὴν περὶ τὴν καθόλου διδασκαλίαν.* Tum pluribus interjectis, quibus Plotini hæc decreta examinantur, ita pergit: *Ἀλλὰ δὴ καθόλου, φησὶν ὁ Πλωτῖνος, τῇ οὐσίᾳ ἡ μὴ οὐσίᾳ ἀντίκειται, τῇ δὲ ἀγαθοῦ φύσει, ἡ κακοῦ φύσις, καὶ τῇ ἀρχῇ τῶν βελτιόνων ἡ ἀρχὴ τῶν χειρόνων ἐστιν ἐναντία.* Nec horum extremorum verborum nostris in libris ullum vestigium comparet. Tum Simplicius, posteaquam copiose acuteque de his sententiis disputavit, ita pergit: *πᾶσι μὲν οὖν ταῦτα τὰ ἐναντιώματα ἑπακολουθεῖ τοῖς ἐν ἀρχῇ τὸ κακὸν καὶ τὸ μὴ ὂν ἀφοριζομένοις, μάλιστα δὲ Πλωτίνῳ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἀπὸ τῆς ἑνώσεως ἀρχομένοις. οὗτοι γὰρ τὸ ἓν καὶ ἀγαθὸν ἐν ἀρχῇ προτιθέντες, ἐπεισοδιῶδες ὀφείλουσι ποιεῖν τὸ ἀπὸ τῆς διαιρέσεως πλῆθος, καὶ τὸ κακὸν κατὰ συμβεβηκὸς ἐπιγινόμενον καὶ μηδαμῶς προηγούμενον ἀποφαίνεσθαι. ὡς δὲ ννν λέγεται καὶ πρὸς ἑαυτὸ ἐναντίως ἀφώρισται.* Sequentia, quoniam longiora sunt, apud ipsum Simplicium legant necesse est, qui in hæc decreta accuratius inquirere cupiant.

146, 4. *ὅσα δὲ—συμπληρώσει τοῦδ' ἐστι—ἐστί*] Verbotenus: *Complemento ejus quod sunt.* Utitur autem sæpius hoc vocabulo. Cf. v. c. III. 2. 5. VI. 3. 15. Engelh.: "*Was aber ganz und gar von einander gesondert ist, so zwar, dass die verschiedene Natur des Einen durch ihren Uebertritt in das Andere gerade als das Entgegengesetzte dieses Andern erscheint—*"

— 7. *πέρατι δὴ* (vel *δὲ*) *καὶ μέτρῳ—ἐν τῇ θείᾳ φύσει, ἀπειρία καὶ ἀμετρία*] Hanc sententiam de termino ac mensura in Deorum natura, infinito et immoderato in contrariis naturis, haustam e Pythagoreorum decretis, cum alibi, tum in Philebo præsertim explicuit Plato, et reliquis philosophis copiosam disputandi materiam exhibuit. Vid. Phileb. p. 23. c. p. 59. sqq. Stallbaum. (cui interpreti obloquitur Rudelbach. in Disquis. de Ethices principiis. Havniæ, 1822. p. 109. sq.) cf. Aristotel. Metaphys. I. 5. XII. 4. XIII. 4. Magna Moralia I. 1. Proclus in Theol. Platon. III. 7. idem in Inst. Theol. c. 86. sqq.—89. ubi definit, quatenus omne vere ens ex fine (*ἐκ τοῦ πέρατος*) et infinito (*ἐκ τοῦ ἀπείρου*) est: Vid. p. 134. ed. nostr.

— 10. *ψευδόμενον—ψεῦδος*] Ad hæc recole, quæ supra ad cap. 5. p. 75. C. de *materia mendaci* ex Porphyrio et Proclo excitavimus.

— 13. *τὸ μὴ πανταχοῦ οὐσίαν*] Ficinus haud dubie legendum censuit *οὐσίᾳ μηδὲν εἶναι ἐναντίον*, eique obtemperavimus hoc magis, quod libri nostri ejus lectionis vestigia habent. Construe: *ἀναπέφανται τὸ μὴ πανταχοῦ μηδὲν εἶναι ἐναντίον οὐσίᾳ.* Marsilium secuti sunt Taylor et Engelhardtus. — David Armenius philosophus ms. in Porphyrii Isagog. (in codd. Pariss. Regg. 1937. et 1938. itemque in Monacc. 99. et 399.): *Ὥσπερ ἀληθείας προιστάμενοι οἱ τὰ Πλάτωνος πρεσβεύοντες δόγματα τῆς Ἀριστοτελικῆς διαιρέσεως ἐπιλαμβάνεσθαι σπουδάζουσι. φασὶ γὰρ ὅτι ἐναντία αὐτῷ καὶ τοῖς ἄλλοις φθέγγεται ὁ* (Articulus abest in aliis libris) *Ἀριστοτέλης φάσκων τὴν οὐσίαν διαιρεῖσθαι εἰς ἐναντιότητα, εἴγε ἐν κατηγορίαις φησὶ μὴ ἔχειν αὐτὴν ἐναντιότητα. Πλωτῖνος δὲ καὶ τὴν αἰτίαν ἔλεγε. φησὶ γὰρ δικαίως οὐκ ἔχει ἡ οὐσία ἐναντία τὰ καθόλου* (ita Paris. 1937. et Mon. 399. In Paris. 1938. lacuna h. l. est expleta a recentiore manu; Monacensis 99. habet:—*δικαίως οὐκ ἔχει ἡ οὐσία ἐναντιότητα*)· *οὐκ ἔστιν ἐν ὑποκειμένῳ, αὐτὴ γὰρ ὑποκείμενον ὑπάρ-*

χει. Τὰ γοῦν ἐναντία πάντως ἐν ὑποκειμένῳ ὄντα τὴν μάχην ποιεῖται· οὕτω γὰρ τὸ ψυχρὸν καὶ θερμὸν (Cod. Mon. 99. inverso ordine τ. θ. κ. ψ.) ἕνεκεν ὑποκειμένου μάχονται. βούλεται γὰρ ἓν καὶ ἕκαστον (Monn. ἐν ἕκαστον) τοῦ ἄλλου τὸ ὑποκείμενον λαβεῖν· τὸ ψυχρὸν (γὰρ addunt Monn.) σπεύδει μεταβάλλειν τὸ θερμὸν εἰς ψυχρόν. (Monn. τ. θ. μ. ε. ψ.) Attigit hæc eadem etiam alibi David, ut in Scholiis in Aristot. Categg. cap. III. §. 18. et cap. VIII. §. 14. sqq. et comparanda sunt quæ adversus Aristotelem de Categoriis disputat Plotinus, v. c. VI. 1. 27. VI. 6. 3. sqq.

147, 11. *οὔπω κοσμηθεῖσαν εἰ θεῷτο*] Ficinus hæc extrema dilatavit vertens: " si modo eo in gradu prospiceretur." Taylor hæc prorsus omisit, Engelh., nihil monito lectore: *die* vou dem Gotte *noch nicht geordnet.* Vulnus inveteratum hic videtur latere. Ego legerim *ἐκ θεοῦ του*, quæ nondum exornata sit *ab ullo Deo.*

— 12. *τόνδε τὸν τόπον*] Haud cunctanter ex margine in ordinem recepimus *τόπον* pro *τρόπον*. Respicit enim rursus ad Platonis verba laudata ex Theæteto p. 176.: *τὴν δὲ θνητὴν φύσιν, καὶ τόνδε τὸν τόπον (τὰ κακὰ) περιπολεῖ ἐξ ἀνάγκης.*

— 13. *ἢ τὸ, Ἀλλ' ἐπείπερ ἐγένεσθε κ. τ. λ.*] In his tangit Opificis mundi verba in Platonis Timæo p. 41. a. b. p. 43. Bekk.: *θεοὶ θεῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργὸς πατήρ τε ἔργων, ἃ δι' ἐμοῦ γενόμενα ἄλυτα ἐμοῦ γ' ἐθέλοντος. τὸ μὲν οὖν δὴ δεθὲν πᾶν λυτὸν, τόγε μὴν καλῶς ἁρμοσθὲν καὶ ἔχον εὖ λύειν ἐθέλειν κακοῦ. δι' ἃ καὶ ἐπείπερ γεγένησθε, ἀθάνατοι μὲν οὐκ ἐστὲ οὐδ' ἄλυτοι τὸ πάμπαν, οὔτι μὲν δὴ λυθήσεσθέ γε οὐδὲ τεύξεσθε θανάτου μοίρας, τῆς ἐμῆς βουλήσεως μείζονος ἔτι δεσμοῦ καὶ κυριωτέρου λαχόντες ἐκείνων οἷς, ὅτ' ἐγίγνεσθε, ξυνεδεῖσθε. κ. τ. λ.* Quæ sequuntur in Plotini loco ea rursus pertinent ad Theæteti verba. Vid. quæ supra excitavi *de fuga non pedibus sed animo capessenda*, ad cap. 6. p. 76. a. b.

p. 148, 1. *δῆλόν που καὶ αὐτὸς ποιεῖ*] Ita quoque Ficin. eumque secutus Taylor. Respicit enim Platonis illud *μετὰ θεῶν εἶναι.* Engelh. expressit *αὐτὸν*, cogitans *ἄνθρωπον*: " Illud separare se vel non separare a materia aperit hominem" (i. e. indolem hominis).

— 3. *ἀνάγκη τῇ ἐκβάσει—*[*ὑποστάσει*]] Extremam vocem uncis inclusimus, nec Ficinus eam videtur legisse; et possit irrepsisse e sequenti linea, in qua *ὑποβάσει* occurrit. Ceterum Taylor hæc pluribus verbis circumscripsit. *ἔκβασις* autem est *digressio*, ut recte accepit Ficinus: alibi *evasio*, *transgressio* cet. cf. Steph. Thesaur. p. 2538. ed. Valpy. *ὑπόβασις* quid sit, exposui ad hæc Procli in Inst. Theol. c. 97. p. 144.: *Ἀπ' ἐκείνου ἄρα τὴν ἰδιότητα τῆς ἐκείνου ὑποστάσεως πᾶσα δέχεται ἡ σειρά. Εἰ δ' ἀπ' ἐκείνου, φανερὸν ὅτι μετὰ ὑφέσεως καὶ τῆς προσηκούσης τοῖς δευτέροις ὑποβάσεως.* (Cf. etiam Proclum in Alcib. pr. p. 31.) *Ὑπόβασις* est *descensus*, *diminutio*, *detrimentum.* Plato de Legg. VI. p. 775. a. p. 457. Bekk. *καθάπερ ὑποβέβηκεν ἑκάστῳ τὸ τίμημα*: " proportione servata, quo *decrescit* census." Ficin. Est igitur etiam *decrescentia die Abnahme*, *Verminderung.* Hinc Dionysio Areopagitæ de cælesti hierarch. cap. 5. et alibi *τὰ ὑποβεβηκότα* sunt *inferiora*, quæ ceteris subjecta sunt. *ἀποστάσει* item h. l. potius est *defectione*, quo sensu et *ἀπόστασις* et recentioribus maxime *ἀποστασία* sæpe usurpantur. (Irmisch. Indic. in Herodianum in *ὑπόστασις.* Lobeck. ad Phrynich. p. 528. Schleusner. Lex. Nov. Test. in *ἀποστασία.*) Illa forma Plotino familiaris. Vid. II. 8. 1. VI. 2. 5. VI. 6. 1. VI. 7. 42.

— 11. *εἰ διὰ σώματος κακίαν ἡ σύστασις γένοιτο*] Vox *στάσις*, quæ in bonis libris h. l. comparet, potius videtur, licet *σύστασις* satis frequens, verum alio sensu, v. c. in Platonis Phileb. p. 47. p. 142. Stallbaumii, quem vide (ubi tamen codex Clark. Bekkeranam lectionem *σύντασις* confirmat). Cf. Monck. ad Eurip. Hippolyt. 987. Proclus in Alc. pr. p. 75.: *(ὁ δαίμων) ἄνωθεν ἀρχόμενος ἐπιτροπεύει πᾶσαν τὴν σύστασιν ἡμῶν.* Contra idem pag. 210. *πρῶτον μὲν, ὅτι διττῆς ἐν ψυχῇ πονηρίας οὔσης, ὡς αὐτὸς ἐν Σοφιστῇ διεῖλε, καὶ τῆς μὲν κατὰ τὴν ἀγνοίαν ὑφισταμένης τοῦ λόγου, τῆς δὲ κατὰ τὴν στάσιν τοῦ ἀλόγου πρὸς τὸν λόγον νόσος μέν ἐστι ψυχῆς ἡ τοιαύτη στάσις, αἶσχος δὲ ἡ ἄγνοια.* cf. ibid. p. 222. 264. 273. Olympiodor. in Alc. pr. p. 92. 134. Sed tamen cum Plutarchus in Pyrrho cap. 23. p. 465. ita: *ἀποστάσεις δ' ὁρῶν ἅπαντα καὶ νεωτερισμοὺς καὶ σύστασιν ἰσχυρὰν ἐπ' αὐτὸν,* " ubi defectiones et conspirationes et *validam adversus ipsum conjurationem* ubivis vidit" (cf. Bæhr. ad eum locum p. 218.): equidem a vulgata lectione recedere nolui. Hoc si teneas, verte: *conjuratio* fit; si

στάσις præferas: *factio* coëat, *seditio* fiat. Alio sensu συστασίαν usurpat infra VI. 7. 20. init. Plotinus, et σύστασιν atque συστάσεις VI. 3. 25. VI. 7. 11. Alium vocis στάσις usum, pro κατάστασις, attingemus infra ad II. 1. 2. p. 97. F.

p. 149, 7. Γενομένη γὰρ κυρία—ἐμφαντασθέντος] Sæpe dativum regit hoc verbum. Marc. Antonin. II. 12. τὰ ἐμφά ταζόμενα αὐτῷ, ubi de potestate verbi vid. Gatak. p. 49. Synes. de insomn. p. 139. c. Petav. γένη δαιμόνων—εἰδωλικά τε ὄντα καὶ τοῖς γινομένοις ἐμφανταζόμενα. Plotinus VI. 7. 22. p. 714. τοῦ ἐμφανταζομένου κάλλους ἐπ' αὐτοῖς. Sicut autem verbum simplex φαντάζεσθαι frequentat philosophus noster Platonis ad exemplum (de quo monui ad p. 50. B. et plura exempla adposui in editione peculiari libri de Pulcrit. p. 135.137.), ita non minus verbo composito delectatur. Vid. V. c. III. 6. 7. III. 6. 14. III. 6. 17. III. 6. 18. VI. 4. 4. Tertio loco legitur etiam substantivum ἐμφάντασις, quo carent Lexica.

— 16. Ἀλλὰ κρατεῖν ἔδει—Ἀλλ' οὐ καθαρὸν] Notetur particulæ iteratæ usus plane Platonicus, quem deinceps multi adoptarunt. Locorum copiam suppeditat Wyttenbach. ad Phædon. p. 142. De ejus particulæ in objectionibus vi ac potestate non usquequaque convenit inter Grammaticos recentiores. Vid. Hoogev. de Particull. p. 4. IX. ed. Schütz. alt. Viger. de Idiotism. p. 470. et ad eum Hermann. Adde Wess. Alb. van Hengel Annott. in loca nonnulla Novi Test. Amstel. 1824. p. 138. sq. Utrobique autem h. l. vertendum erat *At*; quandoquidem *responsionis* vim proprie habet. Sed talia in Ficini versione qui ubivis corrigere velit, is calcem non videat. Quocirca sufficit Græcæ linguæ studiosos hinc inde harum minutiarum admonuisse.

p. 150, 1. κράσει τοιᾷδε σωμάτων] Ficinus vertit: *certa quadam* corporum complexione. Fortasse hoc pronomen referendum ad ea, quæ in antecedentibus de corpore mixto jam monuerat ex Platonico usu ejus pronominis, quo inservit declarationi subjecti. Vid. Wyttenb. ad Plutarch. de audd. Poëtis (15. B.) p. 173. et ad Phædon. p. 148. Sed tamen etiam ad sequentia h. l. referri potest.

— 2. ἀμβλύτεροι—καὶ ἐμπεποδισμένοι] *Obtusiores vero etiam sunt ad judicandum propter pravitatem corporum refrigerati et impediti.* Hæc jam satis impedita et ipsa etiamsi in parenthesi ponas, sequentia tamen vel vitiosa vel certe lacunosa sunt: αἱ δ' ἐναντίαι, κούφους ἀνερματίστους. Codices nihil præsidii exhibent. Ficinus satis commodam sententiam præstitit vertendo: *alii vero contra effrenata quadam levitate feruntur.* Sed est αἱ δ' ἐναντίαι, quod alio non commode referas, quam ad ἐπιθυμίαι, quod supra legitur, nisi ex præcedente κράσει h. l. cogitando repetere velis κράσεις. Lacunam forte expleas uno verbo ποιοῦσι, ut sententia sit: contrariæ vero *cupiditates* (vel *mixtiones* homines) *reddunt leves et inconstantes.*

— 3. κατεψυγμένοι] Idem verbum recurrit infra IV. 4. 28. Vocem ἀνερματίστους autem ab eodem mutuatus est, unde alii multi, a Platone, qui in Theætet. p. 144. a. ita: ἀλλ' οἵ τε ὀξεῖς ὥσπερ οὗτος καὶ ἀγχίνοι καὶ μνήμονες ὡς τὰ πολλὰ καὶ πρὸς τὰς ὀργὰς ὀξύῤῥοποί εἰσι καὶ ἄττοντες φέρονται ὥσπερ τὰ ἀνερμάτιστα πλοῖα, *ut navigia non saburrata*; unde metaphoræ ratio intelligitur. Cf. Heindorf. ad l. l. p. 289. Ruhnken. et Toup. ad Longin. de Subl. II. 2. p. 229. sq. Weisk. Boissonad. ad Nicet. Eugenian. IX. 35. p. 381. sq. Ad explicationem facit Zonaras p. 191. Lexici, unde Ruhnkenianæ emendationi in Suida institutæ item firmamentum accedit. Lexicon. Sangerm. in Bekkeri Anecdd. p. 398. p. 401. ubi altero loco ἀνερμάτιστος ναῦς· κούφη σάβουρος, οὐκ ἔχουσα ἔρμα. Glossarium Græco-barbarum ap. Cangium in σαβούρα ita: ἀνερμάτιστος ναῦς, κούφη σαβούρας, ἐλαφρὰ διὰ τῆς σαβούρας. Corrige e Lex. Sangerm. κούφη σάβουρος, quod mirum non vidisse Cangium, cum tamen in σάβουρος ipse et alia proferat, et vero e Gregorio M. πλοῖον σάβουρον, i. e. navem *vacuam*. Vides autem hoc ipsum adjectivum κοῦφος junctum esse cum ἀνερμάτιστος a nostro philosopho. De voce σαβοῦραι cf. Corayus in Ἀτάκτοις Tom. I. p. 271. 272. Venuste Philo Jud. de Provident. II. ap. Euseb. P. E. VIII. 14. et in Edit. Armen. Venet. p. 55. κἂν οἱ πολλοὶ σφαλλόμενοι κρίσεως ἀληθοῦς νομίζωσι, δεκασθέντες ὑπὸ κακοῦ διδύμου, τύφου καὶ κενῆς δόξης, δεῖν παρασαλεῦσαι καὶ παραγαγεῖν ἀνερματίστους ψυχὰς περὶ ἃ κηραίνει (sollicitum est) γένος τὸ πλεῖστον ἀνθρώπων.

— 13. Τίνι οὖν ἐγνωρίσαμεν κ. τ. λ.] Redit

Plotinus ad quæstionem capite primo institutam: *κακοῦ δὲ φύσιν τίνι ποτὲ δυνάμει τῶν ἐν ἡμῖν γνοίημεν ἂν, τῆς γνώσεως ἑκάστων δι' ὁμοιότητος γιγνομένης, ἄπορον ἂν εἴη.* In seqq. Fic. legit *φρονήσει αὐτὴν γὰρ γνωρίζει.* Quando enim prudentia virtutem cognoscit, se ipsam cognoscit virtus, siquidem virtutum una ipsa prudentia est. Vid. quæ supra tradiderat ex sententia Platonis philosophus noster p. 55. B. ubi cf. annot.

p. 150, 17. *Ἀφαιρέσει οὖν τὸ μηδαμοῦ τοῦτο*] Ex præcedentibus intelligendum videtur *γνωρίζομεν*: *Cognoscimus separatione* (ablatione) *id quod nequaquam hoc est.* Hoc (*τοῦτο*) designat *ἀρετὴν*, virtutem, ex usu Plotini, qui sæpe Neutrum Substantivis diversi generis subjicit Ficinus eumque secuti Germanicus interpres itemque Britannicus sententiam *περιφράσει* juvare studuerunt. In lectione proximorum verborum novare nolui. Quid Plotinus intelligi velit, satis patefit sequentibus verbis *μέρος—καταλιπόντες.* In seqq. *οὕτω* Participiis subjectum, atque adeo hoc quidem loco interjectum, Platonis lectorem arguit. Vid. modo Heindorf. ad Phædon. §. 13. p. 23. et Wyttenb. ad eund. p. 164. sq. Eundem usum adoptarunt Proclus et Olympiodorus. Vid. horum Commentarios in Alc. pr. p. 163. 304. et p. 5.

p. 151, 2. *λαμβάνοντες*] Est h. l. *ponentes, supponentes*, aut *suspicantes*, ut non male Ficinus. De quo usu vid. Budæi Comment. L. Gr. 144. 197. Stephani Thes. p. 5553. sq. ed. Lond. Similia annotavit Bæhr. ad Plutarchi Alcib. 18. p. 168.

— 6. *αἰσχρὸν φανταζόμεθα*] Materiam tanquam turpem nobis informamus (sc. imaginamur) per defectum speciei.

— 7. *ἢ τὸ παράπαν εἶδος ἀφαιροῦντες. Πᾶν εἶδος κ. τ. λ.*] Hoc alterum *εἶδος* incommodum est. Quod cum sentiret Fic., ita vertendo lenivit, quasi scriptum esset *λελοιπός.* In Codd. nihil auxilii.

— 9. *εἰ ἐμέλλομεν θεάσασθαι*] Cf. supra I. 6. 9. p. 57. G. *εἰ μέλλει θεάσασθαι*, ibiq. annot.

— 11. *ὥσπερ ὄμμα*] A loci sententia aberravit Engelh.; Taylor consultius se Ficino applicuit. Cæterum cf. II. 4. 12. p. 166. G. *πολὺ μᾶλλον ἂν εἴη, ὕλη, κἂν μὴ ἐναργὴς ὑπάρχῃ αἱρετὴ οὖσα οὐ ταῖς αἰσθήσεσιν, οὔτε γὰρ ὄμμασιν, ἄχρους γάρ· κ. τ. λ.*

p. 152, 1. *Ἄποιος δὲ οὖσα (ἡ ὕλη) πῶς κακή;*] " Stoicos materiam *ἄποιον* statuisse, novimus ex Diogene Laërtio VII. 134. Plutarcho adv. Stoic. p. 1085. B.C.F. 1086. A. aliisque: idque Stoicis maxime in *origine mali explicanda* obfuisse, quum eam non in materiam ut *ἄψυχον* et *ἄποιον* referre possent, Platoni rectius cessisse, docet Plutarch. de animæ procreat. in Timæo p. 1015. 1016. quamquam et ipse materiam *ἄποιον* reliquit, non tamen *ἄψυχον* fecit." Wyttenbach. Animadvv. in Plutarch. de Isid. et Osirid. (p. 369. A.) p. 232. De materia *qualitatum experte*, *ἀποίῳ*, cf. Stob. Eclogg. I. 12. 3. p. 318. Heeren. Alcinoum de Doctrina Platon. c. 8. p. 473. Heinsii. Hemsterh. ad Hesych. I. p. 463. sq. Lennep. ad Phalarid. Epist. p. 149. Plotinum ipsum in libro *περὶ ὕλης* II. 4. 1. II. 4. 7. et IV. 7. 3. VI. 1. 26. Proclum in Alc. pr. p. 317. sq. Eundem in Inst. Theol. c. 72. p. 112. Apud eundem *ἄποιον σῶμα* alio sensu accipitur, nimirum, ut sit *iners*, cap. 80. p. 124. Porphyr. Sententt. XXI. p. 226. sq.

— 2. *ἃς δέξεται, καὶ ἐν αὐτῇ—ἔσονται*] Scil. *αὐταί.* Vid. Hermann. ad Viger. p. 708.

— 11. *Ὀρθῶς ἄρα λέγοιτο*] Retinui optativum: cf. locum geminum infr. III. 6. 11. extr. *Ὥστε εἴ τις τὴν ὕλην λέγει κακὴν, οὗτος ἂν ἀληθεύοι.* Extrema hujus capitis *ἵνα μὴ ᾖ ἴσως κακὴ —φύσις* cum Engelhardto ita interpretor:—ne forte mala sit, quatenus species (forma) sit, neque vero potius mala sit tanquam natura, quæ speciei (formæ) adversatur.

p. 153, 1. *ἐπεὶ—τὴν ὕλην ὅλως ἀναιρεῖν ἀξιοῦσιν.*] Vid. infr. c. 15. hujus libri.

—4. *Ἀλλ' εἰ ἡ στέρησις ἐπιβάλλοντός ἐστι παρεῖναι εἴδους τινός*] Haud dubie etiam Fic. legit *εἰ*, quod addidimus. Engelhardt., qui de hac lacuna nihil monuit, in sequentibus aliam subesse arbitratus, ita locum supplevit: *ἀλλ' ἡ στέρησις ἀπουσία εἴδους τ. ἐ. ἐπιβάλλοντος παρεῖναι*: " At si privatio continetur *defectu* speciei, *quæ* ad *esse* tendit" (s. quæ *τὸ* esse concupiscit.) Male. Melius ad Ficinum se applicuit Taylor vertens: *But if privation of form respects being.* Neque ullus liber *ἀπουσία* exhibet. Est Synchysis pro: *Ἀλλ' εἰ ἡ στερ. εἴδους τινός ἐστι ἐπιβάλλοντος παρεῖναι* (sc. *τὸ εἶδος.*) *At si privatio formæ cujusdam est qui cupit adesse* (*eam* sc.

formam). Verbum ἐπιβάλλειν quam varie accipiatur nemo nescit. Vid. nunc Stephani Thes. p. 2613—2617. ed. Valpy. et adde Schleusn. Lex. N. T. in voc. Jacobs. ad Philostrati Imagg. p. 578. Scholia in Aristid. p. 107. ed. Frommel. et Wyttenbach. et nostr. annot. in Plotin. de Pulcr. ed. pecul. (p. 57. F.) p. 387. Hoc loco autem ἐπιβάλλειν est, quod usitatius ἐπιβάλλεσθαι, i. e. ad aliquid tanquam ad finem spectare, collimare ad scopum, atque adeo concupiscere aliquid. Hesych. p. 1341. ἐπιβαλλόμενος· ἐπιβολὴν καὶ πρόθεσιν ἔχων, ἐπιθυμῶν, ubi vid. Not. cf. Upton. ad Arriani Dissertt. I. 4. 14. et Upton. et Schweigh. in Indic. Græcit. in Epictet. p. 327. sq. Photius Lex. Græc. p. 313. p. 364. Porson. ὀφθαλμίσαι (Suid. et Zonar. Ὀφθαλμιάσαι)· φθονῆσαι· ἐπιβαλεῖν ἐπιθυμητικῶς. Cf. sequens: Ὀφθαλμὸν ἐπιβάλλειν: τὸ περιεργῶς θεάσασθαι, unde hujus significatus ratio apparet.

— 5. τὴν δὲ κακίαν ἐν αὐτῇ ποιεῖ] Conjicias ἐν αὑτῇ, atque ita Engelh. Verba λόγῳ τῷ ἑαυτῆς non expressit Taylor. Deinde: ὥστε οὐ στέρησιν —παρ' αὐτῆς item legendum videtur παρ' αὑτῆς, atque ita Ficinus: et mox iterum. Talia in posterum, quo tædium lectorum evitem, omittam.

— 12. παντελῆ στέρησιν] Vertit Ficinus *universam* privationem. Magis perspicue reddidisset *absolutam*, quo vocabulo ipse Tullius παντελῆ exprimit. Vid. H. Steph. in Thes. L. Gr. p. 7225. ed. Valpy. et Cic. de Finib. III. 7. 26. ibiq. Goerenz. p. 343.

— 14. τὸ μὲν ἔχουσα, τὸ δὲ ἐστερημένη] Expressit etiam Fic. atque hæc sola lectio germana. Describit enim philosophus eam, quam proxime dixerat τινὰ στέρησιν ἀγαθοῦ, *quandam boni privationem*, i. e. eam, quæ contraria sit *absolutæ boni privationi*.

154, 1. Εἰ μὴ ἄρα τούτῳ κακὸν ἢ ἐμπόδιον] De εἰ cum Conjunctivo dictum est supra ad I. 4. 2. p. 30. F. G. τούτῳ Engelh. retulit ad ἀγαθὸν, ita accipiens: Fortasse Malum Bono impedimentum fuerit. Taylor contra: — *that evil is an impediment to the soul*. Recte. Vide modo, quæ paucis interjectis sequuntur: εἰ οὖν ἡ κακία ἐμπόδιον τῇ ψυχῇ. In errorem induxit Engelhardtum usus Plotini, qui sæpiuscule Pronomen neutrius generis, ut h.l. τούτῳ, subjicere solet Masculinis et Femininis.

— 2. ἀλλ' οὕτω ποιητικὸν — τὸ κακὸν αὐτῆς] Ita quoque Ficinus eumque secuti Taylor et Engelh. At si librorum probatissimorum fidem secutus legeris αὐτοῖς, hoc Pronomen referendum fuerit ad eos qui hæc dicant, hac sententia: "Atqui hoc pacto *iis* (i. e. secundum sententiam eorum, qui contendunt, malum animæ tantummodo impedimentum esse) malum animæ erit efficiens mali." Mutare tamen nolui.

— 6. Εἶτα καὶ ἡ ἀρετὴ — οὐδ' αὐταγαθόν] Vid. Varr. lectt. Nimirum in accentu extremi vocabuli sine librorum optimorum consensu mutare noluimus. Variatur enim in his. Sic, ut hoc utar in Simplicio in Epictet. I. 1. p. 12. p. 22. Schweigh. Heinsius edidit αὐταγαθά, Schweigh. αὐτοαγαθὰ (cf. notas Schweighæuseri p. 201.). Similiter in Plotino VI. 6. 10. med. editio habet αὐτὸ ἀγαθόν: tres libri mss. αὐτοαγαθόν. Contra in Nicolai Methonensis Refut. Procli sæpius legitur αὐτάγαθος et αὐτάγαθον. Vid. p. 17. ibiq. not. Vœmelii. Similiter αὐτοάγαθος et αὐτοάγαθον alii. Cf. Stephani Thes. L. Gr. p. 146. ed. Valpy. Cæterum forma αὐταγαθὸς et αὐταγαθὸν non est in Lexicis. De voce αὐτόκαλος et αὐτόκαλον monuimus ad Proclum in Alc. pr. p. 28. cf. p. 118.

— 12. ἀρξαμένῳ μὲν ἀπὸ τῆς κακίας] Hæc scholii speciem habent, quo quis in margine explicare instituerit verba ἀπὸ τῆς κακίας καταβαίνοντι. Sed tamen Codd. omnes agnoscunt illa, quæ, si germana sunt, ita accipienda: ac *primum quidem* (offendet) pravitatem; de quo usu Participii ἀρξάμενος Vid. Heusd. Spec. Crit. in Platon. p. 39. sq. Heindorf. ad Gorg. p. 83. sq. et Buttmanni Indic. in Alcib. pr. sub ἄρχεσθαι.

— ib. θεωροῦντι μὲν ἡ θεωρία ἥτις ἐστί] Ficinum dicas correxisse εἴ τις ἐστί. Codices nihil variant. Participio autem θεωροῦντι subjicitur γινομένῳ ei, qui contempletur malum ipsum: ei qui jamjam fuerit in ipso. Quibus lux accedit continuo sequentibus γίνεται γὰρ—ἐν τῷ τῆς ἀνομοιότητος τόπῳ, in quibus verbis inest descriptio materiæ et mali, quando ex doctrina Platonis τὸ ἀνόμοιον contrarium est Bono atque ideis. Vide modo Sympos. p. 211. p. 444. Bekk. Inde in ὕλης mentione vox ἀνομοιότης recurrit infra VI. 3. 2. qui locus conferendus: item alter VI. 9. 5.

præsertim p. 763. Similiter Aristotel. in Magn. Mor. I. c. 25. p. 25. Sylb. *τὸ μὲν γὰρ κακὸν πολυειδές· τὸ δ' ἀγαθὸν μονοειδές*: et Ethic. Eudem. VII. 5. *ἀνάγεται δὲ τὸ μὲν ὅμοιον καὶ εἰς τὸ ἡδὺ καὶ εἰς τὸ ἀγαθόν. τό, τε γὰρ ἀγαθὸν ἁπλοῦν, τὸ δὲ κακὸν πολύμορφον. κ. τ. λ.*

154, 15. *ἐπεὶ καὶ εἰ παντελῶς ἴοι—εἰς παντελῆ κακίαν*] Nam si etiam *usquequaque* (sive *penitus*) anima in *absolutam* pravitatem *iverit*. Vid. supra ad initium capitis duodecimi.

— 17. *ἔτι γὰρ ἀνθρωπικὸν ἡ κακία*] Infra II. 9. 9. nostro distinguuntur *οἱ ἀνθρωπικώτεροι* et *οἱ σπουδαῖοι*, ubi Ficinus illud vertit *humiliores*. Ad nostrum locum possit adhiberi Pollux II. 131. qui jungit *κοῦφον εὔφορον* et *ἀνθρώπινον*, et apponit *ἃ οὐκ ἄν τις ἐνέγκοι*, et similia; igitur *humanum* hoc sensu, quod in hominis naturam cadit adeoque in homine tolerandam est. Nam hæ formæ promiscue usurpantur. Pollux II. 5.:—*ἄνθρωπος, ἀνθρώπινον, ἀνθρωπίσκος, ἀνθρώπιον, ἀνθρωπικὸν κ. τ. λ.* Cf. etiam Ammon. p. 147. ibiq. Oudendorp. Hinc passim lectionum varietates, ut Xenoph. Cyrop. III. 1. 40. *ἀνθρώπινά μοι δοκεῖς ἁμαρτεῖν — συγγίγνωσκε τῷ πατρί*, ubi alii *ἀνθρωπικά*, quam varietatem neglectam video in Lexico Xenophonteo. Plutarchus illam formam magis frequentat in Vitis, hanc in Moralibus. Phrynich. *σοφιστ. προπ.* ap. Bekker. Anecdott. Græcc. I. p. 21. *ἀνθρωπικὸς μῦθος· ὁ περὶ ἀνθρωπείων πραγμάτων*. Synesius Epistol. 139. init. p. 176. *τῶν ἐρώτων οἱ μὲν χαμαὶ ἐρχομένας καὶ ἀνθρωπικὰς τὰς ἀρχὰς ἔχοντες— οἷς δὲ ἐφεστὼς βραβεύει θεὸς κ. τ. λ.*

— 18. *ψυχὴ—ἐν τῷ σώματι βεβαπτισμένη*] De altera hujus verbi constructione vidimus supra ad I. 4. 9. init. ad verba *βαπτίζεσθαι νόσοις—τέχναις*. Utramque junctam reperis in dicto Alcibiadis ap. Scholiast. Aristid. p. 196. ed. Frommel. *βάπτε με ἐν θυμέλῃσιν· ἐγὼ δέ σε κύμασι πόντου βαπτίζων κ. τ. λ.* Noster infr. VI. 9. 8. *τῷ δὲ μὴ βαπτισθέντι τῷ σώματι*. Theodor. Metochit. c. 31. p. 207. sq. *ἀπὸ τῶν ἐν μέθῃ μὴ τελείως βαπτισθέντων*. Hermes in Cratere p. 26. ed. Franc. Patric. *βάπτισον σεαυτὸν εἰς τοῦτον τὸν κρατῆρα*. Idem ibidem paullo post, sed diversa sententia: *ὅσοι μὲν οὖν—ἐβαπτίσαντο τοῦ νοός*.

p. 155, 2. *ἕως ἀναδράμῃ*] Legendum videatur *ἕως ἂν ἀναδράμῃ* particula ab initio sequentis vocabuli hausta.

— 3. *καὶ τοῦτο ἐστὶ—ἐπικαταδαρθεῖν*] Desumpta sunt, levi mutatione admissa e Republ. Platonis, VII. p. 534. p. 363. Bekk.: *οὐκοῦν καὶ περὶ τοῦ ἀγαθοῦ ὡσαύτως.—οὔτε αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν φήσεις εἰδέναι τὸν οὕτως ἔχοντα, οὔτε ἄλλο ἀγαθὸν οὐδέν, ἀλλ' εἴ πῃ εἰδώλου τινὸς ἐφάπτεται, δόξῃ οὐκ ἐπιστήμῃ ἐφάπτεσθαι, καὶ τὸν νῦν βίον ὀνειροπολοῦντα καὶ ὑπνώττοντα πρὶν ἐνθάδ' ἐξέγρεσθαι, εἰς Ἅιδου πρότερον ἀφικόμενον τελέως ἐπικαταδαρθάνειν*. Ceterum vide var. lect. ad nostrum locum, unde intelligitur hæsisse librarios in constructione loci. Sed vide quæ supra ad p. 55. A. ad verba *εἰς ᾄδου κείσεσθαι ἐν βορβόρῳ* annotavimus; qui locus est integer ad nostri loci sententiam quoque comparandus. De forma Attica *ἐπικαταδαρθεῖν* vid. Dorvill. ad Chariton. p. 415. Lips. [p. 353. edit. Amstelod.]

— 8. *συγκαταθέσεις*] Sunt alibi *consensus, consensiones*. Vid. locos in Steph. Thesauro p. 9429. Valp. congestos, et annott. nostr. in Procl. in Alcib. pr. p. 63. ubi opponitur *ἀῤῥεψία* et *ἐποχή*. Adde Theodoret. IV. p. 140. ubi ex Ambrosio *συγκατάθεσις τῆς ἁγίας παρθένου* est obedientia Deo se permittentis sanctæ virginis. Sicut autem Arrianus in Epicteteis III. 22. 104. adjectivum *προπετὴς* junxit voci *συγκατάθεσις*, ita noster usurpat *προπετ. εἰς συγκαταθέσεις*, quæ h. l. *ταῖς ὀργαῖς* oppositæ *reconciliationes* sunt.

— 10. *ὑπό τε πνευμάτων ὑπό τε εἰλήσεων*] Platonem expressit de Republ. II. (431. A.) p. 380. E. *πᾶν φυτὸν ὑπὸ εἰλήσεών τε καὶ ἀνέμων καὶ τῶν τοιούτων παθημάτων* (*ἀλλοιοῦται*) ubi vid. Scholia. p. 152. ibid. III. p. 404. B.: *πολλὰς μεταβολὰς—ὑδάτων τε καὶ τῶν ἄλλων σίτων, καὶ εἰλήσεων, καὶ χειμώνων*. Vid. Ruhnken. ad Tim. Lex. Plat. p. 96. sq. ad v. *εἴλησις· ἔκκαυσις*; qui idem ex Plotini loco tertio loco Platonis medicinam comparavit. Ita enim antea legebatur de Legg. V. p. 747. p. 410. Bekk. *οἱ μέν γέ που διὰ πνεύματα παντοῖα καὶ διειλήσεις ἀλλόκοτοί τε εἰσὶ καὶ ἀναίσιοι αὐτῶν, οἱ δὲ δι' ὕδατα*. ubi itidem Ficinus *turbines* verterat, ut in hoc loco Plotini, ex quo et ex Galeno T. I. p. 389. Ruhnkenius Platoni reddidit *καὶ δι' εἰλήσεις*, eumque secuti sunt editores. (cf. Astii Animadvv. in de Legg. p. 275. sqq.) Spiritum tamen asperum expressit

Bekkerus, et, licet Wyttenbachius in loco simili Plutarchi Symposs. VI. 2. p. 688. A. p. 824. Oxon. dederit: *δρόσους μαλακὰς καὶ εἰλήσεις* (hoc cum Anonymo et Ruhnkenio) *ἐν* (*σὺν* conj. Wytt.) *πνεύμασι μετρίως* (*μετρίοις* W.): ego sine libris in Plotino spiritum mutatum nolui. Nec magis mutare volui *ῥᾳδίως*, licet *ῥᾳδίαν* multi libri offerant. Eadem ratio est in *ψυχῇ* pro *ψυχῆς*. Illa lectio elegantior et codicum auctoritate munitior.

— 14. *εἰ μὴ ταύτῃ εἰς τὸ αὐτὸ αἴτιον ἡ ὕλη τῆς ἀσθενείας*] Illud *εἰς τὸ αὐτὸ* agnoscunt omnes libri. Est autem *pariter, eadem ratione, auf dieselbe Weise*. Cujus usus præpositionis *εἰς* similia exempla reperias (vid. Viger. de Idiotismm. IX. 2. 11. sqq. ibiq. Hermann. ad p. 597. Schæfer. in Steph. Thes. p. 3638. sq.): ejusdem formulæ vix reperias. Locus autem ita interpretandus est: nisi hic (i. e. in anima) pariter (sc. atque in corpore) debilitatis caussa sit materia.

p. 156, 5. *καὶ τὸ λεγόμενον ἐπτερωμέναι καὶ τέλειοι*] Tangit Platonis illud in Phædro p. 246. c. *τελέα μὲν οὖν οὖσα καὶ ἐπτερωμένη* (*ἡ ψυχὴ*) *μετεωροπολεῖ* [Bekker. *μετεωροπορεῖ*] *τε καὶ ἅπαντα τὸν κόσμον διοικεῖ κ. τ. λ.* ubi vid. interprr. Adde Proclum in Alcib. pr. p. 20. sqq. Olympiodor. in eundem p. 5. et Præparat. ad Plotin. de Pulcrit. p. XXXVI. sqq. ed. pecul.

p. 157, 1. *ὕλη δὲ παροῦσα προσαιτεῖ οἷον καὶ ἐνοχλεῖ*] Ita dedimus ex bonis libris, et respicit Plotinus ad locum Symposii p. 203: *ἐπειδὴ δὲ ἐδεῖπνησαν* (*οἱ θεοί*) *προσαιτήσουσα οἷον δὴ εὐωχίας οὔσης ἀφίκετο ἡ Πενία, καὶ ἦν περὶ τὰς θύρας*. Quam fabulam fusius explicat infra III. 5. 5, 6, 7, 8, 9. III. 6. 14. Per Peniam autem materiam significari putabant nonnulli.

— 4. *οὐ γὰρ ἀνέχεται — διὰ κάκην*] Mirum quantum hic turbavit Engelh. quod non moramur. Consultius Taylor Ficini vestigia legit.

— 6. *τὴν γένεσιν αὐτὴ παρασχοῦσα κ. τ. λ.*] Engelh. vertit *γένεσιν Dascyn.* Taylor magis exornavit hunc locum:—*by opposing the waters of generation she* (*the matter*) *occasions the soul's entrance into the rapid stream, and by this means renders her light, in itself vigorous and pure, polluted and feeble, like the faint glimmerings from a watch-tower beheld in a storm.* Belle, nec ad sententiam a Platonicorum oratione philosophorum remote; sed legitima interpretatio paullo altius nos descendere jubet in singula verba. Primum *αὐτὴ* unice verum est, etenim est h. l. *pro se ipsa*, sive *sponte*; deinde si unus liber offerret *τὴν γέννησιν*, ego reciperem, i. e. *παιδοποιΐαν*, procreationem, sc. negotium procreandi; de quo discrimine utriusque vocabuli breviter sed bene exposuit Wyttenb. ad Plutarch. de puerorr. educ. p. 67. sq. Hoc pacto continuaret Plotinus Peniæ (i. e. Materiæ) fabulam; de qua ita Plato loco Symposii laudato: *ἡ οὖν Πενία ἐπιβουλεύουσα διὰ τὴν αὐτῆς ἀπορίαν παιδίον ποιήσασθαι ἐκ τοῦ Πόρου, κατακλίνεταί τε παρ' αὐτῷ* (vid. paullo ante Plotiniana *ἡ ὕλη ὑποβάλλουσα ἑαυτὴν*, sc. *τῇ ψυχῇ*) *κ. τ. λ.* Verumtamen hoc non necesse. Nam *γένεσις* Platonicis philosophis sæpius est *rerum fluxarum et nascentia et natura*, adjuncto significatu imbecillitatis et mortalitatis. Hinc passim *γένεσις καὶ θνητὴ φύσις* junguntur, item *γένεσις καὶ φθορὰ*, nec minus *γενεσιουργὸς λήθη, γενεσιουργὸν πάθος* (vid. mod. Proclum in Alcib. pr. p. 7. 36. 108. 250. Olympiod. in eund. p. 2.).

— 7. *οὐ γὰρ ἂν ἦλθε τῷ μὴ παρόντι*] Est Plotinianæ brevitatis, pro hac sententia: nisi materia præsens adeoque parata ad recipiendam animam adesset, hæc non ad ipsam accederet. Totius igitur loci sententia hæc est: Materia expeditum iter munit animæ ad se ipsam (materiam) accedendi, omnemque opportunitatem exhibet eidem, quo possit una cum materia parens ac procreatrix existere rerum fluxarum et mortalium.

— 11. *καὶ οἷον συσπειραθῆναι*] Vid. varr. lectt. Adde Platon. in Sympos. p. 206. p. 435. Bekk. *ὅταν δὲ αἰσχρῷ* (*προσπελάζῃ τὸ κυοῦν*) *σκυθρωπόν τε καὶ λυπούμενον συσπειρᾶται καὶ ἀποτρέπεται καὶ ἀνείλλεται*. Proclus in Inst. Theol. LXXXVI. p. 130. *ἡ δὲ ἀμέρεια σφίγγουσα καὶ συσπειρῶσα ἀνέκλειπτον αὐτὴν καὶ ἀνελάττωτον ἐν ἑαυτῇ συνέχει*: ubi consule annot. nostr.

— 14. *καὶ γὰρ εἰ αὐτὴ ἡ ψυχή*] Ficinus in Commentario in hoc caput: " Memento, inquit, Plotinum hic et alibi nobis innuere, materiam a natura, id est, ab infima virtute animæ generari; ab anima, inquam, sive *patiente*, quemadmodum alicubi legitur, sive *præsente*, quod rectius legi

puto." Maluit igitur h. l. *παροῦσα*. Sed, bonum factum, alterum quoque adjecit: *patiens;* idque expresserunt etiam Engelh. et Taylor. Nec ullus liber MS. dat *παροῦσα*. Quod si tamen accipias, ita explicare debes, ut sit progressa, i. e. posteaquam anima e loco Deorum se proripuerat et ad externa jam spectabat. Illud si teneas, cogitandum est *τὸ πρῶτον πάθος ψυχῆς*, sive prima illa animæ affectio, qua ea obliviosa redditur primigeniæ suæ originis virtutisque. Hoc placet.

157, 16. *μὴ τῇ παρουσίᾳ αὐτῆς τὴν γένεσιν λαβοῦσα*] h. e. nisi anima præsentia materiæ rerum, quæ fiunt, non reapse sunt, adeoque naturæ fluxæ et morituræ concupiscentiam adoptasset. Vide quæ paullo superius de voce *γένεσις* diximus.

p. 158, 1. *ἐκ τῶν περὶ ὕλης λόγων—εἰρημένου*] Amandat lectores h. l. Plotinus ad Enneadis secundæ librum quartum, qui, cum vulgo laudetur *περὶ ὕλης*, in ipso titulo inscribitur *περὶ τῶν δύο ὑλῶν*. Plura dicemus ad hujus libri initium.

— 5. *ἡ γὰρ ὄρεξις ἀγαθοῦ*] Proclus Inst. Theolog. XXXIX. p. 66. triplicem *ὄρεξιν* distinguit: *καὶ ἡ ὄρεξις οὖν τοῖς μέν ἐστι κατ' αὐτὸ τὸ εἶναι μόνον, ἐπιτηδειότης οὖσα πρὸς τὴν μέθεξιν τῶν αἰτίων· τοῖς δὲ κατὰ τὴν ζωὴν, κίνησις οὖσα πρὸς τὰ κρείττονα· τοῖς δὲ κατὰ τὴν γνῶσιν συναίσθησις οὖσα τῆς τῶν αἰτίων ἀγαθότητος*. Inde hanc *ὄρεξιν* ipsam *ἀγαθὴν* appellat Dionys. Areop. de divin. nomm. IV. 19. p. 571.

— 6. *ἡ δὲ νόησις—ἀγαθοῦ ἐστι καὶ κακοῦ*] Proclus in Alcib. pr. p. 22.: *καὶ μὴν καὶ ὁ Τίμαιος—νοήσει μὲν ἡμᾶς καὶ λόγῳ παρακελεύεται τὰ ὄντα κρίνειν, δόξῃ δὲ καὶ αἰσθήσει τὰ μὴ ὄντα μὲν, γινόμενα δὲ καὶ ἀπολλύμενα*.

— 9. *ἤδη καὶ αὐτὸ—ὅλον κακόν*] Ficinus conjecisse videtur *ἐκείνῳ ὃ ὅλον κακόν*, et reapse istud *ἐν τῷ* ex perperam repetito *ἐκείνῳ* enasci potuit et ὃ ante *ὅλον* opprimi. Possis etiam: *ἐκείνῳ ἐν ᾧ ὅλον κακόν*, nec minus *ἐκείνῳ ἐν τῷ ὅλῳ* (ut plures codd.) *κακῷ*. De verbo *συντελεῖν* adde iis, quæ Lexicographi congessêre, Bæhrii nostri Annot. in Plutarchi Compar. Philop. et Flamin. 1. p. 136.: ad constructionem hujus verbi cum Dativo tene hos locos: Polyb. IV. 60. 4. *τὰς κοινὰς εἰσφορὰς τοῖς Ἀχαίοις συντελεῖν*. cf. Plutarchi Arat. c. 34. Pausan. X. 8. 2. *Μαγνῆτας μὲν οὖν καὶ Μαλιεῖς καὶ Αἰνειᾶνας καὶ Φθιώτας Θεσσαλοῖς συντελεῖν*. Usitatiorem constructionem nec minus usurpat Noster, ut VI. 1. 21. *συντελεῖν εἰς οὐσίαν*. cf. VI. 7. 13. extr. Proxime: *ἐλάττονος* (scil. *μεταλαβών* ex antecedentibus) *δὲ ᾗ ἠλάττωται τῷ ἀγαθῷ* (sc. *συντελέσαν*), quod vero minoris mali particeps est, ex proportione, qua minus habet, Bono accensetur.

— 15. *Φαντασία δὲ κ. τ. λ.*] In præcedentibus Plotinus animæ mala explicuerat eo, quod non pura manserit, sed commixta fuerit cum materia. Jam indidem explicare instituit et phantasiam et opinationem falsam: *φαντασία δὲ, πληνὴ ἀλόγου ὡς ἔξωθεν*. Pro *ὡς*, quod abest a plurimis libris, Ficinus videtur legisse *ζώου*. Fortasse latet in *ἀλόγου ὡς* vox *ἀλόγου φύσεως* vel *ἀλόγου ζωῆς*. Utut est, Iamblichus ap. Stobæum Eclogg. I. 52. p. 896. Heeren. Platonicorum aliquot recentiorum decreta de *Mali* origine recensens ita narrat: *τῶν δ' αὖ διϊσταμένων πρὸς τούτους, καὶ ἀπὸ τῶν ἔξωθεν προσφυομένων προστιθέντων ὁπωσοῦν τῇ ψυχῇ τὸ κακὸν, ἀπὸ μὲν τῆς ὕλης Νουμηνίου καὶ Κρονίου, πολλάκις· ἀπὸ δὲ τῶν σωμάτων αὐτῶν τούτων ἔστιν ὅτε καὶ Ἀρποκρατίωνος· ἀπὸ δὲ τῆς φύσεως καὶ τῆς ἀλόγου ζωῆς Πλωτίνου καὶ Πορφυρίου ὡς τὰ πολλά*. Igitur Plotinus animæ malum accedere dicit *a natura ac vita rationis experte*. Proclus in Alcib. pr. p. 280. *τὸ μὲν γὰρ κακὸν πᾶν ἔξωθεν καὶ ἐπείσακτόν ἐστι τῇ ψυχῇ, τὸ δὲ ἀγαθὸν ἔνδοθεν.—Διὰ δὴ* (δὲ al.) *τοῦτο καὶ πᾶν, ὃ ἂν ἔξωθεν εἰσδέχεται, μένει κείμενον ἐκτὸς αὐτῆς ὥσπερ τὰ φάσματα καὶ τὰ αἰσθητὰ κ. τ. λ.* Sed tamen intactam reliqui vulgatam, quæ ita quoque explicari possit, ut sit *tanquam extrinsecus* atque ita vertit Engelhardt.

— 16. *καὶ δόξα δὴ ψευδὴς ἔξωθεν—ἀληθοῦς αὐτοῦ*] Ficinus legisse videtur *κ. δόξαι δὴ ψευδεῖς ἔξω γενομένῃ* (sc. *ψυχῇ*) *τοῦ ἀληθοῦς αὐτοῦ*. Non male, et magnam partem probantibus libris. Cæterum comparanda sunt hæc cum iis, quæ Plato in Sophista p. 263. de Rep. III. 4. 13. et alibi, atque Aristoteles de Anima III. 3. indeque Stobæus I. 58. 59. p. 1114. sqq. de *φαντασίᾳ, αἰσθήσει, δόξᾳ, νοήσει* præcipiunt.

p. 159, 2. *συνεῖναι—καὶ ἐν αὐτῷ ἱδρυμένην*] De verbo *ἱδρύεσθαι*, quod de stabilitate et permansione in rebus intelligibilibus adeoque divinis tantopere frequentant Platonici, plura dixi ad

Plotin. de Pulcrit. p. 177. et p. 332. ed. pecul.

—3. *οὐ νεύσασαν*] Wyttenb. ad Eunap. p. 30. "Νεύειν, *nuere oculis* translato sensu est *pondere suo deorsum tendere*, tum ad animum refertur ac dicitur: *studio in aliquid inclinare*, ita ut fere aliquid in deterius significationis subsit tanquam animi humilia petentis. Hierocl. in aur. carmm. Pythag. p. 254. 262. 278. 290. Plotin. p. 7. A. 54. F. 74. F. 82. E. 202. A. 209. C. D. F. G. 210. A. 211. E. 308. C. 403. D."

ib. *Τὸ δὲ κακὸν—ἀγαθοῦ*] Taylor: *But evil is never permitted to remain by itself alone, on account of the superior power and nature of good.* Conjectura igitur delevit alterum *κακὸν*, et hanc sententiam opposuit superiori: *ἡ δὲ πρὸς νοῦν ὄρεξις—συνεῖναι γὰρ δεῖ μόνον.* Sed omnes libri agnoscunt secundum illud *κακόν*.

— 6. *κρύπτεται τούτοις—μὴ ὁρῷτο τοῖς θεοῖς*] Quid hoc est? in Codicibus nihil auxilii. Intelligas *κακία*, hoc sensu, ut pravitas, *cum* (re vera) *sit*, ne conspiciatur a Diis. Sed hoc durum, vel in oratione Plotini, cum paullo post repetatur *τὸ κακόν*. Dicas Ficinum conjecisse *σαφῶς*. Vertit enim *palam*. Conjicias *ἵνα αἶσχος μὴ ὁρ. τοῖς θεοῖς*: ne *turpitudo* conspiciatur a Diis. Sardi venales!

LIB. IX.

P. 163, 7. ΠΕΡΙ ΕΞΑΓΩΓΗΣ] Porphyrius de Vita Plotini c. 4.: *περὶ εὐλόγου ἐξαγωγῆς*. Idem cap. 24.: *περὶ τῆς ἐκ τοῦ βίου εὐλόγου ἐξαγωγῆς*. Olympiodorus in Platon. Phædon. ed. Venet. quam primus nuper evulgavit Mystoxydes, pag. 5.: *περὶ εὐλόγου ἐξαγωγῆς*. Scholion in Cod. Vaticano mox laudandum: *περὶ ἀλόγων* (Corrige: *εὐλόγου*) *ἐξαγωγῆς*. Hæc et similia in Plotinianorum librorum titulis variantia nemo mirabitur, qui ex eodem Porphyrii scripto c. 4. didicerit, cum Plotinus initio libros suos ipse non inscripserit, alios aliter eos inscripsisse. Pertinet autem hic libellus ad eos, quos antea composuerat Plotinus, quum Porphyrius ad eum advenerat, qui deinde hoc recensionis inscriptionisque munus suscepit. Est enim decimus et sextus. Vid. Porphyr. l. l. Atque hæc res conjuncta est cum narratione Eunapii in Porphyrio p. 17. p. 9. ed. Boisson. qui quidem, posteaquam retulit quomodo Porphyrium Plotinus ab *αὐτοχειρίᾳ* averterit (quam rem ipse attigerat in magistri sui vita; vid. Porphyr. de Vita Plotin. c. 11.) ita pergit: *καὶ ὁ μὲν ἔμπνους τε ἦν καὶ διανίστατο, ὁ δὲ τοὺς ῥηθέντας λόγους εἰς βιβλίον κατέθετο τῶν γεγραμμένων.* Ad quæ Wyttenbach. in Annot. p. 33.: "Prima quidem pars (verborum Eunapii) satis expeditam habet sententiam: *Et Porphyrius quidem respiravit et surrexit. Plotinus autem dictos a se sermones in libellum quendam ex eorum numero, quos scripsit, retulit.* In promptu esset statuere, hunc fuisse librum *περὶ εὐλόγου ἐξαγωγῆς*, qui nunc exstat I. 9. nisi ipse Porphyrius prodidisset, hunc librum conscriptum fuisse ante suum in Plotini scholam adventum: de Vita Plotini V. (potius IV.) p. 100. Itaque Fabricius ad Porphyrii Vitam Plotini XI. p. 113. suspicatur, ab Eunapio significari Enneadis III. librum II. *περὶ προνοίας*, quippe in quo disputatur, *animis licere in hoc quoque mundo esse felicibus, et calamitatibus non esse succumbendum, sed decertandum adversus illas strenue, ut præmia virtuti proposita assequaris.* Atqui illius sermonis convenientius etiam videtur esse argumentum libri *περὶ εὐδαιμονίας* I. 4. item ad Porphyrium in Siciliam missi, ut constat ex Vita Plotini VI. p. 103. Quid etiam impedit, quo minus istos sermones contulerit in librum *περὶ εὐλόγου ἐξαγωγῆς* jam scriptum; quo valere videtur *βιβλίων τῶν γεγραμμένων*, postea cum cæteris Plotini libris a Porphyrio correctum et expolitum: de quo suo officio ipse testis est, ibidem XXIV. p. 139—147." Hæc Wyttenbachius. Possit tamen etiam cogitare de libro adversus Gnosticos II. 9. item scripto ante Porphyrii in Siciliam discessum. Insunt certe in eo libro, præsertim sub finem p. 216. sqq., quæ ad idem argumentum pertinent. Sed, ut dicam quæ sentio, videntur mihi argumenta illa ab Eunapio memorata, relata esse in Plotini librum *περὶ εὐλόγου ἐξαγωγῆς* multo majorem pleniorem-que, quam hic ipse est, quem nunc tractamus; qui quidem pro fragmento potius libri, utpote paucis tantummodo sententiis absolutus, quam pro justo libro haberi debet. Atque hoc ipsum fortasse sit unum ex vestigiis (quæ plura exstant, vid. Fabric. Bibl. Gr. V. p. 696. Harles.) duplicis recensionis Plotinianorum operum, Eu-

stochianæ et Porphyrianæ. Illud addam, non credibile esse, Porphyrium sua in recensione tam nudum tamque contractum libellum emisisse, qualis hic ipse est, quem nunc habemus, sed potius justum librum, certe omnibus iis argumentis instructum, quibus ipse a præceptore suo Plotino a morte sibi inferenda aversus fuerat. Hic vero libellus speciem habet sciagraphiæ, unde demum secundis curis liber suis numeris absolutus effici possit. Hæc, si probabiliter ponuntur, simul indicio sunt, nos hodie in nostris Codicibus mixtam possidere recensionem, videlicet compositam ex Porphyriana atque Eustochiana.

Materiam libelli quod attinet, huic disputationi ansam præbuerunt multæ disputationes philosophorum, Pythagoreorum, Platonis, Aristotelis, Stoicorum, Cyrenaicorum; de quibus dicere h. l. et longum est nec necesse post tot aliorum virorum curas. Tu vide Lambini commentar. in Horatii Epist. I. 16. extr. Petri Victorii Varr. Lectt. VI. 11. M. A. Mureti Varr. Lectt. IV. 2. p. 80. ed. Ruhnken. Justi Lipsii Manuduction. ad Philos. Stoic. III. 23. sq. Thom. Gataker. ad Marc. Antonin. II. 47. p. 58. et inprimis III. 1. p. 62. sq. Jo. Davisium ad Cic. Tuscull. I. 30. Wyttenbach. ad Platon. Phædon. p. 130. sqq. et quos ille laudat; denique Carol. Beier. ad Cicer. de Offic. p. 350—355. [nimirum in excursu XV. Tom. I. ad I. 31. 112. et 43. 153. Adde *Tiedemann. System der Stoischen Philosophie* T. III. p. 308—321.] Nos Plotini causa continemus nos in uno loco Platonis, unde, ut adsolet noster Philosophus, haud dubie hujus quæstionis occasionem nactus est; quod clarius intelligeretur, si majorem Plotini librum in manibus haberemus. Etenim in Phædone p. 61. D. E. p. 62. B. Philolai Pythagorici hæc sententia explicatur: *τὸ μὴ θεμιτὸν εἶναι ἑαυτὸν βιάζεσθαι: nefas esse sibimet vim inferre.* Cujus decreti duæ subjiciuntur rationes, altera: *ὁ μὲν οὖν ἐν ἀπορρήτοις λεγόμενος περὶ αὐτῶν λόγος, ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἐσμὲν οἱ ἄνθρωποι, καὶ οὐ δεῖ δὴ ἑαυτὸν ἐκ ταύτης λύειν οὐδ' ἀποδιδράσκειν*: altera: *τὸ θεόν τε εἶναι τὸν ἐπιμελούμενον ἡμῶν, καὶ ἡμᾶς ἐκείνου κτήματα εἶναι.* Ac priorem rationem ita acceperunt nonnulli, nos in præsidiis et statione vitæ esse, velut milites in excubiis (Cicero Caton. maj. cap. 20.), quam metaphoram deinceps Stoici potissimum effinxêre (vid. Gataker. ad Antonin. II. 47.) Philolai autem Platonisque sententia hæc erat, nos in *carcere* et *vinculis* esse (Cicero Tuscull. I. 30. Somn. Scipion. c. 3. sive de Republ. VI. 14. p. 478. sq. ed. Moseri et nostr. cf. Aug. Boeckhii Philolaus p. 178.). De utroque argumento Olympiodorus in Scholiis in Phædon. p. 1. sqq. ed. pr. Mustoxyd.: *καὶ τοῦτο μὲν ἡ λέξις δείκνυσι διὰ δύο ἐπιχειρημάτων, ἑνὸς μὲν μυθικοῦ καὶ Ὀρφικοῦ* (an *μυστικοῦ κ. Ὀ.?*), *ἑτέρου δὲ διαλεκτικοῦ.* Jam mythicum illud sive fabulosum argumentum multis verbis exponit Olympiodorus, quorum summa huc redit: *ὅτι οὐ δεῖ ἡμᾶς ἐξάγειν ἡμᾶς αὐτοὺς, ὡς τοῦ σώματος ἡμῶν Διονυσιακοῦ ὄντος*: i. e. quoniam sumus particulæ corporis Bacchici. Baccho enim a Titanibus discerpto ac devorato et combustis Titanibus humanum corpus inde effictum esse. Deinde venit ad argumentum dialecticum. Atque illud de argumento fabulari ut in medio relinquamus, hoc certum est, in mysteriis Orphicis maxime traditum fuisse, nos in hoc corpore inclusos esse tanquam in carcere pœnæ luendæ causa, neque igitur licere per religiones maturius exinde discedere ac nos ipsos liberare, quam jubente Deo eodemque domino. (Plato in Cratylo p. 400. ubi Orphico more *σῶμα* dicitur *σῆμα*, corpus sepulcrum animæ.) Atque in Thracia antiquitus hujusmodi sententias invaluisse, atque a sacerdotibus et mysteriorum ministris per manus traditas ad Pythagoreos philosophos, qui Orphici videri volebant, pervenisse, ab hisque uberius exposita esse, minime est, quod in dubitationem vocemus. (Vid. modo Herodot. V. 4. II. 81. et conf. quæ plura eam in rem et ipse contuli in *Studiis* Germanice scriptis Vol. II. p. 234. sqq. et p. 321. sqq. et Boeckh. Philolaus p. 180. sqq.) Quæ propterea attigi, quia Wyttenbach. ad Phædon. p. 134. sqq. et in Philomath. III. p. 86. illa Platonis in *ἀπορρήτοις* non recte accepit, et Heindorfius quoque ad Platon. Gorg. p. 493. post Meinersium, in talibus mirifice cæcutientem, illa decreta de anima in carcere inclusa, neque inde, injussu domini, emittenda, antiqui Pythagorei philosophi, qualis Philolaus fuit, indigna pronuntiare ausus est. *Posset* proinde etiam illa sententia, unde proficiscitur hac in disputatione

Plotinus, antiqui illius Zoroastris esse, si argumentum spectamus, quando veteres scriptores Zoroastrem quodammodo facem prætulisse Pythagoræ produnt; *posset*, inquam, si materiam spectes, non verba. Nam versiculum illum ex magicis oraculis, quæ Zoroastris nomine feruntur, posterioris ætatis fabricæque habendum esse, nemo eruditior infitiabitur.

Norunt autem e posterioribus scriptoribus Plotinianam hanc disputationem plurimi, in his David Armenius, cujus locum ad calcem adscribam, Olympiodorus, Macrobius et Joannes Sarisberiensis, quanquam hic quidem suam notitiam haud dubie Macrobio debet. Atque ille in iis argumentis, quæ tuendæ ἐξαγωγῆς profert, haud invenuste et hoc posuit: in Phædon. p. 5.: *τρίτον ἐπιχείρημα· εἰ Πλωτίνῳ γέγραπται περὶ εὐλόγου ἐξαγωγῆς, δεῖ ἄρα ποτὲ ἐξάγειν ἑαυτόν.* Tum plura de Stoicorum argumentis subjicit; de quibus, ut hoc, hac data occasione, delibem, Wyttenbachius ad Plutarchi Apophthegmm. Lacænarum p. 1222. ita: "Verbo *ἐξήγαγεν ἑαυτὴν*, se ipsa interfecit, significatur *εὔλογος ἐξαγωγὴ* Stoicorum, quorum in disputationibus de hoc argumento exemplum Laconicum frequens fuisse apparet ex Epicteto Dissert. I. 2. p. 12, 13. ed. Schweigh." Macrobius autem ex loco Ciceronis (Somn. Scip. III. sive de Republ. VI. p. 478—483. ed. Moser.), quem supra attigimus disputandi ansam arripuit in Somn. Scipionis I. 13.: "Hæc secta et præceptio Platonis est, qui in Phædone definit homini non esse sua sponte moriendum.—Hæc Platonicæ sectæ semina altius Plotinus exsequitur." Ioannes autem Sarisberiensis in Policratico lib. II. c. 26. (in Max. Bibliotheca Patrum Vol. XXIII. p. 278.) ita: "Licet et in eo erraverit, quod autoritate propria vitæ munus abjecit. Quod non modo fidelium institutis, sed constitutionibus gentium et sapientissimorum edictis constat esse prohibitum. Veteres quidem Philosophiæ principes, Pythagoras et Plotinus, prohibitionis hujus non tam auctores sunt, quam præcones, omnino illicitum esse dicentes, quempiam militiæ servientem a præsidio et commissa sibi statione discedere citra ducis vel principis jussionem. Plane eleganti exemplo usi sunt, eo quod militia est vita hominis super terram." Vides Ioannem et Pythagoricam illam sententiam de *φρουρᾷ* ad Ciceronis modum explicuisse et eandem affinxisse etiam Plotino. Cæterum quæ Marsilius Ficinus in Commentario hujus libelli exposuit, ea maximam partem ex Olympiodoro et e Macrobio desumta sunt. Quod vero Olympiodorum et Macrobium dissidere inter se in hac caussa dicit, illo licitum esse pronuntiante, hoc negante: non accurate prodidit. Etenim Olympiodorus argumenta hujus causæ in utramque partem explicuit. Eandem quæstionem attigit Theodorus Metochita in Miscellan. c. 90. p. 582. ed. Müller. et Kiessling.: *Οὐ γὰρ οἷόν τε οὔτε θεμιτὸν ὄντως πρὸ τῶν δεδομένων ὅρων τέμνεσθαι, καὶ καθάπερ ἐξίστασθαι καὶ ἀποχωρεῖν τῆς δυστυχοῦς ταύτης συζυγίας* (Conjunctionis qua animus et corpus copulantur).

163, 9. *Οὐκ ἐξάξει*] Vid. varr. lectt. Recepimus lectionem librorum pœne omnium et marginis. Neque enim ullus liber *Μὴ ἐξάξῃς* offert. In editis oraculis magicis Zoroastris p. 78. ed. Galei v. 15. ita legitur hic locus: *Μὴ ἐξάξῃ, ἵνα μὴ ἐξιοῦσα ἔχῃ τι*, vertiturque: "Ne educas animam, ne exiens e corpore habeat aliquid *periculi*." Hoc male. Debebat vel omittere extremam vocem vel substituere *sordium*. Codex autem Vaticanus n. 1416. ab Hieron. Amatio meum in usum excerptus p. 94. ita habet: *Χαλδαϊκὸν λόγιον· Μὴ ἐξάξῃς, ἵνα μὴ ἐξίῃ ἔχουσά τι.* Plane ut margo codicis Cizensis, et Plotiniani libri in contextu. Illa: *ἐξελεύσεται γὰρ*, et *ἵνα καὶ ἐξέλθῃ*, a Plotino addita sunt explendæ sententiæ caussa. Cæterum ut h. l. ad *ἐξάξει* et *ἐξάξῃς* cogitandum est *τὴν ψυχὴν*, ita alibi supplendum est cogitando *σεαυτὸν*, *ἑαυτὸν*, vel *τοῦ βίου* vel *τοῦ ζῆν*; ita tamen, ut ellipsis usitatior sit plena locutione. Proinde non video, quî Koelerus ad Heraclidis Pontici fragmenta IX. p. 52.: *οἱ μὲν μήκωνι οἱ δὲ κωνείῳ ἑαυτοὺς ἐξάγουσι*, scribere potuerit: "Mox aliquis malit: *ἐξάγουσι ἐκ τοῦ ζῆν*." Neque omnino accurate de hoc usu egit ibidem. Quod Reiskius in Indice in Plutarchi Vitas p. 231. ad *ἑαυτὸν ἐξήγαγεν* addit: "scil. *ἐκ τοῦ σώματος*," an unquam apud scriptorem in plena locutione inveniatur, non dixerim. Addam nonnullos locos ex Adversariis meis, unde vel formulæ varietas, vel philosophorum sentiendi diversitas, cognoscatur: Zeno Stoicus apud Diog. Laërt. VII. 130.:—*εὐλόγως τε φάσιν ἐξάξειν ἑαυτὸν τοῦ βίου*

τὸν σοφὸν καὶ ὑπὲρ πατρίδος καὶ ὑπὲρ φίλων· κἂν ἐν σκληροτέρᾳ γένηται ἀλγηδόνι, ἢ πηρώσεσιν, ἢ νόσοις ἀνιάτοις. Olympiodor. in Phædon:—*οἱ Στωϊκοὶ πέντε τρόπους ἔλεγον εὐλόγου ἐξαγωγῆς.* Contra Theodorus Cyrenaicus ap. Diog. L. II. 98: *ἔλεγε δὲ καὶ εὔλογον εἶναι, τὸν σπουδαῖον μὴ ἐξαγαγεῖν ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἑαυτόν. κ. τ. λ.* Plutarch. adv. Stoicos p. 1060. p. 326. Wyttenb. *εὐλόγως ἐξάγειν τοῦ ζῆν ἑαυτοὺς καὶ τοῦ βίου ἀπολέγεσθαι.* Arrian. Dissert. II. 15. 10. *ἐξάγῃς ἡμῖν ἄνθρωπον ἐκ τοῦ ζῆν φίλον.* Idem IV. 1. 105. *ὅταν σ' ἐξάγῃ,* (sc. *ὁ θεός*). Marc. Antonin. III. 1. p. 62. *εἰ ἤδη ἐξακτέον αὐτόν.* Synesius Epist. 79. *κἂν ἐξήγαγον ἐμαυτὸν κρατηθεὶς ὑπὸ τοῦ πάθους.* Similiter Appianus de bell. civil. IV. 135. p. 707. Schweigh. Contra idem de bello Hispan. VI. 96. p. 707. plenius: *καὶ ἐθέλουσιν αὐτοὺς ἐξαγαγεῖν τοῦ βίου.* Athen. IV. p. 157. b. *συμβουλεύσαιμ' ἂν ὑμῖν, κατὰ τὸν Σωκρατικὸν Ἀντισθένην ἐξάγειν ἑαυτοὺς τοῦ βίου.* Nec aliter Porphyr. de vita Plotini p. 113. Fabric.—*ἐξάγειν ἐμαυτὸν διαγοουμένου τοῦ βίου.* Singularis significatio formulæ est in Xenophonte Ephesio V. p. 35. *ἑαυτοὺς ἐξήγαγον τοῦ βίου* de senibus, qui mortem sibi properaverant nimium indulgentes dolori. Vid. Peerlkamp. ad eum locum p. 359. In Græcis Bibliorum interpretibus et in N. T. *ὑπάγειν* sæpiuscule simpliciter usurpari pro *mori*, non est quod exemplis confirmetur post ea quæ congessit Schleusner. in Lex. N. T. in voce.—Hæc de formulis. Sententia Plotiniani loci congruit Hierocl. 160.: *Ἔσται δὲ καθαρὰ, εἰ μηδὲν τῇ ἀλογίᾳ, μηδὲ τῷ θνητῷ σώματι* (fort. deest *συγγενὲς*) *συνεκφέροιτο, ὡς ἄλλη δὲ ἄλλων ἐπιμελοῖτο, τοσοῦτον αὐτοῖς ἀπονέμουσα φροντίδος, ὅσον ὁ θεῖος κελεύει νόμος, ἐξάγειν αὐτὴν* (Cod. Medic. *ἑαυτὸν*) *πειρᾶσθαι μὴ συγχωρῶν, ἀλλὰ περιμένειν ἕως ἂν ὁ θεὸς αὐτὸς ἀπολύσῃ ἡμᾶς.* Macrobius in Somn. Scip. I. 13. ex Plotino: " Nec levis est differentia vitam vel natura vel sponte solvendi; anima enim, cum a corpore deseritur, potest in se nihil retinere corporeum, si se pure, cum hac in vita esset, instituit, cum vero ipsa de corpore violenter extruditur, quia exit vinculo non soluto, fit ei ipsa necessitas occasio passionis, et malis, vinculum dum rumpit, inficitur." Cæterum Plotini verba *ἵνα καὶ ἐξέλθῃ,* vertenda erant: *quocunque ea excesserit.* Ad argumentum cf. infra *adversus Gnosticos* II. 9. 18. p. 217. D.

p. 163, 13. *ἀδυνατοῦντος ἔτι τοῦ σώματος—συνδεῖν τῆς ἁρμονίας αὐτοῦ οὐκέτι οὔσης*] Hæc sententia et ipsa Pythagoreis placuit, vel similis certe: Clearchus ap. Athenæum IV. 157. c. p. 112. Schweigh. *Εὐξίθεος ὁ Πυθαγορικὸς—ἔλεγεν, ἐνδέσεσθαι τῷ σώματι καὶ τῷ δεῦρο βίῳ τὰς ἁπάντων ψυχὰς τιμωρίας χάριν. καὶ διειπασθαι τὸν θεὸν ὡς, εἰ μὴ μενοῦσιν ἐπὶ τούτοις ἕως ἂν ἑκὼν αὐτὸς λύσῃ, πλέοσι καὶ μείζοσι ἐμπεσοῦνται τότε λύμαις. διὸ πάντας εὐλαβουμένους τὴν τῶν κυρίων ἀνάτασιν φοβεῖσθαι τοῦ ζῆν ἑκόντας ἐκβῆναι, μόνον τε τὸν ἐν τῷ γήρᾳ θάνατον ἀσπασίως προσίεσθαι, πεπεισμένους τὴν ἀπόλυσιν τῆς ψυχῆς μετὰ τῆς τῶν κυρίων γίγνεσθαι γνώμης.* Cum Plotini verbis magis congruit alter locus ejusdem II. 9. 18. p. 217. B. C. D. ubi corpus cum domo affabre ædificata comparatur; unde hæc sola h. l. adponam:—*δεῖ δὲ μένειν μὲν ἐν οἴκοις σῶμα ἔχοντας κατασκευασθεῖσιν ὑπὸ ψυχῆς ἀδελφῆς ἀγαθῆς.* Præsertim vid. Diog. Laërt. VIII. 29. ubi ex doctrina Pythagoræ infantis corpus dicitur *συνέχεσθαι κατὰ τοὺς τῆς ἁρμονίας λόγους.* Cf. Censorin. de die natali c. 9. Macrobius l.l. " Addit etiam (Plotinus) illam solam esse naturalem mortem, ubi corpus animam, non anima corpus relinquit. Constat enim, numerorum certam constitutamque rationem animas sociare corporibus; hi numeri dum supersunt, perseverat corpus animari; cum vero deficiunt, mox arcana illa vis solvitur, qua societas ipsa constabat: et hoc est quod fatum et fatalia vitæ tempora vocamus. Anima ergo ipsa non deficit, quippe quæ immortalis atque perpetua est; sed impletis numeris corpus fatiscit: nec anima lassatur animando; sed officium suum deserit corpus, cum jam non possit animari. Hinc illud est doctissimi vatis (Virgilii Æn. VI. 545.): *Explebo numerum, reddarque tenebris.* Hæc est igitur naturalis vere mors, cum finem corporis solus numerorum suorum defectus apportat: non cum extorquetur vita corpori adhuc idoneo ad continuationem ferendi." Plotini hæc verba laudat Bruckerus in Hist. Crit. Philos. II. p. 418. Ficini versione, uti solet, utens, additque: " En vero *harmoniam præstabilitam inter animam et corpus*, jam Plotino ex parte notam!"

p. 163, 14. *Τί οὖν εἰ μηχανήσαιτό τις—μηδὲν πράττειν*] Macrobius l. l. "Oportet, inquit, (Plotinus) animam post hominem liberam corporeis passionibus inveniri; quam, qui de corpore violenter extrudit, liberam esse non patitur. Qui enim sibi sua sponte necem comparat, aut pertæsus necessitatis aut metu cujusquam ad hoc descendit aut odio; quæ omnia inter passiones habentur. Ergo etsi ante fuit his sordibus pura, hoc ipso tamen, quo exit extorta sordescit."

p. 164, 3. *Εἰ οὖν ἀρχὴν αἴσθοιτο τοῦ ληρεῖν—αἱρετοῖς*] Fuit hæc ipsa Stoicorum sententia. Comparaverant enim Stoici vitam cum Convivio. Olympiodorus in Phædon. p. 6 :—*Ἀλλὰ καὶ διὰ μέθην λύεται τὸ συμπόσιον, οὕτω καὶ τὸν βίον λύειν δεῖ* (fortasse addendum διὰ) *τὸν παρεπόμενον τῷ σώματι λῆρον, φυσικὴ γάρ ἐστι μέθη ὁ λῆρος, ἀλλὰ καὶ διὰ τὰ παρατιθεμένα νοσερὰ ὄντα, καὶ τὸν βίον λυτέον διὰ τὸ σῶμα νόσοις ἀνιάτοις κατεχόμενον, καὶ ἀνεπιτήδειον πρὸς τὸ ὑπουργεῖν τῇ ψυχῇ.* Eadem mala ipse Plotinus supra attigit in libro *περὶ εὐδαιμονίας* I. 4. ubi vide præsertim c. 5. p. 32 : *Ἀλγηδόνες δ' ἔτι καὶ νόσοι, καὶ τὰ ὅλως κωλύοντα ἐνεργεῖν· εἰ δὲ δὴ μηδ' ἑαυτῷ ἐπακολουθοῖ· κ. τ. λ.* i. e. *si vero nec mente sibi constet* (homo): sive, *si vero etiam mente captus sit*, ubi cf. annot.

—6. *Καὶ γὰρ ἡ τῶν φαρμάκων προσαγωγὴ*] Vid. var. lect. Sex Cod. et marg. Edit. *προσεξαγωγή*. Vox inaudita. Possis suspicari Plotinum scripsisse: *καὶ γὰρ ἡ διὰ τῶν φαρμάκων προεξαγωγὴ ψυχῆς*, et illud *πρὸς ἔξοδον* interpretamentum esse a margine in orationem illatum. *Etenim eductio animæ priusquam necesse est per venena.* Polybius certe XXX. 7. 8. usurpat: *προεξάγειν ἑαυτὸν ἐκ τοῦ ζῆν*, mortem sibi priusquam necesse est, consciscere. Vid. Schweigh. Lex. Polyb. Sed nec *προεξαγωγῆς* vocabulum in usu est; nec incommodum sensum exhibet lectio vulgata.

—7. *ψυχῇ οὐ πρόσφορος—οὐκ εὐτυχές*] Hæc fortasse Macrobius amplificavit. Ita enim ille: "Deinde mortem debere ait (Plotinus) animæ a corpore solutionem esse, non vinculum: exitu autem coacto animam circa corpus magis magisque vinciri et re vera ideo sic extortæ animæ diu circa corpus ejusve sepulturam vel locum in quo injecta manus est pervagantur. Cum contra illæ animæ, quæ se in hac vita a vinculis corporeis philosophiæ morte dissolvunt, adhuc exstante corpore cælo et sideribus inserantur, et ideo illam solam de voluntariis mortibus significat esse laudabilem, quæ comparatur, ut diximus, philosophiæ ratione, non ferro: prudentia, non *veneno*." At dicat fortasse quispiam hæc ex integriore Plotini libro, de quo supra conjecimus, desumta videri posse, quando plures sententiæ in hoc libello *περὶ ἐξαγωγῆς* non reperiantur, quas hoc capite in medium profert Macrobius. Equidem non crediderim. Desumta sunt hæc partim e Phædone Platonis, partim ex aliis libris ipsius Plotini, v. c. de Dialectica. Et universe, qui hæc Macrobiana conferat cum Plotinianis, continuo intelligat, Romanum philosophum id egisse, ut Ægyptii philosophi densas et contractas sententias dilataret, et lectoribus suis expeditiores redderet. Hæc etiam continenter adjuncta unumquemque docebunt. Quod enim Plotinus in fine libelli subjicit: *Εἰ δὲ οἷος—οὔσης ἐπιδόσεως, οὐκ ἐξακτέον*, hæc Macrobius ita exornat: "Hanc quoque superioribus (Plotinus) adjicit rationem non sponte pereundi. Cum constet, inquit, remunerationem animis illic esse tribuendam, pro modo perfectionis, ad quam in hac vita unaquæque pervenit: non est præcipitandus vitæ finis, cum adhuc proficiendi esse possit accessio. *Nec frustra hoc dictum est.* Nam in arcanis de animæ reditu disputationibus fertur &c." Reliqua Marsilius Commentario suo inseruit. Unde apparet Macrobium Plotinianis his sententiis argumenta etiam sua quædam interposuisse, et omnino, quod supra significavi, Periphrasin quasi quandam hujus libelli conscripsisse.—In fine hujus disputationis adscribere juvat locum Davidis Armenii Prolegg. Commentar. in Porphyrii Quinque Voces e cod. mscr. Paris. Reg. nr. 1939. fol. 117 : *Ὁ μέντοι Πλωτῖνος περὶ εὐλόγου ἐξαγωγῆς γράφων οὐδένα τούτων τῶν πέντε τρόπων ἀποδέχεται* (Enumeraverat in præcedentibus David quinque rationes, quas alii philosophi statuebant), *μὴ ἀμελεῖν λέγων πάντη τοῦ σώματος δι' ἐπιμελείαν ψυχῆς, ἀλλὰ τὴν προσήκουσαν αὐτοῦ ποιεῖσθαι πρόνοιαν, ἕως οὗ ἐκεῖνο ἀνεπιτήδειον γενόμενον διαστήσοι ἑαυτὸν τῆς πρὸς τὴν ψυχὴν κοινωνίας, ἄτοπον γὰρ τὸ πρὸ καιροῦ ἐξάγειν ἑαυτόν.*

LIB. I. ENNEAD. SECUNDÆ.

P. 178, 7. Περὶ οὐρανοῦ] Est hic liber secundum ordinem, quo singuli a Plotino scripti sunt, quadragesimus. Vid. Porphyr. de Vit. Plotini. p. 141. Fabr. (c. 24.), ubi tamen inscribitur *περὶ κόσμου*. Atque eundem titulum usurpant Philoponus, Simplicius et alii, uti postea videbimus. Libri nostri h. l. nihil variant. Ejus diversitatis causa inest in usu veterum, qui *κόσμον* et *οὐρανὸν* promiscue dicebant. Plato Timæo p. 28. p. 23. Bekkeri: *ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς ἢ κόσμος, ἢ καὶ ἄλλο ὅ τί ποτε ὀνομαζόμενος μάλιστ' ἂν δέχοιτο, τοῦθ' ἡμῖν ὠνομάσθω*. Ad quem locum Proclus p. 83: *καὶ γὰρ αὐτὸ τοῦτο ἰστέον, ὅτι τὰ ὀνόματα ταῦτα πολλὴν ἔχει παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἀμφιβολίαν κ. τ. λ.* Sic Aristoteles Meteorol. I. 2. et 3. *ὁ περιέχων κόσμος τὴν γῆν*, ubi proinde *κόσμος* est *cælum*. Idem de Cælo triplicem vocis *οὐρανοῦ* significatum distinguit c. 9, 10. 24. ed. Sylb. cf. etiam Philon. Judæum *περὶ ἀφθαρσίας κόσμου*, ibiq. Mangey. p. 488. unde intelligitur Pythagoram vel cælum vel hanc rerum universitatem primum dixisse *κόσμον*. Hinc geminus usus Romanorum scriptorum, Plinius H. N. II. 1. "*Mundum* et hoc quod alio nomine *cælum* appellare libuit, cujus circumflexu teguntur cuncta." ubi cf. Harduin. p. 69. et p. 126. Contra Latini *cælum* nonnunquam pro *mundo* dixerunt. Cicero in Hortensio ap. Serv. in Æneid. I. 335. "Epicurei, qui plures esse volunt *cælos*" i. e. *mundos*. Quo de usu vide quos laudat Harlesius in Fabricii Bibl. Gr. III. p. 230. not. Io. Christ. Kappius ad Aristotel. de Mundo II. p. 18. sq. et Ian. Bakius ad Cleomedis Meteora I. 1. p. 258. cf. infra ad p. 384. D.—Argumentum autem hujus libri Plotiniani conjunctum est cum disputationibus Platonis cum aliis in Dialogis, tum maxime in Timæo. Deinde cum Aristotelis libris aliquot, in his *περὶ οὐρανοῦ*. Neque vero non Epicureorum, Stoicorum aliorumque philosophorum placita in hac disputatione respexisse putandus est Lycopolites philosophus. Quorum decreta de mundo qui cognoscere cupiat, is adeat Philonis Judæi librum *de Mundi incorruptibilitate* itemque commentarios Procli in Timæum Platonis, ubi Pythagoreorum, Platonis, Aristotelis, Crantoris, Plutarchi, Attici, ipsius Plotini, Porphyrii, Iamblichi, aliorum sententiæ, præsertim de mundo vel æterno vel non æterno recensentur p. 84. sqq. cf. eundem Proclum in Theol. Platonis II. 11. p. 107. III. 1. p. 126. sq. et III. 16. p. 147. et ejusdem Inst. Theol. c. 48. sqq. p. 78. sqq. ed. nostr.: Procli autem de mundo æterno placitum peculiari in libro impugnavit Io. Philoponus, unde nonnihil in Annotatione nostra mutuabimur. Ex iisdem disputationibus vituperandi Procli materiam desumsit Nicolaus Methonensis in *Ἀναπτύξει τῆς θεολογικῆς στοιχειώσεως Πρόκλου* p. 71. sqq. ed. Voemel. Cf. etiam Dionysium Areopag. de divinn. nomm. V. 4. p. 690. cum Scholiis Maximi p. 705. sq. Nicephorus denique Blemmida Epitomæ suæ physicæ caput inseruit *περὶ οὐρανοῦ, καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ κόσμος ἀΐδιος*. Vid. c. 24. p. 179. sqq. ed. Wegelin. August. Vindel. 1605. Recentiorum aliquot de illo placito sententias attigi infra ad Nostri Enn. III. 2. 1. p. 255. A. B.

— 11. *πρῶτον μὲν ἀληθὲς μὲν ἂν ἴσως*] Quod h. l. hæserunt aliquot librarii, non est quod miremur, quando docti etiam critici ad hunc scopulum impegerunt. Tu vid. Dorvill. ad hæc Charitonis VI. 5.: *Καλλιῤῥόη μὲν τὸ μὲν πρῶτον ὥρμησεν* in Animadvv. p. 543. ed. Lips. [p. 560. sq. ed. Amst.], ubi ea, quæ contrariam in partem disputavit Weiskius de Pleonasmis p. 193. sq. multorum exemplorum vim non tollunt. Neque proxime quin ex libris fere omnibus nostris adjiciendum sit *ἂν* post *οὐδεμίαν*, haudquaquam dubito. Plato Sympos. p. 176. p. 377. Bekk. *ἴσως ἂν ἐγὼ περὶ τοῦ μεθύσκεσθαι, οἷόν ἐστι, τἀληθῆ λέγων ἧττον ἂν εἶην ἀηδής*. Proclus Inst. Theol. c. 115. p. 168. ed. nostr. *ἓν ἂν οὐκ ἂν εἴη μόνον*. Qua de repetitione vid. Gregor. Corinth. p. 18. Koen. p. 42. Schæfer. Hermann. ad Viger. p. 814.: sqq. et Dissenii Disquiss. philoll. I. p. 28. sq.: Neque, ut hoc unum addam, fortasse negligenda est lectio Cod. Basiliensis in Thucyd. III. 53. init. *ἡγούμενοι τὸ ἴσον ἂν μάλιστ' ἂν φέρεσθαι*. Mox, quo perspicuitati consuleret Ficinus, dubitatio-

nem, quæ inest in sententia *μήποτε τοῦτο—ἀξιώσοι γίγνεσθαι* (nihil enim muto) diserte expressit. De qua vi particulæ consule Hoogeveen. de Particull. p. 391. ed. Schutz. alt. præsertim p. 394. sq. Proxime non est, quod operose monstretur inter se opponi *κατὰ τὸ εἶδος*, secundum *speciem*, et *κατὰ τόδε* secundum *singula*, sive, quod vulgo dicitur, secundum *individua*.

p. 179, 4. *Εἰ δὲ τῷ πάντα συνειληφέναι (τὸν κόσμον)—ποιήσεται*] Hæc conjuncta sunt cum decreto *mundum esse unicum;* quod Heraclito tribuunt nonnulli, ut Diogen. Laërt. IX. 8. *πεπεράσθαι τε τὸ πᾶν καὶ ἕνα εἶναι κόσμον.* Plato quidem in Timæo p. 31. et pluribus locis diserte pronuntiat. Nec minus Aristoteles de Cælo I. 8. 9. De quibus decretis copiose disputatur apud Philonem de Mundi Incorruptibilitate T. II. p. 488. sq. ed. Mangey. Plutarch. de Oracc. defectu p. 422. sq. p. 725. Wyttenb. cf. etiam Plutarch. de *εἰ* Delphico p. 389. F. et ad eum Wyttenb. p. 285. in Animadvv. Vol. III. et quæ plura hanc in rem contuli ad Ciceronem de N. D. II. 46. p. 401.

p. 180, 14. *τὸν μὲν οὐρανὸν—ἔχειν τὸ ἀεί*] Proclus in Timæum Platonis p. 166: *Ἄτρεπτα ἄρα μένει τὰ οὐράνια, ὥσπερ δὴ τῶν ἀρχαίων Πρόκλος τε ὁ Μαλλώτης καὶ Φιλονείδης εἰρήκασι, τῶν δὲ νεωτέρων οἱ ἀπὸ Πλωτίνου πάντες Πλατωνικοί.* Proclus ille antiquus est Cilix philosophus Stoicus. Vid. Fabric. B. Gr. Vol. III. p. 574. sq. ed. Harles. et Vol. IX. p. 365. sq. Cf. ejusdem Procli Lycii alterum locum in Plat. Timæum p. 73. ubi hæc Plotiniana rursus attigit.—Proxima laudat Ioannes Philoponus adversus Proclum de æternitate mundi XIII. 15.; quem locum sine auctoris nomine e Codice Platonis Parisino Reg. 1832. etiam Imm. Bekkerus interposuit Scholiis in Timæum p. 439. sq. Habet autem ita: *ποῦ δὲ καὶ τὸν πολὺν Πλωτῖνον θήσομεν, ὃς εἴπερ τις ἄλλος εἶναι τῆς αἱρέσεως Πλάτωνος ἀξιῶν οὐ προσήκατο μὲν οὐδ' αὐτὸς τὸ ὑπ' Ἀριστοτέλους ἐπεισκριθὲν τῷ παντὶ σῶμα πέμπτον, ἐξ οὗ τὰ οὐράνια συνίστησεν ἐκεῖνος, τῇ Πλάτωνος δὲ σύμφωνα δόξῃ φθεγγόμενος ἐκ τῶν τεσσάρων καὶ αὐτὸς στοιχείων τὸ οὐράνιον σῶμα συνίστησι, καὶ Πλάτωνος εἶναι τὴν δόξαν ἀποφαίνεται. Λέγει γοῦν ἐν τῷ περὶ τοῦ κόσμου λόγῳ· καίτοι· ὡσαύτως τῆς φύσεως τοῦ σώματος ῥεούσης ἀεί.* Sequitur locus Plotini usque ad verba *ἔτι δὲ μᾶλλον πῶς ἥλιος.* Proxima de Aristotele laudat etiam Simplicius in Aristotelem de Cælo, et quidem tribus locis, p. 3. b. p. 5. b. et p. 26. ed. Venet. Aldina. Atque primo loco ita: *Τούτων δὲ τῶν ὑποθέσεων καὶ Πλωτῖνος ἐν τῷ περὶ κόσμου μέμνηται. βουλόμενος γὰρ κατὰ Πλάτωνα δεῖξαι τὴν ἀϊδιότητα τοῦ οὐρανοῦ, φησίν· Ἀριστοτέλει μὲν γὰρ οὐδεὶς ἂν εἴη πόνος κ. τ. λ.* Altero autem ita incipit: *καὶ ὁ μέγας Πλωτῖνος καὶ Ξένναρχος ἐν ταῖς πρὸς τὴν πέμπτην οὐσίαν ἀπορίαις κ. τ. λ.* Appuleius de Mundo p. 708. p. 291. ed. Bosschæ de Cælo ita: "Elementum, non unum ex quatuor, quæ nota sunt cunctis, sed longe aliud, numero *quintum*, ordine primum, genere divinum et inviolabile."

p. 181, 2. *τῆς φύσεως τοῦ σώματος ῥεούσης ἀεὶ κ. τ. λ.*] Primam sententiam quod attinet, notissimum decretum est Heracliti *ὅτι πάντα χωρεῖ καὶ οὐδὲν μένει—ὡς δὶς ἐς τὸν αὐτὸν ποταμὸν οὐκ ἂν ἐμβαίης.* Verba sunt Platonis in Cratylo p. 402. a. Idem placitum Aristoteles, qui fertur de Mundo sic exprimere: *πάντα ποταμῶν δίκην ῥεῖν* IV. 25. Qua de re vide quæ contulit Wyttenbach. ad Plutarch. de S. N. V. p. 76. sq. ed. Min. p. 398. ed. Oxon. et ad Plutarch. de Amicorum multit. in Animadverss. p. 660. sq. itemque in Animadverss. in Consol. Apollonii p. 721. sq. et p. 791. sq. et quæ ipse hanc in rem congessi in Dionyso p. 79. sqq. Alterum illud memorabilius, sed Platonem ipsum, Aristotelem aliosque gravissimos auctores habet. Ille enim Republ. VI. p. 498. b. p. 300. Bekk. *πρὸς δὲ τὸ γῆρας ἐκτὸς δή τινων ὀλίγων, ἀποσβέννυνται πολὺ μᾶλλον τοῦ Ἡρακλειτείου ἡλίου, ὅσον αὖθις οὐκ ἐξάπτονται.* Et disertius Aristoteles Meteorolog. II. 2. p. 39. Sylb.:—*δῆλον ὅτι καὶ ὁ ἥλιος οὐ μόνον καθάπερ Ἡράκλειτός φησι, νεὸς ἐφ' ἡμέρῃ ἐστὶν, ἀλλ' ἀεὶ νεὸς συνεχῶς.* Quod Alex. Aphrodis. in Meteorol. fol. 93. a. explicat: *καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἄλλος ἐξαπτόμενος τοῦ πρώτου ἐν τῇ δύσει σβεννυμένου*, id est, ut singulis diebus novus accendatur sol priore in occasu exstincto. Alii aliter accepêre. Ipsum Heracliti de sole decretum aliquod nobis servavit Plutarchus de Exilio p. 604. A. *ἥλιος γὰρ οὐχ ὑπερβήσεται μέτρα· φησὶν ὁ Ἡράκλειτος· εἰ δὲ μὴ, ἐρίννυές μιν δίκης ἐπίκουροι ἐξευρήσουσιν.* Item de Iside et Osiride p. 370. D. ad quem locum vid. Wyttenb. in Animadvv. p. 238. cf. Diogen. Laërt. IX. 1. Procl. in Platon. Tim. p. 334. Stobæi Eclogg. I. 26.

p. 524. sqq. Heer. ubi gemina sententia Hecatæo tribuitur, quem Heracliti auditorem fuisse dicebant. De quibus placitis Heracliteis copiose exposuit Schleiermacher. in Wolfii et Buttmanni Museum der Alterthumswissensch. p. 392—399. Cf. etiam Baguet. de Chrysippo p. 176. sq.

181,7. *Ἀριστοτέλει—τὰς ὑποθέσεις τοῦ πέμπτου —σώματος*] Nimirum Aristoteles contra atque alii philosophi ipseque, Plotino referente, Plato fecerant, cæli corpus non ex quatuor elementis reliquis compositum volebat, sed quintum quoddam propriumque atque excellentius ceteris eidem tribuerat. Præterea idem perpetuum motum attribuebat Cælo. Ita enim ille de Cælo II. 3. p. 40. Sylb.: *ἕκαστόν ἐστιν, ὧν ἔργον ἐστὶν, ἕνεκα τοῦ ἔργου. θεοῦ δὲ ἐνέργεια ἀθανασία· τοῦτο δέ ἐστι ζωὴ ἀΐδιος. ὥστε ἀνάγκη τῷ θείῳ κίνησιν ἀΐδιον ὑπάρχειν. ἐπεὶ δὲ ὁ οὐρανὸς τοιοῦτος· σῶμα γάρ τι θεῖον. διὰ τοῦτο ἔχει τὸ ἐγκύκλιον σῶμα, ὃ φύσει κινεῖται κύκλῳ ἀεί.* Atque ut hoc loco divinum dicit corpus cæli ita alio in loco de cælo I. 3. idem corpus appellat *ἀγήρατον καὶ ἀναλλοίωτον καὶ ἀπαθὲς* et *τὸ πρῶτον τῶν σωμάτων*. Hos autem locos tetigisse Plotinum ipsi statuunt Aristotelis interpretes veteres, quorum testimonia supra excitavimus.

— 16. *πρὸς ζώου σύστασιν*] Ed. cum duobus libris scriptis *στάσιν*. Et reapse *στάσις* nonnunquam transitive usurpatur, ut h. l. significare possit *constitutio*. Vid. modo Steph. Thes. p. 4543. sqq. ed. Londin. nov. De aliis significationibus, quæ ibi congestæ sunt, iis adde Upton. et Schweigh. ad Epictet. III. p. 443. Wyttenb. ad Eunap. 302. Procl. in Alc. pr. p. 273. supr. ed. nostr. Eandem utriusque vocis permutationem offendimus supra I. 8. 8. p. 77. F. Sed tamen sicut ibi in contextu retinuimus *σύστασις*: ita h. l. jubentibus plurimis libris nostris, *σύστασιν* eidem inferendum censuimus. Bene Marsilius: "ad animal constituendum:" *ipsum* non erat quod adderet.

p. 182, 2. *ἀλλὰ πρόσφορον—προσήκει*] Wytt. ad Plat. Phædon. p. 232. "i. e. materiam etiam accommodatam ad voluntatem effectionis esse oportet, imo sententia est, *ad voluntatis effectionem: πρὸς τὸ τοῦ βουλήματος ἀποτέλεσμα*:" Similiter in Platone *τὴν φύσιν τῆς ἀσθενείας* accipit, pro *τὴν ἀσθένειαν τῆς φύσεως* (cf. eundem in Philomath. III. p. 98.) et plura ejusdem permutationis Genitivi cum casu regente exempla profert, laudans etiam Markland. ad Maxim. Tyrium XVIII. 1. p. 566. qui et alia exhibet, et hoc Plutarchi tom. II. p. 500. B: *τὰ θνητὰ τῶν ζώων γένη* pro *τὰ τῶν θνητῶν ζώων γένη*. Novi autem Testamenti scriptores consimili enallage nunc *ἐν πυρὶ φλογὸς*, nunc *ἐν φλογὶ πυρὸς* dicunt, docente Valcken. in Scholis ad Act. Apostol. VII. 30. p. 426.

— 9. *ὕδατος φύσις*] De hac formula vid. Wyttenb. ad Phædon. p. 233. et nos ad Plotin. de Pulcrit. supra p. 50. C. in edit. peculiari p. 139. sqq.

— 14. *πῦρ δὲ, ὀξὺ μὲν καὶ ταχὺ—στάσιν ἐπ' ἄμφω ζητεῖν*] Qui libros non inspexerit, facile sibi persuadeat, Marsilium pleniorem ante oculos habuisse hunc locum. Sed quæ plura habet, hæc Periphrasi attribuenda sunt, quæ ille sexcenties perspicuitati consulere studet. Dicas tamen cum legisse *καὶ γῇ τῷ μὴ ἐν ἄλλῳ* et deinde *ἔκτασιν ἐπ' ἄμφω ζητεῖν*. Sed harum quoque lectionum in Codicibus Mediceis, quibus ille usus est, nec vola nec vestigium comparet. Soli igitur conjecturæ probabiliter hæc attribuendæ sunt, de qua ipse viderit.

p. 183, 5. *Τὰ μὲν οὖν ἡμέτερα μέρη—οὐ στέγοντα αὐτῶν* (vel potius *αὑτῶν*) *τὴν σύστασιν*] Haud male Ficinus. Prima vis verbi optime intelligitur ex his Platonis de Republ. X. p. 621. A. *οὗ τὸ ὕδωρ ἀγγεῖον οὐδὲν στέγει*. Sæpius autem et varie usurpat Plato Cf. Republ. IX. 586. p. 454. Bekk. ad eumque locum Ast. in Commentar. p. 604. qui nec hujus Plotiniani loci immemor fuit. Cf. eundem ad Platon. de Legg. IV. 6. p. 213. Sæpe etiam hac potestate usurpat Plutarchus, ut *μὴ στέγειν* sit *non continere, non sustinere, effluere ac perire sinere*, docente Wyttenbach. ad libr. de Virtut. et Vitio p. 689. Alia significatio est, quam attigit Zonar. in Lex. p. 1679. *Στέγει ὑπομένει*, ubi vid. Tittmann. Alia occuparunt viri docti ad Steph. Thes. ed. Lond. recent. Cæterum hic et in sequentibus tangit Plotinus illas rerum naturalium vicissitudines (*ἀμοιβάς*) tantopere frequentatas ab Heraclito et a Stoicis. Vid. nostrum infr. Enn. IV. lib. 8. p. 468. ubi plura dicentur.

p. 184, 2. *πάγιον ἂν τὴν δόξαν—λάβοι*] Certam firmamque sententiam assumeret. Contrarium est *τῷ ἐπαμφοτερίζοντι*. Vid. Ruhnken. ad Tim. Lex. Platon. p. 108. Phrynich. *προπαρ. σοφ.* in

Bekkeri Anecdd. Grr. II. p. 41. et Heindorf. ad Platon. Theæt. §. 36. p. 333. *παγιῶσαι.* Theodoret. III. p. 759. Schulz. de plantis quæ altius infiguntur in solo. *Παγίωσις* apud Olympiodor. in Phædon. legitur. Quod addendum lexicis. De flamma quod Aristotelis in proximis laudatur, ejus mentio frequens in ejus Physicis. Maxime convenire videntur his, quæ leguntur in Meteorol. I. 4. p. 8. Sylb. *ἔστι γὰρ ἡ φλὸξ πνεύματος ξηροῦ ζέσις κ. τ. λ.* Reliqua enim ad sententiam Plotini satis faciunt. Aristotelea expilavit, uti assolet, Nicephorus Blemmida in Epitome physica p. 101. ed. Wegelin. Plotinus autem in his etiam Platonem respexit de ignis generibus et de flamma atque luce disputantem in Timæo p. 58. p. 76. Bekkeri.

— 5. *τὴν ψυχὴν—κινουμένην—κειμένην*] Dicas Ficinum conjecisse *δυνάμει θαυμαστῇ κοσμουμένην*, omisso præcedente *κινουμένην*. Alius transponenda verba censeat *ἐφεξῆς τοῖς ἀρίστοις κειμένην —δυνάμει μεγίστῃ κινουμένην*. Non integrum hunc locum esse libri MSS. significare videntur. Alia non reperio.

p. 185, 1. *Ἡ δὲ μετάνοια τῆς ψυχῆς ὅτι κενόν ἐστι δέδεικται*] Nimirum in libro adversus Gnosticos, qui dicitur, ante hunc nostrum conscripto. Tu vide II. 9. 6. p. 203. E. *τὰς δὲ ἄλλας ὑποστάσεις τί χρὴ λέγειν, ἃς ἐπάγουσιν, παροικήσεις, καὶ ἀντιτύπους, καὶ μετανοίας; εἰ μὲν γὰρ τῆς ψυχῆς ταῦτα λέγουσι πάθη ὅταν ἐν μετανοίᾳ ᾖ, καὶ ἀντιτύπους, ὅταν οἷον εἰκόνας τῶν ὄντων ἀλλὰ μὴ αὐτὰ πω τὰ ὄντα θεωρῇ καινολογούντων ἐστὶν, εἰς στάσιν τῆς ἰδίας αἱρέσεως* (al. *κενολογούντων—σύστασιν*) ubi alia quædam apponam.

— 6. *ἢ φησὶν ὁ Πλάτων*] Plato in Timæo p. 69. p. 97. Bekk. *ἔπειτα ἐκ τούτων πᾶν τόδε ξυνεστήσατο, ζῷον ἐν ζῷα ἔχον ἅπαντα ἐν αὐτῷ θνητὰ ἀθάνατά τε. καὶ τῶν μὲν θείων αὐτὸς γίγνεται δημιουργὸς, τῶν δὲ θνητῶν τὴν γένεσιν τοῖς ἑαυτοῦ γεννήμασι δημιουργεῖν προσέταξεν κ. τ. λ.*

— 8. *Τοῦτο δὲ ταὐτὸν τῷ ἐφεξῆς—τὴν οὐρανίαν*] Plato Phædone p. 109. p. 110. Bekk. *τὸ δὲ εἶναι ταὐτὸν, ὑπ' ἀσθενείας καὶ βραδυτῆτος οὐχ οἷους τε εἶναι ἡμᾶς διεξελθεῖν ἐπ' ἔσχατον τὸν ἀέρα.* Ita locum Bekkerus repeti jussit. Heindorf. conjiciebat p. 229.: *τὸ δὲ εἶναι τοιοῦτον· ὑπ' ἀσθενείας*: "*quum tamen res ita se habeat*, ut propter imbecillitatem." Wyttenbachius p. 301.: i. e. hoc autem idem esse, ac nos—non posse. "Quamquam in hac quidem compositione malim aut abesse *ταὐτὸν*, aut ei subjungi *ἢ*, quod ab antecedente *ν* sæpe ablatum reperitur, ut ostendemus ad Plut. Mor. p. 96. A. (Tu vide Animadvv. in Plutarch. p. 652. sq. ed. Oxon. min.) aut subjici *τῷ*, ut in simili constructione locutus est Plotinus" —Sequuntur verba Plotini, quæ ita Latine reddidit Wyttenbachius: "*Id autem idem est ac si dicatur, proximam post mundi creatorem esse animam cœlestem* cet." Neque aliter reddidit Ficinus.

— 15. *ὡς ἂν ἄλλης ψυχῆς αὐτῶν προσεχῶς ἀρχούσης*] Adverbium *προσεχῶς* rarissimi usus est, indeque in vulgaribus Lexicis neglectum. Paucula præstat novus Stephanus ed. Valp. p. 3978. Quod Hesychius II. 1045. Albert. explicat *σπουδαίως*, ejus usus editoribus nullum exemplum notatur. Igitur quærat fortasse quispiam, an hæc vocis vis nostrum in locum cadat. Quam si accipias, idem sit h. l. atque *προσεχόντως*, i. e. *attente, naviter, serio.* Sed tamen alteram amplexus est Marsilius, eaque accommodatior videtur. Plutarchus qui fertur de placitis philosophorum III. 18. p. 897. p. 617. Wytt. *ὃς κύκλος φαινόμενος ἄλως καλεῖται, ὅτι ἐστὶν ἅλως προσεχῶς ἐκεῖ δοκοῦντος τοῦ φάσματος γίνεσθαι, ἔνθα νῦν ἔπεσε τὸ πάχος τῆς ὄψεως.* Reiskius conjiciens: *ὅτι ἐστὶν ἄλωνι προσφερὴς* rarissimum adverbium pervulgato Adjectivo opprimit; quasi rarissima tantopere in promtu sint librariis. Venuste Wyttenbachius: *ὅτι ἐστὶν ἅλως τῆς ὄψεως προσεχῶς ἐκεῖ δοκοῦντος τοῦ φάσματος γίνεσθαι, ἔνθα συνέπεσε κ. τ. λ.* Utut est, eo in loco significat *proxime.* Similiter in his Porphyrii Isagoge in quinque voces Aristotel. cap. II. §. 24. p. 378. Buhlii: *καὶ πᾶν τὸ πρὸ τῶν ἀτόμων προσεχῶς κατηγορουμένων εἶδος ἂν εἴη μόνον*: "et quicquid superius *proxime* de individuis prædicatur." His igitur locis accensemus etiam hunc Plotinianum.

p. 186, 7. *Τῷ μὲν οὖν Τιμαίῳ*] Plato in Tim. p. 31. p. 27. Bekk.: *σωματοειδὲς δὲ δὴ καὶ ὁρατὸν ἁπτόν τε δεῖ τὸ γενόμενον εἶναι. χωρισθὲν δὲ πυρὸς οὐδὲν ἂν ποτε ὁρατὸν γένοιτο, οὐδὲ ἁπτὸν ἄνευ τινὸς στερεοῦ, στερεὸν δὲ οὐκ ἄνευ γῆς. ὅθεν ἐκ πυρὸς καὶ γῆς τὸ τοῦ παντὸς ἀρχόμενος ξυνιστάναι σῶμα ὁ θεὸς ἐπόνει.* Descripsit hæc Plotiniana inde ab illis verbis usque ad verba: *εἰ καὶ ἐν φυσικοῖς οὕτως* Io. Philoponus adv. Proclum de Ætern. Mundi XIII. 15. in edit. et in Scholio Parisino

ad Tim. p. 440. ed. Bekk. hæc adjiciens: *καὶ ὁ Πλωτῖνος ἄρα σαφῶς τῇ μὲν Ἀριστοτέλους περὶ τοῦ πέμπτου σώματος ἀντείρηκεν ὑπολήψει, τὴν δὲ Πλάτωνος καλῶς ἔχειν ἐπέκρινεν ἐκ τῶν αὐτῶν στοιχείων ἐξ ὧν καὶ τὰ τῇδε ζῶα συνέστηκε καὶ τὸν οὐρανὸν συγκεῖσθαι λέγουσαν. καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς δὲ πάλιν ὁ Πλωτῖνος ἐδίδαξεν ὡς οὔτε ἄλλο τι νομιστέον ἢ πυρὸς εἶναι καὶ τῶν λοιπῶν στοιχείων τὰ οὐράνια σώματα, οὔτε γῆν ἀκούοντας ἐν ἐκείνοις· εἶναι πρὸς τὸ χεῖρον τῆς γῆς ἀποφέρεσθαι ἢ φλόγα νομίζειν εἶναι τὸ πῦρ.* (Sequitur locus Plotini supra nobis tractatus, nimirum cap. 4. p. 99. A.) *τὴν γὰρ τῶν στοιχείων μάλιστα καθαρωτάτην καὶ εἰλικρινεστάτην μοῖραν εἰς τὴν τοῦ οὐρανίου συστήματος ἀποκριθῆναι σύστασιν, ὡς μήτε ἔκφυλον καὶ ξένην τῶν παρ' ἡμῖν στοιχείων τὴν τοῦ οὐρανίου σώματος εἶναι φύσιν, μήτε ἀπαραλλάκτως τοιοῦτον εἶναι τὸ ἐκεῖ πῦρ ἢ τὴν γῆν ἢ τῶν ἄλλων τι, ἀλλὰ παρ' ἡμῖν μὲν τὸ τρυγῶδες καὶ οἱονεὶ τὴν ὑποστάθμην τῶν στοιχείων ἀπορρεῦσαι, ἐκεῖσε δὲ τὴν λεπτομερεστάτην αὐτῶν καὶ ἀμείνονα διακριθῆναι μοῖραν, ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις, φησὶν ὁ Πλωτῖνος ἐν τοῖς κυριωτάτοις αὐτῶν μάλιστα τὰ ἀμείνονα ἐκλέγεται ἡ φύσις.* Tum addit, hanc veram Platonis sententiam fuisse, cum aliunde comprobari posse, tum ipso Aristotelis testimonio, qui eandem ei tribuens eidem oblocutus sit. Aristotelem quoque videri primum sententiam de quinto corpore introduxisse.

p. 186, 9. *στερεὸν*] Ipsius Platonis libris confirmatur. Qui *στερῤῥέον* scripsêre, videntur voluisse *στερῥόν*. Variatur autem diverso modo in hoc vocabulo. Cf. Jacobs. ad Achill. Tat. p. 850. sq. Longinus ap. Euseb. P. E. XV. p. 825. (Longini Fragg. VII. 3.) *στερεὸν σῶμα*, corpus humanum, opponit animæ, quæ ex Stoicorum sententia sit *ἀναθυμίασις*, s. exhalatio, solidi corporis. Mathematicis quid sit *τὸ στερεὸν* docet ipse Plato Republ. VII. p. 528. a. cf. etiam Phileb. p. 51. ibiq. Stallbaum. p. 161.

— 11. *φαίνεται ἔχοντα*] Debebat verti *habere apparet*, et contra in sequentibus *ἔχειν φαίνεται habere videtur*. (Vid. F. A. Wolf. ad Demosth. Lept. p. 259.) Sed in ejusmodi rebus longum est, si Ficinum ceteroquin optimum Plotini interpretem emendare instituas. In sequentibus manifesta aliquot vitia Philoponi et bonorum librorum ope abstersimus. Idem interpres ad totius hujus disputationis intelligentiam plurimum confert, ut ea docent, quæ modo apposuimus. Habuit autem in universo hoc loco Plotinus ante oculos, quæ Plato disputat in Timæo inde a p. 58. sqq. Steph. p. 76. sqq. Bekkeri.

p. 188, 10. *Περὶ δὲ πυρὸς—διάστατον τριχῇ*] Plato Timæo p. 56. B.: *ἔστω δὴ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον καὶ κατὰ τὸν εἰκότα τὸ μὲν τῆς πυραμίδος στερεὸν γεγονὸς εἶδος πυρὸς στοιχεῖον καὶ σπέρμα· τὸ δὲ δεύτερον κατὰ γένεσιν εἴπωμεν ἀέρος, τὸ δὲ τρίτον ὕδατος κ. τ. λ.* cf. Theolog. Arithmet. p. 20. p. 19. Ast.: *ὅτι ἐν πρώτῃ τετράδι σωμάτωσις ἐλαχίστη καὶ σπερματικωτάτη, εἴπερ καὶ στοιχειωδέστατον τῶν σωμάτων καὶ μικρομερέστερον τὸ πῦρ, αὐτοῦ δὲ τούτου σχῆμα ὡς σώματος πυραμὶς φερώνυμος κ. τ. λ.* Proxime Ficinus post *διάστατον τριχῇ* legit *ᾗ φυσικὸν σῶμα* (sc. *ἐστὶ*) illa autem: *διά τι—φυσ. σῶμα*; non legit. Cujus varietatis in libris nostris nullum vestigium. Post alterum *σῶμα* posui signum interrogationis, quod in sequentibus post *διά τι* recte positum reperitur.

— 14. *τῷ χρυσῷ ὕδατι ὄντι*] Platon. Tim. p. 59. p. 77. Bekk.: *Τούτων δὴ πάντων ὅσα χυτὰ προσείπομεν ὕδατα, τὸ μὲν ἐκ λεπτοτάτων καὶ ὁμαλωτάτων πυκνώτατον γιγνόμενον, μονοειδὲς γένος, στίλβοντι καὶ ξανθῷ χρώματι κοινωθὲν τιμαλφέστατον κτῆμα χρυσὸς ἠθημένος διὰ πέτρας ἐπάγη.* Aristoteles de Coloribus III. p. 241. Sylb. *τὸ δὲ χρυσοειδὲς γίνεται, ὅταν τὸ ξανθὸν καὶ τὸ ἡλιοειδὲς πυκνωθὲν ἰσχυρῶς, στίλβῃ. διὸ καὶ οἱ τῶν περιστερῶν τράχηλοι καὶ τῶν ὑδάτων οἱ σταλαγμοὶ φαίνονται χρυσοειδεῖς, τοῦ φωτὸς ἀνακλωμένου.* Quæ non magis ad Platonis sententiam de auri natura pertinent, quam illa de auro apyro in Pæonia post imbres reperto in Mirabil. Auscultt. XLV. p. 87. Beckmann. Propius aliquanto ad Platonis verba accedunt hæc Philonis Judæi in libr. Quis divinarr. rerr. sit hæres p. 503. Mang. *χρυσὸν δ' οἱ ἐγκωμάζοντες πολλὰ μὲν ἄλλα λέγουσι τῶν εἰς ἔπαινον, δύο δὲ τὰ ἀνωτάτω. ἓν μέν, ὅτι ἰὸν οὐ παραδέχεται· ἕτερον δέ, ὅτι εἰς ὑμένας λεπτοτάτους, ἀῤῥαγὴς διαμένων, ἐλαύνεται τε καὶ χεῖται. Σύμβολον οὖν εἰκότως γέγονε μείζονος φύσεως, ἣ ταθεῖσα καὶ κεχυμένη καὶ φθάσασα πάντῃ, πλήρης ὅλων δι' ὅλων ἐστὶ, εὐαρμόστως καὶ τὰ ἄλλα συνυφήνασα.* Alia dicta veterum de auro tanquam pulcerrimo omnium, itemque de sinceritate animi humani per auri similitudinem declarata, exhibuimus ad libr. de Pulcrit. p. 54. F. G. præsertim in ed. pecul. Heidelbergensi p. 267. sqq.

— 17. *καὶ ζῶα—πυρινὰ—δαιμόνων*] De corpori-

bus Dæmonum multa multi præsertim ex Alexandrinis philosophis, qui post Plotinum fuere. Nonnulli dubitanter, ut de re difficili, sunt locuti, ut Iamblichus alii. Vid. Iamblichum de Mysteriis Ægyptt. V. 10. p. 125. V. 11. p. 127. et Galeum in notis p. 267. Cf. Proclum in Alc. pr. p. 83. sq. Olympiodor. ad eund. p. 15. sqq. Platoni vel certe Epinomidis auctori p. 984. infr. *ἀέριον γένος* dicuntur dæmones; ex quo loco, ut primario, multi profecerunt. *Animalia corpore aërea.* Appuleius appellat dæmones de Genio Socratis p. 108. Similiter Porphyrius de Abstin. II. 39. et 42. p. 172. et 182. Rhœrii, quem consule. Psellus autem de Dæmonum operatione lumen cognatum (*σύζυγον φῶς*) attribui vult Dæmonibus p. 49. ed. Kilon.

p. 188, 17. *ἀλλὰ κινήσωμεν—ἔχειν*] Est hoc Plotinianæ brevitatis. Intellige *λέγοντες*. Sed talia singulis fere paginis obvia in his Enneadibus: et putidum foret sæpius inculiare, præcipue cum Ficinus haud incommoda periphrasi intelligentiæ consulere soleat.

p. 189, 2. *συμπεριάγειν—γεηρὰ σώματα*] Gemina docuit Epicurus, uti constat ex ejus Fragmentis librorum *περὶ φύσεως*, observante etiam editore Rosinio in Volumm. Herculanenss. Tom. I. p. 62. Quo illa etiam pertinent apud Ciceronem de N. D. I. 18. de Diis: "Nec tamen ea species corpus est, sed quasi corpus &c." Et: "Epicurus docet eam esse vim et naturam Deorum, ut primum non sensu, sed mente cernatur; nec soliditate quadam nec ad numerum, ut ea, quæ ille propter firmitatem *στερέμνια* appellat, sed imaginibus similitudine et transitione perceptis."

— 5. *Πλάτωνος λέγοντος*] In Timæo p. 31. p. 43. p. 51. sq.

— 6. *τὸ ἀντίτυπον*] Frequentat Plotinus vario significatu, etiam de animis, etiam Substantivum *ἀντιτυπία*. Vid. II. 6. 2. II. 9. 6. III. 6. 6. IV. 4. 29. V. 8. 4. VI. 1. 26. VI. 1. 28. ubi est altera forma *ἀντιτυπές*. VI. 7. 29. VI. 8. 7. Hoc loco vox propius accedit ad significatum *τοῦ σκληροῦ*. Vid. Ruhnk. ad Tim. p. 157. Wyttenb. ad Plut. de Superstit. p. 999. et quæ posui in Commentt. Herodott. p. 299. Proclus in Plat. Alc. pr. 55. p. 154. *ὅτι τὰ πάθη τῆς σκληρᾶς καὶ ἀντιτύπου φύσεώς ἐστιν, ἅτε ἔννλα καὶ γήϊνα, πάντα μὲν ὡς εἰπεῖν, διαφερόντως δὲ τὰ θυμοειδῆ.* Alia posui infra ad vocem *ἀντιτυπίας* p. 180. G. cf. etiam Hermann. et Erfurdt. ad Sophocl. Antig. 134. et Schleusneri Lex N. T. in voc., qui similitudinis significatum multis in locis recte vindicavit. De voce *ἐπιβάθρα* dictum est supra ad I. 6. 1. præcipue in ed. pecul. p. 143. Hoc loco est fundamentum.

p. 190, 4. *Μαρτυρεῖ δὲ καὶ αὐτὸς τούτοις*] Plato in Timæo p. 39.: *φῶς ὁ θεὸς ἀνῆψεν ἐν τῇ πρὸς γῆν δευτέρᾳ τῶν περιόδων, ὃ δὴ νῦν κεκλήκαμεν ἥλιον κ. τ. λ.*

— 8. *τὸ φῶς—ἕτερον φλογὸς εἶναι*] Cf. supra c. 4. et ibi annott. ad p. 99. A. et adhibe Platonis disputata de sole, lumine, veritate in libro VI. de Rep. p. 507. sq.

— 9. *τοῦτο δὲ τὸ φῶς σῶμα εἶναι κ. τ. λ.*] Hanc sententiam pluribus verbis explicat Julianus Imperat. Orat. IV. p. 133. sq. Loquitur de triplice sole: *Ἀλλὰ καὶ τρίτος ὁ φαινόμενος οὑτοσὶ δίσκος (ἡλίου) ἐναργῶς αἴτιός ἐστι τοῖς αἰσθητοῖς τῆς σωτηρίας. Καὶ ὅσων ἔφαμεν τοῖς νοεροῖς θεοῖς τὸν μέγαν ἥλιον, τοσούτων καὶ ὁ φαινόμενος ὅδε τοῖς φανεροῖς. φέρε δὴ πρῶτον αὐτὸ τὸ φῶς οὐκ εἶδος ἐστιν ἀσώματον καὶ θεῖον τῶν κατ' ἐνέργειαν διαφανοῦς; — αὐτοῦ δὲ τοῦ φωτὸς ὄντος ἀσωμάτου ἀκρότης ἂν εἴη τις καὶ ὥσπερ ἄνθος, ἀκτῖνες. Ἡ μὲν οὖν τῶν Φοινίκων δόξα σοφῶν τὰ θεῖα καὶ ἐπιστημόνων ἄχραντον εἶναι ἐνέργειαν αὐτοῦ τοῦ καθαροῦ νοῦ τὴν ἀπανταχοῦ προϊοῦσαν αὐγὴν ἔφη. οὐκ ἀπᾴδει δὲ οὐδὲ ὁ λόγος. εἴπερ αὐτὸ τὸ φῶς ἀσώματον εἴτις αὐτοῦ μηδὲ τὴν πηγὴν ὑπολάβοι σῶμα κ. τ. λ.* (De Phœnicum Æthere et Deo intelligibili cf. Damascium *περὶ ἀρχῶν* p. 385. ed. Kopp.) Illa autem de *lumine incorporco* placita Marsilius Ficinus illustrare instituit cum in commentario in hunc Plotini librum p. 87. sq. et p. 93. tum in librum septimum Platonis de Rep. p. 690. Ed. Francof. et in Convivium p. 1151. sq. Quod vero noster continuo *ἄνθος* usurpat de luce, eadem voce uti vidimus Julianum in verbis proxime laudatis. Plura de hoc usu monui ad Plotin. de Pulcr. p. 54. A. (in ed. pecul. p. 233.) et ad Olympiodor. in Alcib. pr. p. 109. ad verba: *διὸ καὶ ἀφρὸς καὶ ἄνθος τοῦ εἴδους ἐστὶ τὸ κάλλος.* Procl. in eund. p. 247. *ἄνθος τῆς οὐσίας ἡμῖν.* Idem ibid. p. 240. *ἄνθος τοῦ νοῦ.*

— 12. *καὶ στιλπνότητα,—τὸ ὄντως λευκόν*] Admonent hæc Enniani illius ap. Cic. de N. D. II.

2. 25. III. 4. "sublime candens." Alia collegit Ez. Spanhem. *Epr. de Remarques sur les Cesars de Julien.* p. 16. qui etiam Plotinianum hunc locum laudavit. Cf. insuper infr. p. 711. c. 18. A.

p. 190, 13. *ὃ δὴ εἶναι—λευκὸν σῶμα*] Composuit hæc cum Juliani verbis in Cæsaribus, *ἀργύρου στιλπνοτέρα, χρυσίου δὲ λευκοτέρα*, Ezech. Spanhemius l. c. p. 16. pro *splendido* (*brillant*) accipiens neque tamen accurate satis referens Plotiniana.

— 18. *φλόγα—ἀνελθοῦσαν—μετὰ γῆς ῥίπτεσθαι κάτω*] De fulguribus accipit Ficinus. Quorum de causis quæ veteres disputarunt, lege ap. Aristotelem, qui fertur, de Mundo II. 10. IV. 3. IV. 17. Io. Laur. Lyd. de Mensib. III. 15. p. 53. sq. Schow. Eundem de Ostentis p. 86. 164. 174. Hasii.

p. 191, 3. *κάτω δὲ τῆς σελήνης ἵστασθαι—ἀέρα*] Ad cometas refert idem Marsilius. Tu confer Aristotel. Meteorol. I. 7. Senecæ Naturr. Quæst. I. 15. et quos plures laudavit Kappius ad Aristotel. de Mundo II. 9. p. 42. sqq. IV. 22. p. 141. sq. Adde Io. Laur. Lyd. de Menss. II. 13. p. 51. et eund. de Ostentis p. 36. et Hasii Annott. p. 299.

— 4. *φλόγα—ζέσιν*] Cf. Annot. supra ad cap. 4. p. 99. A. Cæterum cf. Plutarch. de facie in orbe lunæ p. 923. E. p. 738. Wytt. *ἡ δὲ ἄνω χώρα πᾶσα κἂν τι δέξηται γεῶδες ὑπὸ βίας ἀναῤῥιφὲν, εὐθὺς ἐκθλίβει δεῦρο, μᾶλλον δὲ ἀφίησιν ᾗ πέφυκεν οἰκείᾳ ῥοπῇ καταφερόμενον.*

— 7. *Τὸ δὲ φῶς ἐκεῖ—ἐν λόγοις τοῖς ἄστροις*] Hæc vereor ut accurate verterit Ficinus. Videtur Plotinus significare, ipsas stellas esse *λόγους*, quasi dicas cogitata adeoque effata verba: nimirum ut lux cælestis primigenia sit quasi *ὁ λόγος ἐνδιάθετος*, ratio intus occulta, stellæ autem *οἱ λόγοι προφορικοί*, s. rationes cogitataque loquela prolata; lux autem illa primigenia, per se una, varia fiat per stellarum varietates, sicut unus sermo varius fit per varietatem hominum. Ejusmodi certe sententiam non abhorrere a mente Alexandrinorum Philosophorum ipsiusque Plotini nemo eruditior ignorat, et sequentes libri Plotiniani arguunt. Proinde equidem verterim: "Lumen vero, quod illic est, partim variegatum in stellis, *utpote effutis*."

— 16. *πᾶν δὲ σῶμα μετὰ ψυχῆς—τοιοῦτον δὲ τὸ ἐκεῖ*] Plato, qui fertur, in Epinom. p. 983. p. 358. supr. Bekk. *οὐκ ἔστι γῆν τε καὶ οὐρανὸν ἅπαντάς τε ἀστέρας ὄγκους τε ἐκ τούτων ξυμπάντας μὴ ψυχῆς πρὸς ἑκάστῳ γενομένης ἢ καὶ ἐν ἑκάστοις εἶτα εἰς ἀκρίβειαν κατ' ἐνιαυτὸν οὕτω πορεύεσθαι κ. τ. λ.* In seqq. dicas Ficinum legisse *πῦρ δὲ οὐδ' ἂν ἐναρμόσειε*. Sed codices nihil variant, et locus ita expediri potest, ut cogites *τὶ* ad vocem *πυρός*. Attamen pronuntiare nolo de loco, uti librorum varietas in proximis significat, haud dubie corrupto. Ceterum *ποιεῖν* a *ὁρᾷν* ita differt, ut a *πράττειν*.

p. 192, 1. *ῥύμῃ*] E margine reduximus pro *ῥώμῃ*, quod in ejus locum successerat. Qua de confusione nuper monuerunt exemplis etiam appositis Lobeck. ad Phrynich. Eclogg. p. 404. Jacobs. in Additamm. Animadvv. in Athenæum p. 209. Idem ad Achill. Tat. p. 426. et ad Philostrati Imagg. p. 650. et 655. et Bæhr. ad Plutarch. Philopœm. p. 44. et ad Pyrrh. p. 216. Tittmann. ad Zonaræ Lex. p. 774. not. 72. Est autem apud Atticos idem quod *ὁρμή*. Phrynich. l. l. Suid. et Zonar. in voce, et, quando *rotationis impetum* designat, commutatur cum *δίνη*, ut ap. Plutarch. de S. N. V. observante Wyttenb. p. 120. Usurpatur autem de motu elementorum corporumque mundanorum, astrorum indeque etiam aliorum et tralate etiam ad alia traducitur. Plato, qui fertur, in Epinom. p. 983. p. 358. Bekk. de corporibus mundi, astris, cet.: *ῥύμας μὲν οὖν εἴ τις αἰτίας τινὰς ἐρεῖ σωμάτων, ἢ φύσεις, ἤ τι τοιοῦτον, οὐδὲν σαφὲς ἐρεῖ.* Plutarch. de Fac. in orb. lun. p. 922. C. p. 733. Wytt. *ἡ δὲ ῥύμη καὶ τὸν ἐν λίθοις ἀέρα καὶ τὸν ἐν ψυχρῷ μολίβδῳ συνεκκάει, μή τί γε δὴ τὸν ἐν πυρὶ δινούμενον μετὰ τάχους τοσούτου.* Idem ibid. p. 924. A. de massis gravibus deorsum labentibus—*εὐ δὲ ῥύμῃ κάτω φερόμενοι τὸ μέσον ὑπερβάλλουσιν, αὖθις ὀπίσω στρέφεσθαι καὶ ἀνακάμπτεσθαι ὑπ' αὐτῶν.* Sed tota illa disputatio cum Plotini loco conferri debet. Aristoteles ap. Stob. Eclogg. Physs. I. 33. p. 624. Heer. *τοὺς δ' ἐκνεφίας ἀνέμους, ὅταν ἀθρόον καὶ πικνὸν φερόμενον εἰς ἑαυτὸ, τὸ πλέον ἀναλύσῃ τοῦ νέφους τῇ σφοδρότητι τῆς ῥύμης.* Io. Chrysost. Homil. II. p. 84. ed. Matthæi:—*καθάπερ ἀνέμου ῥύμη ῥαγδαία προσπίπτουσα ἐνοχλοῦσαν κόνιν ἀποσοβεῖ*, ubi editor plures locos ex eodem sacro oratore suppeditat. Idem ibid. p. 118. tralate

de vi Christianæ religionis cui nemo resistere potest: *καὶ οὐδὲ ἐνεγκεῖν δυνήσεται ἄφατον αὐτοῦ ῥύμην*.

p. 192, 7. *κατὰ φύσιν ἡ περιφορὰ—ἡ κατὰ φύσιν —φορά*] Ad hæc adhibe Ez. Spanhem. *Epreuves de Remarques sur les Césars de Julien* p. 15. ubi *περιφορᾶς* vocem duplici potestate Plotino usurpari docet et pro circulari motu astrorum ipsiusque cœli, et pro solis, lunæ aliorumque astrorum globo.

— 10. *Οὐ τοίνυν οὐδὲ τροφῆς δεῖσθαι φατέον τὰ ἐκεῖ*] Obloquitur Heraclito et Stoicis, qui vel exhalationibus terræ vel aquis et mari nutriri stellas lunamque contenderant. Stob. I. 25. p. 510. Heer. de Heracliti sententia: *τρέφεσθαι δὲ τοὺς ἀστέρας ἐκ τῆς ἀπὸ γῆς ἀναθυμιάσεως*. Ibid. p. 556. (I. 27.) ex Chrysippi doctrina: *διὸ καὶ τούτοις τρέφεσθαι* (sc.) *ποτίμοις ὕδασι τὴν σελήνην*.) Plutarchi Symposiacc. VIII. p. 728. *οὐ γὰρ τρέφεσθαι τοὺς θεοὺς ἀπ' αὐτῆς* (*τῆς θαλάττης*) *ὥσπερ οἱ Στωϊκοὶ τοὺς ἀστέρας ὑπολαμβάνουσιν*. Cf. Diog. Laërt. VII. 145. ibiq. Menag. et Bagueti comment. de Chrysippo §. LXXX. p. 177. [Cic. de N. D. II. 15. p. 265. sq. coll. p. 747.]

— 13. *συγκρίματα*] Proprie *concretiones*, unde etiam *concreta corpora*. Vocabulum a medicis frequentatum: cf. Steph. Thes. p. 5348. Valp. Adde Plutarch. IX. p. 499. Reisk. et vol. X. p. 592. infr. Luculenter Plotinus V. 9. 3. p. 557. B. posteaquam de rebus arte compositis exposuit, ita pergit: *καὶ μὴν καὶ τὰ φύσει συνεστῶτα, τὰ πολυσύνθετα αὐτῶν καὶ συγκρίματα καλούμενα ἀναλύσεις εἰς τὸ ἐπὶ πᾶσι τοῖς συγκριθεῖσιν εἶδος οἷον ἄνθρωπον εἰς ψυχὴν καὶ σῶμα, καὶ τὸ σῶμα, εἰς τὰ τέσσαρα*.

ib. *τήν τε μεταβολὴν τῶν τῇδε σωμάτων ἀφ' ἑαυτῶν μεταβάλλειν*] Repeto ex præcedentibus *φατέον*, et ita verto: *Et dicendum est permutationem corporum, quæ hic* (in terra) *sunt, ab ipsis* (i. e. ex ipsorum natura) *fieri*.

LIB. II.

P. 199, 7. ΠΕΡΙ ΚΙΝΗΣΕΩΣ ΟΥΡΑΝΟΥ] Secundus est hic liber omnium Plotinianorum secundum tempus scriptionis, alibi *περὶ κυκλοφορίας* inscriptus. Vid. Porphyr. de Vita Plot. c. 24. p. 141. Fabric. Argumentum autem philosopho nostro enatum est potissimum ex Timæo Platonico, præsertim his, quæ leguntur p. 34. sq. Bekk. *κίνησιν γὰρ ἀπένειμεν αὐτῷ τὴν τοῦ σώματος οἰκείαν, τῶν ἑπτὰ περὶ νοῦν καὶ φρόνησιν μάλιστα οὖσαν. διὸ δὴ κατὰ ταὐτὰ ἐν τῷ αὐτῷ καὶ ἐν ἑαυτῷ περιαγαγὼν αὐτὸ ἐποίησε κύκλῳ κινεῖσθαι στρεφόμενον, τὰς δὲ ἓξ ἁπάσας κινήσεις ἀφεῖλε καὶ ἀπλανὲς ἀπειργάσατο ἐκείνων κ. τ. λ.* Cæterum cf. etiam Epinomis p. 982. sq. p. 356. sqq. Bekk. In illo autem Timæi loco explicando certatim elaborarunt philosophi Platonici præcipue. Copiose in primis diversas veterum sententias de motu cœli examinavit Proclus in Timæi locum p. 167. sqq. Aristotelis hac de re placita, quæ attigit Proclus aliique attingunt, leguntur in libris de Cælo II. 2. IV. 1. in Meteorologg. I. 2. itemque in libello, qui inter Aristoteleos circumfertur, de Mundo II. 3. ubi nonnulla in hanc rem adposuit Kappius p. 25. sqq. Platonis item de cæli motu sententias partim retulerunt partim exornârunt alii. Vide Alcinoum de doctrina Platonis c. XIV. p. 488. sqq. ed. Dan. Heins. ubi et alia et hæc leguntur p. 490.: *ἡ μὲν γὰρ τοῦ πάντα περιέχοντος οὐρανοῦ κίνησις ἀπλανὴς οὖσα μία τέ ἐστι καὶ τεταγμένη. ἡ μέντοι τῶν ἐκτὸς ποικίλη, καὶ ἐν ἀνατολαῖς καὶ δύσεσιν ἀλλοία· διὸ καὶ πλανήτης καλεῖται κ. τ. λ.* Chalcidius in Timæum Platonis p. 213. Meurs. [p. 322. ed. I. A. Fabric. ad calcem Operum S. Hippolyti.] " Ubi vero movendi usus est necessarius visus ex omnibus motibus duos hos (Deum sc. Plato dicit mundo) tribuisse præcipuos, unum ex accidenti, quo rapit stellas aplanes ad occidua, quem motum nunc vocat in antecedentia: alterum vero principalem, qui est circumactio, circaque semet vertitur, similem deliberativæ animæ motui, quinque cæteris cessantibus. Etenim loculares motus septem sunt, opinor; duo quidem juxta longitudinem, id est, ante et post: duo item alii per latitudinem, in dextram et in sinistram; duoque alii juxta profunditatem, sursum et deorsum, et ultimus supra memoratæ circumactioni similis, qui fixo circumvolat cardine. Quin ergo ex iis septem motibus duorum tantummodo singulis ratis stellis usum tribuit Deus principalem quidem circumactionem, ex accidenti vero qui fertur in dextram, recte dixit quinque præterea motus alios vacare. Deinde concludit commemorans, se stellarum de motibus errantium disputasse.

Et cælum quidem ita exornatum est, sapientibus et æternis animalibus inquilinis." Cf. etiam Appul. de Dogm. Platonis p. 578. sqq. p. 198. sqq. ed. Bosschæ. Idem de Mundo p. 707. p. 289. sqq. Bossch. Sicut autem antiquitus acerbe Heraclitum ejusque sequaces appellabant *τοὺς ῥέοντας*, quia omnia continenter fluere mutarique contendebant; ita eos, qui universum moveri putabant, *τοὺς τὸ πᾶν κινοῦντας* dictitabant; a quibus ii distinguebantur, qui immobile esse dicebant, *οἱ τοῦ ὅλου στασιῶται*. (Plato Theæt. p. 180. sq. p. 256. sqq. Bekk. cf. de his placitis Brandisii Commentt. Eleatt. I. p. 142. et ipsum Plotinum, p. 489. sq.) Ipse autem Plato duo ponebat motus genera, alterum dicens *ἀλλοίωσιν*, alterum *περιφοράν*. Theæt. 1. c. ubi Heindorf. malebat *φορὰν* suffragante Bagueto de Chrysippo p. 179. Neque tamen mutavit Bekkerus, nec Cod. Darmst. suffragatur, nec ullus alius, et Proclum, cujus verba annotatio proxima exhibebit, *περιφορὰν* legisse apparet. Eadem varietas in loco Philonis Judæi luculento, ubi de duplici motu fixarum et erraticarum stellarum agit, de Cherubim p. 12. Vol. II. Pfeiff. *Μήποτε οὖν τὴν τοῦ παντὸς οὐρανοῦ περιφορὰν* (alii *φοραὶ*, Cod. A. *φοράν*) *δι' ὑπονοιῶν εἰσάγει*; sed totus locus cum Platone et Plotino comparari debet. Aristoteles tria: *κατὰ τόπον, κατὰ τὸ ποῖον, κατὰ τὸ πόσον* (*φορὰ, ἀλλοίωσις, αὔξησις καὶ φθίσις*). Aristot. Phys. VII. 2. cf. Heindf. ad Plat. Theæt. l. l. p. 421. Sext. Emp. adv. Math. X. 52. ibiq. Fabric. p. 142. Stoici in definiendo motu præ ceteris elaborarunt, et singula, quæ in contrariam partem dicebantur, subtiliter examinarunt; neque tamen propterea satis caverunt, ne sæpius in Epicureorum, quos impugnabant, errores inciderent. Vid. Plutarchi Excerpta e libris Chrysippi *περὶ κινήσεως* in scripto de Stoic. Repugn. p. 1053. sq. Stobæi Eclogg. I. p. 404. Heer. et cf. Bakii Animadvv. in Cleomed. Meteora I. 1. p. 275. sq. et Baguet. de Chrysippo §. LXXXI. p. 178—180. De cœli autem et mundi motu quæ Platonici, Peripatetici aliique philosophi plures statuerant, idem Cleomedes I. 3. attigit, ubi consulendi sunt Balforeus et, quem modo citavi, Bakius p. 297. sqq. Nec minus doctrinæ Platonis, Aristotelis aliorumque Physicorum de Motu summam in suo opusculo inclusit Nicephorus Blemmida in Epitome Physica. Vid. v. c. p. 13. 39. 43., inprimis c. 24. p. 179. ed. Wegelin. Aug. Vindel. 1605. Idem ibid. p. 183. etiam Plotini nostri mentionem facit:—*ἡ γὰρ ἐπ' εὐθείας κίνησις τῶν στοιχείων ἔτι γενομένων αὐτῶν ἐστι κἀν τῷ παρὰ φύσιν ὄντων τόπῳ, ἀλλὰ μήπω τὸν κατὰ φύσιν εἰληφότων, ὡς ὁμολογοῦσι Πτολεμαῖος καὶ Πλωτῖνος καὶ Ξέναρχος καί τινες ἄλλοι τῶν φυσικῶν.* Quod si quæris, unde hanc doctrinam sumserit Nicephorus, adi doctissimum Aristotelis interpretem in librum de Cælo fol. 5. vers. ed. Aldin.: *ἰστέον δὲ ὅτι ὁ Πτολεμαῖος ἐν τῷ περὶ τῶν στοχείων βιβλίῳ καὶ ἐν τοῖς ὀπτικοῖς καὶ ὁ μέγας Πλωτῖνος, καὶ Ξέναρχος ἐν ταῖς πρὸς τὴν πέμπτην οὐσίαν ἀπορίαις τὰς ἐπ' εὐθείας κινήσεις τῶν στοιχείων, γενομένων τε ἔτι καὶ ἐν τῷ παρὰ φύσιν ὄντων τόπῳ, καὶ οὔπω ἐν τῷ κατὰ φύσιν, ὑπέλαβον εἶναι· τοῦτο δὲ καὶ Ἀριστοτέλης συννενοηκέναι δοκεῖ κ. τ. λ.* (Nam totam egregiam disputationem non possum excerptam h. l. præstare) et paucis interjectis: *ἀλλ' ὥς φασιν οἱ προειρημένοι ἄνδρες Πτολεμαῖος, Ξέναρχος καὶ Πλωτῖνος, κατὰ φύσιν ἔχοντα, καὶ ἐν τοῖς οἰκείοις τόποις ὑπάρχοντα, τὰ στοιχεῖα ἤτοι μένει ἢ κύκλῳ κινεῖται. μένει μὲν ἡ γῆ δηλονότι καὶ τὸ ὕδωρ καὶ τοῦ ἀέρος τὸ συνιστάμενον· κύκλῳ δὲ κινεῖται τό, τε πῦρ καὶ τοῦ ἀέρος τὸ ῥαδίως ἀγόμενον, τῷ οὐρανῷ συμπεριφερόμενα, καθ' ὅσον αὐτοῖς προσήκει.* Eandem sententiam aliquoties attingit Proclus in Tim. ut p. 142. et 274. ubi item ad Ptolemæi et Plotini auctoritatem provocat. Tu cf. Plotinum infra p. 328. B. C. Xenarchus autem, quem Simplicius sæpiuscule laudat, est Cilix ille, ideoque Simplicii civis, Strabonis præceptor, qui Augusti ætate in Peripateticis inclaruerat cum doctrinæ præstantia, tum ejus Principis gratia. Vid. Strab. XIV. p. 670. Casaub. p. 683—685. Tzschuck. Laudat eundem Alexander Aphrodis. in Aristotel. de Anima, fol. 154. sqq. Redit Simplicius ad Plotiniani libri argumentum ibidem fol. 9. vers.—*κἂν οὖν Πτολεμαῖος καὶ Πλωτῖνος καὶ Πρόκλος, κἂν αὐτὸς Ἀριστοτέλης τὸ ὑπέκκαυμα κινεῖσθαι λέγωσιν οὐκ ἰδίαν ἑαυτοῦ ταύτην τὴν κίνησιν, διὰ τὸ συνεπανιέναι τῇ ἐσχάτῃ σφαίρᾳ, ἀλλ' οὖν πεφυκέναι πρὸς αὐτὴν, ὡς μὴ βίᾳ ἔλκεσθαι, ἀλλὰ μεθ' ἑτέρου κινεῖσθαι, ὥσπερ καὶ τὰ πλανώμενα μετὰ τοῦ ἀπλανοῦς· οὐδὲ γὰρ αὐτοῦ ἰδία ἐστὶν αὕτη ἡ κίνησις· οὐ μὴν βίαιος, ἀλλ' ὑπὲρ φύσιν.* Atque ex uno Sim-

plicio intelligitur, quot et quam variis disputationibus hic locus *De Motu Cœli* a variis philosophorum familiis pertractatus fuerit. In clausula hujus Introductionis apponam locum Macrobii e Comment. in Somn. Scip. I. 17., ubi is Plotinianæ diatribæ partem suis verbis exhibet: —"Versari cœlum mundanæ animæ natura et vis et ratio docet cujus æternitas in motu est; quia nunquam motus relinquit, quod vita non deserit: nec ab eo vita discedit, in quo viget semper agitatus, igitur et cæleste corpus, quod mundi anima futurum sibi immortalitatis particeps fabricata est, ne unquam vivendo deficiat, semper in motu est, et stare nescit; quia nec ipsa stat anima qua impellitur. nam cum animæ, quæ incorporea est, essentia sit in motu; primum autem omnium cœli corpus anima fabricata sit: sine dubio in corpus hoc primum ex incorporeis motus natura migravit. cujus vis integra et incorrupta non deserit, quod primum cœpit movere. ideo vero cæli motus necessario volubilis est; quia cum semper moveri necesse sit; ultra autem locus nullus sit, quo se tendat accessio, continuatione perpetuæ in se reditionis agitatur. ergo in quo potest vel habet, currit, et accedere ejus revolvi est: quia sphæræ spatia et loca complectentis omnia unus est cursus, rotari. sed et sic animam sequi semper videtur, quæ in ipsa universitate discurrit. Dicemus ergo, quod eam reperiat, si semper hanc sequitur, imo semper eam reperit, quia ubique tota, ubique perfecta est. Cur ergo, si, quam quærit, reperit, non quiescit? quia et illa requietis est nescia. Staret enim si usquam stantem animam reperiret. Cum vero illa, ad cujus appetentiam trahitur, semper in universa se fundat, semper et corpus se in ipsam et per ipsam retorquet. Hæc de cælestis volubilitatis arcano pauca de multis *Plotino* auctore reperta sufficiant."

p. 199, 9. *Διὰ τί κύκλῳ κινεῖται; ὅτι νοῦν μιμεῖται*] Sc. *ὁ οὐρανός*, ex inscriptione libri. Fons sententiæ in Platonici Timæi loco nota proxima laudato. Eundem multi attigerunt. Appuleius de Dogm. Platon. p. 198. Bossch.:—"hæc una mundo relicta est sapientiæ et prudentiæ propria, *ut rationabiliter volverctur*." Chalcidius in Timæum p. 213.: "alterum vero (motum) principalem, qui est circumactio, *circaque semet verti-tur* similem deliberativæ animæ motui." Plotinum vero verbotenus propemodum expressit Sallustius philosophus de Diis et Mundo cap. VIII. p. 24. ed. Io. Conr. Orellii: *τῶν δὲ ἐν τῷ κόσμῳ σωμάτων τὰ μὲν νοῦν μιμεῖται καὶ κύκλῳ κινεῖται, τὰ δὲ ψυχὴν, καὶ ἐπ' εὐθείας, πῦρ μὲν καὶ ἀὴρ ἄνω, γῆ δὲ καὶ ὕδωρ κάτω. τῶν δὲ κύκλῳ, ἡ μὲν ἀπλανὴς ἀπ' ἀνατολῆς, αἱ δὲ ἑπτὰ ἐκ δύσεως φέρονται.* Luculenter Proclus in Platonis Theologiam XIII. p. 35. infr. *Πρόσθες δὲ, εἰ βούλει, καὶ τὴν εἰς τὸ σῶμα παρουσίαν τῆς νοερᾶς ἑλλάμψεως· πόθεν γὰρ ὁ σύμπας οὗτος οὐρανὸς ἢ σφαιρικός ἐστιν, ἢ κύκλῳ φέρεται καὶ περὶ τὸ αὐτὸ κατὰ μίαν τάξιν ὡρισμένην ἀνακυκλοῦται; πῶς γὰρ ἀεὶ τὴν αὐτὴν ἰδέαν καὶ δύναμιν ἀτρέπτως ἔλαχε κατὰ φύσιν, εἰ μὴ τῆς κατὰ νοῦν μετείληχεν εἰδοποιίας; ψυχὴ μὲν γὰρ κινήσεως ἐστὶ χορηγὸς, τὸ δὲ τῆς μονίμου καταστάσεως αἴτιον καὶ τὴν ἀνίδρυτον τῶν κινουμένων παράλλαξιν εἰς ταυτότητα, τήν τε καθ' ἕνα λόγον πεπερασμένην ζωὴν καὶ ὡσαύτως ἔχουσαν περιφορὰν ἐπανάγον, δῆλον ὡς ἐπέκεινα εἴη ψυχῆς.* Idem V. 36. p. 324.—*διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ οὐρανὸς ἀϊδίως χορεύειν λέγεται.—διότι μὲν γὰρ κύκλῳ κινοῦνται, τὸν νοῦν ἀποτυποῦνται, καὶ τὴν νοερὰν περιφοράν.* Pythagoreum fontem horum dogmatum nemo non agnoscit. Unum locum attigisse sufficiet. Hippodamus Pythagoreus in Galei Opusce. Mythol. p. 664. *ἔστι γὰρ ἃ μὲν ἁρμονία ἀρετὰ κόσμῳ.* Plura apposui ad Cic. de N. D. III. 11. p. 531. Proclus autem, ut illuc redeam, hæc alibi exposuit, ut in Timæum p. 167. sqq. et in Inst. Theol. cap. 33. et 34. p. 58—60. ed. nostr. Adversus Proclum qui disputavit de Æternitate Mundi XIII. 2. Io. Philoponus ita scribit: *καὶ τὸν οὐρανὸν δὲ ὁ Πλάτων ἔμψυχον εἶναι καὶ ὑπὸ ψυχῆς κινεῖσθαι βούλεται. δῆλον ἄρα ὅτι ὡς ζῴῳ κατὰ φύσιν αὐτῷ τὴν κύκλῳ κίνησιν ἀφορίζεται. εἰ γὰρ περὶ νοῦν μάλιστα εἶναί φησι τὴν κύκλῳ κίνησιν, καὶ ὡς Πλωτῖνός φησι, κύκλῳ κινεῖται, ὅτι νοῦν μιμεῖται, δῆλον ὡς ἀπὸ ψυχῆς ἐφήκειν αὐτῷ τὴν κύκλῳ βούλεται κίνησιν πρὸς μίμησιν τῆς νοερᾶς ἐνεργείας τὸ οἰκεῖον σῶμα κινούσης.* Idem in Aristotelis Meteorolog. p. 78. b. *Διὰ τί δὲ κύκλῳ κινεῖταί φησιν ὁ Πλωτῖνος, ὅτι νοῦν μιμεῖται. ὡς γὰρ ὁ θεῖος νοῦς καὶ δημιουργικὸς εἰς ἑαυτὸν ἐπιστρεφόμενος θεωρεῖ πάντα καὶ ἑαυτὸν ἐν ἐκείνοις, οὕτω κατὰ τὸ δυνατόν φησι τοῦτον* (fortasse delendum *τοῦτον*) *τὰ κατ' οὐρανὸν εἰς ἑαυτὰ τὴν ἐπι-*

στροφὴν ποιεῖται. καὶ ὡς ἐκεῖνος οὐδαμοῦ μέν ἐστι τῇ οὐσίᾳ πανταχοῦ (repete *πανταχοῦ*) *δὲ ταῖς ἐνεργείαις, οὕτω καὶ ὁ οὐρανὸς ἅμα πανταχοῦ μὲν εἶναι σῶμά γε ὢν μὴ δυνάμενος κατὰ μέρη πανταχοῦ γίνεται. καὶ ὅτι τῇ οὐσίᾳ τῶν ἐντὸς ἐξηρημένος κυβερνᾷ πάντα ταῖς ἑαυτοῦ ἐνεργείαις, κ.τ.λ.* Ad eandem classem locorum pertinet etiam hic ejusdem Philoponi locus in Aristot. de Anima B. 5. a. *Ἀποδίδωσι καὶ ὁ Πλωτῖνος* (Male Suidas, qui hæc refert in voc. *φυσικὸς λόγος*, scripsit *ὁ Πλάτων*, notante Kustero.) *ἐκ τῆς σχέσεως, ἣν ἔχει πρὸς τὰ πρὸ αὐτοῦ.* "Plotinus quoque figuræ hujus (globosæ, *σφαιρικῆς*) causam reddit, petitam *ex relatione, quam cœlum habet ad ea, quæ supra ipsum sunt.*" Hæc aliquanto plura adposui, cum quo Platonici Plotinianique loci celebritas intelligeretur, tum quo huic decreto ex veteribus interpretibus lux accederet.

p. 199, 10. *ὅτι ψυχὴ ἐν αὐτῇ ἐστι—ἀεὶ ἰέναι*] Dicas Ficinum legisse *ὅτι ψυχὴ ἐν σφαίρᾳ ἐστὶ, καὶ αὕτη πρὸς αὐτὴν σπεύδει ἰέναι,* omisso *ἀεί*. Hoc quidem auctoritatem habet librorum, illa bina præcedentia minime; omninoque præstat in ejusmodi loco manum abstinere.

p. 200, 17. *ἢ—ὥσπερ περιολισθάνον ἀνακάμπτει*] Nullus liber exhibet *περιολισθαῖνον*. Thucyd. VII. 65. *ἀπολισθάνοι*, item consentientibus MSS. Lucian. Diall. Mar. XV. 2. similiter, ubi tamen Tib. Hemsterh. p. 326. ex usu postulabat *ἀπολισθαίνοι*. Nec in Polybiano Lexico illam formam annotatam video, licet IV. 32. 2. p. 80. omnes libri offerant *διωλίσθανον*. Sed Hemsterhusio oblocutus hanc vetustam verbi formam recentioribus etiam prosariis scriptoribus vindicavit. Porson. ad Euripid. Phœniss. v. 1398. Cf. etiam Fischer. ad Weller. III. p. 141. quocum ad Temporum formas confer Lobeck. ad Phrynich. p. 74. 2. sq. Accedat igitur Lexicis exemplum antiquæ formæ hoc ipsum Plotinianum, itemque infr. II. 6. 1. III. 6. 14. ubi tres libri habent *ἀπολισθάνειν*. De usu verbi *ὀλισθαίνω* et *ὀλίσθησις* tralate egi ad Proclum in Alc. pr. p. 139. Adde nunc Wyttenb. Annot. in Eunap. p. 90. sq. ed. Boissonad. Verbum compositum *περιολισθαίνω* satis frequens apud unum Plutarchum, qui idem in Vitis Vol. II. p. 551. Reisk. usurpat *περιολισθήσεις τῶν γεωδῶν*, et sæpius etiam hoc verborum genus obvium de corporibus mundanis, elementis, ut in hoc loco Plotini; qui quod addit *ἀνακάμπτει* hoc admonet duplicis generis signorum Zodiaci, videlicet *τῶν καμπτομένων* et *τῶν ὀλισθηρῶν*. De his et aliis monuit Dorvill. ad Chariton. II. 1. p. 293. ed. Lips. [p. 154. ed. Amstelod.]

p. 201, 2. *θεῖ οὖν ἐν ᾧ ἔχει—οὐκ ἵνα μένῃ—ἀλλ' ἵνα φέρηται*] Sic scripsimus pro *μένοι—φέροιτο*, illud auctoritate optimorum librorum, hoc, quo sibi constet Modorum ratio, et quod illud *φέρηται* oppressum potest esse a sequente *καὶ*, utrumque autem poscentibus linguæ legibus. Cæterum Macrobius in Saturn. I. 17. quem locum supra integrum apposui, hæc Plotini ante oculos habuisse videtur, ubi scribit:—"quia cum semper moveri necesse sit, *ultra autem locus nullus sit*, quo se tendat accessio, continuatione perpetuæ in se reditionis agitatur. ergo in quo est *vel habet currit, et accedere ejus revolvi est*, quia sphæræ spatia et loca complectentis omnia unus est cursus, rotari."

— 14. *νῦν δὲ ἐπειδὴ πᾶσά ἐστιν αὐτῆς, παντὸς ἐφίεται*] Recepimus *πᾶσα* pro *ταῦτα* ex libris nostris pæne omnibus. Sed nondum persanatus videtur locus. Ficinus ita vertit, ac si conjecerit, *Νῦν δὲ, ἐπειδὴ ἧς ἐφίεται πᾶσά ἐστι παντός.* Placet, modo deficientem Apodosin expleas, ut fecit idem interpres. Quæ Ellipsis post *νῦν δὲ* frequentissima Atticis scriptoribus. Plato Symp. c. 8. *εἰ μὲν γὰρ εἷς ἦν ὁ Ἔρως, καλῶς ἂν εἶχε· νῦν δὲ—οὐ γάρ ἐστιν εἷς.* cf. de Legg. IX. p. 875. c. d. Lach. p. 184. et quæ plura exhibent Heusdius Spec. crit. in Plat. p. 286. et Heindf. ad Charmid. p. 114. et ad Theæt. p. 286. Macrobius in Somn. Scip. l. l. qui hæc Plotini magis exscripsit, quam vertit (nisi forte Eustochiana recensione harum Enneadum eum usum esse dicas:) hunc tamen locum ita expressit:—"staret enim, si usquam stantem animam reperiret. *Cum vero illa, ad cujus appetentiam trahitur, semper in universa se fundat*, semper et corpus se in ipsam et per ipsam retorquet." Cæterum universum hoc caput variam labem traxit, quam et rationis et librorum ope, quoad ejus fieri potest, abstergere studuimus. Ad sententiam expediendam in locis tam impeditis, qualis hic est, mirifice, ut plurimum, facit versio Marsilii. Qui quidem in extremis ita vertit ac si legerit, vel

potius conjecerit: *εἰ οὖν μὴ ἐκεῖ μόνον ὁπονοῦν, ἀλλὰ πανταχοῦ, πανταχοῦ οἰσθήσεται.* Non male. Initio sequentis capitis Ficinus legisse videtur: *ἢ οὐχ ὅλον.* Libri nil variant, et sæpiuscule suum illud profecto usurpat Marsilius.

p. 202, 11. *ἢ ὅτι μὴ μόνον ἐκεῖ*] Juvandæ intelligentiæ causa summam brevitatem Plotini hoc loco, ut sexcentis aliis, dilatavit Ficinus; ne forte eum plura in suis libris reperisse credas.

— 13. *ἀφ' οὗ ἡ ἄλλη*] Ita dedimus ex pluribus libris. Quod Ficinus addit *vita*, in MSS. nullum vestigium vocis *ζωὴ* comparet. In proxime præcedentibus *φύσεως ψυχῆς* idem est atque *ψυχῆς* solum. De quo usu supra est monitum ad I. 6. 1. Proxima non aliter expedias, quam si ita distinguas: *Εἰ δὲ ψυχῆς ἐστι* (sc. *τὸ μέσον*) *περιθέουσα τὸν θεὸν ἀμφαγαπάζεται*, aut si cum Vaticano legas: *εἰ δὲ ψυχή ἐστι περιθ. τ. θεὸν, ἀμφ.*

p. 203, 11. *Καὶ Πλάτων κ. τ. λ.*] In Timæo p. 34. et p. 40. Cf. Cleomedis Meteora I. 3. ibiq. Balforeum p. 297. sqq.

— 17. *ἡ δὲ αἰσθάνεσθαι πεφυκυῖα*] Sc. *ψυχῆς δύναμις*. Ex Platonis doctrina in Timæo de anima rationali et de inferiori, sensibusque atque opinationibus obnoxia. Vid. p. 37. p. 44.

p. 204, 2. *ἐποχουμένη καὶ τῇ προτέρᾳ*] *Incubans inferiori* Ficinus; unde credideris eum conjecisse *τῇ ποῤῥωτέρω, ei quæ remotius absit*, sc. a superiori. Vel fortasse ita vertit, quasi Plotinus, ab infimis incipiens, *priorem* dicat, quæ inferior sit. De usu et constructione verbi *ἐποχεῖσθαι* pluribus egi ad Plotin. I. 6. 56. F. in Edit. pecul. p. 340. sq. cf. p. 52. E. *μορφὴν ἐπὶ ἄλλαις μορφαῖς ἐποχουμένην*, quasi *inequitantem, vectam:* Locutio ducta a navigio, curru, jumento. Cf. Wyttenb. ad Plutarch. de S. N. V. p. 86. p. 271. ed. nov. et ad lib. de Fort. Alex. p. 126. et Coraium ad Hippocrat. de aqu. aëre et locis p. 330. Argumentum autem hujus capitis Plotiniani lucem nanciscitur ex iis, quæ alibi disputat, præsertim in libro de tribus hypostasibus. Vid. ut hoc utar, infra V. 1. 8. p. 490. et p. 494. Cæterum hoc de loco, quem nunc tractamus, disputat Brucker. in Hist. Crit. Philos. p. 409. sq.

— 5. *Κύκλῳ οὖν ἐκείνης περιεχούσης, συννεύουσα ἐπιστρέφεται κ. τ. λ.*] Notat hoc nomine Plotinum atque ipsum Platonem, quod ex animi viribus operationibusque omnia adeoque corporum mundanorum motum ordinemque explicare instituant, Tiedemannus in libro: *Geist der speculativen Philosophie* III. p. 293. addens, latere tamen in his prima vestigia doctrinæ, multis sæculis post eruditæ, *Attractionis*. At vero hujus doctrinæ, quam Attractionis dicunt atque etiam *Gravitatis*, multo luculentiora primordia comparent in Phædone c. 60. in Aristotele de Cælo II. 13. aliisque, de quibus docte exposuit, aliorum recentiorum errores confutans, Wyttenbachius cum in Annot. in Posidonii Reliqq. p. 272. sq. ed. Bakii, tum in Platonis Phædon. l. l. p. 296—298. Cæterum nuperrime hunc Plotini locum adhibuit vir artium peritissimus Inghirami in opere, quod inscribitur *Monumenti Etruschi*, ad tab. 33. in ea parte, ubi de vasis fictilibus agitur, p. 365.

LIB. III.

P. 242, 7. ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΙ ΠΟΙΕΙ ΤΑ ΑΣΤΡΑ] Liber quinquagesimus secundus, ac proinde ex ultimis, quos Plotinus conscripsit, argumento autem conjunctus cum libris ejusdem de *Fato* et de *Providentia*. Vid. Porphyr. de Vita Plot. c. 24.; qui idem alio loco testatur, philosophum nostrum cum Astrologorum prædictiones fide non esse dignas deprehendisset, non piguisse, in scriptis suis eorum præsagia confutare (c. 15.). Tu confer, præter hunc ipsum librum, hos locos Plotini p. 211. sq. 232. 263. 245. 275. Hanc autem ipsam sententiam de astrorum vel potentia in res humanas vel impotentia singuli fere attigerunt philosophi; uti vel Ciceronis libri de Divinatione et de Fato unumquemque docere possunt. Qua in re ejusdem sæpe familiæ alumni a se invicem discesserunt. Sic, ut hoc utar, e Stoicis, qui alioqui tamen fatali necessitati multum tribuebant, de Divinatione universa dubitabat Panætius. Cic. de Divin. I. 3. "Sed a Stoicis vel princeps hujus disciplinæ—degeneravit Panætius: nec tamen ausus est negare, vim esse divinandi; sed dubitare se dixit." Cf. van Lynden. de Panætio p. 70. sqq. et aliorum Stoicorum his de rebus decreta quod attinet, Baguet. de Chrysippo §. XXXIX. sq. p. 94. sqq. Sed universe de his placitis Philosophorum veterum dicendi otium nobis fecit Cudworthus egregia sua dispu-

tatione in Capite primo Systematis Intellect. p. 2. sqq. ed. Moshem. Bardesanis Syri Fragmentum conservavit nobis Eusebius in P. E. VI. 10. Impugnat ille nec minus Astrologos. Latine vertit Hugo Grotius, et cum aliis nuper edidit Io. Conr. Orellius, Lips. 1824. Ac copiosam huic libro Plotiniano diatribam præmisit ipse Marsilius interpres, in qua multa insunt lectu dignissima, licet alia quoque adsperserit, quæ ex ætatis illius, seculi nimirum decimi quinti, indole judicanda sunt. Profecit autem plurimum e luculenta illa adversus Astrologos Oratione Favorini philosophi apud Gellium libr. XIV. c. 1. Quæ componenda est cum Gemini Rhodii Elementorum Astronomiæ cap. XIV. in Petavii Uranologio p. 55. sqq. (quem Syllæ æqualem Delambre in Biographie Universelle in *Geminus* recte hoc nomine dilaudat, quod Astrologiæ fidem evertere conatus sit) itemque cum docta disputatione Sexti Empirici adversus Mathematicos libro quinto p. 337—355. Fabric. Plotini porro condiscipulus Origines Adamantius ex loco Geneseos I. 14. *εἰς σημεῖα γεγονέναι τοὺς φωστῆρας* prolixe disserendi ansam arripuit; cujus Commentarii magnam partem ab Eusebio in P. E. conservatam nunc magno cum fructu legimus in ejus Operibus Vol. II. p. 3. sqq. ed. Ruæi. Quo in loco attende potissimum ad hæc verba 10. p. 15. *Ἴδωμεν καὶ δεύτερον ἐπιχείρημα, πῶς οὐ δύνανται οἱ ἀστέρες εἶναι ποιητικοὶ, ἀλλ' εἰ ἄρα σημαντικοὶ κ. τ. λ.* et confer Huetium p. 13. ibidem, qui ita: "Sidera, rerumne humanarum *ποιητικὰ* seu *ἀποτελεσματικὰ* sint, an *σημαντικὰ* solum, dubitabat Plato, dubitabat et Seneca. *Posteriorem sententiam amplexi sunt Origenes ejusque æqualis Plotinus.*" Cæterum cf. etiam quas Lucianus attigit dubitationes de Astrologorum decretis in libro de Astrologia §. 27. sqq. p. 371. sqq. ed. Reitz. Amstel. nec minus quæ de hujus rationis primordiis et vicissitudinibus nuper monuit *Letronne* in libello: *Observations sur les Representations Zodiacales* Paris. 1824. p. 72. sqq. [Exstat etiam liber *I. M. Maravigliæ*, qui inscribitur *Pseudomantia veterum et recentiorum explosa.* Venet. 1662. s. max. in quo contra Astrologiam disputatur peculiari disputatione paginarum 80.]—Hanc autem doctrinam impugnat Augustinus de Civ. Dei lib. V. c. 1. Et reapse in hoc libro Plotinus ita loquitur aliquoties, ut eum dicas Originem vel lectitasse vel respicere certe. Qua de re in annotatione dicetur. Eundem vero, de quo supra dictum est, Moysis locum in Genesi ante Origenem Plotinumque attigerat Philo Judæus in libro de Mundi opificio, ubi et alia in hanc rem et illud Vol. I. p. 36. Pfeiff.: *ἤδη δὲ καὶ κλόνου καὶ σεισμὸν γῆς ἐκ τῶν κατ' οὐρανὸν κινήσεων στοχασμῷ προεσήμανάν τινες, καὶ μυρία ἄλλα τῶν ἀληθεστέρων ὡς ἀψευδέστατον λελέχθαι, ὅτι εἰς σημεῖα γεγόνασι οἱ ἀστέρες, προσέτι μέντοι καὶ εἰς καιροὺς κ. τ. λ.* Ex quibus jam ejus sententia intelligitur. Plotinus autem, ut huc revertar, haud dubie respexit potissimum locum in Timæo Platonis p. 40. p. 41. Bekk. ubi de sideribus:— *μεθ' οὗς τινάς τε ἐπίπροσθεν ἀλλήλοις ἡμῖν τε κατὰ χρόνους οὕς τινας ἕκαστοι κατακαλύπτονται, καὶ πάλιν ἀναφαινόμενοι φόβους καὶ σημεῖα τῶν μετὰ ταῦτα γενησομένων τοῖς δυναμένοις λογίζεσθαι πέμπουσιν—κ. τ. λ.* Alios locos designabimus in annotatione. Platonicæ vero adeoque Plotinianæ sententiæ deinde se applicuerunt permulti. Nam, etsi Julius Firmicus lib. I. Mathes. Plotinum hoc nomine reprehendit, quod vim stellarum agnoscere noluerit, alii tamen in ejus partes discesserunt. In quibus Macrobius Plotini etiam mentionem facit, ita scribens lib. I. c. 18. Saturn.:— "ipsarum vero stellarum cursus ordinem rerum humanarum, ut quibusdam videtur, pro potestate disponunt, vel, ut Plotino constat placuisse, significant." Et luculentius in Somn. Scip. c. XIX. fin.: "Et Plotinus quidem in libro, qui inscribitur: *Si faciunt astra*, pronuntiat nihil vi vel potestate eorum hominibus evenire; sed ea, quæ decreti necessitas in singulos sancit, ita per horum septem transitum statione recessuve monstrari, ut aves seu prætervolando seu stando futura pennis vel voce significent nescientes: sic quoque tamen jure vocabitur hic salutaris ille terribilis, cum per hunc prospera, per illum significentur incommoda." Est quoque Nemesii Emeseni disputatio *περὶ τῆς διὰ τῶν ἄστρων εἱμαρμένης*, nimirum tricesima sexta p. 294—298. ed. Matthæi. Profecit etiam ex hoc libro Sallustius Philosophus Platonicus *de Diis et Mundo* cap. nono. Plotini autem hanc diatribam tangere videtur Joannes etiam Sarisberiensis in Policratico II. 19. (in Max. Bibl. Patrum Tom. XXIII. p. 267. D.)

ubi hæc leguntur:—" At Genethliaci ad divinationem scientiæ cælestium nimis insistunt, tam ipsorum cælestium, quam Dei notitiam perdiderunt. Qui tamen inter eos suum commodius excusare videntur errorem, cum *Plotino* auctoritatem operum non detrahunt creatori, sed semel et simul ab eo legem asserunt institutam, quam nullus unquam conatus evacuat, cum omnia, quæ disposuit futura sunt, ut prædicit." Neque tamen inde conjecerim (uti *Frid. Christoph. Schlosser.* facit in libro inscripto: *Vincent von Beauvais Hand—und Lehrbuch fur koenigliche Prinzen und ihre Lehrer* II. p. 68.) Plotinum ipsum ab Ioanne esse lectitatum, quando hujus sententia notitiam e Macrobii locis laudatis potuit deprompsisse, cujus libri nemo nescit quantopere per medium ævum lectionis usu fuerint frequentati. Sæculo decimo quarto inclaruit alius scriptor, qui item, recrudescente, ut fit, Astrologiæ malo, *Contra Astrologos* scribendo egregie promeruit. Nimirum *Henricus de Hassia senior*, qui saniores Matheseos disciplinas denuo in Germaniam retulit. Vid. Fabr. Bibl. Lat. lib. VIII. p. 656. B. Cæterum in hac doctrina ut plurimum Ptolemæum inter atque Plotinum optime convenire, et Marsilius hinc inde monstravit in Commentario in hunc librum et docuit etiam Augustinus Niphus in libro de Auguriis Basil. 1534. L. II. p. 107. *Ioannem* autem *Kepterum* illum nostratem constat dixisse Astrologiam *sapientis matris filiam stolidam.*

p. 242, 10. *εἴρηται μὲν πρότερον ἐν ἄλλοις*] Nimirum in libris de Fato III. 1. et de Anima IV. 3. et IV. 4. Similem disputationem ita exorditur Origenes in Genesin §. 9. p. 13. Ruæi: *φέρε δὲ, ἀγωνισώμεθα καὶ περὶ τοῦ τοὺς ἀστέρας μηδαμῶς εἶναι ποιητικοὺς τῶν ἐν ἀνθρώποις, σημαντικοὺς δὲ μόνον.* Augustin. de Civ. Dei V. 1. " Quod si dicuntur Stellæ *significare* potius ista, quam *facere*, ut quasi locutio quædam sit ista positio, prædicens futura, non agens (non enim mediocriter doctorum hominum fuit ista sententia) non quidem ita solent loqui Mathematici, ut, verbi gratia, dicant Mars ita positus homicidam significat, sed homicidam facit." cet. Ubi Augustinus Origenem Plotinumque, quem sæpe dilaudat, ante oculos habere videtur. Mathematicos autem hujusmodi in locis esse Genethliacos, non est, quod operose monstremus. Sallustius Platonicus de Diis et Mundo c. 9. p. 34. Orellii: *ὡς οὐ πάντα ποιούντων, τινὰ δὲ σημαινόντων μόνων τῶν ἀστέρων διδάσκειν.*

p. 243, 7. *κέντρων—καὶ ἀποκλίναντας*] Hinc *κέντρα* et *ἀποκλίματα* Genethliacorum. Illa *κέντρα* sive cardines illi erant quatuor supra, ex quibus præcipue prædictiones parabant in genituris. Uniuscujusque horum cardinum signum præcedens (*προάγον*) vocabant declinationem (*ἀπόκλιμα*). Vid. Sext. Empir. adv. Math. V. 12—14. p. 340. ibiq. Fabric. qui etiam horoscopii schema adjecit. Cf. etiam Fabricii Prolegg. ad Marini Vitam Procli p. XXIV. ed. Boiss. ubi Procli thema natalitium exhibetur. Cæterum consule inprimis Ptolemæi Tetrabiblon lib. IV. sub finem. et Porphyrii Introductionem in eum librum p. 197. ed. Basil. 1559. fol.

p. 245, 1. *Ἀλλ' οὐχ ἑκόντες—καὶ τοῖς σχήμασιν*] Sallustius de Diis et Mundo: *Εἰ δὲ τρίγωνα καὶ τετράγωνα λέξουσιν, ἄτοπον τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀρετὴν αὐτὴν μένειν, τοὺς δὲ θεοὺς ἐκ τῶν τόπων μεταβάλλεσθαι.* Ad eum locum Io. Conr. Orellius in annott. (quibus adde Nicephori Blemmidæ Epitom. Physic. c. 25. p. 204.) p. 235. nostrum locum adhibuit. Ego hoc monitos velim lectores Plotini, cum in universo hoc libro, tum in hoc capite multa tangi, quæ in Ptolemæi Tetrabiblo leguntur. Sic, ut hoc utar, quæ superiore capite (secundo) de calore ac frigiditate astrorum dicuntur, ea confer tum Ptolemæo I. p. 17. sqq. ed. Basil. Oporin. 1535. 8°. de planetarum potestate. Nec minus alia hujus capitis ex ejusdem Astronomi libro laudato explicanda sunt. Quod enim Plotinus paucis interjectis dicit: *οὐ γὰρ δὴ τοτὲ μὲν ἥδεται, τοτὲ δὲ λυπεῖται*, et in fin. pag.: *ὅλως δὲ οὐδὲ λυπεῖσθαι, οὐτὲ ἐπὶ καιροῦ χαίρειν οὐ τοῖς δοτέον·* itemque in fin. capitis seq. p. 139. C. *τὸ δὲ τόνδε μὲν χαίρειν κ. τ. λ.* confer Ptolemæum libro laudato I. p. 51.: *χαίρειν δέ φασιν αὐτοὺς (τοὺς πλανήτας), ὅταν, κἂν μὴ πρὸς αὐτοὺς ᾖ ἡ συνοικείωσις τῶν περιεχόντων ζωδίων, ἀλλὰ μέντοι πρὸς τοὺς τῶν αὐτῶν αἱρέσεων ἐκ μακροῦ μᾶλλον οὕτω γιγνομένης τῆς συμπαθείας.* Quæ ita explicat interpres Græcus Anonymus, vel potius Proclus p. 49. ed. Basil. Henr. Petr. 1559. fol. *λέγονται δὲ παρὰ ταῦτα πάντα χαίρειν, ὅταν ἐν ἀλλοτρίοις μὲν οἴκοις εὑρεθῶσιν, οὐ παντάπασι δὲ ἀλλότριοι*

ὧσι τῶν τόπων· ἀλλὰ κοινωνήσωσι κατὰ τὴν αἵρεσιν, ὡς ὅταν ἡ ἀφροδίτη εἰ τύχοι ἐν οἴκῳ ἄρεος εὑρεθῇ καὶ τὸ ἀνάπαλιν ὁ ἄρης ἐν οἴκῳ ἀφροδίτης. ἐὰν γὰρ μὴ οὕτως εὑρεθῶσιν, οὐ λέγονται χαίρειν. "*Præter hæc omnia porro gaudere dicuntur planetæ*, cum in alienis quidem domiciliis reperiuntur, a locis tamen non omnino sunt alieni, sed conditione communicant, ut cum Venus in Domicilio Martis reperta fuerit, ut vice versa Mars in Domicilio Veneris. Nam nisi ita inventi fuerint, non dicuntur gaudere."

p. 246, 6. εἰ ὥσπερ ὄρνισι κατὰ συμβεβηκὸς τὸ σημαίνειν] Salmasius de Annis Climactericis et antiqua Astrologia, Lugd. Bat. 1648. p. 804. sq. ita: "Clarius Plotinus in libro, *Si faciunt astra*, pronunciat, &c." Sequuntur verba Macrobii in Somn. Scip. I. c. 19. fin., quæ supra exhibuimus usque ad verbum *nescientes;* tum pergit Salmasius: "Hæc Macrobius. Hodie hic tractatus in libris Plotini reperitur, εἰ ποιεῖ τὰ ἄστρα. Sed alia quæ habet Macrobius, ibi non habentur. Tantum dicit, ea esse σημαντικὰ, ut ex avibus et aliis animalibus fit divinatio. Ne illud quidem verum est, id astra habere, quod iis dat Plotinus, τὸ σημαντικόν. Et prævaricatione quadam certum est, hoc iis tribui." Hæc Salmasius. Eadem Macrobii verba apposuit Justus Lipsius in Physiologia Stoicorum lib. II. c. 14. fin. (p. 587. Opp.), addens: "Magis enim sit, significare astra, quam facere, et Plotini modestior assertio (quam Manilii)—Modestior dixi, non verior." Avium meminit etiam Origenes in Genesin §. 10. p. 17. Ruæi, plane in Plotini sententiam disputans. Locus longior est, quocirca extrema tantum apponam: τί μᾶλλον ἀπὸ τῶν ἀστέρων ἢ ἀπὸ τῶν οἰωνῶν ἔσται τὰ γινόμενα;—ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀρκέσει εἰς ἀναίρεσιν τοῦ ποιητικοὺς εἶναι τοὺς ἀστέρας τῶν ἀνθρωπίνων. Ipse noster auspicia attingit infra III. 1. 5. p. 232. B. ὁμοίως ἂν καὶ οἱ ὄρνεις ποιητικοὶ, ὧν σημαίνουσιν, εἶεν. Iamblichus de Mysteriis Ægypt. III. 16. p. 80. Galei, cum de avium tum de astrorum signis disputans, ita pergit: Δῆλον δὴ οὖν διὰ πάντων τῶν εἰρημένων καὶ τοῦτο γέγονεν, ὡς ὀργάνοις μέσοις πολλοῖς οἱ θεοὶ χρώμενοι τὰ σημεῖα τοῖς ἀνθρώποις ἐπιπέμπουσι κ. τ. λ. De avibus auguralibus Iamblichi etiam auctoritate utitur Eustathius in Odyss. (3. 153. p. 83. Bas. cf. Galeum ad l. l. p. 236.)

— 10. τρίγωνος μὲν ὁρῶν—τετράγωνος] Vide de his aspectibus Ptolemæi Tetrabibl. L. IV. sub fin. et Porphyrium in eum librum p. 201. ed. Basil. 1559. Attigit hæc etiam Sallustius de Diis et Mundo cap. IX. p. 34. Verba adscripsimus supra in annot. in cap. 3. init. Hoc loco illud adjecisse sufficiat, in fragmento Vettii Valentis Astrologico, cujus apographum est in libris meis, caput unum ita inscribi atque ita incipere: περὶ ἀκουόντων καὶ βλεπόντων ζωδίων.—Ὁμοίως καὶ περὶ ἀκοούντων καὶ βλεπόντων ζωδίων ἐκ τῶν ἀναφορῶν γνωστέον· οἷον οὕτως κ. τ. λ.

p. 248, 6. Οὐκ ἐπικουροῦντος κ. τ. λ.] De sensu duplici hujus loci et de probabili sententia, quantum quidem in his tenebris perspici possit, dixit Ficinus in Commentario supra p. 116.

— 12. Δία δὲ ὃν λέγουσιν κ. τ. λ.] Insignem transpositionem h. l. obviam in Var. Lect. designavimus. Quæ utrum confusæ duplici recensioni debeatur non dixerim: sed talia in omnibus fere scriptoribus deprehenduntur. Sententiam loci, quoad ejus fieri poterat, expedivit Ficinus cum in versione tum in Commentario. De Planetis universe vide Cleomedis Meteor. I. 3. p. 21. sqq. ed. Bakii cum interprr. p. 306. sqq. Cic. de N. Deorr. II. 20. ibiq. annot. p. 286. edit. nostr. et Moseri.

—13. Πρὸς δὲ τὸν πυρόεντα καλούμενον τῇ κράσει] Fortasse excidit σύμφορος, vel certe intelligendum; ut etiam accepit Ficinus. Cæterum Cicero l. l. ita: "Huic autem proxime inferiorem orbem tenet πυρόεις, quæ stella Martis appellatur &c." Pro ἀλλοτρίως legendum videtur ἀλλότριος vel propter sequentia.

—14. Ἑρμῆς—πρὸς ἅπαντας—ὁμοιούμενος] Hæc ex asse respondent his Ptolemæi in Tetrabiblo II. p. 87.: ὁ δὲ τοῦ Ἑρμοῦ τὴν οἰκοδεσποτίαν λαβὼν, καθόλου μὲν ᾧ ἂν ᾖ συγκιρνάμενος, ἑκάστῳ τῶν ἄλλων συνοικειοῦται ταῖς ἐκείνων φύσεσιν. Ad eum locum Interpres ita p. 73.: Εὕρηται γὰρ περὶ τοῦ Ἑρμοῦ ὅτι κοινὸς ὢν τὴν φύσιν τὴν τῶν σχηματιζομένων μιμεῖται ποιότητα. Videtur corrigendum συσχηματιζομένων. Cf. etiam Porphyrii Introduct. in eundem librum p. 199.

— 15. ἀναφορὰς ζωδίων ἀναμένειν] Sextus Emp. adv. Mathem. V. 20. p. 341.—οὐ γὰρ τὴν αὐτὴν δύναμιν ἔχειν ἡγοῦνται τοὺς ἀστέρας πρὸς τὸ κακοποιεῖν, ἢ μὴ, ἐπί τε τῶν κέντρων θεωρουμένους καὶ

ἐπὶ ταῖς ἀναφοραῖς καὶ τοῖς ἀποκλίμασι κ. τ. λ. "Censent enim stellas non eandem vim habere ad male vel secus faciendum, si considerentur in cardinibus et in successionibus et in declinationibus:" ubi Fabricius recte vulgatam tuitus est adversus Salmasium, qui ἐπαναφοραῖς textui intulerat, laudans Sextum V. §. 52, 53. 73. etc. Et hic locus Plotini, in quo nullus liber variat, arguit, utrumque de eadem re usurpasse veteres Astrologos. Stephanus ex Budæo p. 10010. ed. Valp. (cui addendi sunt hi loci Sexti et Plotini) ita exponit: "Ea pars cæli, quæ triginta partibus ab Horoscopo distat, in secundo signo existens ab eo, in quo horoscopus inchoatur, ἀναφορὰ appellatur, et interdum ἐπαναφορά, quasi pars jamjam emersura." Georg. Henischius in Procli Sphæram, August. Vind. 1619. p. 201.: "Astronomi ascensus, Græce ἀναφορὰς, et descensus, Græce καταφοράς." Inscribitur autem caput Vettii Valentis Ἀνθολογιῶν ita plane, ut in Plotino legimus: περὶ ἀναφορᾶς τῶν ζωδίων. Adscribam initium ex Apographo Gronovii, quod mihi dono dedit Wyttenbachius ὁ μακαρίτης. Sic enim incipit, ὅσων δὲ ὡρῶν ἕκαστον ζῴδιον ἀναφέρεται, ἐκ τῆς ἑκάστου ἀναφορᾶς γνωστέον. Alterum Fragmentum ita incipit: μεσουράνημα δὲ ἀπὸ χερὸς εὑρεῖν ἀπὸ τῆς δυνούσης μοι λαβὼν κατὰ τὰς ἀναφορὰς τοῦ κλίματος, ἕως τοῦ διαμέτρου τούτων τὴν ἡμίσειαν κ. τ. λ. Et frequentat ἀναφορᾶς vocem Valens in his Fragmentis Florilegii genethliaci sive astrologici, quod ex illo Apographo *Roctherus* subjecit ad calcem editionis suæ Io. Laurentii Lydi de Mensibus, Darmst. et Lips. 1827. p. 334. Nec minus frequentat Ptolemæus in libris Astrologicis. Cf. modo, ut hoc utar, sect. 25. τοῦ Καρποῦ sive *Centum dictorum*, qui locus cum locis Vettii Valentis conferri debet, et Porphyrius in Introductione in Tetrabiblon, ubi etiam usurpatur Adverbium ἀναφορικῶς. Vide modo p. 201. Exstat etiam Hypsiclis Alexandrini liber, qui inscribitur Ἀναφορικός.

p. 250, 3. τὸ αὐτοῦ περαίνειν καὶ ἐνεργεῖν τὰ αὐτοῦ] Post hæc verba Ficinus in Latinis hæc intulit: "*in quibus deinceps similiter coordinata sunt omnia.* Quorum verborum ne in Mediceis quidem libris ullum vestigium exstat. Ac probabile est, eum his verbis exprimere voluisse sequentia συντεταγμένον αὖ μετ' αὐτοῦ, deinde vero, cum vidisset ea potius cum verbis λύοντός ἐστι jungenda, aliter vertisse, et recte quidem: "*in quo ipse connumeratur.*" Quapropter et virgulam ejecimus ante λύοντος, et illa priora Ficiniana uncinis inclusimus.

— 8. οὐ γὰρ ἂν ἐσημαίνετο τεταγμένως μὴ] Vid. var. lect. Cæterum inter τεταγμένως et μὴ ejeci virgulam, uti etiam fecerat Ficinus, in cujus edit. principe inter *procederet* et *singula* non exstat comma, quod ed. Basil. habet.

— 9. Ἔστω τοίνυν ὥσπερ γράμματα—σημασία] Lucem adfert locus geminus III. 1. 6. p. 233. B.—Ἀλλὰ μᾶλλον ὡς φέρεται μὲν ταῦτα (τὰ ἄστρα) ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ὅλων, παρέχεται (male Cudworth. in Syst. intell. p. 4. Mosh. παρέχεσθαι) δὲ καὶ ἄλλην χρείαν τὴν τοῦ εἰς αὐτὰ ὥσπερ γράμματα βλέποντας τοὺς τὴν τοιαύτην γραμματικὴν εἰδότας ἀναγιγνώσκειν τὰ μέλλοντα, ἐκ τῶν σχημάτων κατὰ τὸ ἀνάλογον μεθοδεύοντας τὸ σημαινόμενον. "Vel potius (præstat dicere) astra discurrere ad salutem universorum (hoc est, quod nostro in loco designat Plotinus his verbis—καὶ κινούμενα, ποιοῦντα μέν τι ἔργον καὶ ἄλλο: nimirum astra moventur, ut varium usum præstent et universis et singulis), sed tamen et alterum usum præstant, quo scilicet, qui ejusmodi literaturæ periti sunt, suspiciant illa veluti literas, ac futura legant, ex figuris secundum analogiam significatum indagantes." (Hoc nostro in loco Philosophus vult intelligi his verbis: ἐπακολουθεῖτο δὲ τῷδε ἡ παρ' αὐτῶν σημασία.) Istas figuras sive σχήματα appellat Sextus advers. Mathematicos V. 95. p. 353. τοὺς τῶν ζωδίων τύπους. Pro quibus imaginibus observante Fabricio ad Sext. l. l. Characteres literarum Hebraicarum sibi reperire visi erant Judæorum magistri. Ab ea perversitate longe abest Plotinus, qui potius hac in re Ægyptiacarum religionum quodammodo refert indolem. Thoth enim sive Hermes Ægyptiorum, qui astra in cælo disponere ordinareque creditus, astronomiæque primus magister habitus, sacer et ipse scriba ferebatur, adeoque in cælo sacras literarum (Hieroglyphorum) describere figuras, quando astrorum rationem et ordinem describeret. Qua de re plura dixi in Commentt. Herodott. I. p. 353. sqq. et in Symbolica et Mythologia I. p. 373. sqq. ed. alter. Sed *quodammodo* dixi, neque negligi debet illud ὥσπερ γράμματα.

Nimirum *accommodat* tantum ad suum consilium, quæ ferebantur antiquitus, ut verus *philosophus*. Perquam autem similia sunt, quæ Origenes in Genesin §. 9. p. 15. Ruæi ita eloquitur: *ὥσπερ γὰρ προαποδείξαμεν, ὅτι οὐδὲν λυπεῖ τὸν περὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν λόγον τὸ τὸν θεὸν προειδέναι τὰ πραχθησόμενα ἑκάστῳ, οὕτως οὐδὲ τὰ σημεῖα, ἃ ἔταξεν ὁ θεὸς εἰς τὸ σημαίνειν, ἐμποδίζει τὸ ἐφ' ἡμῖν· ἀλλὰ παραπλησίως βιβλίῳ περιέχοντι τὰ μέλλοντα προφητικῶς, ὁ πᾶς οὐρανὸς δύναται, οἱονεὶ βίβλος ὢνΘεοῦ, περιέχειν τὰ μέλλοντα. διόπερ ἐν τῇ προσευχῇ τοῦ Ἰωσὴφ δύναται οὕτω νοεῖσθαι τὸ λεγόμενον ὑπὸ τοῦ Ἰακὼβ, ἀνέγνων γὰρ ἐν ταῖς πλαξὶ τοῦ οὐρανοῦ, ὅσα συμβήσεται ὑμῖν ἐν τοῖς υἱοῖς ὑμῶν. τάχα δὲ καὶ τὸ, εἰλιγήσεται ὁ οὐρανὸς ὡς βιβλίον* (Iesai. 34. 4.) *τοὺς λόγους τοὺς περιεχομένους σημαντικοὺς τῶν ἐσομένων δηλοῖ ἀπαρτισθησομένους, καὶ ἓν' οὕτως εἶπω, πληρωθησομένους, ὥσπερ λέγονται αἱ προφητεῖαι πεπληρῶσθαι τῷ ἐκβεβηκέναι. καὶ οὕτως ἔσται εἰς σημεῖα τὰ ἄστρα γεγονότα κατὰ τὴν λέγουσαν φωνὴν ἔστωσαν εἰς σημεῖα.* Ante Origenem vero Plotinumque Geminus Rhodius, uti supra monui, *efficere* astra res terrestres, eventa, mores aliaque humana negaverat; *significare* affirmaverat. Ejus locum h. l. apponam. Ita enim ille in Astronomiæ Elementis (in Petavii Uranologio) p. 56.:—*ὅθεν ταῖς τῶν ἄστρων ἐπιτολαῖς κατὰ τοὺς καιροὺς ἀφωρισμέναις αἱ μεταβολαὶ τοῦ ἀέρος γίνονται οὐχ ὡς τῶν ἄστρων δύναμιν ἐχόντων πρὸς τὴν μεταβολὴν τῶν πνευμάτων καὶ τῶν ὄμβρων, ἀλλ' ὡς σημείου χάριν παρειλημμένων πρὸς τὸ προγιγνώσκειν ἡμᾶς τὰς περὶ τὸν ἀέρα περιστάσεις. καὶ ὥσπερ ὁ πυρσὸς οὐκ αὐτός ἐστι παραίτιος τῆς πολεμικῆς περιστάσεως, ἀλλὰ σημεῖόν ἐστι πολεμικοῦ καιροῦ· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ αἱ τῶν ἄστρων ἐπιτολαὶ οὐκ αὐταὶ παραίτιοί εἰσι τῶν περὶ τὸν ἀέρα μεταβολῶν, ἀλλὰ σημεῖα ἔκκεινται τῶν τοιούτων περιστάσεων.* Tunc egregie explicat, quomodo antiqui homines ad prognostica tempestatis observanda consignandaque deducti sint. Scriptor quoque vel Platonicus vel Christianus in Fabricii Bibl. Gr. Vol. II. p. 516. sq. in dialogo, qui Hermippus inscribitur, effici ab astris rerum eventa negat: *προσημαίνεσθαι* contendit; quam sententiam accommodat etiam ad astrum a Magis visum et ad eclipsin sub mortem Jesu Christi. Cf. etiam *Frid. Münteri* librum: *Der Stern der Weisen* p. 28. sq. Cæterum *Tiedemannus* in libro, qui inscribitur: *Geist der speculativen Philosophie* III. p. 334. sqq. judicat, parum sibi constare Plotinum, qui, cum vim universam astrorum agnoscat, nihilo tamen minus eorum vim in hominum animos negatum eat, nimirum quo liberum arbitrium hominibus salvum vindicet. Qua de re non est, quod h. l. disputemus.

p. 250, 17. *Τίς οὖν ἡ σύνταξις ἡ μία κ. τ. λ.*] In his, usque ad finem Capitis, accuratam et intelligentiam et descriptionem inesse ejus, quod hodie philosophi *organicum corpus* et *organicam unitatem* appellant, qui non sentiat, is nihil omnino sensurus esse videatur, ut Ciceronis verba usurpem in loco haud dissimili, ubi de constantia ordineque corporum cælestium loquitur, de N. Deorr. II. 20. Neque tamen ante Plotinum ullum philosophum tam alte penetrasse in naturam et vim *Organici* pronuntiare audeam.

p. 251, 12. *Καὶ δὴ καὶ ψυχὴ—τοῦ κρατοῦντος*] In hoc loco impedito primum tenendum est illud, distingui animam mundi a mente universi, Diis, stellis. Hi circulo moventur, sive per orbem semper ad se redeunt (cf. supra II. 1. 1. p. 107. A. ibiq. Annot.): anima mundi jam recta fertur, h. e. Deorum jam orbitam relinquit, et ad externa procreanda progreditur. Hinc potest etiam *παράγεσθαι*, sive in transversum agi, et a justa via deflecti. Sed tamen justitia (fortasse legendum *ἕπεται* omisso *καὶ—Δίκη*) ea sequitur, quæ in Universo aguntur, nisi (Universum) solvatur. Manet vero (Universum) semper utpote ordinatum ordine et vi ejus, qui ei præest. Aliter hæc postera interpretatus est Ficinus, et potest ambigi, utra interpretatio vera sit: illud ambigi non potest, quod initio posui, nimirum Menti universali tribui a Platonicis motum orbicularem: Animæ universi motum in rectam lineam, sive motum extra tendentem.

p. 252, 1. *ποιεῖ δὲ—φανερῶς ποιεῖ*] Hoc est, astra non operantur recondito quodam modo, v. c. ut vim habeant in mores hominum, in vicissitudines civitatum etc., sed manifesto operantur; verbi causa in aëris temperiem vim habent, ad ventos, pluvias cet. ciendos (quod ipsum tamen negabat Geminus Rhodius. Vid. locos supra laudatos), in mare commovendum, ut luna etc.

— 7. *Ἀλλὰ—ἐν ἄλλοις εἴρηται*] Nimirum II. 9. III. 1. (de Fato) VI. 8. (*περὶ τοῦ ἑκουσίου.*)

p. 252, 8. *Νῦν δὲ ἀναμνησθέντες κ. τ. λ.*] Easdem Platonis tesseras, in libro X. Reipubl. p. 616. sq. p. 506. sqq. Bekk. descriptas, pluribus explicat Plotinus c. 15. p. 145. sq. Ad Platonis locum adhibe Astii Comment. p. 630. qui tamen Plotini non meminit, et quæ ipse disputavi in Symbol. et Mythologia I. p. 464. sqq. Hoc loco monuisse sufficiat, esse has tesseras a Platone ex Ægyptiorum Pythagoreorumve libris ductas. Plotinianam explicationem non æquus, quam Platonicam fabulam ipsam accepit Moshemius ad Cudworth. Syst. Intell. p. 7. not. 5.: "Lucem, ait, huic fabulæ aliquam afferre voluit Plotinus. Sed ipse ignotum sibi quidnam ea sibi vellet, non obscure declarat. Nec ego putem quemquam satis firme vim ac sententiam ejus declarare posse. Tota nimirum Platonis de fato sententia tot patet quæstionibus et dubitationibus, ut incredibile dictu sit." Hæc ille. Verbum autem *ἐπικλώθουσι* Homericum (Odyss. *γ'*. 208. *α'*. 17.), nec Platoni ignotum (Theæt. p. 169. C. p. 233. Bekk.: *πάντως τὴν περὶ ταῦτα εἱμαρμένην, ἣ ἂν σὺ ἐπικλώσῃς, δεῖ ἀνατλῆναι ἐλεγχόμενον*), tractavit Eustath. in hunc locum Odysseæ p. 11. Bas. cf. eundem ad *η'*. 197. p. 280. sq. Apollonii Lex. Hom. p. 385. Tollii et Jacobs. Additt. ad Antholog. Palat. p. XCV. Disputat autem de his Homericis suo more Tzetzes Exeges. in Iliad. p. 33. sq. Porphyrius ap. Stob. Eclogg. II. 8. p. 366. eundem Platonis locum respiciens: *τὴν Ἄροπον, τὴν τὰ ἐπικλωθέντα ποιοῦσαν ἀμετάτροπα.*

— 12. *Ἐν τε Τιμαίῳ*] Nimirum p. 42. Steph. unde nunc hæc teneamus etiam propter sequentia: *πρῶτον μὲν αἴσθησιν ἀναγκαῖον εἴη μίαν πᾶσιν ἐκ βιαίων παθημάτων ξύμφυτον γενέσθαι, δεύτερον δὲ ἡδονῇ καὶ λύπῃ μεμιγμένον ἔρωτα κ. τ. λ. Διαδεσμοτήσας* (*ὁ θεός*) *δὲ πάντα αὐτοῖς ταῦτα, ἵνα τῆς ἔπειτα εἴη κακίας ἑκάστων ἀναίτιος.* Cf. de Republ. II. p. 379.: *οὐδ' ἄρα ὁ θεὸς, ἐπειδὴ ἀγαθὸς, πάντων ἂν εἴη αἴτιος, ὡς οἱ πολλοὶ λέγουσιν, ἀλλ' ὀλίγων μὲν τοῖς ἀνθρώποις αἴτιος, πολλῶν δὲ ἀναίτιος.* Locum in Theæteto p. 176. jam supra adhibuimus ad I. 8. 6. p. 70. sq. Atque illa sententia liberi arbitrii inde ab Homero (Odyss. *α'*. 37.) communi hominum sententia firmata, proditaque per Pythagoreos (Aur. Carm. vs. 54. Hierocl. in ea p. 184. Needh.) ad Platonem hujusque sectatores pervenerat; cum contra Stoici, eo quod Deum et bonorum, quæ evenirent, et malorum auctorem facere dicerentur, acerrime ab adversariis vituperarentur. (Plutarch. Repugn. Stoicc. p. 1064. C. seqq. Cf. Baguet. de Chrysippo p. 99. sqq.) De Platonis sententia breviter Plutarch. de placit. philosoph. I. 27. p. 884. extr. p. 560. Wyttenb. *Πλάτων ἐγκρίνει μὲν τὴν εἱμαρμένην ἐπὶ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν καὶ βίων, συνεισάγει δὲ καὶ παρ' ἡμᾶς αἰτίαν.* Fusius autem tractat Nemesius de Natura hom. p. 303. sqq. ed. Matth. unde hoc Platonis decretum excerpamus: *Μὴ γὰρ ἐξ ἀϊδίου ὡρίσθαι τὸ καθ' εἱμαρμένην, ἀλλ' ἐπισυμβαίνειν προηγησαμένοις τοῖς ἐφ' ἡμῖν· τοῦτο δὲ συμφωνεῖ καὶ τὸ, αἰτία ἑλομένου, θεὸς ἀναίτιος, καὶ τὸ, ἀδέσποτον εἶναι τὴν ἀρετήν, καὶ τὸ, εἶναι μαντείαν.* Idem statuisse Pharisæos Josephus auctor est. Ita enim Antiqq. Judd. XIII. 5. 9. p. 649. Havercamp. *οἱ μὲν οὖν Φαρισαῖοί τινα καὶ οὐ πάντα τῆς εἱμαρμένης εἶναι λέγουσιν ἔργον, τινὰ δ' ἐφ' ἑαυτοῖς ὑπάρχειν, συμβαίνειν τε καὶ οὐ γενέσθαι.* Nec minus inter Persarum philosophos haud pauci cum Platone in hac causa faciebant. Vide *Sylvestre de Sacy Notes sur Pend—Namèh ou le livre des conseils de Férid —Eddin Attar* p. 73., ubi doctissimus ille interpres Platonis locum e Timæo recte adhibuit. Hæc paucis adumbranda duxi, quo Platonici Plotinianique in gravissima quæstione responsi et fontes rivulique, et vero cum orientalium aliquot philosophorum decretis similitudines cognoscerentur.

p. 253, 1. *ἢ ὅπερ ἐσμὲν κατ' ἀλήθειαν ἡμεῖς*] Plane diversa hæc a vulgari opinione in his Iliados *α'*. 3. sq. *ψυχὰς—αὐτοὺς δὲ ἑλώρια κ. τ. λ.* ubi corpora sunt *αὐτοί*. Nec minus diversum ab Homerico illud Plotini in sequentibus,—*ὁ δὲ αὐτὸς*. Contra Indorum et ratio et oratio congruens Platonicæ. Illis enim corpus *Dcha*, quasi dicas *contaminatum*, utpote qui animas divinas origine pollui ac contaminari doceant contagione corporis. Vid. *Aug. Guil. Schlegel.* in *Indische Bibliothek* II. 2. p. 230.

— 3. *ἀδέσποτον ἀρετὴν*] Nobilissimum dictum Platonis in Rep. X. p. 617. sub. fin. p. 509. Bekk. et multorum mentione celebratum. Vide Nemesii locum in annot. superiori præcedente, et cf. Apollonii Tyan. Epist. XV. p. 390. Olear. aliosque, quos Ast. in Comment. in Platon. l. l.

excitavit p. 632. quibus adde Olympiodor. in Alcib. pr. p. 226. *τοῦ παλαιοῦ λόγου λέγοντος τὴν ἀρετὴν ἀδέσποτον καὶ ἐλευθέραν.—διὸ καὶ ἡ ψυχὴ ἐλευθέρα ἐστὶν ὡς αὐτοκίνητος καὶ φύσει ἀρχική.* Quibus jungenda sunt, quæ de virtute prædicantur in Ciceronis Paradoxis III. 1. 22.; et de nobiliore anima corpori non obnoxia consulendus Aristoteles de Anima I. p. 3. Sylb. et præsertim III. 4. p. 57. sq. Cæterum ad hæc Bruckerus in Hist. Crit. Philos. II. p. 425.: " Ita, inquit, nugis suis idealibus omnia philosophiæ naturalis capita corruperunt inepti philosophi." Talia si nugæ dicenda sunt, nec minus philosophorum Deus Plato nugari dicendus erit. Equidem istiusmodi quoque judicia hominum hinc inde adponam, ne interpretis officio deesse videar. Atque hac data occasione hoc insuper adjiciam. Obscurum esse Plotinum nemo quisquam negaverit, sed obscuratum eundem esse librariorum culpa nec minus fatendum. Arguit hoc ipsum caput, quod haud dubie ulcera latentia plura habet, in quibus urendo secando grassari noluimus: ac proinde plurima intacta reliquimus.

p. 254, 9. *τὰ δὲ δυσχερῆ, διὰ τὴν μίξιν—δαίμων, φησὶ, μέγας κ. τ. λ.*] Vid. Platonis Sympos. p. 202. Steph. p. 428. Bekk. *Δαίμων μέγας. διὰ τούτου καὶ ἡ μαντικὴ πᾶσα χωρεῖ, καὶ περὶ τὴν μαντείαν πᾶσαν.* Cf. etiam Timæum p. 89. sq. et præsertim adhibe locum geminum Plotini III. 4. 3. p. 284. ubi plura de dæmone etiam ac de Deorum geniorumque in nos potestate.

— 255, 13. *ἡ πανουργία ἐθέλει νοῦς εἶναι*] Porphyrius apud Proclum in Timæum p. 335. *καὶ γὰρ νοῦ φησιν ὁ Πλωτῖνος ἀπόῤῥοια γίγνεται πανουργία τοῦ δεξαμένου.* Cf. eundem in Platonis Politiam p. 378. ubi eadem verba laudat: item in Alcib. I. c. 12. p. 34. ed. Francof. nostr. ubi Platonem in Phædro c. 28. p. 248. p. 45. Bekkeri, inque illum Hermiam p. 151. laudavimus.

— 256, 4. *συνεργὸς δὲ ἥλιος*] Anonymus apud Hasium in Animadvv. in Io. Laur. Lydum de Ostentis p. 313. *οὗτος γὰρ (ἥλιος) ἔχει μὲν ἐν ἑαυτῷ τὴν τῶν ὅλων οὐσίαν, καὶ διὰ τοῦτό τινες καὶ τῇ τῶν τεσσάρων στοιχείων φύσει τοῦτον κεκρᾶσθαι ᾠοντο. Ἡγεμὼν δ' ἐστὶ τοῦ σύμπαντος κόσμου, καὶ πάντων γεννητικός· γεννῶν δὲ αὖθις καὶ διαλύει καὶ πρὸς τὸν σπερματικὸν λόγον ἀναλαμβάνει, διδοὺς μὲν τῇ ὕλῃ οὐσίαν σχεδὸν καὶ ζωὴν, ἀνταπολαμβάνων δὲ τὴν ἄνωθεν ὕπαρξιν.*

— 257, 2. *ἄψυχα τῶν ἐν αὐτῷ πάντη ὄργανα*] Hanc philosophorum aliquot sententiam attigit Ez. Spanhem. in notis et in *Epreuves de Remarques in Juliani Cæsares* p. 234. et p. 100. ad calcem, nec Plotiniani loci oblitus.

— 16. *ὥσπερ στρατιώτας στρατηγῷ*] Plato in Phædro p. 246. extr.: *ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ Ζεὺς, πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων, πρῶτος πορεύεται, διακοσμῶν πάντα καὶ ἐπιμελούμενος· τῷ δ' ἕπεται στρατιὰ θεῶν τε καὶ δαιμόνων, κατὰ ἕνδεκα μέρη κεκοσμημένη.*

p. 258, 11. *Περὶ δὲ πενίας, καὶ πλούτους, καὶ δόξας κ. τ. λ.*] Similiter Philosophus Lycopolites infra p. 231. sq. (III. 1. 5.) loco longiore; unde hæc tantum adscribam: *πῶς ἂν οὖν ἡ ἑκάστου σχέσις ἐπὶ τῶν ἄστρων ποιεῖ ἃ ἤδη ἐκ πατέρων οὕτως ἔξειν λέγεται; ἢ γὰρ ἐκεῖνα τὰ πρότερα ἔσται τὰ ποιοῦντα, ἢ εἰ μὴ ἐκεῖνα ποιεῖ οὐδὲ ταῦτα.* Copiosius hoc idem argumentum tractat etiam Origenes in Genesin §. 9. p. 14. Ruæi, planeque in condiscipuli sui sententiam. Attigit hæc item Sallustius de Diis et Mundo c. 9. p. 34. Orell.: *τὸ δὲ καὶ πατέρων εὐγένειαν ἢ δυσγένειαν προλέγειν, ὡς οὐ πάντα ποιούντων, τινὰ δὲ σημαινόντων μόνον τῶν ἀστέρων διδάσκειν.* Cf. Chalcidium in Platonis Timæum p. 218: [p. 324. ed. I. A. Fabricii:] " Ex quo intelligi datur, non stellas facere, quæ proveniunt, sed futura prænuntiare."

p. 259, 7. *συνεργὸν τὸ περιέχον γεγενημένον*] De accentu vocis *συνεργὸς*, quam sunt qui *σύνεργος* scribant, vid. Bastii Epistolam Crit. p. 208. sq. ibiq. laud. Reiz. de Prosod. Gr. Accent. inclin. p. 110. ubi vides fuisse qui hæc duo vocabula esse et differre inter se crederent. *τὸ περιέχον* est cælum, aër, ejusque temperies. Cf. Schweigh. in Lex. Polyb. p. 466. Infr. in fine hujus capitis *τοῦ περιέχοντος* vel similiter accipiendum, vel de matrice semen concipiente et fetum continente explicandum. Quod posterius sensisse videtur Ficinus.

p. 260, 4. *Ὁ δὲ Πλάτων*] Vid. Libr. X. de Republ. p. 616. Steph. et cf. annot. supra ad cap. IX. init. p. 141. F.

— 15. *ὥσπερ γοητευθέντες*] Cf. IV. 4. 30. IV. 4. 40. et 43. et 44. II. 9. 14. V. 1, 2. Porphyr. de Abstin. I. 27. p. 44.: *τὸ γοήτευμα τῆς*

ἐνταῦθ' ἡμῶν διατριβῆς. Cf. Proclum in Tim. p. 44. et p. 330. et quæ posui ad Plotin. supr. p. 57. et ad Proclum in Alcib. prior. p. 257. Mirifice enim delectantur hi Alexandrini Philosophi his metaphoris ac locutionibus, ubi animas terrenarum ac sensibilium rerum illecebris delinitas atque corruptas describere volunt. In proximis verba *καὶ ἐκτὸς* non expressit Ficinus, quæ tamen in libris comparent: et ita accipio, ut referuntur ad præcedentia *τῶν τοῦ ὅλου καὶ ἔξω*, hoc sensu: nobiliores illi homines ad sublimia se attollentes et *emancipantes sese ab illa serie mundana rerum externarum.*

p. 262, 12. *Προηγούμενα*] Cf. infr. II. 3. 18. init. p. 147. G. et Annot. in I. 8. 1. p. 72. C.

p. 264, 1. *ὥστε ἓν ἐκ πάντων—ἐν τοῖς λόγοις*] In hoc loco mendum latere arbitror, quod idem sensisse videtur Ficinus vertens: "aliter ex materia ipsa resultant." In libris nihil auxilii. Ego legendum suspicor: *ἄλλως ἐκ θατέρων γιγνομένων*: "quum res aliter fiunt ex malis." *τὸ θάτερον* sæpiuscule, et apud philosophos præsertim, *incommodi, damni, mali* significatum habere docuit Valckenær. in Eurip. Fragmm. Diatrib. p. 112. cf. etiam Heindorf. ad Platonis Euthydem. §. 24. p. 329. Cæterum quod in proxime præcedentibus voce *σεισμοῦ* utitur Plotinus, sunt ejus usus exempla non illa quidem obvia mihi multa, sed tamen me talia in philosophorum scriptis reperire memini. Atque, ut hoc utar, vide locum Io. Chrysostomi a Wesselingio tralatum ad Diod. Sicul. XIII. 97. p. 621. ubi *σεισμὸς* tralate de bonis veluti terræ motu dilapidatis. Etiam Theodoretus in Ezech. 38. 19. Vol. II. p. 1011. ed. Schulz.: *σεισμὸν καλεῖ τὸ τοῦ πράγματος μέγεθος* et pro ingenti conversione rerum accipi posse dicit, licet deinde terræ motum intelligi mavult. In ejusmodi locis, velut hic Plotinianus, cogitandum est illud *τιτανικόν*, quod sæpiuscule usurpant hujus formulæ philosophi, ubi *Materiæ* reluctantis cæcum impetum describere instituunt. Vide modo Proclum in Alcib. pr. p. 43. sq. De tralato usu vocis *σεισμὸς* monuit etiam Schleusnerus in Lex. N. T. in voc.

— 4. *ὁ γὰρ λόγος ἐν ὕλῃ*] De his Bruckerus in Hist. Crit. Philos. II. p. 425.: "Ex hoc fonte naturam suam genitricem hausit *Cudworthius*, hujus philosophiæ *præter modum* amans." En lepidum criticum, qui in rebus sui ingenii modulum excedentibus tanto viro amoris studiique modum præscribere se posse opinetur!

p. 265, 7. *ὑποστάθμης—πικρᾶς, καὶ πικρὰ ποιούσης*] Sentinæ gravis, sive amaræ, et amara reddentis. Sicubi materiæ corporumque vitia describere volunt Platonici, metaphoris sæpe utuntur a mari repetitis. *Πικρὸς* autem sive *ἁλμυρὸς* proprie de aqua marina usurpatur. Odyss. *ε'*. 322. *ἅλμην πικρήν*. Alcibiades ap. Scholiast. Aristid. in Oratt. Platonn. p. 162. ed. Frommel. *—κύμασι πόντου—νάμασι πικροτάτοις*. Plato de Legg. IV. p. 704. Steph. de mari *ἁλμυρὸν καὶ πικρὸν γειτόνημα*. Cf. Alcmanis Fragmenta, nr. 62. p. 66. sq. Welcker. Imitatus est Theodorus Prodromus ad Manuel. Commen. vs. 12. *Μόλις λιπὼν τὸ πέλαγος τῶν ἁλμυρῶν φροντίδων*. Cf. Coraës in *Ἀτακτ.* ad eum pag. 110. Nilus Asceta vel Ioannes Geometra *κεφαλ. παραιν.* nr. XXIX. de vita pontoque: *πικροὺς θηριοτρόφους*. Cf. Hemsterh. ad Lucian. Diall. Marinn. III. p. 353. sq. Bip. Wyttenbach. in Bibl. Crit. VII. p. 17. et quæ ipse plura congessi in ed. pecul. Plotini de Pulcrit. in Append. p. 79. p. 455. et præsertim p. 465. sq. Cæterum hoc loco idem esse ac *κακὸς, πονηρὸς*, arguit sententiarum nexus; nec desunt exempla, ubi utrumque conjungitur. Sic, ut hoc utar, Theodoret. in Esai. XXX. 6. Tom. II. p. 305. Schulz. *διὰ γὰρ τοῦ λέοντος καὶ τοῦ σκύμνου δεδήλωκε τὸ θρασύ. διὰ τῶν ἀσπίδων τὸ πονηρὸν καὶ πικρόν.*

— 12. *οἷα τὰ τῶν ἰοβόλων*] Adjicitur nunc *ζώων*, nunc *θηρίων*, sæpe tamen elegantius sine substantivo usurpatur vocabulum. Dioscorides Theriac. init. p. 415. ed. Wechel. *περὶ τῶν ἰοβόλων ζώων καὶ θανασίμων φαρμάκων*. Cf. ibid. p. 417. ubi tamen perspicuitas poscebat *ζώων*. Nam alibi idem Medicus elliptice *ἰοβόλα* usurpare solet, ut ibid. *καὶ ὁ μὲν περὶ τῶν ἰοβόλων προσαγορεύεται θηριακός*. cf. p. 422. supra: *ἔπι δὲ τῶν ἰοβόλων*. Herodianus autem III. 9, 10. p. 649. sq. Irmisch. formula utitur *ἰοβόλων θηρίων*. Theodoretus in Esai. XXX. 6. Tom. II. p. 305. Schulz. *τὴν πολλὴν δὲ αὐτῶν ποινηρίαν ὁ προφητικὸς αἰνιττόμενος λόγος οὐ κτήνεσι, ἀλλ' ἰοβόλοις ἀπείκασε θηρίοις*. Sed Socrates in Antonii et Maximi Eclogg. ap. Stob. p. 565. Gesn. et in

Opuscull. Græcorr. sententioss. ed. Io. Conr. Orellii I. p. 27. *τὰ τῶν καλῶν φιλήματα φυλάττεσθαι δεῖ, ὡς τὰ τῶν ἰοβόλων δήματα.* Sententia efficta ex loco Xenophonteo in Memorabb. I. 3. 12. et poëtarum versibus varie exornata. Locos horum collegit Dorvill. ad Charit. II. 8. p. 823. Lips. Ego alium locum apponam, in quo Verbum ab illo adjectivo ductum legitur. Alcæus Messen., in Anthol. Gr. nr. IV. Vol. I. p. 337. Iacobs. *ἰοβολεῖν ἐπ' ἐμὴν κραδίην ἔρως ὄρνυται.* Philo Judæus de Providentia Serm. II. ap. Euseb. P.E. VIII. 14. p. 695. similiter *τὰ ἰοβόλα* solitarie usurpat; qui locus omnino cum hoc Plotiniano conferendus est. Cf. etiam infr. Plotin. p. 263.

p. 266, 6. *ἐπὶ πᾶσι δὲ νοῦς δημιουργός*] Procl. in Plat. Timæum p. 93. sq. *Πλωτῖνος ὁ φιλόσοφος διττὸν μὲν ὑποτίθεται τὸν δημιουργὸν, τὸν μὲν τῷ νοητῷ, τὸν δὲ τὸ ἡγεμονοῦν τοῦ παντός. λέγει δὲ ὀρθῶς.* Deinde Amelium dicit tertium opificem addidisse et tres intellectus (*τρεῖς νοῦς*) sive tres reges (*τρεῖς βασιλέας*) posuisse. Quod improbat. Nec minus illud, quod post Amelium Porphyrius, qui cum Plotino se consentire opinaretur, animam supra mundanam (*τὴν ψυχὴν τὴν ὑπερκόσμον*) opificem (*δημιουργόν*) dixerit, addens: *ἐν τίσι Πλωτῖνος τὴν ψυχὴν ποιεῖ δημιουργόν*; neque hoc magis cum Platonis decretis conciliari posse, qui Deum et intellectum semper opificem dicat: animam nunquam. De differentia inter Plotini scripta et Amelii vide Longinum ap. Porphyr. de vit. Plotini c. 20. p. 130. sq. Fabricii. Cudworthus in Systemat. Intell. p. 637. ed. Moshem. sequentia verba Plotini *εἰκότως οὖν—καὶ κατὰ συμβεβηκὸς κινουμένου* ita infert: "Nec ab his (nimirum Harpocratione, Attico, Amelio, qui tres Deos posuerant, vid. Procli loc. laud.) Plotinus est alienus, qui alterum horum trium principiorum, *νοῦν* nimirum, seu primam mentem, et intelligentiam, *δεύτερον θεὸν, secundum Deum*, nuncupat:" (sequitur locus Plotini V. 5. 3. p. 522. Deinde ita pergit Cudworth.:) "Alio in loco trium simul Deorum facit mentionem, mundumque hunc horum omnium imaginem esse constituit." (Sequitur noster locus. Inde autem intelligitur, Cudworthum sententiam suam a Procli auctoritate sejungere. Cæterum cf. VI. 9, 10. infr. p. 769.).

LIB. IV.

p. 282, 7. ΠΕΡΙ ΥΛΗΣ] Duodecimus hic est librorum omnium, quos deinceps conscripserat Plotinus, laudatusque in Porphyrii Commentario de Vita Plotini c. 24. *περὶ τῶν δύο ὕλων*, observante etiam Fabricio diversitatem tituli ad l. l. p. 141. Ipse autem Porphyrius scripserat sex libros *περὶ ὕλης* teste Suida in *Πορφυρ.* III. p. 158. Kuster. quos tamen dies nobis abstulit. Inserviisse eos explicando hoc ipso libro Plotiniano arguit locus Æneæ Gazæi in Theophrasto p. 56. ed. Casp. Barth.: *καὶ τὸ Πλωτίνου διανοίγων βιβλίον, ὅθεν τὰ κατὰ φύσιν που λέγει, ἀγέννητον δὴ εἶναι τὴν ὕλην, καὶ τὸ ἐν ἀρχαῖς τιθέναι, ὡς ἄθεον δόγμα παραιτητέον.* De quo loco præter Barthium monuerat Luc. Holstenius de Vit. et Scriptis Porphyrii c. IX. p. 56. ed. Cantabrig. et Io. Laur. Moshem. in Dissert. de Creatione Mundi ex Nihilo ad Calc. Cudworthi Syst. Intell. p. 995. Summam eorum sex de Materia librorum exhibent ejusdem Porphyrii Ἀφορμαὶ *πρὸς τὰ νοητὰ*, præsertim sententia XXI. Vide quæ supra in hanc rem contulimus ad Enn. I. 8. 5. init.

Locum vero hunc *de Materia* inde a philosophiæ cum Barbaricæ, quæ dicitur, tum Græcæ originibus ad extrema usque tempora varie esse tractatum, nemo est qui nesciat. Quam in rem paucula tantum delibabimus simul scripta laudaturi, unde plura repetere queant philosophiæ veteris amantes. Ac primum Indos, Chaldæos, Persas hoc de argumento disputare, non est quod hic exponam. Indorum doctrinam optime cognoveris ex celebratissimo episodio carminis epici Mahá-Bhárata, quod inscribitur Bhagavad-Gitá, et quidem carmine decimo tertio. Vid. A. G. Schlegelii editionem et cf. Guil. *de Humboldt* prælectionem Berolin. 1826. p. 49. Chaldæorum decreta de Materia attigerat Porphyrius teste Æneа l. l. nec dubium est, eundem aliorum quoque populorum dogmata attigisse. E Græcis Timæus Locrus, vel quisquis ejus libelli auctor est, p. 544. Galæi (p. 379. Bekkeri in Platonis Operib. P. III. Vol. III.) *ταύταν δὲ τὰν ὕλαν ἀΐδιον μὲν ἔφα, οὐ μὰν ἀκίνατον, ἀμόρφωτον δὲ καθ' αὑτὰν καὶ ἀσχημάτιστον, δεχομέναν δὲ πᾶσαν μορφάν· τὰν δὲ περὶ τὰ σώματα μεριστὰν εἶμεν καὶ τᾶς θατέρω φύσιος. ποταγορεύοντι δὲ τὰν ὕλαν*

τόπον καὶ χώραν. In quibus verbis semina multarum disputationum insunt, quæ postea philosophorum familias exercuerunt. Nam vexatissima hæc erat inter ipsos Platonicos quæstio, utrum ἀγέννητος sit Materia, necne. Vid. supra Æneam de Porphyrii sententia. Adde Galeum ad Iamblich. de Myster. p. 277.: "Si materia sit ἀγέννητος, erunt duo prima principia: si genita a Deo, unde turpis et mala?" Platonis autem de Materia primarii loci sunt in Timæo p. 50. sq. p. 60. sqq. Bekk. itemque in Philebo p. 24. et p. 25. p. 61. sqq. ed. Stallb. de quibus locis, uti de sententia in Sophista exposita vid. Brandisi libellum de perditis Aristotelis libris *de Ideis et de Bono* p. 38. sqq. et p. 63. Platonis autem non minus quam Timæi Locri obscuritatem hac in re accusat Aristoteles de Generat. et Corrupt. I. 1.: ὡς δὲ ἐν Τιμαίῳ γέγραπται οὐδένα ἔχει διορισμόν. "Quod in Timæo (de Materia) scriptum est, id nihil certi habet ac definiti." Idem conqueritur Galeus l. l. "Quæ porro fuerit Platonis sententia de materia, sane in Timæo non satis liquet; videtur quippe materiam Demiurgo opponere, et contra distinguere ab eo: in Philebo vero disertim dicit Deum τὸ μὲν πέρας δεῖξαι τῶν ὄντων, τὸ δὲ ἄπειρον. Constat per ἄπειρον intelligi materiam. Sed is Deus Platoni non est Demiurgus, sed superioris ordinis." Moshemius contra in Dissert. de Creatione Mundi ex Nihilo ad calcem Cudworth. Syst. Intell. p. 947. Platonem ab Aristotelis nota defendere studet, addens: "Secessit ipse nimirum Aristoteles in eorum castra, qui materiam statuerent esse ἀσώματον, quod hæc satis ejus definitio probat Materiæ, quæ Metaphys. VII. 3. p. 353. exstat: λέγω δὲ ὕλην ἣ καθ' αὑτὴν, μήτε τι, μήτε πόσον, μήτε ἄλλο μηδὲν λέγεται, οἷς ὥρισται τὸ ὄν." Hoc ipsum autem decretum ἀσώματον esse τὴν ὕλην, omnes post Platonem philosophos Cicero perhibet tenuisse. Ita enim Acadd. I. 7. 27. p. 45. Goerenz.: "Sed subjectam putant (philosophi) omnibus sine ullo specie, atque carentem omni qualitate materiam quandam, ex qua omnia expressa atque efficta sint: quæ tota omnia accipere possit, omnibusque modis mutari, atque ex omni parte: eoque etiam interire, non in nihilum, sed in suas partes, quæ infinite secari ac dividi possint, quum sit nihil omnino in rerum natura minimum, quod dividi nequeat cet." Cf. Moshem. l. l. qui idem ibidem de Plotini decretis super Materia ita: "Post Platonem et Aristotelem innumerabiles philosophi hoc dogma complexi sunt. De Stoicis sigillatim vide Diogenem Laërtium lib. VII. s. 134. p. 449. In primis vero recentiores Platonici, quos sublimiores vehementer delectabant rerum a corpore secretarum contemplationes, in eo perpoliendo et exornando seduli et laboriosi fuerunt. Omnium instar *Plotinus* legi debet binis libellis valde subtilibus, *De materia* et *de impassibilitate eorum quæ sunt incorporea*, quorum ille *quartus est in Enneade secunda*, hic *sextus in Enneade tertia.* Probat primum Plotinus cap. 6. prioris libri p. 162.: esse primam aliquam in omnibus corporibus materiam: tum cap. 7. aliorum de materia opiniones refellit: hinc cap. 8. ad affectiones Materiæ digreditur explicandus, quam cap. 10, 11, 12. omni quantitate, c. 13, 14. omni qualitate carere, id est, *incorpoream* esse, postremo c. 15. *indeterminatam* esse probat." Omnino cum hoc libro comparanda sunt, quæ Plotinus infra disputat III. c. 7. sqq. et quæ ibi annotabimus. Ad argumentum hujus libri Plotiniani faciunt etiam, quæ Bruckerus disputat in Historia Critica Philosophiæ T. II. p. 426—431. Cui junge Tiedemannum in libro: *Geist der speculativen Philosophie* III. p. 294., qui, comparans Ennead. V. l. 1. c. 2. Plotinum in his sententiis de Materia amplectendis a Platone suo desciscere et Aristoteli se adjungere opinatur. Tennemannus autem in *Geschichte der Philosophie* excerpta ex singulis Enneadibus de Materia decreta in certum ordinem redigere studuit. Vol. VI. p. 119. sqq. Attigit etiam hoc philosophorum antiquorum placitum de Materia Andr. Rudelbach. in Disquisitione de Ethices Principiis. Havniæ, 1822. p. 107. sqq. nec minus denique Thomas Taylor p. 41. versionis Anglicæ hujus libri Plotiniani in *Select Works of Plotinus*, Lond. 1817. Cæterum in decretis de Materia neminem pœnitebit cum Plotino comparare *Goerresii Expositionen der Physiologie. Landshut.* 1805.

p. 282, 11. καὶ μέχρι τούτου τὴν αὐτὴν φέρονται] Contrarium est in sequenti διέστησαν, unde formulæ sententia apparet. Formulam ipsam quod attinet, similiter locutus est Cleomedes in Mete-

orol. I. 6. p. 41. Bakii: Ὁ μὲν οὖν Ποσειδώνιος οὕτω φέρεται. et ibid. p. 34. Ὥστε οὐκ ὀρθῶς ἔοικεν ἐνταῦθα φέρεσθαι ὁ Ποσειδώνιος. Ad quos locos adhibe Schwebelium ad Lambert. Bos. de Ellips. p. 52. p. 87. Schæf. Activum φέρειν similibus in sententiis usurpatur. Herodotus V. 118. τούτου τοῦ ἀνδρὸς ἡ γνώμη ἔφερε. cf. Schweighæuseri senis venerandi Lexic. Herodot. p. 353. Dionys. Halic. de Compos. Verbb. p. 117. Reisk. p. 238. Schæfer. ὡς ἡ ἐμὴ δόξα sc. φέρει. Idem in Judic. de Thucyd. c. 35. p. 899. p. 164. Krügeri οὔτε πρότερον ὤκνησα τὰ δοκοῦντά μοι φέρειν εἰς μέσον. idem Epist. ad Pompei. p. 751. p. 5. Krüg. ὅσοι τὰς αὐτῶν ἐπινοίας εἰς τὴν κοινὴν φέρουσιν ὠφέλειαν. Herodot. VIII. 100. τοῦ στρατηγοῦ ταύτῃ ὁ νόος ἔφερε. Illud autem τὴν αὐτὴν Platonis imitatorem significat. Nam philosophus in Politico p. 277. a. νῦν δὲ κατὰ τὴν ἐμὴν οὔπω φαίνεται. Phileb. p. 41. a. ἀλλ', ὦ Πρώταρχε, εἰσὶ κατά γε τὴν ἐμήν. Idem ibid. plene p. 32. κατά γε τὴν ἐμὴν δόξαν. De qua ellipsi docte, uti assolet, Heusdius meus egit in Specim. Crit. in Platon. p. 102. et post eum Stallbaumius ad locum priorem Philebi p. 121. sq. Proinde in Plotini verbis haud minus commode suppleas δόξαν (sive ψῆφον. Cf. Fischer. ad Platonis Politic. 19. not. 1.) sive ex præcedentibus ἔννοιαν. Universa autem formula τὴν αὐτὴν φέρεσθαι consignanda est in Lexicis. Similis ellipsis exemplum Latinitas offert in his Ciceronis Verrin. II. 2. 23. §. 74.: "Verres refert illam suam Syracusanam;" ubi non addendum est cum Hotomanno aut Lambino *rationem*, sed intelligendum.

p. 283, 1. Καὶ δὴ καὶ τολμῶσι καὶ μέχρι θεῶν αὐτὴν ἄγειν. κ. τ. λ.] Taylor ad h. l. ex interpretatione Ficini: "*Summum* ipsorum Deum" conjicit esse legendum καὶ ἀκρότατον αὐτῶν τὸν θεόν, haud invenusta quidem suspicione, neque tamen probabili. Nam ut taceam Codicum testimonia, qui, ut aliquantum variant, ita ἀκρότατον non agnoscunt, sexcenties talia adjicere solet Marsilius solius perspicuitatis gratia. Et ὁ τῶν θεῶν Θεὸς est summus Deus sive Juppiter. Tangit autem Plotinus h. l. Stoicos et qui alii Philosophi nil nisi corporeum statuebant. Nam Stoici et ἄποιον τὴν ὕλην celebrabant (Diogen. Laërt. VII. 134. Cic. Acad. I. 2. Senec. Epist. 65. Gell. N. A. V. 12. Lactant. Div. Inst. VII. 3.) et non Materiam solum sed Deum ipsum corporibus accensebant (Diog. l. l. Aristocles ap. Euseb. P. E. XV. 14. p. 816. qui Stoicorum rationem a Platone ita distinguit: στοιχεῖον εἶναί φασιν (οἱ Στωϊκοὶ) τῶν ὄντων τὸ πῦρ, καθάπερ Ἡράκλειτος, τούτου δ' ἀρχὰς ὕλην καὶ θεὸν, ὡς Πλάτων. Ἀλλ' οὗτοι ἄμφω σώματά φασιν εἶναι, καὶ τὸ ποιοῦν καὶ τὸ πάσχον (i. e. τὴν ὕλην) ἐκείνου πρῶτον ποιοῦν αἴτιον ἀσώματον εἶναι λέγοντος. Cf. etiam Cic. de N. D. I. 15. ubi etiam de Jove Stoicorum, et vid. quæ ibi posuimus p. 67. sqq. Adde Casaubon. et Menag. ad Diogenis locum laud. Lipsii Physiol. Stoicorr. I. 4. II. 2. XV. 5. et Bagueti, viri docti, librum de Chrysippo II. 31. p. 78. 87. 204. sqq. Cæterum hæc et sequentia disputationis Plotinianæ attigit Simplicius in Aristotelis Physica p. 50. b. ed. Venet. Aldin. ἔτι δὲ καὶ τῷ αὐτὸ καθ' αὑτὸ σκοποῦντι τὸ πρόβλημα ἀδύνατον δόξει τὴν πρώτην ὕλην τὸ ἄποιον εἶναι σῶμα, ὡς καὶ Πλωτῖνος ἐπέδειξεν (fort. ἀπέδειξεν.) Proxime, ubi diversa plane sentientes introducuntur his verbis: Οἱ δὲ ἀσώματον λέγοντες, de Pythagoreis Peripateticisque atque de Platonicis quoque poteris cogitare, judicante etiam Marsilio in Commentario ad hoc caput.

p. 284, 5. Ἕν τε τοῖς νοητοῖς τὸ σύνθετον ἑτέρως, οὐχ ὡς τὰ σώματα] Wyttenbach. ad Platonis Phædon. p. 197. sq.: "Quod autem velint Platonici σύνθετον, compositum *ex partibus extra partes positis*, ut vulgo dicuntur, spatium implentes, extensas, intelligitur ex frequentia exemplorum: v. c. Plutarchi De Anim. Procreat. p. 1022. E. Adv. Stoicc. p. 1085. C. Plotini p. 160. C. D. E. (sunt hi ipsi loci) 161. C. D. 162. D. 163. E. 165. A. 166. E. 310. C. 313. E. 457. A. D. 466. A. C. 557. A. Albini Doctrin. Plat. p. 372. D. Æneæ Gaz. p. 59. 66. Zachar. Mityl. p. 175. Olympiodori in Phædon. Cod. III. p. 40. et alibi sæpe Cod. I. p. 63. 183. Alia est ratio, quum animam ex tribus partibus σύνθετον, *compositam*, dicunt, λόγῳ, θυμῷ, ἐπιθυμίᾳ, ut Hermias mscr. in Phædrum p. 437. aut totum hominem σώματι, ψυχῇ, νῷ, ut Plutarchus de Vultu Lunæ p. 943. A." Adde Procli Inst. Theol. §. 58. et 59. p. 92. sqq. ed. nostr. ubi et Aristotelis Metaphys. VII. 17. p. 132. Sylb. et Plotinum p. 604. et Proclum in Platon. Theol. VII. 12. laudavimus. Proximum λόγοι Taylor

vertit *reasons*, sed perspicuitatis causa addidit: *or productive principles.*

p. 285, 6. μὴ ὕλην εἰς εἶδος ἰδών] Taylor se ad Ficinum applicuit, præterquam, quod εἶδη non expressit. Ego in hac lectionum varietate nihil mutare volui, cum lectio editionis explicari possit ex singulari brevitate Plotinianæ orationis, ut cogitaverit scriptor εἰς εἶδος ἰοῦσαν, materiam in formas euntem. Sed tamen, cum hæc lectio certam librorum scriptorum auctoritatem non habeat, vel legendum est μὴ εἰς εἶδος ἰδών, vel μὴ εἰς εἴδη ἰδών. Nam εἶδος vel εἴδη expungi non debere, arguunt sequentia: πῶς δὲ εἶδος.

— 10. Εἰ δὲ πολλὰ ὂν ἀμέριστόν ἐστι] Taylor necesse arbitratur scribi: εἰ δὲ πολλὰ ἓν ὂν ἀμ. ἐ. nimirum secutus versionem Ficini, qui ita: "*unum ens* impartibile." Sed nullus Codex suffragatur, et potest Ficinus solius perspicuitatis causa hoc addidisse.

— 11. ἐν ὕλῃ ἐστὶ ἑνὶ] Hoc quidem loco, ubi libri plurimi habent: ἐστὶ τῷ ἑνὶ, cum eodem Ficino legerim ἐστὶν ὡς ἑνί. Deinde πρὸ τοῦ ποικίλον, quod margo cum Codd. plurimis habet, ita explendum est, ut intelligas εἶναι.—Argumentum hujus capitis attigit, Tennemann. in Hist. Philosoph. VI. p. 105. Refutare autem se hæc Plotiniana posse opinatus contra molitur Tiedemann. in *Geist der speculat. Philosophie* III. p. 409. sq. Mihi ad Plotini mentem aperiendam valde accommodata videntur, quæ posuit Rudelbach. de Ethices Principiis p. 108. not. 19.: "Ὕλη ex mente veterum philosophorum, id est, quod omnibus rebus substratum cernitur, sive primum adhuc informatum fundamentum, ex quo formatio rerum procedit. (Aristot. Phys. I. 8.: τὸ πρῶτον ὑποκείμενον ἑκάστῳ, ἐξ οὗ γίνεταί τι ἐνεργείᾳ ἀλλὰ δυνάμει), quæ perinde ut forma generativa non generatur (Aristot. Metaphys. XII. 3.). Hunc in sensum Timæus Locrus Monada γόνην, Anatolius vero ὕλην (Theologum. Arithm. p. 8.) appellavit. Materia itaque nunquam menti, semper vero formæ opponitur, utraque æterna rerum dynamica principia. Quam rationem Iordanus Brunus quoque, quod obiter moneamus, veteres secutus, amplexus est. (Vid. *Frid. Henr. Iacobi Werke* IV. 2. p. 19. sqq.)" Cæterum Plotini ipsius quæ sententia de Materia sit, et nonnulla ex superioribus libris significant, et sequentia declarabunt. Cum Plotino autem in materia intellectuali mundo tribuenda facit Iamblichus, qui ita de Mysteriis V. 23. p. 138. Gal.: Μὴ δή τις θαυμαζέτω, ἐὰν καὶ ὕλην τινὰ καθαρὰν καὶ θείαν εἶναι λέγωμεν· ἀπὸ γὰρ πατρὸς καὶ δημιουργοῦ τῶν ὅλων καὶ αὐτὴ γενομένη τὴν τελειότητα ἑαυτῆς ἐπιτήδειαν κέκτηται πρὸς θεῶν ὑποδοχήν κ. τ. λ.

p. 288, 2. παραγυμνωθέντα] Cod. Ciz. παραγυμνασθέντα, unde fortasse conjicias παραγυμνωσθέντα. Certe Dorvill. ad Chariton. IV. 5. init. p. 445. Lips. [p. 403. ed. Amst.] malebat παραγυμνωσθεὶς quam παραγυμνωθείς, ubi de duplici hac forma disputat, sed ibid. tamen illud prius usitatius esse dicit, nec reliqui libri nostri a vulgata recedunt. Significationis propriæ exempla in promtu sunt. Vide, ut his utar, Diodor. XVII. 60. p. 207. Wesseling. Herodian. Hist. III. 9, 10. Dio. Cass. XLIX. 6. p. 574. Reimar. Chariton. IV. 1., ubi est non omnino nudare; vid. Dorvil. p. 419. [p. 361.] adde Mœrin. in Δωριάζειν ibiq. Pierson. p. 126. Tralatum usum frequentat Herodotus, ut I. 126. παρεγύμνου τὸν πάντα λόγον. Cf. VIII. 19. et IX. 45. Polyb. I. 80. 9. Idem Fragg. Grammatt. 113. p. 97. Schweigh.: ἡ δὲ τύχη—παρεγύμνωσε τὰς ἀληθεῖς ἐπινοίας: "Fortuna vero vera consilia aperuit." Chariton loco priore (II. 5. p. 96. Lips. p. 71. Amst.): παραγυμνωθεὶς αὐτῷ καὶ τὸν ἴδιον ἔρωτα· "quem sui amoris conscium fecerat." Cf. etiam Arriani Dissert. Epictett. IV. 8. 32. p. 636. Schwgh. Proinde nostri loci sententiam ita exprimas. Atque quæ plura, quam attinebat, de Materia in rebus intelligibilibus patefacta (s. declarata) sunt, hæc hactenus.

— 7. ἐκ τοῦ παντελῶς μὴ ὄντος] Brucker. in Hist. Crit. Philos. II. p. 428.: "Illi (Christiani) enim a systemate enuntiativo toto cælo diversi, impiumque dogma abhorrentes, materiam ex nullo prorsus subjecto, neque interno neque externo, adeoque neque ex Dei essentia esse genitam, sed ex re plane nulla, libera Dei voluntate et facultate factam statuebant, tum e contrario schola Ammonii necessaria ratione et lege emanationis, ut omnia, ita et materiam ex sinu Dei derivaret. Ita enim, si Plotinum sequimur, qui ipsum Ammonium audivit, statuendum esse putabat: *Ex nihilo fieri nihil*, (*id enim diserte*

Plotinus et absoluto quodam sensu statuit,) inde necessarium esse, ut ex uno omnia prorsus effluxerint, eum unum sit binario prius."

p. 288, 10. εἰ δὲ τοῦτο—ἕκαστον] Fic.: "—ex materia et forma est *unumquodque caducum*." Nimirum, cogitando repetit ex præcedenti φθορὰ Adjectivum φθαρτόν. Nam in libris hoc non comparet. Taylor vertit: "*each sensible thing*." Sententia autem cum his comparanda in Platonis Phædone c. 26. p. 36. Wytt. ἆρ' οὖν τῷ μὲν συντεθέντι τε καὶ συνθέτῳ ὄντι φύσει προσήκει τοῦτο πάσχειν, διαιρεθῆναι ταύτῃ ᾗπερ συνετέθη.

— 12. οἷον εἰ ἡ φιάλη εἰς τὸν χρυσὸν—ὕδωρ] Taylor monet ita etiam docuisse. Platonem Aristotelemque, nimirum omnia metalla in aquam resolvi posse, laudatque hæc verba Alberti Magni apud Becherum in Physica subterranea p. 319. 4°.: "Non dari rem elementalem in cujus ultima substantiatione non reperiatur aurum."

p. 289, 1. Ἐμπεδοκλῆς—αὐτῶν] Noster Ennead. V. 1. 9. τῷ Ἐμπεδοκλεῖ τὸ νεῖκος μὲν διαιρεῖ, ἡ δὲ φιλία τὸ ἕν (leg. ἑνοῖ)· ἀσώματον δὲ καὶ αὐτὸς τοῦτο (sc. τίθεται). τὰ δὲ στοιχεῖα ὡς ὕλη. Cf. Io. Philopon. in Aristotel. de Generat. et Corrupt. I. p. 3. a. p. 4. a. b. II. 47. a. 57. b. 58. a. sq. et in Aristot. de Anima lib. I. fol. 41. b. et fol. 42. a. et ipsum Aristot. de Generat. et Corrupt. II. 3. Metaphys. I. 4. Plura dedit Sturzius in Empedocle p. 227. sqq. p. 250. sqq. Qui idem p. 171. ita: "Nam cum staret sententia philosopho (Empedocli) omnia orta esse ex uno, non e multis, putabat illi uni non plurium sed unius elementi naturam esse tribuendam. Cujusnam vero elementi naturam tribueret potissimum illi uni s. materiæ rudi, dubitare non admodum poterat homo Pythagoricus. Dixit igitur eam ignis naturam habere, *ita ut* τὸ ἕν, *χάος, ὕλη, πῦρ, pæne sint pro synonymis habenda*."

— 2. Ἀναξαγόρας δὲ τὸ μίγμα ὕδωρ ποιῶν—νοῦν ἀναίρει] Ἀναίρει ex libro optimo pro ἀναιρεῖ dedimus, licet et hoc defendi possit. Vid. modo Sturz. Lex. Xenoph. I. p. 194.—Quod ad rem tenendum, hanc eandem inconstantiam in his philosophis notavit Plato de Legg. XII. p. 967. et Anaxagoram reprehendit inprimis loco classico Phædonis p. 98. a. ad quem locum Wyttenbach. in annot. p. 258. sq. Aristotelem Metaph. I. 4. aliosque testes excitavit, nec Plotini oblitus; quibus Proclum in Tim. p. 1. Simplicium in Aristot. Phys. p. 73. aliosque addidit Ed. Schaubach. in Anaxagoræ Fragmm. p. 106. Qui ibid. p. 104—109. ita disputat: "Putant enim nonnulli aërem vel æthera ex Anaxagoræ sententia esse mentem, ideoque eam vocari λεπτότατον et καθαρώτατον πάντων χρημάτων.—Primum autem hoc non sequitur ex locis—allatis, tum obstant loci supra citati, denique Anaxagoras sæpius vituperatur a veteribus, *propterea quod in explicanda rerum natura sibi non constet, mente tantum in singulis utatur, præterea vero alias causas, ut æthera et aërem vocet; unde patet mentem ab istis distingui*." Cf. quem idem p. 109. contra Ritterum (in: *Geschichte der Ionischen Philosophie* p. 250. sq.) monuit. Nostrum autem locum ante oculos habuit Æneas Gazæus in Theophrasto p. 57. sq. C. Barth.: ἀλλ' ἀδύνατον ἅμα τῷ δημιουργῷ παραλαμβάνειν τὴν ὕλην. Τοῦτο Πλωτῖνος περιεργαζόμενος τὴν ὕλην σαφῶς πάνυ προλέγει, καὶ τὸν Ἀναξαγόραν κωμῳδεῖ, ὅτι μὴ προλέγει ἀλλ' ἅμα τὸν δημιουργὸν καὶ τὴν ὕλην εἰσήγαγεν ἀδύνατον δὲ ἅμα· δεῖ γὰρ εἶναι πρεσβύτερον τοῦ ποιήματος τὸν ποιητήν. Cæterum de νῷ sive *mente* Anaxagoræ cf. Nostrum V. 1. 9. p. 480. A. quem locum Schaubachius l. l. adhibere debebat.

— 9. διὰ πραγμάτων ἀνηνύτων] "Per negotia, quæ perfici nequeunt, ideoque frustra fiunt." In forma omnes libri nostri consentiunt, neque in Platonis Gorg. 507. e. p. 133. Bekk. ullus codex alteram habet ἀνήνυστον, omnes ἀνήνυτον κακόν. Sed utrumque in citeriorum Græcorum scriptis obvium, docente Lennep. ad Phalarid. Epist. 96. p. 278. Plutarch. Pompei. 30. p. 768.: φεῦ τῶν ἀνηνύτων ἄθλων: Heu infinita certamina! Dionys. Halic. A. R. VI. 5. p. 1046. Reisk. τοῖς δὲ κάτωθεν ἐπιοῦσιν οὐδὲν ὅ τι μὴ πολλὰς πάνυ πληγὰς καὶ πόνους ἀνηνύτους ἔφερε: labores irritos. Theodor. Metochit. Miscellan. c. 110. p. 726. sq. ἀλλ' ὅστις ἄρα καὶ πεπείραται, ἢ κακῶς ἀπήλλαξεν ἢ ὡς ἀνήλυτα πονῶν ἠλέγχθη (Lege cum Cod. Paris. ἀνήνυτα). Sext. Empir. III. 56. p. 143. Fabr. ἀνήνυτοί εἰσι παρὰ τοῖς δογματικοῖς στάσεις.

— 12. καὶ εἰ οὕτως ἄπειρον, ὡς ἀδιεξίτητον] Hæc ultima vox sæpius legitur in his Enneadibus, ut VI. 6. 17. VI. 9. 6. Proclus Inst. Theol.

§. 94. p. 140. ed. nostr. Francf. *καὶ εἴτι ἄλλο τοιοῦτον, ἢ διὰ τὸ ἀδιεξίτητον ἄπειρον ὑπάρχον, ἢ διὰ τὸ ἀόριστον τῆς οὐσίας·* ubi hæc posui: "Aristoteles in Phys. Auscultt. III. 7. p. 58. Sylb. *οὐκ ἀφαιρεῖται δὲ ὁ λόγος οὐδὲ τοὺς μαθηματικοὺς τὴν θεωρίαν, ἀναιρῶν οὕτως εἶναι τὸ ἄπειρον, ὥστε ἐνεργείᾳ εἶναι ἐπὶ τὴν αὔξησιν, ὡς ἀδιεξίτητον.* Nam ita distinguebant infinitum philosophi, ut *τὸ ἄπειρον* esset vel *ἀδιεξίτητον*, vel *ποσὸν ὡρισμένον*, i. e. quantitas, quæ vel penetrari non posset, neque adeo definiri ac circumscribi, vel quæ circumscribi posset. Cf. Themistium in Physs. I. Hinc Suidas I. p. 53. *ἀδιεξίτητος* explicat *ἀδιεξέλευστος*. Zonaras L. Gr. p. 47. addit *τὸ ἀπόρευτον*."

p. 289, 17. *οὐδὲ αἱ ἄτομοι—αἱ τοπαράπαν οὐκ οὖσαι*] Hæc verbotenus congruunt Ciceronianis de Nat. D. I. 23.: "Abuteris ad omnia atomorum regno et licentia; hinc quodcunque in solum venit, ut dicitur, effingis atque efficis. *quæ primo nullæ sunt.*" Ubi in annot. p. 103. hæc Plotiniana adposuimus.

p. 290, 2. *ἄλλην τε φύσιν—δημιουργεῖν οὐχ οἷόν τε*] Taylor ita vertit: "*Again, it is not possible to fabricate any other nature, besides atoms from atoms.*"

— 7. *Τίς οὖν ἡ μία αὕτη καὶ συνεχὴς κ. τ. λ.*] In his et proximis Plotinum cum Aristotele et Stoicis facere dicit Tiedemann. in *Geist der speculativen Philosophie* III. p. 295. comparans locum Enn. III. 6. 17. sqq. Taylor autem ad h. l. sententiam suam de Materia a Plotino disjungit conjungitque eum Simplicio in Aristotelis Physica.

— 16. *μεμεγεθυσμένῳ*] Eustath. in Iliad. ν'. 588. *λέξεσι μεμεγεθυσμέναις.* Est enim etiam verbum Grammaticorum. Etymol. M. p. 330. Heidelb. p. 299. Lips. et p. 820. p. 743. Scholia in Dionys. Thrac. Gramm. (Anecdd. Bekkeri, Vol. II. p. 928. Aliorum scriptorum locis adde et hunc Plotinianum et Theodori Metochitæ c. 45. p. 272. hæc: *ὀγκοῖ δ' ὅμως καὶ μεγεθύνει συγκιρνάμενον τὸ μεγαλοφυὲς καὶ τίμιον. καὶ αἰδοῖον καὶ μηδόλως ὑπ' εὐκολίας εὐπεριφρόνητον.*

p. 292, 4. *ἀσώματος δὲ καὶ ἡ ὕλη*] Hæc Stoicis opponi credas. Stobæus Eclogg. Physs. I. 12. 5. p. 324. Heer.: *οἱ Στωϊκοὶ σῶμα τὴν ὕλην ἀποφαίνονται.* Plotini hunc locum attigerunt Cudworth. in Syst. intellect. p. 59. et Moshem. ad eum ibid. annot. 2.

p. 293, 5. *ὁ Πλάτων*] In Timæo p. 52. p. 64. Bekk.; ubi philosophus posteaquam, id quod sine ortu atque interitu semper idem est, intelligentia (*νοήσει*) cognosci posse, dicit, genitum autem ac sensibile opinione una cum sensibus (*δόξῃ μετ' αἰσθήσεως*) ita pergit: *τρίτον δὲ αὖ γένος ὂν τὸ τῆς χώρας ἀεί, φθορὰν οὐ προσδεχόμενον, ἕδραν δὲ παρέχον ὅσα ἔχει γένεσιν πᾶσιν, αὐτὸ δὲ μετ' ἀναισθησίας ἅπτὸν λογισμῷ τινι νόθῳ, μόγις πιστὸν, πρὸς ὃ δὴ καὶ ὀνειροπολοῦμεν βλέποντες κ. τ. λ.* Sed totus locus ille inde a p. 50. usque ad p. 53. conferri nostro cum libro debet, qui quidem illi egregii commentarii usum præstat. Cæterum nostro e loco non colligam Plotinum suo in Platone legisse *ληπτὸν* pro *ἁπτόν*. Attigit hæc etiam Alcinous de Doctrina Platonis VIII. p. 472. sq. *ταύτην (τὴν ὕλην) τοίνυν ἐκμαγεῖόν τε καὶ πανδεχὲς καὶ τιθήνην καὶ μητέρα καὶ χώραν ὀνομάζει, καὶ ὑποκείμενον ἁπτόν τε μετὰ ἀναισθησίας καὶ νόθῳ λογισμῷ ληπτόν.* Unde conjicias vel Alcinoi locum ex Platone dilatatum esse, illumque scripsisse *ὑποκείμενον μετ' ἀναισθησίας νόθῳ λογισμῷ ληπτὸν* (ut Plotinus), vel in Platone legendum *μετ' ἀναισθησίας ἁπτὸν λογισμῷ τέ τινι νόθῳ ληπτόν.* Cæterum cf. Plat. Tim. p. 28. a.

— 7. *ἢ ἐν καταφάσει κ. τ. λ.*] Taylor e Ficini dicit versione apparere legendum: *ἢ ἐν ἀποφάσει τινὶ σὺν καταφάσει*, eamque emendationem a sententia requiri. Ego ubi antecedentia reputo et *contraria ignorantiæ* (*τῇ ἀγνοίᾳ*) hoc loco adjungi, secus existimem. Neque ullus liber suspicionem confirmat. Cæterum de *καταφάσει* et de *ἀποφάσει*. Vid. Aristot. Analyt. poster. I. 2. p. 200. Sylb. eundem *περὶ Ἑρμην.* c. 7. p. 61. Sext. Empir. Pyrrh. Hypotyp. I. 5. ibiq. Fabric. p. 201. infr. Suidam II. p. 268. Ernesti Lex. Technol. Gr. Rhet. p. 41. et p. 176. et cf. Procl. in Alc. I. p. 284. et p. 330. et Olympiodor. in eund. p. 118. et Nostrum ipsum VI. 3. 19. p. 634. B. C.

p. 295, 11. *Εἰ δ' ὅτι—κἀκεῖ ἀπαιτεῖ*] Fic. verterat *simpliciter*, magis ad sententiam. Ad verba accommodatius Taylor: "*if however because—some one should also this require in matter.*" Nos verbum verbo reddidimus. Ad proxime

præcedentia *τὰ ζῶα καὶ τὰ φυτὰ* adhibe Enn. VI. 3. 8. p. 623. A.

p. 296, 10. *Καὶ γὰρ τῶν μὲν ἄλλων ἀμεγέθων κ. τ. λ.*] Attigit hæc Brucker. in Hist. Crit. Philos. II. p. 420. ita monens: "Cave vero confundas materiam cum corpore. Metaphysicum enim non physicum hic agit Plotinus et qui eum sequitur Porphyrius de antro nympharum p. m. 110. edit. Roman." Tu vid. Porphyr. libr. laud. c. V. p. 6. et quos ad illum locum laudat Goensius p. 89.

p. 297, 17. *καὶ οὐ κενὸν ὄνομα, ἀλλ' ἔστι τι ὑποκείμενον*] Tholuck. in libro, qui inscribitur *Ssufismus* p. 184. sqq. hæc Plotini placita de materia probe a Persarum sententiis mysticis distinguenda docens ita scribit: "Nam Fluddus et Platonici eo tantum respectu, ille *Nihil*, hi *μὴ ὄν* materiem vocabant, quod careret qualitatibus omnibus quibus libet, contra Ssufi sine ambagibus declarant *Privatum*, quod vocant, nec materiem esse nec locum materiei." Idem ibidem in annotatione subjecta: "Cunctis quidem qualitatibus Plotinus materiem privat, quin etiam exporrectione, solamque tuetur mundi causam: præsentiam *δυναμικὴν* rerum universarum in intellectu divino; nihilo tamen minus diffidendum est Idealismo ejus. Etenim quamquam inter argumentandum vel originem materiei in Numine collocat, magis constantiæ consentaneæ causa hoc factum videtur, quam persuasione. Namque non *Nihil*, sed *ὑποκείμενον* materiem pronunciat, cum aliis locis tum Enn. II. 4. 12. *ἔσται τοίνυν ἡ ὕλη—ὑποκείμενον—ἀμέγεθες*. Quam paucos proinde habemus præter Eleaticam disciplinam germanos in antiquitate Idealistas!"

p. 299, 11. *αὐτοετερότης*] Hanc vocem tuetur Analogia. Sic, ut hoc utar, in Dionysio Areop. de Divinn. Nomm. XII. 1. legitur *αὐτοαγιότης* et II. 1. *αὐτοαγαθότης*, ut alia prætream. Proinde accedat Lexicis.

— 15. *Ἄρσις γὰρ ἡ στέρησις*] In parenthesi adjeci *sublatio*, quo verbum verbo redderem; sed sequens *κατάφασις* arguit Plotinum scripsisse *ἄρνησις*, quod Ficinus etiam expressit eumque secutus Taylor: *privatio* (*privation*).

— 16. *τὸ γὰρ μὴ ποιὰ εἶναι*] Placet bonorum aliquot librorum lectio *τῷ γὰρ κ. τ. λ.* Cogitandum enim est *ὕλη ἐστίν*. "Materia *hoc ipso est*, quod non qualis est neque formam habet."

p. 300, 11. *τῆς μὲν ὕλης—τῆς τε αὖ στερήσεως ὡσαύτως*] Bene Taylor: "*and to the definition of matter, indeed, he should adapt nothing of privation, and to the definition of privation, nothing of matter.*" Ficinum miror h. l. a more suo, quo perspicuitati inservire studet, recessisse. Supple igitur cogitando: Privationis *quoque rationem, quæ ipsam definiat, nihil Materiæ* (in definitione) *attingens.*

p. 301, 1. *βὶς ἡ σιμὴ καὶ τὸ σιμόν*] Eodem exemplo utitur Aristoteles Metaphys. V. 1. p. 99. Sylb. Noster autem ipse substantivum usurpat infra V. 9. 12.

— 15. *Εἰ μέντοι τῷ ἀορίστῳ εἶναι—εἶναι τῇ ὕλῃ ταὐτόν*] Ne forte conjicias *τὸ ἀορίστῳ εἶναι—ταὐτόν*, supple ad hoc *ἡ στέρησις*, ut Taylor fecit, qui vertit: "*But if privation, in consequence of being indefinite, infinite and without quality, is the same with matter, how will there be any longer two definitions?*"

p. 302, 14. *ἀπολεῖ αὐτοῦ τὴν φύσιν*] Taylor voluisse videtur *αὐτοῦ*. Idem ad proxima admonet loci Procli in Theol. Platonis III. 19. p. 137. Locus vero longior est, quam qui hic apponi commode possit: insigniora et ad Plotinum pertinentia adscribam: *ὅσῳ γάρ ἐστι τῷ ἑνὶ τὸ ὂν συγγενέστερον, τοσοῦτον μᾶλλον ἀποκρύπτει τὸ πλῆθος, καὶ κατ' αὐτὴν μόνον ἀφορίζεται τὴν ἕνωσιν. ταῦτά μοι δοκοῦσι καὶ οἱ περὶ Πλωτῖνον πολλάκις ἐνδεικνύμενοι, τὸ ὂν ἕνι τε εἴδους καὶ ὕλης νοητῆς ποιεῖν τὸ πλῆθος τῷ ἑνὶ καὶ τῇ ὑπάρξει, τὴν δὲ δύναμιν ἀνάλογον ὑποτάττοντες τῇ ὕλῃ.* Quo enim ipsum Ens Uni cognatione propinquius est, eo magis ipsam multitudinem occultat, et secundum ipsam Unitatem tantummodo definitur. Hæc mihi videtur etiam Plotinus sæpiuscule demonstrans Ens ex forma et ex materia intelligibili facere, multitudinem Uni et substantiæ, potentiam vero proportione respondentem materiæ subjiciens.

p. 303, 11. *οὐκ εἶναι ἐνθάδε τὸ ἀπείρῳ εἶναι*] Quomodo Ficinus hæc h. l. acceperit, docet versio. Taylor: "*to be infinite is not here.*" Verbotenus ita reddendum est: *non esse hic infinito esse.* Idem proxima ita vertit et explicat: "*For it would be reason in order that it might be infinite,* [i. e. *would have a productive and forming*

power,] *which is not in the infinite.*" In seqq. dedi *παρ' αὐτῆς* pro *παρ' αὐτῆς*, flagitante sententia, cum Ficino.

p. 303, 16. *ἢ οὔ—ἀλλὰ μορίῳ ἑτερότητος*] Taylor, ut sæpius, ita hic quoque ex versione Ficini colligit supplenda esse hæc verba: *ἢ οὐ ταὐτὸν ἑτερότητι ἁπλῶς.* In libris nihil hujusmodi comparet, et solet Fic. talia perspicuitatis causa adjicere.

LIB. V.

P. 310, 7. ΠΕΡΙ ΤΟΥ 'Ο ΔΥΝΑΜΕΙ ΚΑΙ ΕΝΕΡΓΕΙΑΙ] Liber vigesimus et quintus. Vide Porphyr. de Vita Plot. c. 24. p. 142. ed. Fabric. ubi in editis ita inscribitur: *περὶ τοῦ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ*, omisso ὃ, quod h. l. abest etiam ab aliquot libris nostris et loco Simplicii, quem mox excitabimus. Potentiæ (*δυνάμεως*) notionem sæpius attingit Plato, ut in Sophista p. 247. d. e. de Rep. V. p. 477. C. Verus autem doctrinæ fons est in Aristotelcis scriptis, præsertim in Metaphys. VIII. 6. sqq. p. 147. sqq. Sylb. p. 181. sqq. Brandis. Adscribam in usum studiosorum philosophiæ verba luculenta Alcinoi de Doctr. Platonis c. 26. p. 511. ed. Heins. Lugd. Bat. 1614.: *ὃ δὲ δυνάμει, τοῦτ' ἔστι, τοῦ καθ' ἕξιν καὶ κατ' ἐνέργειαν λεγομένου διήνεγκε* (fort. *δυνάμει τοῦτ' ἔστιν ὃ τοῦ καθ' ἕξιν κ. τ. λ.*) *τὸ μὲν γὰρ δυνάμει ἐπιτηδειότητά τινα ἀποσημαίνει πρός τινα οὔπω τὴν ἕξιν ἔχοντα· ὡς ὁ παῖς δυνάμει ῥηθήσεται, καὶ γραμματικὸς καὶ αὐλητὴς καὶ τέκτων, ἔσται δὲ τὸ τηνικάδε ἐν ἕξει, ἑνός τινος, ἢ δυοῖν τούτοιν, ὁπόταν μάθῃ καὶ κτήσεταί τινα τῶν ἕξεων· κατ' ἐνέργειαν δὲ, ὁπόταν ἐνεργῇ ἀπὸ τῆς ἕξεως ἐκείνης, ἣν κέκτηται. τὸ δὲ δυνατὸν οὐδὲν τούτων. ἀόριστον δὲ ὂν τὸ ἐφ' ἡμῖν, κατὰ τὴν ἐφ' ὁπότερον ῥοπὴν λαμβάνει τὸ ἀληθεύειν ἢ μή.* Cf. etiam Procli Inst. Theol. c. 77. p. 120. ed. nostr. et Nicolai Methonens. Refutationem Inst. Theol. Procli c. 77. p. 103. sqq. Hi omnes ex Aristotelicis ll. ll. profecerunt.— Cæterum pro *ἐνεργείᾳ* nunc utuntur Græcorum Philosophi *συντελείᾳ*, nunc *ἐντελεχείᾳ*, nunc *ἀποτελέσματι*. Ocellus Lucanus c. 2. (in Galei Opusce. Mytholl. p. 517.): *δυνάμει οὖν πάντα ἐν τούτῳ πρὸ τῆς γενέσεως, συντελείᾳ δὲ γενόμενα καὶ λαβόντα φύσιν.* Aristotelis Metaphys. III. p. 73. ed. Brandis.: *τὸ γὰρ δυνάμει ὂν, καὶ μὴ ἐντελεχείᾳ, τὸ ἀόριστόν ἐστιν*: et ita sæpissime in iisdem libris. Sextus Empir. adv. Mathem. X. 2. §. 340. p. 689. ed. Fabric.: *καὶ τὸ ὠὸν κατὰ δύναμιν μέν ἐστι νεοσσός, κατ' ἐντελέχειαν δὲ οὐκ ἔστιν.* ubi cf. Fabricium. Ego crediderim hæc imitatum esse Cassiodorium, qui ita de Anima p. 342. ed. Paris. 1600.: "Editum est quasi parturiale ovum, ubi vita futuræ avis pennarumque grata varietas continentur." Philo Jud. Legg. Allegorr. I. p. 64. Mang. (p. 178. Pfeiff.): *ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ κηρῷ δυνάμει μέν εἰσι πᾶσαι αἱ σφραγῖδες, ἐντελεχείᾳ δὲ μόνη ἡ τετυπωμένη, οὕτω καὶ ἐν τῇ ψυχῇ κηροειδεῖ ὑπαρχούσῃ πάντες οἱ τύποι περιέχονται δυνάμει, ἀποτελέσματι δὲ κρατεῖ ὁ εἰς χαραχθεὶς ἐν αὐτῷ, ἕως μὴ ἀπαλείφεται* (Mangey: "*μὴ* videtur redundare, aut forsan legendum *οὗ* vel *ἄν*." Nil tentandum, et, si *ἕως ἂν* scripseris, debebas etiam *ἀπαλείφηται*) *ὑφ' ἑτέρου ἐνεργέστερον* (Cod. M. *ἐναργέστερον*) *καὶ ἐκδήλως μᾶλλον ἐπιχαράξαντος* (fort. *ἐπιχαραχθέντος*). De Anima, tanquam *ἐντελεχείᾳ* secundum Aristotelem, vid. infra IV. 2. init. p. 361. A.

p. 311, 1. *οὐ—ἐξείργεσθαι*] Haud dubie legendum cum Ficino *τῷ οὐ χρόνῳ ἐξείργασθαι.* Alioqui debebat scribi *τῷ* (deleto *οὐ*) *χρόνου ἐξείργεσθαι*: eo quo tempore excluditur i. e. eo quod tempus vim in illud non habet.

— 7. *Δεῖ τοίνυν—λέγεσθαι*] Ficinus legisse videtur: *δεῖ τοίνυν ὃ δυνάμει τί ὂν—μεθ' αὑτὸ δύναται—μετὰ τὸ ἐκεῖνο ποιεῖν—δυνάμει λέγεσθαι.* Simplicius in Aristotelis Physica p. 90. b. ed. Ald. Venet. posteaquam hæc et præcedentia exhibuerat, ita pergit: *ὁ δὲ ταῦτα εἰπὼν ἐπὶ τέλει τοῦ βιβλίου τὴν ὕλην δυνάμει μόνον εἶναί φησι, μηδὲν οὖσαν ἐνεργείᾳ τῶν ὄντων. μήποτε δὲ τὸ πρῶτον ὂν εἶδος εἶναι βουλόμενος μέχρι τῶν εἰδῶν βούλεται φθάνειν τὸ ὄν. διὸ τὴν ὕλην τῶν εἰδῶν ἐκπεπτωκυῖαν ἐκριφῆναι καὶ τοῦ ὄντος· καὶ διὰ τοῦτο μὴ ὂν οὖσαν δυνάμει μόνον εἶναι ὅ ἐστι, καίτοι καὶ τὸ δυνάμει καὶ τὸ οὕτω μὴ ὂν οὔπω τελέως τοῦ ὄντος ἐκπέπτωκεν. ὅλως δὲ εἰ μὲν οὕτω δυνάμει ὡς μεταβάλλειν εἰς τὸ ἐνεργείᾳ, ὡς τὸ ὕδωρ εἰς ἄστρα, φθείροιτο ἂν ἡ ὕλη· ὅπερ οὐ βούλεται.* Cæterum iisdem ex parte exemplis utitur Aristoteles, ut æris, statuæ cet l. l. Metaphys. VIII. 7. p. 149. Sylb.

p. 313, 3. *ὁ ἀμαθὴς ἐπιστήμων*] Pertinet huc divisio Platonis, qui quatuor species *δυνάμεως* distinguit ap. Diog. Laërt. III. 71. cf. insuper Aristotel. Metaph. VIII. 6, 7, 8. atque extremo

loco p. 151. Sylb. hæc leguntur:—*ὅθεν ὁ σοφιστικὸς ἔλεγχος ἐγίνετο, ὅτι οὐκ ἔχων τις τὴν ἐπιστήμην, ποιήσει οὗ ἡ ἐπιστήμη*· (nimirum in præcedentibus dixerat: *ὁ μανθάνων κιθαρίζειν κιθαρίζων μανθάνει κιθαρίζειν*)—*καὶ τὸν μανθάνοντα ἀνάγκη ἔχειν τι τῆς ἐπιστήμης ἴσως.* Sed totus ille locus Aristoteleus cum hoc libro Plotiniano conferri debet. De varia autem potestate vocum *δύναμις* et *δυνάμει* consule Fabricium et H. Stephanum ad Sext. Empir. p. 4. et p. 203. sq.

p. 314, 15. *Ἀριστοτέλης*] De Cælo I. 3. II. 3. cf. supra p. 97. D. ibiq. Annot. nostr.

p. 315, 15. *ἐκείνη ἡ φύσις ἄγρυπνος εἶναι*] Plato Timæo p. 52. p. 64. Bekk.: *ταῦτα δὴ πάντα καὶ τούτων ἀλλ' ἀδελφὰ καὶ περὶ τὴν ἄϋπνον καὶ ἀληθῶς φύσιν ὑπάρχουσαν ὑπὸ ταύτης τῆς ὀνειρώξεως οὐ δυνατοὶ γιγνόμεθα ἐγερθέντες διοριζόμενοι τἀληθὲς λέγειν.* Quam imaginem alii quoque adhibent, ut Lucian. in Hermotimo c. 1. Alciphron. Epistol. III. 38. ubi vid. Interprr. Cf. Nostr. ipsum III. 6. 6. p. 310. A. et III. 8. 3. p. 345. F. Prior autem locus integer cum nostro componi debet. Plura dabo infra ad p. 307. G.

p. 316, 5. *Τὰ μὲν οὖν ἄλλα πάντα*] Cf. II. 4. 10. III. 6, 7. sqq. VI. 1. 27. Hæc Plotiniana partim ut ingeniose excogitata dilaudat, partim ut firmo fundamento non fulta refutare studet *Tiedemann.* in *Geist der speculativen Philosophie* III. p. 296. sqq. Idem plurima in his decretis Cabbala congruere dicit.

p. 318, 8. *τὸ ἀληθὲς ἔχοντι ἐν τῷ μὴ ὄντι*] Similia profert Theodorus Metochita cap. *νιά, περὶ τῆς κατὰ τὴν ὕλην τῇ γεννητικῇ φύσει ἐναντιοπραγίας,* ubi ad sententiam suam declarandam Euripi Euboici naturam comparat p. 584. sq.: *τὸν αὐτὸν ἀμέλει τρόπον καὶ τὰ τῆς σωματικῆς οὐσίας τῆς ζωῆς ῥεύματα, ἐξ ἀδήλου τὴν ἀρχὴν καὶ τοῦ μὴ ὄντος λαβόντα, χωρεῖ κατ' ὀλίγον, καὶ πρόεισι ταῖς ἡλικίαις αὔξοντα, τελειούμενα, καθιστάμενα πρὸς τὸ πέρας τῶν δρόμων τῆς φύσεως, εἰς ὅσον ἂν ἱκνεῖσθαι ὥρισται—κατιοῦσα λοιπὸν εἰς αὐτὴν τὴν πρώτην ἀρχὴν πέρας γιγνομένην τῇ περιόδῳ, καὶ τὴν ἀποτελεύτησιν εἰς τὸ μὴ ὄν, καὶ ταύτας δὴ τὰς τοῦ σώματος παλιῤῥοίας κατὰ τὸ τῆς θαλάττης ἐπὶ τῶν τῆς Εὐβοίας στενῶν τερατῶδες καὶ ξενίζον καὶ σπάνιον θέαμα κατὰ πάσης οὐσίας ζώων καὶ βιώσεως ὡσαύτως ἐστὶ καθορᾷν κ. τ. λ.*

LIB. VI.

p. 323, 7. ΠΕΡΙ ΟΥΣΙΑΣ ΚΑΙ ΠΟΙΟΤΗΤΟΣ] Liber decimus septimus, sed argumento conjunctus cum iis, qui in hac Enneade præcedunt. Inscribitur autem varie. In Porphyrio de Vita Plot. c. 4. editio tantum agnoscit: *περὶ ποιότητος*: capite autem 24. eadem habet: *περὶ ποιότητος καὶ εἴδους.* Nostri libri titulus in edit. exhibet: *περὶ οὐσίας καὶ ποιότητος*: libri aliquot: *περὶ οὐσίας ἢ περὶ ποιότητος.* Vocabulum autem *οὐσίας* jam Italicis priscis philosophis notum, ut Archytæ ap. Stob. Eclogg. I. 43. p. 712. Heer.: *καὶ τὸ καθ' ὅλῳ ὠσίας τε καὶ εἴδεος μεταδίδομεν.* Ocellus ibid. p. 424.: *ἅ τε μὰν ὠσία τῶν πραγμάτων ἀνέκβατος καὶ ἀμετάβλατος.* Quem locum ante oculos habuit Plato in Cratylo p. 401. C. ubi simul bifariam *οὐσίας* etymon persequitur. *Ποιότητος* vocem novavit primus Plato. Ita enim Theæt. p. 182. a. *Ἴσως οὖν ἡ ποιότης ἅμα ἀλλόκοτόν τε φαίνεται ὄνομα, καὶ οὐ μανθάνεις ἀθρόον λεγόμενον.* Unde Cicero Acadd. I. 7. 26.: "*Qualitates* igitur appellavi, quas *ποιότητας* Græci vocant: quod ipsum apud Græcos non est vulgi verbum, sed philosophorum." Cf. Schol. ad Platon. l. l. Ruhnken. ad Tim. Lex. Platon. p. 24. et Heindorf. ad Theæt. l. l. p. 423. Disputandi autem ansam præbuerunt Plotino Platonis loci et laudati et alii, in his hic in Epistolis (VII.) p. 343. p. 463. Bekk.: *τὸ δὲ μέγιστον, ὅπερ εἴπομεν ὀλίγον ἔμπροσθεν, ὅτι δυοῖν ὄντοιν, τοῦ τε ὄντος καὶ τοῦ ποιοῦ τινος, οὐ τὸ ποιόν τι, τὸ δὲ τί ζητούσης εἰδέναι τῆς ψυχῆς, τὸ μὴ ζητούμενον ἕκαστον τῶν τεττάρων προτεῖνον τῇ ψυχῇ λόγῳ τε καὶ κατ' ἔργα, αἰσθήσεσιν εὐέλεγκτον τό τε λεγόμενον καὶ δεικνύμενον ἀεὶ παρεχόμενον ἕκαστον, ἀπορίας τε καὶ ἀσαφείας ἐμπίπλησι πάσης ὡς ἔπος εἰπεῖν πάντ' ἄνδρα κ. τ. λ.* Nam totus ille locus comparandus est. Qualitates autem incorporeas esse, tanquam Platonis decretum, ponit et explicat etiam Alcinous de Doctrina Platonis c. 11. p. 481. sq. quod ita incipit: *Καὶ μὴν καὶ αἱ ποιότητες τοῦτον τὸν τρόπον δεικνύοιντ' ἂν ἀσώματοι.* Aristotelis de Essentia (*οὐσίᾳ*) haud pauci sunt loci cum in mere physicis libris, ut de Generatione et Corruptione I. 2. de Sensu et Sensibili c. 4., tum in metaphysicis, ut IV. 5. VII. 8. XIV. 2. et 3., de Qualitatibus autem est classicus locus in Categoriis c. 6. p. 40. sqq. Sylb.,

ubi quatuor qualitatum genera ponit: Unum habitus et affectio (dispositio, ἕξις καὶ διάθεσις); alterum continens ea omnia, quæ a potentia s. facultate naturali et contrario (a δυνάμει ἢ ἀδυναμίᾳ φυσικῇ) appellantur; tertium genus, in quo insunt patibiles qualitates ac perturbationes, affectus (παθητικαὶ ποιότητες καὶ πάθη): quartum denique qualitatis genus, addit, est figura et ea quæ in quoque est forma, item rectitudo, obliquitas, similia σχῆμα, μορφὴ, εὐθύτης, καμπυλότης καὶ εἴ τι τούτοις ὅμοιον). Ad quem Stagiritæ locum Simplicius in Commentario Plotini mentionem injicit. Ita enim fol. 19. b. monet: Ἀποροῦσι δὲ καὶ πρὸς τὸν περὶ τῆς οὐσίας λόγον ὅ, τε Πλωτῖνος καὶ οἱ περὶ τὸν Νικόστρατον πῶς ἓν γένος ἡ οὐσία. Εἰ γὰρ κοινόν τι καὶ τῆς νοητῆς καὶ τῆς αἰσθητῆς εἴη, πρὸ ἀμφοῖν ἔσται καὶ ἀμφοῖν κατηγορηθήσεται, καὶ δῆλον ὅτι οὔτε σῶμα οὔτε ἀσώματον ἔσται ἵνα μὴ τὸ σῶμα καὶ ἀσώματον γένηται, καὶ τὸ ἀσώματον καὶ σῶμα. Idem fol. 20. b. τὸ δὲ τῆς ὕλης καὶ τοῦ εἴδους ὄνομα καὶ τὰ ὑπὸ τούτων σημαινόμενα οὐκ ἦν τοῖς πολλοῖς συνήθη, ἀλλ' οἱ μὲν τὴν ὕλην, οἱ δὲ τὸ εἶδος μᾶλλον οὐσίαν λέγουσι. Πῶς οὖν φησὶν ὁ Πλωτῖνος, τὰ τρία ἐπίσης λέγονται οὐσίαι; κ. τ. λ. Διὰ τούτου (fort. διὰ τοῦτο) καὶ Ἀρχύτας τὸ καθ' ἑαυτὴν εἶναι τὴν οὐσίαν ἐχαρακτήρισεν. Cicero etiam in Academicis I. 5. sqq. doctrinam formæ, materiæ qualitatumque ex philosophorum Græcorum libris in breviorem summam redigit: quam ita exorditur (c. 5. §. 24.): "De natura autem—ita dicebant (veteres), ut eam dividerent in res duas: ut altera esset efficiens, altera autem quasi huic se præbens, eaque efficeretur aliquid. In eo, quod efficeret, *vim* esse censebant: in eo autem, quod efficeret, *materiam quandam:* in utroque tamen utrumque. neque enim materiam ipsam cohærere potuisse, si nulla vi contineretur, neque vim sine aliqua materia—nihil est enim, quod non alicubi esse cogatur.—Sed quod ex utroque, id jam corpus et quasi *qualitatem* quandam nominabant." &c. Tum de qualitatibus plura addit. Ego autem h. l. plura non addam, sed lectores ad Cudworthi Systema intellectuale advocatos volo, ubi p. 10. sq. p. 58. sq. et p. 907. sq. ed. Moshem. multa ex veterum disputationibus in medium proferuntur, excutiunturque. Quæ posteriores philosophi ad Scholasticos usque, Aristotele partim aliisque auctoribus, partim ipsi de qualitatibus disseruerunt, breviter indicata reperias in Morhofii Polyhistore Tom. II. lib. II. part II. c. 7. et 8. p. 299—312. ed. Fabric. Cæterum hic libellus Plotinianus non solum cum superiore componi debet, præcipue p. 167., ubi materiam dixerat nec qualitatem esse nec eam habere, sed etiam cum aliis, præcipue, ut jam Ficinus vidit, cum eo, qui inscribitur *De Generibus Entis.* Tu confer præsertim VI. 3. 16. p. 631. sq.

— 9. ἀπηρημωμένον τῶν ἄλλων] Sumsit a Platone, qui in Sophist. p. 237. d. p. 171. Bekk. ita: καὶ τοῦτο ἡμῖν πω φανερὸν, ὡς καὶ τὸ τί τοῦτο ῥῆμα ἐπὶ ὄντι λέγομεν ἑκάστοτε· μόνον γὰρ αὐτὸ λέγειν, ὥσπερ γυμνὸν καὶ ἀπηρημωμένον ἀπὸ τῶν ὄντων ἁπάντων, ἀδύνατον. qui locus omnino cum nostro conferendus est. Plutarchi Lycurg. cap. 9. p. 80. Coraii: ἀλλὰ οὕτως ἀπερημωθεῖσα κατὰ μικρὸν ἡ τρυφὴ τῶν ζωπυρούντων καὶ τρεφόντων αὐτὴν, δι' αὑτῆς ἐμαραίνετο. unde constructionis diversitas intelligitur. Hesych. I. 438. Albert. ἀπερημάσαι· ἀπῳκῆσαι, ubi Abresch. ἀπερημῶσαι. ἀποικίσαι. Apud Nostrum hoc verbum recurrit proxime II. 6. 3. et infra VI. 8. 11. med.

p. 325, 11. ὅθεν καὶ ἁμαρτάνειν ἡμᾶς ἀεὶ κ.τ.λ.] Huc pertinet dissertatio in Epistolis Platoni tribui solitis (VII. p. 342. sq.); unde supra ad Inscriptionem hujus libri particulam apposui. Cæterum ad hæc et sequentia, quæ impeditiora sunt, adhibe Ficini Commentarium.

p. 326, 17. καὶ ἀντιτυπίας] i. e. renisus, qui oritur e majore minoreve duritie corporum. Vide, quæ supra de voce ἀντίτυπος monui ad II. 1. 7. p. 101. C. Ad nostri loci intelligentiam vel maxime faciunt hæc Sexti Empirici in Pyrrhon. Hypotyp. III. 5. 39, 40.: τινὲς δὲ σῶμα εἶναι λέγουσι τὸ τριχῇ διαστατὸν μετὰ ἀντιτυπίας. σημεῖον γάρ φασιν, οὗ μέρος οὐθέν· γραμμὴν δὲ, μῆκος ἀπλατές. ἐπιφάνειαν δὲ, μῆκος μετὰ πλάτους. (Notissimæ Geometrarum definitiones: observante Fabricio ad h. l.) ὅταν δὲ αὐτὴ καὶ βάθος προσλάβῃ καὶ ἀντιτυπίαν, σῶμα εἶναι (περὶ οὗ νῦν ἡμῖν ἐστιν ὁ λόγος) συνεστὼς ἔκ τε μήκους, καὶ πλάτους καὶ βάθους καὶ ἀντιτυπίας. εὐμερὴς (leg. εὐμαρὴς) μέντοι καὶ ὁ πρὸς τούτους λόγος. Sequitur Scepticorum disputatio. Ad quem locum hæc Fabricius p. 138.: "Ἀντιτυπίαν omittit (Sextus) 2. Pyrrhon. sect. 3. et lib. adv. Geometras ali-

cubi, et primo adv. Physicos; debet autem addi necessario, utpote propria corpori, 2. contr. Phys. Sect. 12. quoniam etiam in spatio inani potest longitudo, latitudo et profunditas intelligi, quod tamen corpus non est, quoniam *ἀντιτυπίᾳ* sive *soliditate* caret, atque ei vicissim *εἶξις* est per naturam adjuncta, ut notat Noster lib. 2. contr. Physicc. Sect. 222. Est vero *ἀντίτυπον*, quod tactu quomodocunque resistit et tangi potest, *κοινὸν γένος τῶν ἁπτῶν*, ut ex Philopono ad Aristotelis secundum de Anima Suidas in *ἀντιτυπῆσαι*. Cf. inf. Sect. 45. et adv. Geometras Sect. 56. sq." Ad sequentia consule Simplicii locum in Aristotel. Categorr. p. 20. b. quem supra apposui ad *Inscriptionem* hujus capitis.

p. 327, 10. Καὶ *τρίγωνον—οὐ ποιόν*] Aristoteles Categorr. c. 6. p. 43. Sylb.: *τὸ μὲν γὰρ τρίγωνον ἢ τετράγωνον εἶναι ποιόν τι λέγεται καὶ τὸ εὐθὺ ἢ τὸ καμπύλον· καὶ κατὰ τὴν μορφὴν δὲ ἕκαστον ποιόν* [*τι*] *λέγεται*. Ad quem locum cf. Simplicium fol. 64. sq. et Ammonium p. 114. Obloquitur igitur Noster Aristoteli quodammodo. Proxime vocabulum *τριγωνότης* accedat Lexicis. Sequentia *τὰς τέχνας—διάθεσιν* non minus ad locum Stagiritæ pertinent. Cf. supra monita ad Inscriptionem hujus libri.

— 18. *τὸ οὖν λευκὸν—οὐ ποιότητα*] Iterum obloquitur Aristoteli, qui l. l. p. 41. sq. ita: *Τρίτον δὲ γένος ποιότητος, παθητικαὶ ποιότητες καὶ πάθη. ἔστι δὲ τοιαῦτα—καὶ λευκότης καὶ μελανία—καὶ τὸ σῶμα λευκὸν* (*λέγεται*) *τῷ λευκότητα δεδέχθαι.—Λευκότης δὲ καὶ μελανία καὶ αἱ ἄλλαι χροιαὶ οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον τοῖς εἰρημένοις παθητικαὶ ποιότητες λέγονται, ἀλλὰ τῷ αὐτὰς ἀπὸ πάθους γεγονέναι*. Ad quæ confer Simplicium fol. 66. Cæterum Syrianus in Aristotel. Metaphys. fol. 65. a. ed. lat. Venet. 1558.: "Notat namque Plotinus non esse ponendam ideam albedinis in intellectu. Non ergo, cujus est unus in multis conceptus, hujus idea est." Alios ejusdem Syriani hujus generis locos adhibebimus infra ad Enn. V. lib. 9. p. 559. sqq.

LIB. VII.

P. 333, 7. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΔΙ' ΟΛΩΝ ΚΡΑΣΕΩΣ] Liber tricesimus septimus (Porphyr. de Vit. Plotin. c. 24. p. 142. Fabric.), sed recte a Porphyrio hoc loco positus, utpote argumento ad superiores proxime accedens. *Mixtionis* autem et *temperationis* doctrina mature tractata est in Græcorum scholis philosophorum, ut qui philosophandi initium a quæstione de ortu et interitu rerum caperent, quacum illa altera conjunctissima est. Quapropter inde a Thalete usque *Mixtionem Temperationemque* certatim investigarunt philosophi, quorum decreta reperiuntur apud Plutarchum, qui fertur, de Placc. Philoss. I. 17. p. 554. Wyttenb. et in Stobæi Eclogis I. 18. p. 368. sqq. Heer. Cf. etiam Empedoclea vers. 130. 133. et Sturz. p. 575. et Parmenidea (in Brandisii Commentt. Eleaticis) p. 129. Plotino tamen hanc rem attingendi ansam præbuisse videntur potissimum et Plato in Timæo p. 56. p. 71. sqq. Bekk. et Aristoteles et Stoici, et vero nec minus Sceptici. Ac primum Aristoteles in Topicis IV. 2. p. 323. Sylb. ita:—*ἔτι, εἰ τὸ γένος εἰς τὸ εἶδος ἔθηκεν· οἷον τὴν σύναψιν, ὅπερ συνοχήν· ἢ τὴν μίξιν, ὅπερ κρᾶσιν· ἢ ὡς Πλάτων ὁρίζεται φορὰν, τὴν κατὰ τόπον κίνησιν· οὐ γὰρ ἀναγκαῖον τὴν σύναψιν συνοχὴν εἶναι· ἀλλ' ἀνάπαλιν τὴν συνοχὴν, σύναψιν· οὐ γὰρ πᾶν τὸ ἁπτόμενον συνέχεται, ἀλλὰ τὸ συνεχόμενον ἅπτεται. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων· οὔτε γὰρ ἡ μίξις ἅπασα, κρᾶσις. ἡ γὰρ τῶν ξηρῶν μίξις οὐκ ἔστι κρᾶσις. οὐδ' ἡ κατὰ τόπον μεταβολὴ πᾶσα φορά*. Classicus vero Stagiritæ locus est de Generatione et Corrupt. I. 10. ubi (p. 32. Sylb.) distinguuntur hæc: *σύνθεσις, αὔξησις, κρᾶσις, μίξις*, subjiciturque hæc mixtionis definitio (p. 33.): *ἡ δὲ μίξις τῶν μικτῶν ἀλλοιωθέντων ἕνωσις*. Hujus vestigia deinde legerunt maxime Stoici, ita docentes (ut est apud Stobæum l. l.): *Διαφέρειν παράθεσιν, μίξιν, κρᾶσιν, σύγχυσιν*: "inter se differre appositionem, mixtionem, temperationem et confusionem." *Appositionem* dicebant corporum ad superficies contactum, quemadmodum in acervis frumenti; *Mixtionem*, duorum vel plurium corporum per integra diffusionem, manentibus eorum qualitatibus, ut in igne et ferro candente; *Temperationem*, duorum vel plurium corporum mutuam sibique respondentem extensionem, manentibus item eorum qualitatibus; *Confusionem* denique, duarum vel plurium qualitatum corporearum transmutationem talem, ut novum inde gignatur, diversum ab illis qualitatibus, ut in compositione unguentorum et pharmacorum. Hæc est summa disputatorum a

Stoicis apud Stobæum l. l. Ac medicamentorum modo facta mentio Galeni etiam me admonet; qui quidem cum in libris *περὶ κράσεων*, tum *περὶ δυσκρασίας* itemque in scripto de Platonis et Hippocratis Placitis haud pauca habet, quæ ad hanc Mixtionis Temperationisque doctrinam ejusque historiam pertinent. Chrysippus ita docebat, ut latius pateret *μίξις*, quam *κρᾶσις*: quam rationem sequitur etiam Sextus Empiricus. Etenim hic ita in Pyrrhon. Hypotyp. III. 6. §. 56. (quod caput *περὶ κράσεως* inscribitur): *πῶς ἆρα καὶ γίνεσθαί φασι τὰ συγκρίματα ἐκ τῶν πρώτων στοιχείων, μήτε θίξεως καὶ ἁφῆς ὑπαρχούσης, μήτε κράσεως ἢ μίξεως ὅλως.* Cf. ibid. §. 62. et de Chrysippi sententia vid. Alexandrum Aphrodisiensem *περὶ μίξεως* p. 141. Nam hic ipse philosophus, quem extremo loco appellavi, non modo librum *περὶ μίξεως* composuit, verum alterum etiam *περὶ κράσεως καὶ αὐξήσεως*. Vide Fabricii annot. ad Sexti l. l. p. 143. Recentiorum denique, inde a medio ævo usque ad superioris sæculi initium, de mistionibus placita qui discere cupiat, is consulat Morhofii Polyhistora lib. II. part. II. cap. 13. §. 6—10.

— 12. Οἱ *μὲν γὰρ τῇ παραθέσει διδόντες—ἑαυτοί*] De appositione (*παραθέσει*) vivimus ad Inscript. hujus capitis. Tangit autem Anaxagoram et Democritum. Plutarch. de Placc. Philoss. I. 17, p. 554. Wyttenb.: *οἱ δὲ περὶ Ἀναξαγόραν καὶ Δημόκριτον, κατὰ παράθεσιν.* Stob. Eclogg. I. 18. p. 368. Heer.: *Ἀναξαγόρας τὰς κράσεις κατὰ παράθεσιν γίγνεσθαι τῶν στοιχείων.* Tangit etiam Sextus III. 62. p. 145.:—*εἰ μήτε κατὰ θίξιν παρατιθέμενα ἀλλήλοις τὰ καλούμενα στοιχεῖα—ποιητικὰ τῶν συγκραμάτων εἶναι δύναται κ. τ. λ.* Eadem habet Galenus, qui vulgo fertur, in Histor. Philos. c. 10. Fortasse respexit etiam Aristotelem Plotinus. Nam Stobæus p. 368. sq. *Ἀριστοτέλης καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ τὰ μὲν σώματά φασι θρυπτόμενα, καὶ τὰ μικρὰ μόρια παρατίθεσθαι ἀλλήλοις.*

— 15. Οἱ *μὲν οὖν τὰς ποιότητας μόνας κιρνάντες—καὶ ἐπ' αὐτῶν*] Ad hæc cogita *τῶν ὑλῶν* ex præcedenti *τὴν ὕλην ἑκατέρου τοῦ σώματος*. Hanc sententiam, sicut alias aliquot, tangit etiam Sextus III. 6. 57. p. 143. sqq. Insigniora apponam: *τὰ κιρνάμενα ἐξ οὐσίας καὶ ποιοτήτων συγκεῖσθαί φασιν. ἤτοι οὖν τὰς μὲν οὐσίας αὐτῶν μίγνυσθαι φήσει τις, τὰς δὲ ποιότητας μηδαμῶς· ἢ τὰς μὲν ποιότητας ἀναμίγνυσθαι, μηκέτι δὲ τὰς οὐσίας. ἢ μηθ' ἕτερον ἀναμίγνυσθαι θατέρῳ, ἢ ἀμφότερα ἑνοῦσθαι ἀλλήλοις.* Deinde, posteaquam omnes has sententias refellere studuit, ita suam rationem concludit: *εἰ δὲ οὔτε τῶν οὐσιῶν μόνων μιγνυμένων ἀλλήλαις, οὔτε τῶν ποιοτήτων μόνων, οὔτε ἀμφοτέρων, οὔτε οὐθετέρου, δύναται γίνεσθαι κρᾶσις· παρὰ δὲ ταῦτα οὐδὲν οἷόν τέ ἐστιν ἐπινοεῖν· ἀνεπινόητος ὁ τρόπος τῆς τε κράσεως καὶ ὅλως τῆς μίξεώς ἐστι.* Postremo addit: *ἀνεπινόητός ἐστι ἡ κατὰ τοὺς δοματικοὺς φυσιολογία.* Haud dubie has Scepticorum negationes noverat Plotinus, cum denuo ad hunc lapidem movendum se converteret.

p. 334, 12. Οἱ δ' *αὖ οἱ τὴν δι' ὅλων κρᾶσιν εἰσάγοντες*] In his Zeno fuit Stoicus. Stob. Eclogg. I. p. 370—372. *Ζήνων δὲ οὕτως ἀποφαίνεται διαῤῥήδην.—τὴν δὲ μίξιν κρᾶσιν γίγνεσθαι τῇ εἰς ἄλληλα τῶν στοιχείων μεταβολῇ, σώματος ὅλου δι' ὅλου ἑτέρου τινὸς διερχομένου.*

— 14. *τοὺς ἰδρῶτας οὐ τοῦ σώματος τομὰς ποιεῖν οὐδ' αὖ κατατετρῆσθαι κ. τ. λ.*] Huc facit locus Plutarchi Symposiacc. VI. 3. 2. p. 689. p. 830. sq. Wytt.: *καὶ γὰρ εἰ τοῖς πόροις τούτοις, ἔφην, ὧν ἔνιοι περιέχονται καὶ ἀγαπῶσι, κατατρήσειέ τις τὴν σάρκα, πλαδαρὰν καὶ τρομώδη καὶ σαθρὰν ποιήσας, τόγε μὴ ταῦτα* (leg. *ταὐτά*) *τοῦ σώματος μόρια τὸ ποτὸν προσδέχεσθαι καὶ τὸ σίτιον, ἀλλ' ὥσπερ ἠθμοῖς καταῤῥεῖσθαι καὶ ἀποκρίνεσθαι, κομιδῇ πλασματῶδες καὶ ἀλλόκοτον· αὕτη γὰρ ἡ πρὸς τὸ ὑγρὸν ἀνάμιξις θρύπτουσα τὰ σιτία, καὶ συνεργὰ λαμβάνουσα τὸ θερμὸν τὸ ἐντὸς, καὶ τὸ πνεῦμα, πάντων ὀργάνων ἀκριβέστατα πάσαις τομαῖς καὶ διαιρέσεσι λεπτύνει τὴν τροφήν.* Proxima Plotini, si in textu nostro persanata sunt, ita accipienda sunt, ut accepit Ficinus, et verba *τὸ ὑγρὸν δεύοντα αὐτὰ* explicanda: humorem in se recipiunt. Fortasse tamen Plotinus scripserat: *τὸ ὑγρὸν δι' ὅλου δεῦον αὐτὰ καὶ διαῤῥεῖν ἐπὶ θάτερα*, deleto *τὸ ὑγρὸν* secundo loco. Quod ad hunc locum Ficinus exemplum laminarum eburnearum corneamque itemque membranarum, per quas oleum penetret, posuit, non ineptum est; sed fortasse cogitavit Plotinus, cum *ἐπὶ τεχνητῶν* scriberet, illos *ἐλεφάντου μαλακτῆρας*, qui zytho hordeaceo et mandragora ebur molliebant. Plutarchus de Vitiositate ad Infelicit. sufficiente p. 499. e. p. 9.

Wytt. *καὶ τὸν ἐλέφαντα τῷ ζύθει μαλακὸν γενόμενον καὶ χαλῶντα κάμπτουσι καὶ διασχηματίζουσι.* Cf. Dioscorid. IV. 46.

p. 335, 3. *Τὰς—αὔξας—τὴν—αὔξην*] Hanc formam a Platone mutuatus est in Theæteto p. 173. a. p. 388. Heindf. qui, præeunte Ruhnkenio alios ejus formæ imitatores indicat. De accentu vid. Anecdota Græca Bekkeri p. 464. et p. 1347. et cf. Nostr. IV. 7. 5. V. 1. 4. (ubi vulgo *αὔξειν*) et VI. 3. 13.

p. 336, 12. *διὰ τοῦ ἐρίου ῥέῃ τὸ ὕδωρ*] Hunc locum si noverant Critici, poterant conjecturis supersedere in his Platonis in Symposio p. 175. p. 375. Bekk.—*ὅτι Εὖ ἂν ἔχοι, φάναι,* (Σωκράτη) *ὦ Ἀγάθων, εἰ τοιοῦτον εἴη ἡ σοφία, ὥστ' ἐκ τοῦ πληρεστέρου εἰς τὸν κενώτερον ῥεῖν ἡμῶν, ἐὰν ἁπτώμεθα ἀλλήλων, ὥσπερ τὸ ἐν ταῖς κύλιξιν ὕδωρ τὸ διὰ τοῦ ἐρίου ῥεόν ἐκ τῆς πληρεστέρας εἰς τὴν κενωτέραν κ. τ. λ.* ubi Sydenhamus tamen et Wolfius, et qui nuper hunc secuti sunt vulgatam sunt tuiti; neque in Platonicis MSS. magis dissensio, quam in Plotinianis. Sed quoniam in hunc locum Platonis incidimus: lege mihi contra hæc in Theage p. 130. p. 279. Bekk., ubi Aristides et alia narrat, quando et quomodo ipse a Socrate plurimum profecerit, et vero hæc ipsa: *πολὺ δὲ μάλιστα καὶ πλεῖστον ἐπεδίδουν, ὁπότε παρ' αὐτόν σε* (Socratem dicit) *καθοίμην ἐχόμενος καὶ ἁπτόμενος.* Atque ista scilicet Socrates non minus tanquam suam ipse sententiam eloquitur—; igitur ista mihi legito, et cum his Convivii verbis componito. Quid quæris? Theagem fecit Alexandrinæ familiæ philosophus, neque vero primarius aliquis, velut Plotinus, sed ex secundariis illis, qui vim divinam per contactus tradi posse opinabantur, et in verbis orationisque genere Platonem felicius imitabantur, quam in decretis ac sententiis. Primæ autem ætatis Alexandrinum suspicor, et qui aliquot seculis præverterit Plutarchum.

p. 337, 2. *Εἰ δὲ πανταχοῦ ἡ ὕλη μετὰ τῆς ποιότητος κ. τ. λ.*] Hoc loco Plotinus rursum Sceptici corum disputata respicere videtur. Nam Sextus p. 144. ita: *εἰ δὲ τὰς ποιότητας μίγνυσθαι λέγοι τις, τὰς δὲ οὐσίας μηδαμῶς, ἀδύνατα λέξει. ἡ γὰρ τῶν ποιοτήτων ὑπόστασις ἐν ταῖς οὐσίαις ἐστί. διόπερ γελοῖον ἂν εἴη λέγειν, ὡς οἱ μὲν ποιότητες χωρισθεῖσαι τῶν οὐσιῶν* [*καὶ* delendum videtur] *ἰδίᾳ μίγνυνταί που ἀλλήλαις, ἄποτοι δὲ αἱ οὐσίαι χωρὶς ὑπολείπονται. λείπεται λέγειν, ὅτι καὶ αἱ ποιότητες τῶν κιρναμένων καὶ αἱ οὐσίαι χωροῦσι δι' ἀλλήλων καὶ μιγνύμεναι τὴν κρᾶσιν ἀποτελοῦσιν· ὃ τῶν προειρημένων ἐστὶν* (fortasse *ἔτι*) *ἀποπώτερον. ἀδύνατος γάρ ἐστιν ἡ τοιαύτη κρᾶσις.* Quod probare studet exemplo, si quis decem cotylis aquæ unam succi cicutæ cotylam admisceat.

— 15. *ἢ ὅτι ἀσώματοι (αἱ ποιότητες) τῆς ὕλης ἀσωμάτου οὔσης*] Cf. infra cap. 3. G. *δεῖ τὸν λόγον τοῦτον—μὴ τὴν ὕλην συμπεριειληφέναι.* Stobæus Eclog. I. p. 370.: *τοὺς ἀσωμάτους λόγους οἵτινές εἰσι λόγοι συγκρίνασθαι.* Heerenius hæc Aristoteli attribui miratus nec in eo, nec in ejus interprete Alexandro Aphrodisiens. *λόγων ἀσωμάτων* mentionem reperiri monet. Idem verba *εἴ τινες* (ita dedit ex Cod. A. pro *οἵτινες*) *εἰσι λόγοι* glossatori deberi existimat, ideoque uncinis inclusit. Equidem cum hoc fragmentum in loco *περὶ κράσεως καὶ μίξεως* apud Stobæum exstet, et cum Plotinianis sententiis hic prolatis congruant, male Aristoteleis adjecta esse crediderim. Ac si hariolari liceat, totus locus ita constituendus: *παρατίθεσθαι ἀλλήλοις·* (Hisce verbis desinit excerptum ex Aristotelis scripto) *Τοὺς δ' ἀσωμάτους λόγους εἰσὶν οἵτινες λέγουσι συγκρίνασθαι.*

LIB. VIII.

P. 343, 7. *ΠΕΡΙ ΟΡΑΣΕΩΣ κ. τ. λ.*] Tricesimus quintus secundum temporis ordinem quo scripti sunt Plotiniani libri. Apud Porphyrium autem in editione vitæ Plotini desunt verba *περὶ ὁράσεως ἢ* (vid. cap. 24. p. 142. ibiq. Fabric.) Quo vero conjunctio hujus libri cum proxime præcedenti intelligatur, apponam locum Plutarchi in Symposiacc. I. 8. 4. p. 626. C. p. 532. Wytt.: *ἡμεῖς δὲ τὴν Πλατωνικὴν, φυλάξαντες ἀρχὴν, λέγομεν ὅτι πνεῦμα τῶν ὀμμάτων αὐγοειδὲς ἐκπίπτον ἀνακίρναται τῷ περὶ τὰ σώματα φωτὶ, καὶ λαμβάνει σύμπηξιν, ὥστε ἓν ἐξ ἀμφοῖν σῶμα διόλου συμπαθὲς γενέσθαι· κεράννυται δὲ ἕτερον ἑτέρῳ συμμετρίας λόγῳ τε καὶ ποσότητος· οὐ γὰρ ἀναιρεθῆναι δεῖ θάτερον ὑπὸ θατέρου κρατηθὲν ἀλλ' ἀπ' ἀμφοῖν ἔς τι μέσον ἁρμονίᾳ καὶ κοινωνίᾳ συναχθέντων μίαν δύναμιν ἀποτελεῖσθαι.* "Nos autem Platonicum secuti principium dicemus, spiritum lucis similem ex oculis excidere, et cum luce quæ circa corpus est, *commisceri*, ac cum ea

concrescere, ut ex ambobus unum fiat corpus consentiens. Porro *mixtio* ea fit unius cum altero, ratione proportionis cujusdam ac certæ quantitatis: non enim debet alterum ab altero superatum aboleri, sed ex ambobus in medium quoddam harmonia et communione redactis una vis confici." Hinc patet, ex Platonicorum doctrina, hunc locum de *Visu* pertinere ad locum de *Mixtione* ac *Temperatione*. Dicitur hic, lucis ex oculis emissæ cum cognato aëre concursus Πλατωνικὴ συναύγεια, teste Plutarcho, qui fertur, de Placc. Philoss. IV. 13. p. 634. Wytt. Vid. etiam Nemesium de Nat. Hom. cap. VII. p. 180. ed. Matth. et cf. Schneideri Animadverss. Germanice scriptas ad Eclogas Physicas p. 188. sq. et p. 246. Uterque autem, et Plutarchus l. l. de Placitt. et Nemesius, et vero Aristoteles de Sensib. c. 2. p. 3. sq. Sylb. de Anima II. 7. p. 34. sqq. in Problematt. XV. 5. p. 118. sq. et XXXI. p. 222. sqq. Theophrastus de Sensibb. p. 18. sq. p. 548. sqq. ed. Schneider. Galenus cum in Fragmentis de Platonis Timæo Tom. V. p. 275. sqq. ed. Charter. tum libro X. de usu partium corporis humani p. 273. sqq. Basil. Sextus Empir. in Pyrrhon. Hypotyp. I. 14. p. 13. sqq. Fabricii. Euclides aliique, qui Optica, Catoptrica, Dioptrica composuerunt; Diog. Laërt. X. 48—51. Cf. Ign. Rossi Comm. Laërtt. p. 262.) Stobæus in Eclogis Physicis I. 56. p. 1110. sqq. Heer. Nicephorus Blemmides in Epitome Physica c. XXI. p. 155. sqq. ed. Wegelin; e Latinis autem Lucretius IV. 380. sqq. Cicero in Acadd. IV. (II.) 25. 79. sqq. p. 145. sqq. Goerenz. et de N. D. I. 43. et II. 30. Seneca in Naturr. Quæst. I. 7. Plinius H. N. VII. 2. XXXVII. 5. et passim; Macrobius in Saturnall. VII. 14. Vincentius denique Bellovacensis in Speculo Naturali II. 77. et XXV. 25.—hi igitur omnes doctrinam de Visu partim ipsi illustrare studuerunt, partim quæ a Physicis deinceps inde a Pythagora ea de re pronuntiata erant enarrarunt et ex parte dijudicarunt. Ipsius vero Platonis locos quod attinet, ii duplicis generis sunt: alteri, in quibus de *Visu* universo suam sententiam exponit, alteri, ubi sigillatim hanc propositionem attingit: *parva videri quæ procul sint*. Atque illi priores loci sunt potissimum in Timæo p. 45. a. p. 50. sqq. Bekk. et p. 67. p. 93. sq. Bekk., quibus adhibendi sunt præter Galeni, Plutarchi Stobæique ll. ll. Alcinous de Doctrina Platonis cap. XVIII. p. 497. et Chalcidius in Timæum p. 329. sqq. [p. 363. sqq. ed. Fabric.] Alteram rem sæpiuscule adhibet et ad propositam quæstionem varie accommodat. Locos indicabimus: de Republ. X. 602. p. 480. Bekk. ταὐτόν που ἡμῖν μέγεθος ἐγγύθεν τε καὶ πόῤῥωθεν διὰ τῆς ὄψεως οὐκ ἴσον φαίνεται. Phileb. p. 42. A. p. 198. Bekk. ἐν μὲν ὄψει τὸ πόῤῥωθεν καὶ ἐγγύθεν ὁρᾷν τὰ μεγέθη τὴν ἀλήθειαν ἀφανίζει. Protagor. p. 356. C. p. 237. Bekk. φαίνεται ἡμῖν τῇ ὄψει τὰ αὐτὰ μεγέθη ἐγγύθεν μὲν μείζω, πόῤῥωθεν δὲ ἐλάττω, ἢ οὔ; Cf. etiam Phædon. p. 102. a. sqq. et præsertim memorabilem disputationem in Sophista p. 235. sq. p. 167. sqq. Bekk. Chalcidius autem l. l. p. 330. sq. hæc ipsa quoque attingit, ita scribens: " Quodque omnis natura modo mensuraque moveatur, spatii quoque magnitudinisque commodum esse: eaque, quæ neque valde applicata visui, nec nimium distantia, visibilia clare videri. Certe conum ipsum, pro modo mensuraque intentionis augeri, et prout basis ejus vel directa vel inflexa erit, incidetque in contemplabilem speciem, ita apparebunt, quæ videntur. Oneraria quippe navis eminus visa perexigua apparet, nec se per omnia navis membra fundente spiritu. Turris item quadrata rotunditatem simulat cylindri, atque etiam ex obliquo visa porticus in exile deficit, oculorum depravatione. Sic etiam stellarum ignis exiguus apparet, atque ipse sol, multis partibus, quam terra, major, intra bipedalis diametri ambitum cernitur." Hæc ex asse congruunt cum Euclideis in Opticis et cum iis, quæ Heliodorus disputat Larisseus initio libri secundi. Locum suppeditat Schneiderus in Animadverss. Germann. in Eclogas Physicas p. 215. sq.

— 11. ὅτι συναιρεῖσθαι — ἐθέλει — τὸ φῶς] Non vitupero, in Plotino certe, quod Ficinus vertit *desiderat*, sed, ut in re inanimata, proprie h. l. est idem, quod μέλλει et Futuri periphrastici vim habet, nisi hic malueris *solet*. De illo usu exposuit Coray ad Isocratis orat. περὶ τῆς ἀντιδόσεως p. 244. sq. Schweighæus. Lex. Herodot. p. 182. et de reliquo usu elegantiori verbi θέλειν Hoogev. et Zeun. ad Viger. V. 8. 10. Wyttenbach. ad Platon. Phædon. p. 272. Ast. ad

Phædr. p. 235. et ad Remp. p. 443. et p. 548.

p. 343. 16. *ἐν διεξόδῳ καὶ ἐπελεύσει*] Correxi versionem Ficini, qui ceteroqui bene adjecit: *gradatim facta*. Herodot. II. 24. *διέξοδος ἡλίου*, cursus solis, sed idem tralate III. 156. VII. 234. *αἱ διέξοδοι τῶν βουλευμάτων*, viæ ac rationes consiliorum: cf. Schweigh. Lex. Herodot. p. 166. Sæpe autem usurpat Noster hoc vocabulum. Vid. III. 7. 10. III. 8. 8. IV. 3. 12. IV. 4. 1. IV. 4. 8. V. 3. 7. III. 7. 12. *διέξοδος ἀΐδιος*, IV. 4. 35. *διέξοδος τῆς ζωῆς*. Cf. Plutarch. Sept. Sapp. Conviv. p. 158. D. *βίος διαγωγή τις ἐστὶν ἀνθρώπου πράξεων ἔχουσα διέξοδον*: et *βίου διεξαγωγὴ*, vitæ transactio, Hierocl. ap. Stob. p. 414. sq. Consule Wyttenb. ad Plutarchi l. l. p. 973. ed. Oxon. min. qui ita: "*διέξοδος* est *tractatio vitæ, actionis, doctrinæ*. Est etiam *in docendo continua oratio*." Proclus in Alcib. prior. p. 248. sq. ed. nostr. Francof. de animæ viribus: —*καὶ τὴν τελειότητα αὐτῶν οὐκ οὖσαν αἰώνιον οὐδ' ὁμοῦ πᾶσαν ἑστῶσαν, ἀλλὰ κατὰ χρόνον ἀνελισσομένην, καὶ ἐν διεξόδοις ὑφεστηκυῖαν*, ubi quæ in anima insunt qualitates, partes, vires, *non simul et momento temporis, sed deinceps et per gradus* se explicare dicuntur; quem locum hic adhibendum censui, quia *διέξοδος* ibi de *tempore* dicitur, uti nostro loco de *spatio*. Ibidem laudavi locum classicum Plotini III. 8. 8. p. 351. A. (unde nunc teneamus hæc: *τῇ διεξόδῳ οὐ διεξιούσῃ ἀλλὰ τῇ διεξελθούσῃ*·) et insuper Clement. Alex. Protrept. IV. 25. et Iamblichi Protrept. p. 96.

p. 346, 1. *τὸ δὲ κατὰ τὰς τῆς ὄψεως γωνίας κ.τ.λ.*] Sicut Aristoteles de Sensu et Sensili c. 2. Platonis *συναύγειαν*, sive concursum radiorum ex oculis exeuntium cum radiis lucis, refutare studet. (*ἄλογον δὲ ὅλως τὸ ἐξιόντι τινὶ τὴν ὄψιν ὁρᾷν καὶ ἀποτείνεσθαι μέχρι τῶν ἄστρων ἢ μέχρι· τινὸς ἐξιοῦσαν συμφύεσθαι*): ita hoc loco Plotinus Aristoteli obloqui videtur. Lege enim, quæ Stagirita de angulis, *γωνίαις*, et eorum vi in videndi actione disputat Problemm. XV. præsertim §. 5, et confer Schneideri Animadversiones vernacula scriptas in Eclogas Physicas p. 208. (cf. 206.) et p. 217. sq.

— 9. *εἰ δὲ δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ οὐρανοῦ θεωροῖ*] Hæc admonent commenti Democritei de formica vel in cœlo nobis conspicua, quod refutat Aristoteles de Anima II. 7. *οὐ γὰρ καλῶς τοῦτο λέγει Δημόκριτος οἰόμενος, εἰ γένοιτο κενὸν τὸ μεταξὺ, ὁρᾶσθαι ἀκριβῶς, καὶ εἰ μύρμηξ ἐν τῷ οὐρανῷ εἴη. τοῦτο γάρ ἐστιν ἀδύνατον κ.τ.λ.* Formica ob parvitatem in proverbium cesserat. Lucianus Epist. Saturnall. 19. p. 401. sq. ed. Wetst.: *ὡς δὲ νῦν ἔχομεν, μύρμηξ ἢ κάμηλος, ὡς ἡ παροιμία φησί* i. e. de rebus maxime inæqualibus, ubi antea priore etiam loco perperam legebatur *ἡ*. Unde Erasmus in Adagg. in *formica camelus* p. 187. minus recte explicat. Jensii emendationem conformat Συναγωγὴ λεξ. χρησ. *ἐκ τῶν τοῦ Λουκιανοῦ* in Bachmanni Anecdott.Grr. II. p. 346. De *καμήλῳ* magnitudinis tessera vid. interprr. ad Evang. Marc. X. 25. et Luc. XVIII. 25. in his Valckenaer. in Scholio I. p. 243. sq.

LIB. IX.

P. 358, 7. ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΓΝΩΣΤΙΚΟΥΣ.] Non modo h. l. variant libri MSS. sed etiam in Porphyrii Vita Plotini, ubi hujus libri mentio, idque pluribus locis, cap. 5, cap. 15, cap. 24, et illo quidem loco editio Basil. et ceteri Codd. habent: *πρὸς τοὺς κακὸν τὸν δημιουργὸν τοῦ κόσμου καὶ τὸν κόσμον εἶναι λέγοντας*: bini autem libri: *πρὸς τοὺς γνωστούς*. Denique in indiculo librorum Plotinianorum, quem ad calcem illius vitæ repetunt Codd. Marcc. A. B. C., *πρὸς τοὺς γνωστοὺς* habet A., *περὶ τοὺς γνωστικοὺς*, B., *πρὸς τοὺς γνωστικοὺς*, C. Primam lectionem quod attinet, nemo, opinor, reapse *γνωστοὺς* h. l. cogitabit, i. e. *φίλους*, *amicos*, *familiares*, (Suid. I. p. 489. Kuster.) nec magis tentabit *γνώστας*, i. e. *μάντεις*, *ariolos*, *vates* (Biel. Thes. Vet. T. I. p. 335. cf. Scholion. Paris. ap. Boissonad. in Eunap. p. 445.): sed potius persuaderi sibi patietur *γνωστοὺς*, uti sexcenties fit, ex unica omissa lineola (*γνωστοῦς*) adeoque male explicato scribendi compendio nobis obtrusum esse pro germano *γνωστικούς*. Magis nos advertere debet, quod in cod. Marc. Venet. A. Monacensi C. supra lineam legitur *ὅτι γνωστοὶ* (leg. *γνωστικοὶ*) *λέγονται καὶ οἱ Χριστιανοί*, præsertim ubi primam *γνώσεως*, tanquam *veræ intelligentiæ*, vim reputamus, unde universe *γνωστικὸς* explicatur *ὁ τῇ ἀληθείᾳ ποιηθεὶς τέλειος* (Zonar. Lex. Gr. p. 443.) qua sententia Clemens Alexandrinus quoties *γνωστικοὺς* usurpet, nemo est, qui nesciat. Et fuêre viri docti, qui et alibi et hoc libro *Christianos* a Plo-

tino impugnari opinarentur. In alia omnia abiit Ficinus, qui in commentario in hunc librum Plotinum a Christiana lege non alienum fuisse vel inde intelligi posse arbitratur, quod Ammonii *semper Christiani* discipulus fuerit, et Origenis *Christianissimi* semper amicus (p. 191. et cf. p. 196. ed. Basil.) Confundit Marsilius Origenem ecclesiæ patrem, cum Platonico Origene Plotini condiscipulo Ammonius autem Saccas an unquam Christianus fuerit, quæritur. Qua de re supra monuimus ad Porphyrium de Vita Plotini c. 3. p. 96. Fabr., quæ h. l. repetere non attinet. Ipse vero Plotinus non magis *Gnosticos* appellat, quam *Christianos*. Eustochius, quem in sua operum Plotinianorum recensione huic libro titulum indiderit, nescimus, fortasse longiorem illum, quem supra ex aliquot Codicibus memoravimus: *πρὸς τοὺς κακὸν τὸν Δημιουργὸν—λέγοντας*: brevior hic, et qui in plurimis libris servatur: *πρὸς τοὺς γνωστικούς*, debetur Porphyrio. Cujus rei causas ipse explicat de Vita Plotini c. 16. p. 118. sq. Fabric. loco classico, unde insigniora apponamus: *Γεγόνασι δὲ κατ' αὐτὸν τῶν Χριστιανῶν πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι, αἱρετικοὶ δὲ ἐκ τῆς παλαιᾶς φιλοσοφίας ἀνηγμένοι, οἱ περὶ τὸν Ἀδέλφιον—πολλοὺς ἐξηπάτουν καὶ αὐτοὶ ἠπατημένοι, ὡς δὴ τοῦ Πλάτωνος εἰς τὸ βάθος τῆς νοητῆς οὐσίας οὐ πελάσαντος. ὅθεν αὐτὸς μὲν πολλοὺς ἐλέγχους ποιούμενος ἐν ταῖς συνουσίαις, γράψας καὶ βίβλιον, ὅπερ πρὸς τοὺς Γνωστικοὺς ἐπεγράψαμεν, ἡμῖν τὰ λοιπὰ κρίνειν καταλέλοιπε.* "Erant Christiani eo tempore multi tum alii tum ex antiqua philosophia egressi hæretici Adelphii sectatores et deceperunt multos, et ipsi decepti jam fuerant: asserentes Platonem intelligibilis essentiæ profundum minime penetrasse. Quam ob rem Plotinus multas in disputationibus suis in eos argumentationes intulit, scripsitque contra eos librum, *quem contra Gnosticos nos inscripsimus*, nobisque reliqua discutere et judicare commisit." Jam si quæras, utrum recte hunc titulum libro fecerit Porphyrius, nec ne: recte eum fecisse optimaque fide egisse, dubitari nos non patitur ejus discipuli in magistrum pietas, nec magis dubitabimus familiari in sermone sæpius inter eos Gnosticorum mentionem fuisse factam; et vero ipse Plotinus capite sexto libri sui plane cum Porphyrio l. l. consentit scribens p. 203. F. *ὅλως γὰρ αὐτοῖς τὰ μὲν παρὰ τοῦ Πλάτωνος εἴληπται, τὰ δὲ, ὅσα καινοτομοῦσιν, ἵνα ἰδίαν φιλοσοφίαν θῶνται, ἔξω τῆς ἀληθείας εἴρηται.* Hæc nemo tam cæcus est, quia videat, non *in Christianos* dici potuisse, sed *in Gnosticos*, eos potissimum, qui cum a Platone plurimum profecerant, hujus philosophi decreta ad suam rationem detorquebant. Atque cum quæstio *de origine mali* in hoc libro primarium locum occupet; supra jam intelleximus eam quæstionem ab *hæreticis* potissimum agitatam fuisse. Vide finem Annotationis nostræ in Inscriptionem Ennead. I. 8. p. 72. Cæterum illud propterea non negaverim, Porphyrium et fortasse etiam Amelium aliosque in suis libris adversus Gnosticos etiam Christianos sæpe complexos esse, et multa inimico in Christianam religionem animo disputasse. *Plotinum autem tenemus in hoc certe libro non tam adversus Christianos militare, quam adversus Gnosticos.* Restat ut dispiciamus, *quam potissimum Gnosticorum familiam tangere* videatur Lycopolites philosophus. Ac nemo ignorat Gnosin horum hæreticorum variis e fontibus manasse, in eaque conflatas fuisse Indicas, Persicas, Judaicas, Platonicas, Christianas denique doctrinas. Nec Manichæorum ratio et secta a Gnosticis separanda est. Manichæorum autem placita ad vivum cognoscimus ex formula execrationis eorum, qui ad catholicam doctrinam redirent ap. Jac. Tollium in Insign. Itinerarii Ital. Tom. I. p. 134. *Ἀναθεματίζω τοὺς τὸν Ζαράδαν, καὶ Βουδᾶν, καὶ τὸν Χριστὸν, καὶ τὸν Μανιχαῖον, καὶ τὸν ἥλιον ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι λέγοντας.* Eo enim redibat horum doctrina, ut Christum pariter atque Buddham, Zoroastrem Manetemque quodammodo pro solis filiis sive pro iis haberet, in quibus vis solis atque majestas se miro quodam modo conspicuam reddidisset. De Buddha tenendus est hic locus Clementis Alex. Stromm. I. p. 359. Potteri: *εἰσὶ δὲ τῶν Ἰνδῶν οἱ τοῖς Βούττα πειθόμενοι παραγγέλμασιν. ὃν δι' ὑπερβολὴν σεμνότητος εἰς* (vel *ὡς*) *θεὸν τετιμήκασι.* Et principes Manichæorum hoc jactabant, Scythianus se Patrem esse, Buddhas sive Terebinthus (*Τερέβινθος*) se filium Dei ex virgine progenitum, Manes denique se Paracletum (*παράκλητον*) sive Spiritum Sanctum esse. (Photius adversus Manichæos lib. I. p. 47. in Wolfii Anecdd. Grr. I.) Indici Buddhæ reli-

giones et ipse attigi in Symbolica et Mythologia I. p. 577. ed. alt. (cf. *Guigniaut Religions de l'Antiquité* I. p. 288. sqq.) et vero nuper Buddhæ et Buddhistarum rebus ex orientalium scriptorum monumentis plurimum lucis attulit doctissimus *Abel-Rémusat* in *Mélanges Asiatiques*. Paris. 1825. p. 100—151. Quod vero *Neander*, vir clarissimus, negat Manichæos orientalis philosophiæ decreta Platonicis cum placitis commiscuisse, (vid. ej. *Allgemeine Geschichte der Christlichen Religion und Kirche* I. 2. p. 813,) possit quispiam huic sententiæ opponere Photii libro laudato p. 38. sq. verba, memorantis Scythianum Manichæorum principem et Alexandriæ habitasse (ubi Platonicam philosophiam viguisse novimus) et ex Aristotelicis libris profecisse eorumque sententiam corrupisse (*οὗτος ἐκ τῶν Ἀριστοτελικῶν παρακουσμάτων ἐντριβὴς τὴν γλῶσσαν γεγονὼς κ. τ. λ.*). At vero constat inter omnes quam multa falsa occidentales Græcique scriptores, maxime posteriores, de Manichæis prodiderint; ac proinde præstat orientales fontes sectari, quorum copia suppetit apud *Hydcum* de Religione vett. Persarum p. 276. Herbelotium in Bibliothèque Orientale I. p. 549—551. ed. Hag. Comit. et *Silvestre de Sacy in Mémoires sur diverses antiquités de la Perse* p. 42. sqq. cf. etiam *Is. Jac. Schmidt. Heber die Verwandtschaft der grostischtheosophischen Lehren mit den Religions-Systemen des Orients, sorzuglich dem Buddhaismus*. Leipz. 1828: unde hæc pro certis colligere possumus, primum Manetis placita præceptaque mixta fuisse e Zoroasticis Magorum decretis et doctrinis Christianorum; alterum: primarium fuisse in ea doctrina placitum duorum principiorum, Dei et Materiæ. Hanc posteriorem Manichæorum sententiam attigit etiam Nicolaus Methonensis in Refutatione Institutionis Theol. Procli, nuper admodum a Voemelio meo edita p. 72. Jam ut illud ponam, cujus causa hæc de Manichæis adumbrata sunt, licet Porphyrius loco classico supra laudato nullius nomen apposuerit, qui in Manichæis diserte enumeretur: tamen cum idem ibidem eos Gnosticos dicat Zoroastris *ἀποκαλύψεις* secum tulisse, Plotinus autem ipse eo tempore hunc suum librum composuerit, quo Manichæi jam in Romano orbe evaluerant (qua de re cf. *Heynii* Comment. *de Alexandro Severo religiones miscellas probante;* et sex excursus ei Commentationi additos in Opuscull. Acadd. Vol. VI. p. 169—281.) inque eodem libro multa de duobus Principiis disputet: quidem non negaverim, eum etiam de Manichæis cogitasse, cum argumenta sua in hujus libri formam redigeret. Gnostici varie a variis dividuntur, præsertim ex quo nuper viri docti per Germaniam accuratius in eorum hæreticorum placita inquisiverunt. Vid. *Ferd. Christ. Baueri* Comment. I. de Gnosticorum Christianismo Ideali, Tubingæ 1827. p. 33. sqq. qui sic doctus ipse tria sibi informavit Gnosticorum genera: "1. Eos, in quibus mixtus Christianismo Ethnicismus ita prævaluit, ut Christianismo etiam vix locum daret; quo ex genere fuere Simon et Simoniani Ophitæ et Manichæi a Gnosticis nequaquam separandi. 2. Eos, qui arctiorem intercedere statuerunt inter Judaismum et Christianismum necessitudinem, velut Basilides, Valentinus, Bardesanes aliique. 3. Eos, qui Christianismum ita extollerent, ut Judaismo ex adverso videretur oppositus, qua in re singularem fuisse Marcionem novimus." De Manichæis vidimus. Quod si vero quærimus, quos ex reliquis Gnosticis præcipue hoc libro tetigerit Plotinus: singularia quædam placita pensitanda sunt. In quibus primum est illud, quod eos dicit introducere transmigrationes (*παροικήσεις* cap. 6. init.) quod Valentinianorum decretum fuisse docemur ab Irenæo lib. I. c. 7. cum multa dicerent de transmigrandi officio animisque ad altiora transferendis; alterum quod *μετενσωμάτωσιν* a Platone sumptam inculcasse dicuntur (Plotin. ibid.) Jam audi mihi Origenem in Epist. ad Romm. Vol. IV. p. 549. ed. Ruæi: "Sed hæc Basilides non advertens de lege naturali debere intelligi, ad ineptas et impias fabulas sermonem Apostolicum (Rom. VII. 9.) traxit et in *μετενσωματώσεως* dogma, id est, quod animæ in alia atque alia corpora transfundantur, ex hoc Apostolico dicto conatur adstruere." Nec minus idem Basilides hujusque sectatores in suis disputationibus frequentabant *ἀντιτύπους* sive imagines vitæ inferioris, repercussæ ex vita suprema sive ex primo octonario (*ἐκ τῆς πρώτης ὀγδοάδος*. Irenæus I. 24. II. 16. Clemens Alex. Stromm. IV. p. 637. Potteri.) Jam vero cum Ophitarum ratio Valenti-

nianorum rationi per fuerit similis, fortasse haud vana conjectura est, si hos quoque hinc inde a Plotino impugnatos arbitreris. *Basilidianos* autem et *Valentinianos* itemque *Ophitas* hoc magis nosse poterat Ægyptius Philosophus, quod hi quidem in Ægypto exstiterant, et quidem diu ante Plotini ætatem. Basilides autem atque Valentinus sæculo uno maturius Alexandriæ erant exorti, quam ipse in hac urbe Ammonio Saccæ operam dederat. Est autem hic liber secundum ordinem omnium Plotini librorum tricesimus et tertius. Vid. Porphyr. de Vita Plotini c. 5. p. 102. ed. Fabric. et c. 24. p. 142. Anglice vertit hunc librum Plotini *Thom. Taylor in Select Works of Plotinus*, p. 64. sqq.

Atque ex his, quæ in hac parva præparatione ad hunc librum disputavi, vel potius adumbravi, eruditus lector intelliget, quatenus facere possim cum cl. *Mattero* qui in egregio opere: *Histoire Critique du Gnosticisme*, Paris 1828. T. I. p. 55. ita judicat: "*C'est ce qui nous explique, par exemple, la position de Plotin, qui est plein d'idées analogues à celles des Gnostiques, et qui les réfute cependant dans un traité particulier, par ce qu'il est l'ennemi de tout ce qui tient au Christianisme.*" Quod ille judicium confirmare studet T. II. p. 460. sqq. addens:—"*Ammonius, qui a partagé en quelque sorte la singulière destinée de Constantin le Grand, d'être vénéré de deux parties contraires* (de Chrétiens et de Payens) *parait avoir imprimé à ses disciples d'Alexandrie une antipathie profonde pour les Gnostiques. Il est vrai, que l'histoire, qui a conservé si peu de faits sur Ammonius, n'en rapporte aucun, qui pût attester cette direction; mais la direction elle-même existe, elle se manifeste dans le plus illustre des élèves d'Ammonius, dans Plotin, dont l'âme tendre et mystique n'eut guère conçu cette passion d'elle-même, et qui eut d'ailleurs moins d'occasions que son maître de se rencontrer avec les Gnostiques.*" Idem p. 462: "*C'est là cet écrit, que trouva Porphyre parmi les autres manuscrits de Plotin, qu'il arrangea et corrigea, sans doute, comme les autres, et qu'il intitula* CONTRE LES GNOSTIQUES (κατὰ τῶν Γνωστικῶν. Debebat scribere: πρὸς τοὺς Γνωστικούς.) *Comme le seul monument, qui se soit conservé de la polémique des Platoniciens et des Gnostiques, il est sans doute très-curieux: mais il est loin de valoir les traités des Irenée, des Clement d'Alexandrie, ou des Tertullien contre le Gnosticisme. Il n'expose guère la doctrine qu'il réfute; il la suppose si presente aux esprits, qu'il l'attaque, pour ainsi dire, sans la reconnaître.*" Denique p. 464. sqq. Matterus pronuntiat in hac causa Plotinum acutius verum vidisse, quam Gnosticos (p. 466. *et en général son mysticisme, nous le disons sans aucune reserve, est souvent supérieur à celui de la Gnose.*) Quod exemplis adponendis commonstrare studet doctissimus scriptor, ita tamen, ut sententiam ipse suam hoc pacto circumscribat (p. 467.): "*Mais encore faut-il se rappeler, que nous ne connaissons plus la Gnose par elle même; vous ne l'avons plus que telle, quel'a faite la polémique, c'est à dire la haine.*" Quæ ego in medio posita relinquo, ut qui neutrarum partium patrocinium recepi: Plotini opera, quoad ejus fieri potest, emendanda et explicanda suscepi.

p. 358, 9. ΕΠΕΙΔΗ τοίνυν] Longiorem periodum, quæ ab ἐπειδὴ τοίνυν pertinet usque ad ὡς οἷόν τε, Ficinus, uti sæpius facit, in plures breviores sententias dissecuit, ita, ut ante οὐδὲν ἔχον cogitando repeteret ἐφάνη. Melius Taylor universæ periodi ambitum vertendo descripsit, apodosin ita incipiens:—"*This being the case, when we say* THE ONE, &c."

p. 359, 7. εἴτε γὰρ ἐλάττω] Gemistus in Cod. Vat. nr. 1416. p. 156. in Epistola ad Bessarionem *de Opifice cœli*: Πρόκλος μὲν τὰ Πλάτωνος δόγματα εἰς τοὺς Ὀρφέως ἔλκων μύθους, τέταρτον ἀπὸ τοῦ πρώτου τίθεται αἴτιον. Πλωτῖνος δὲ τρίτον ἐς τούς γε πολλοὺς οὗτος ἀποβλέπων τῶν ποιητῶν. Tu vide Proclum in Platonis Timæum p. 93. et Cyrillum contra Julianum VIII. p. 384. Disputat de his Plotini, Procli aliorumque placitis Brucker. in Hist. Crit. Philos. II. p. 398. sq. unde hæc apponenda censui: "Quem (Ammonium Saccam) secutus Plotinus, eandem trinitatem hypostasium archicarum admisit, ut haberet, quod non Gnosticis tantum opponeret, sed etiam quod Christianis: quorum doctrina suam philosophiam inferiorem non esse hæc secta vehementer omnique studio sategit. Vidit hoc Theodoretus (Therap. Serm. II. T. II. opp. p. 496.) qui hanc Christianorum imitationem probe ani-

madvertit, licet valde fallatur, opinatus eandem esse Numenii et Plotini, quæ Christianorum, trinitatem." Theodoreti locus ita habet Vol. IV. p. 750. sq. ed. Schulz.:—*αὐτίκα τοίνυν τὴν Πλάτωνος διάνοιαν ἀναπτύσσοντες καὶ ὁ Πλωτῖνος καὶ ὁ Νουμήνιος τρία φασὶν αὐτὸν εἰρηκέναι ὑπερέχοντα καὶ ἀΐδια, τἀγαθὸν, καὶ νοῦν, καὶ τοῦ παντὸς τὴν ψυχὴν, ὃν μὲν ἡμεῖς Πατέρα καλοῦμεν τἀγαθὸν ὀνομάζοντα. Νοῦν δὲ, ὃν ἡμεῖς Υἱὸν καὶ Λόγον προσαγορεύομεν· τὴν δὲ τὰ πάντα ψύχουσαν καὶ ζωοποιοῦσαν δύναμιν, Ψυχὴν καλοῦντα, ἣν Πνεῦμα ἅγιον οἱ θεῖοι προσαγορεύουσι λόγοι. καὶ πάντα δὲ, ὡς ἔφην, ἐκ τῆς τῶν Ἑβραίων φιλοσοφίας καὶ θεολογίας σεσύληται*—et paullo post: *καὶ μὲν δὴ καὶ τῶν θείων εὐαγγελίων ὅτε Πλούταρχος καὶ ὁ Πλωτῖνος ὑπηκουσάτην.* Eadem repetit lib. VI. p. 868. sq. ubi etiam piscatorum et Pauli disciplina imbutus dicitur Plotinus. Vides igitur, sicut Platonici recentiores dicebant Christianos a Platone profecisse, ita ecclesiæ Patres asserere Platonicorum placita ex Ebræorum philosophia adeoque, quod recentiora attinet, ex Evangelio apostolorumque libris manasse. Qua de re non est quod disputemus; nec magis h. l. repetam, quæ ad Bruckeri sententiam judicandam faciant, utpote jam supra explicata in annotatione ad hujus libri titulum.

p. 359, 11. *Τῆς τε γὰρ λεχθείσης κ. τ. λ.*] Nam quod dicimus ita se habere principium universorum, eo nemo ullum reperiet simplicius neque excelsius. Taylor Ficino se applicuit h. l. *Φήσουσι* ad Gnosticos referendum, quos brevitatis studiosus non nominat Plotinus, ut qui sciret, in titulo libri eos nominatum iri a Porphyrio. Vid. annot. in hujus libri inscriptionem.

360,1. *κίνησις δὲ πρὸς αὐτὸν*] Proclus Inst. Theol. cap. 169. p. 250. ed. nostr. *Εἰ γὰρ ἀκίνητος ὁ νοῦς, οὐκ ἂν ὑπὸ χρόνου μετροῖτο, οὔτε κατὰ τὸ εἶναι, οὔτε κατὰ τὴν ἐνέργειαν· τούτων δὲ ὡσαύτως ἐχόντων, καὶ ἡ δύναμις αἰώνιος.* cf. ibid. cap. 170—172.

— 4. *καὶ γὰρ εἰ ἄλλο*] Rursus hinc profecit Proclus in Inst. Theol. c. 168. p. 248. *Πᾶς νοῦς κατ' ἐνέργειαν οἶδεν, ὅτι νοεῖ, καὶ οὐκ ἄλλου μὲν ἴδιον τὸ νοεῖν, ἄλλου δὲ τὸ νοεῖν ὅτι νοεῖ.* Sed totum caput conferri debet cum his Plotini disputatis.

— 11. *εἰ καὶ—εἶεν—ἔχοιεν*] Ficinum, quem Taylor sequitur, dicas legisse: *εἶμεν—ἔχοιμεν.* Sed cum nullus liber suffragetur, potius videtur, hæc ad *ὁρμὰς* et *διανοήσεις* referri: *etiamsi impetus et consilia mediocriter proba sint.* Sequentia iterum expressit Proclus l. l. *Εἰ γάρ ἐστι κατ' ἐνέργειαν νοῦς, καὶ νοεῖ ἑαυτὸν οὐκ ἄλλον ὄντα παρὰ τὸ νοούμενον, οἷδεν ἑαυτὸν καὶ ὁρᾷ ἑαυτόν.* Fluxit autem hoc e nobilissima Epicharmi sententia: *νοῦς ὁρῇ, καὶ νοῦς ἀκούει· τἆλλα κωφὰ καὶ τυφλά*, a multis veterum celebrata. Vide modo Plutarchum de Fortuna p. 98. B. et ad eum Wyttenbachii Animadvv. p. 671. ed. Oxon. min. et ad libr. de Alexandr. M. Fortuna p. 125. Adde Plotiniana hæc III. 9. 1. V. 1. 6. V. 3. 8. V. 5. 7. V. 8. 3. VI. 6. 17. VI. 7. 35. Hæc ipsa autem sententia, *ὁ νοῦς ὁρᾷ ἑαυτὸν* recurrit infra V. 3. 4. Cf. quæ infra leguntur p. 204. A. Cum loco Epicharmi autem conjuncta est disputatio Platonis in Theæt. p. 184. C. D. *Σκόπει γὰρ, ἀπόκρισις ποτέρα ὀρθοτέρα, ᾧ ὁρῶμεν, τοῦτο εἶναι ὀφθαλμοὺς καὶ δι' οὗ ὁρῶμεν, καὶ ᾧ ἀκούομεν, ὦτα, ἢ δι' οὗ ἀκούομεν.—ἀλλὰ μὴ εἰς μίαν τινὰ ἰδέαν, εἴτε ψυχὴν, εἴτε ὃ δεῖ καλεῖν πάντα ταῦτα ξυντείνει κ. τ. λ.* Quam quæstionem persecutus est Aristoteles de Anima lib. III. c. 1. et 2. et ipse Noster infra p. 363. E. cf. etiam 374. C. D. Cf. etiam Cic. Tuscull. I. 20. qui et alia habet et hæc: "Itaque sæpe aut cogitatione aut aliqua vi morbi impediti, apertis atque integris oculis et auribus, nec videmus, nec audimus: ut facile intelligi possit, animum et videre et audire, non eas partes, quæ quasi fenestræ sint animi; quibus tamen sentire nihil queat mens, nisi id agat et adsit. Quid? quod eadem mente res dissimillimas comprehendimus, ut colorem, saporem, calorem, odorem, sonum; quæ nunquam quinque nuntiis animus cognosceret, nisi ad eum omnia referrentur, et is omnium judex solus esset." Ex eodem fortasse fonte duxit Theodorus Metochita cap. 89. p. 577. illa: *τὰς τῶν αἰσθητῶν ἀντιλήψεις—πολὺ μάλιστα συνεισφέρειν εἰς τὰ τοῦ νοὸς εἴσω βουλευτήρια—καὶ ἔοικεν ὥσπερ ἀγγελιαφόρους τινὰς τὰς αἰσθήσεις ἡ φύσις πρὸ τῶν θυρῶν τῷ δεσπότῃ νῷ στήσασθαι κ. τ. λ.* Nam locus longior est, quam ut hic commode apponatur. Ad proxima adhibe Procli Inst. Theol. c. 174. p. 258. ubi et alia et hæc leguntur: *Εἰ γὰρ νοητόν ἐστι καὶ νοῖς ταὐτὸν, καὶ τὸ εἶναι ἑκάστου τῇ νοήσει τῇ ἐν ἑαυτῷ*

ταὐτόν. Si enim intelligibile et mens idem est, etiam ipsum esse uniuscujusque idem est atque intelligentia, quæ est in ipso.

p. 362, 1. *ψυχῆς δὲ ἡμῶν τὸ μὲν ἀεί*] Recte h. l. Taylor Procli admonet qui in Inst. Theol. cap. ult. (p. 314—316. ed. nostr.) Plotino obloquens ita: *πᾶσα μερικὴ ψυχὴ, κατιοῦσα εἰς γένεσιν, ὅλη κάτεισι, καὶ οὐ τὸ μὲν αὐτῆς ἄνω μένει, τὸ δὲ κάτεισι κ. τ. λ.* Anglice locum integrum exhibuit doctus Britannus, quem modo laudavi. Ego h. l. quoniam nostra Procli editio non omnibus lectoribus Plotini ad manus esse possit, adscribam, quæ ibi adposui: " De animæ descensu in corpora alii alia tradiderunt. Nec ipsi Platonici inter se consensêre. (Vid. Stobæi Eclog. I. c. 52. p. 902. sqq. 908. sqq. et cf. Wyttenbachii ann. ad Platon. Phædon. p. 210. sqq.). In quo dissensu fuit etiam illud, quod alii animam contendebant totam descendere: alii negabant. Hermias Comment. in Platonis Phædr. c. 28. p. 147. Astii: *λάβοις δ' ἂν ἐντεῦθεν, ὅτι κατὰ Πλάτωνα πᾶσα κάτεισι ἡ ψυχὴ—καὶ οὐχ, ὥς φησι Πλωτῖνος, τὸ μὲν αὐτῆς κάτεισι, τὸ δὲ μένει ἄνω.* Vides igitur hac in re Platonem inter atque Plotinum non convenisse. Tu confer Plotin. p. 416. A. et passim. Cum Platone autem facit Proclus, ut ex hoc ipso loco intelligitur. Contra Damascius Plotini sententiam erat amplexus. Ita enim ille in commentar. MS. in Platon. Parmenid. in Cod. Mon. fol. 308. vers. *ὥστε ἀληθινὸς ὁ Πλωτίνου λόγος, ὡς οὐ πᾶσα κάτεισιν ἡ ψυχή κ. τ. λ.* Etiam Iamblichus *ἐν τῷ Περὶ ψυχῆς μεταναστάσεως ἀπὸ σώματος* unum genus animarum posuerat: *ὅπερ καὶ κατιὸν εἰς γένεσιν ὅμως οὐ κάτεισιν* ut ibidem prodit Damascius fol. 311. vers."

— 12. *καὶ ὥσπερ ἐλλάμπουσα—ἐλλάμπεται*] Cf. I. 1. 8. ibiq. Annot. p. 5. B. Adde ad hæc et sequentia Damascii in Platonis Parmenidem p. 314. ed. Kopp. *Διττὴ καὶ ἔλλαμψις, ἡ μὲν ἀπηωρημένη τοῦ ἐλλάμποντος, καὶ ἐκείνῳ συνοῦσα κατὰ μίαν συνέχειαν, ἡ δὲ ἐμφυομένη τῷ ἐλλαμπομένῳ καὶ ἐκείνου γιγνομένη, καὶ ἐν ὑποκειμένῳ αὐτῷ ὑφισταμένη.* Cf. Olympiod. in Platon. Alcib. sect. VI. p. 59. ibiq. annot. A. Platonicis has formulas mutuatus est Dionysius Areopagita Cælest. Hierarch. cap. 1. et passim; cui *ἔλλαμψις* etiam dicitur *sacra scriptura* Christianorum. Vid. Annot. in Procli Inst. Theol. c. 98. p. 145.

— 15. *καὶ ἄρδεται—τῷ φωτί*] Addendus hic locus Plotini tanquam singularis usus locis, quos multos collegerunt viri docti. Vid. Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 117. et Thesaur. Stephan. Londin. Valp. p. 2238. Est enim proprie *irrigare*. Jungitur autem sæpius confunditurve cum verbo *αὔξεται*, ut in Proclo in Alcib. prior. p. 29. ed. nostr.: *τρέφεται γὰρ τούτοις καὶ ἄρδεται τὸ τῆς ψυχῆς πτερόν*, ubi unus liber *αὔξεται*. Fons in Platonis Phædro p. 246. e. p. 250. Heindf.

p. 363, 12. *ἐλλαμφθήσεται*] Sc. *materia a rebus superis*, ut recte accepit Taylor; qui tamen addit, *perpetually*, et deesse putat *ἀεί*: in libris MSS. hujus voculæ nec vola nec vestigium.

— 14. *πτεροῤῥυήσασαν*] Cf. IV. 3. 7. IV. 8. 1. (ubi est *πτεροῤῥύησις*). IV. 8. 4. VI. 9. 9. et vid. Plat. Phædr. c. 25. 55. 60. et Ast. ad eum dialogum p. 293. Proclum in Alc. I. p. 20. ibiq. annot. p. 20. Olympiodor. in eundem cum annot. p. 5. ed. nostr. Fref. cf. ad h. l. nostrum *Neander Genet. Entwickelung der Gnost. Systeme* p. 213.

p. 364, 4. *οὐδὲ γὰρ ἀμυδρῶς ἔχει, εἰ οὐ μᾶλλον νεύει ἐκεῖ κ. τ. λ.*] Ficinus expressit lectionem marginis, quam et ipse reduxi librorum fide commendatam, nisi quod ex Med. A. correxi *νεύει*. Taylor: " *For it does not possess nor see them obscurely, if it is without this tendency.*" Omisit igitur extrema: *ἵνα—ἴδῃ*. Videtur autem h. l. duplex *νεῦσις* significari, primum inclinatio ea, quæ fit deorsum ad sensibilia et caduca; deinde ea, quæ retro fit et sursum ad divina et perennia. Hæc posterior est Opificis, quando mundum facere instituit, quo spectet in mundo idearum exemplaria, quæ deinde exprimat in suo mundi opificio. Plato Timæi p. 28. p. 23. Bekkeri: *τόδε δ' αὖ πάλιν ἐπισκεπτέον περὶ οὐτοῦ (τοῦ δημιουργοῦ), πρὸς πότερον τῶν παραδειγμάτων ὁ τεκταινόμενος αὐτὸν (τὸν κόσμον) ἀπειργάζετο, πότερον πρὸς τὸ κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχον, ἢ πρὸς τὸ γεγονός. εἰ μὲν δὴ καλός ἐστιν ὅδε ὁ κόσμος ὅ, τε δημιουργὸς ἀγαθὸς, δῆλον, ὡς πρὸς τὸ ἀΐδιον ἔβλεπεν, κ. τ. λ.* Proxima quæstio: Nam gloriæ suæ causa mundum fecerit Opifex, jam antiquitus agitata hodieque Theologorum disputationibus frequentata est. Quam etiam attigit Cudworthus, Plotiniani loci non oblitus in Systemate Intell. V. 5. 20. p. 1184. sqq. ejusque editor per-

tractavit Moshemius. Sequentia quod attinet: *εἰ δὲ τὰς καθ' ἑκάστου ψυχὰς ἀναμένει*, docebat Valentinus, mundum propterea perdurare usque ad finem, quod *Sapientia* (*ἡ Σοφία*) opperiretur donec omnes animæ advenerint, quibus destinatum esset, ut in hoc mundo erudirentur quoad in Plenitudinem (*εἰς τὸ πλήρωμα*) transirent. cf. *Neandri Entw. d. Gnost. Systeme* p. 212.

p. 365, 10. *τὴν παρ' αὐτοῖς δύναμιν μὴ ἀτιμάζειν*] h. e. ipsorum facultatem non imparem existimare, uti interpretatur Wyttenbach. ad Phædon. p. 81. in Annot. p. 284. ad hæc *τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν ἀτιμάζων*, i. e. humanam imbecillitatem tantæ rationem magnitudini perspiciendæ *imparem existimans;* quem locum a Plotino expressum arbitratur hic vir præstantissimus. Proxime *καὶ διὰ τοσοῦτον κωλυομένων τῶν ἀπατώντων*, quod Fic. vertit: *innumerisque* fallaciis impedimur, correxi scribens, *καὶ διὰ τοσούτων κωλυομένων τῶν ἀπαντώντων*, partim ex libris, partim ex Fic. Est synchysis pro *καὶ κωλυομένων διὰ τοσούτων τῶν ἀπαντώντων*, et *ἀπαντᾷν* et ipsum nonnunquam vim habet impediendi. Mox suspicor scribendum: *οὐδὲ δεῖ τὴν μὲν αὐτῶν ψυχὴν κ. τ. λ.* quod etiam expressit Fic.

p. 366, 6. *ἀντιπαρεισαγωγὴ*] Hæc vox, si quidem sana, addenda Lexicis est. Habet autem auctoritatem librorum MSS.

p. 367, 8. *Τὰς δὲ ἄλλας ὑποστάσεις—παροικήσεις καὶ ἀντιτύπους καὶ μετανοίας*] De Adjectivo *ἀντίτυπος* supra vidimus p. 180. G. hoc loco substantive usurpatur de *ἀντιτύπῳ* Basilidis Gnostici, qui post primum principium ponebat septem *δυνάμεις*, unde animarum vita varia enasceretur, ita, ut inferior semper esset imago (*ὁ ἀντίτυπος*) superioris. Vid. Irenæum I. c. 24. II. 16. Clement. Al. Strom. IV. p. 539. et cf. *Neander in Allgem. Gesch. d. Christ. Relig. u. Kirche* I. 2. p. 681. sq. *Μετανοίας* quod attinet Plotinus supra II. 1. 4. p. 99. C. ad nostrum librum, qui prior scriptus erat, quam ille, respicit his verbis: *Ἡ δὲ μετάνοια τῆς ψυχῆς ὅτι κενόν ἐστι δέδεικται.*

— 12. *τῆς ἀρχαίας Ἑλληνικῆς οὐχ ἁπτόμενοι κ. τ. λ.*] Quod sequitur verbum *σκευωροῦνται* intellige *machinantur, architectantur.* De hoc verbo et cognatis substantivis *σκευωρία* et *σκευώρημα* vid. Schol. in Platon. Philebum p. 42. ubi ad explicandum Platonicum *τευτάζειν* adhibetur. Cf. Ruhnken. ad Tim. Lex. p. 254. (cujus dubitationem de usu Medii *τευτάζεσθαι* exemit Bast. in Epist. Crit. p. 152. ed. Latin.) Photii Lex. Græc. p. 447. Dobr. ed. Lips. Tib. Hemsterh. ad Polluc. IX. 133. p. 1118. sq. Reiskii Indic. Demosth. p. 686. Theodoret. Epist. 145. p. 1257. jungit *μηχανήματα* et *σκευωρήματα.* Proxime malim *καὶ ἀτύφως λεγόντων.* Ad rem quod attinet, distinguendum est inter Gnosticos. Fuerunt enim, qui nihil quidquam Græcis acceptum referre vellent, ac proinde, quidquid ab iis mutuati essent, vel dissimularent, ut Basilidiani, quibuscum et cum Valentinianis Plotino *hoc* libro maxime discordia esse videtur. Contra alii, ut Carpocratiani, adeo honorabant Græcorum philosophos, ut Pythagoræ, Platonis, Aristotelis icones una cum Christi imagine constituerent. Irenæus I. 25. 6. cf. *Frid. Münter, über die kirchlichen Alterthumer der Gnostiker* c. 5. p. 231. sqq. et Ern. Ant. *Lewaldi* Commentat. de Doctrina Gnostica, Heidelberg. 1818. c. 4. p. 81. sq.

— 18. *καὶ αἱ μετενσωματώσεις*] Cf. I. 1. 12. IV. 3. 9. p. 378. F. Wyttenb. in Platon. Phædon. p. 210: "Metempsychosin, quæ dicitur migratio animæ in alia corpora, potius *μετενσωμάτωσιν* dicendam fuisse; *μετεμψύχωσιν* enim, secundum Grammaticam rationem significare ejusmodi animarum migrationem, qua aliæ deinceps animæ in idem corpus migrant: recte monet Olympiodorus Cod. III. p. 27." Usurpant tamen passim scriptores aliquot ecclesiastici. Ita, ut hoc utar, Nicolaus Methonensis adversus Proclum p. 200. Voemelii: *ἢ πρὸς τὴν πρεσβευομένην σοι μετεμψύχωσιν καταφεύξῃ κ. τ. λ.* cf. ibid. p. 209. Antiquiores tamen et doctiores, ut Clemens, Origenes, Theodoretus et verbum *μετενσωματοῦσθαι* norunt et substantivum *μετενσωμάτωσις.* [Hac de re et de his nominibus vid. disputantem *Irhovium de Palingenesia veterum* p. 1. et p. 414. sq. ibiq. laudd. Amstelod. 1733. 4.] Plotini autem hunc locum attigerunt *Ez. Spanhem. in Remarques sur les Césars de l'Empereur Julien* p. 47. et 49. *Cudworth.* in System. Intellect. p. 1055. sqq. *Moshem.* et *Tenemann.* in Hist. Philos. VI. p. 192. sqq. quos nunc non moror: illud anquiram, quinam e Gnosticis transmigrationem animæ humanæ in corpora statuerint. Ac primum haud dubie Basilides et fortasse hujus sectatores. Tes-

tatur Origenes Comment. in Epist. ad Rom. VII. 9. (Vol. IV. p. 549. Ruæi.) Nec minus Carpocratiani et Manichæi (Theodoretus Hæretic. fabull. Compend. I. 26. Vol. IV. p. 320. sq. Schulzii: *ψυχῶν δὲ μετενσωματώσεις λέγουσι γίνεσθαι κ. τ. λ.*) De Platone autem ita Origenes in Philosophum. Vol. I. p. 897. Ruæi: *τινὲς μὲν οὖν φασιν καὶ μετενσωμάτωσιν αὐτὸν (τὸν Πλάτωνα) ὁμολογεῖν κ. τ. λ.* ubi I. Chr. *Wolfius* laudato Laërtio III. 67. ita pergit: " Quam recte igitur Platoni hæc sententia tribuitur, tam falso idem illius auctor statuitur ab Irenæo lib. II. c. 59. de Hæres. nam ante eum Ægyptiis et Pythagoræ idem persuasum fuit. Vid. Interprr. ad Laërt. VIII. 14." Debebat addere *Indis*. Tu vide nunc A. Guil. *Schlegelii Indische Bibliothek*. II. 3. p. 360. qui Indorum doctrinam *μετενσωματώσεως*, quæ quidem in carmine *Bhagavad-Gita* traditur, Pythagoreæ simillimam existimat. Ejus carminis locos insigniores vernacule vertit et docte dijudicavit *Guil. ab Humboldt* in Commentatt. Germanicis Societatis Regiæ Borussicæ Berolin. Scientt. ann. 1826. Class. Philol. p. 39. sqq. Hæc ego extrema propterea memoranda censui, quod faciunt ad judicandam quæstionem, utrum recte; Plotinus Gnosticos hanc doctrinam a Platone mutuatos dicat, necne. Qua in re, ut breviter dicam quod sentio, rursus mihi videtur distinguendum inter varias Gnosticorum familias. Etenim qui Alexandriæ agebant, vel ex Alexandrina disciplina profecti erant Gnostici, eos crediderim Platonicæ *μετενσωματώσεως* notitiam habuisse: alii contra, qui per Syriam aliasque orientis terras dispersi erant, eandem doctrinam etiam aliunde hausisse poterant ex orientalium hominum libris sermonibusque. Nequit enim universe negari, multa inesse in Gnosticorum decretis, quæ Persicam Indicamque et Chaldaicam etc. originem sapiant. Neque non tenendum est, Plotinum reliquosque Platonicos Platoni suo sæpiuscule nimium patrocinari, præsertim in hac causa, utpote merito, offensos arrogantia multorum Gnosticorum, Græca omnia fastidiose adspernantium. Vide modo sequentia p. 204. D. E. [Ad rem facit, quem supra laudavi, Irhovius de Palingenesia vett. qui de Indis p. 273—299. de Chaldæis et Persis p. 251—272. de Ægyptiis p. 188—224. de populis septentrionalibus p. 300. sqq.]

p. 368, 4. *ἐν τῷ ὃ ἔστι ζῶον καθορᾷ*] Platonis locus in Timæo p. 39. fin. ita habet: *ἥπερ οὖν νοῦς ἐνούσας ἰδέας τῷ ὃ ἔστι ζῶον, οἵαί τε καὶ ὅσαι, καθορᾷ*, hæc igitur lectio confirmatur consensu codicum Plotini) *τοσαύτας καὶ τοιαύτας διενοήθη δεῖν καὶ τόδε σχεῖν*. Cf. Plotin. infr. p. 356. A. ubi eundem Platonis locum attingit. Cf. etiam supra p. 200. E.

—12. *ἐκείνου* [Πλάτωνος] *δὲ καὶ τῶν ἄλλων τῶν μακαρίων ἀνδρῶν*] De voce *μακάριος* monui supra ad p. 73. C. hoc loco juvat laudare Ruhnken. ad Timæi Lex. p. 59. et Boissonad. ad Nicet. Eugen. lib. I. p. 14—16. unde hoc teneamus: " Equidem opinor *τὸ μακαρίτης* proprie de mortuis dici, ita ut nonnunquam et *τὸ μακάριος* usurpari potuerit." Hoc autem loco sunt *μακάριοι* iidem, quos paullo post *τοὺς θείους ἄνδρας* appellat. Quem idem vir doctus ad Philostrati Heroica p. 326. sq. locum tractat Philostrati de Vita Apollonii II. 26. p. 78. Olearii propterea apponam, quod codicis ope maculam inde eluere possum: *Μακάριε τοῦ θησαυροῦ, εἶπεν, εἰ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου* (sic etiam Cod. Schellersh. cujus lectiones habeo enotatas in meo margine, sed *χρυσοῦ τε καὶ ἀργ.* recte Cod. A. ap. Boissonad.) *ἀντερύῃ* (*ἀνταρύῃ* Cod. A. et Schellersh. minus recte. Tangitur enim Theognidis versus 77.: *πιστὸς ἀνὴρ χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου ἀντερύσασθαι Ἄξιος . . .*) *τοὺς φίλους, ἐξ ὧν ἀναφύεταί σοι πολλά τε καὶ ἀγαθά. καὶ μὲν καὶ* (*καὶ μὴν καὶ* cod. Schell. recte: *Quin etiam*) *τοῖς ἐχθροῖς, ἔφη, κοινωνῶ τοῦ πλούτου*. Geminus autem locus nostri est infra p. 325. C.—*τινὰς τῶν ἀρχαίων καὶ μακαρίων φιλοσόφων*, ubi Philosophos inde a Pherecyde atque Pythagora cogitat.

p. 369, 15. *τὴν ἐπιθέουσαν εἰς ἀνθρώπους ἀπάτην*] Nota vim verbi h. l. sinistro sensu usurpati. De ejus usu alio supra ad p. 54. A. vidimus. Adde locum infra p. 614. B. et omnes reliquos quos collegimus in singulari Edit. Plotini de Pulcritud. p. 230. adjice Stephaniano Thesauro Londinensi p. 4257. ubi in hac forma verbi nimium deproperatum est.—Cæterum quo sequentibus *εἰσάγοντες* et reliquis Participiis sua ratio constet, cogitandum est *εἰσί*. Argumen-

tum quod attinet, etiam hoc loco Valentinianos tangi arbitratur *Neander* in *Genet. Entwick. der Gnost. Systeme* p. 212.

p. 370, 3. Ὅτι μὲν οὖν οὔτε ἤρξατο, οὔτε παύσεται] De hoc placito, mundum esse æternum, supra monuimus ad II. 1. annot. prima p. 96. Cf. infr. III. 2. 1. et IV. 3. 9. Veterum philosophorum de hac re sententias refert Stobæus Eclogg. Physs. I. 22. p. 438. sqq. Heeren. Ab Aristotele autem illud decretum sumsisse itemque a Platonicis aliquot antiquioribus, sed novis tamen argumentis firmasse Plotinum monet *Tiedemann.* in libro Germanico De causis Philosophiæ speculat. III. p. 289. sqq. Impugnat hanc rationem Nicolaus Methonensis in Anecdott. I. p. 3. sqq. Εἰ ἀδύνατον, εἶναι θεὸν τὸν μηδέν τι πεποιηκότα· πῶς ἔστι θεὸς εἰ ὁ κόσμος ἀγέννητος, καθά τισι δοκεῖ; κ. τ. λ. ubi vide I. Th. Voemelii annotationem, qui non oblitus est Plotiniani hujus loci.

—5. ὡς οὐκ ἄμεινον τῇ ψυχῇ] Pro οὐκ ἀγαθὸν, *non bene est animæ, non conducit* animæ: hæc formula, sive similes, inde ab Homero optimis scriptoribus frequentata. Vid. Eustath. in Odyss. VII. 159. Herodot. I. 27. II. 46. et Valckenaer. ad eum p. 176. et cf. Henr. Steph. de Dialectis. p. 38. et 58. Musgrav. ad Eurip. Alcest. 763. Bauer. ad Sanctii Minerv. T. II. p. 308. sq.

—9. ἐνδεδεμένη] Librorum lectionem reduxi. Verbum δέω sæpius in veterum monumentis corruptum deprehendi monuit Koen. ad Gregor. de Dialect. p. 188. δέω, ἐνδέω et alia composita, præsertim in fati significatione usurpantur. Herodot. I. 11. μή μιν ἀναγκαίῃ ἐνδεῖν. Hinc rerum necessitas ἔνδεσις, *illigatio*, dicitur. Seneca Epist. 77: "Series invicta et nulla mutabilis *illigat* et trahit." Quo de usu et Gatakerus monuit ad Marc. Antonin. X. 28. et ipse plura congessi in Dionyso p. 73. sqq, adhibita Mosero meo ad Cic. de Divinat. I. 55. p. 274. Senecæ igitur verbo nostro loco ἐνδεδεμένη vertas: *illigata*. Refert autem noster philosophus h. l. ad corpora præcipue. Vide sequentia, in quibus verba: συνδεῖ ὃ ἂν περιλάβῃ Platonis admonent in Symposio p. 202. fin. ὥστε τὸ πᾶν αὐτὸ αὑτῷ ξυνδεδέσθαι.

p. 371, 10. ἐνταῦθα δὲ, ὡς ὑπεκφεύγοντα, εἰς τὴν τάξιν τὴν ἑαυτῶν δέδ. δ. δ.] Secutus sum distinctionem Ficini. In Ed. est impressum: ἐ. δὲ ὡς ὑπεκφεύγοντα εἰς τ. τ. τ. ἑαυτῶν δ. δ. δ. quæ ratio fecit, ut in uno Cod. secunda manus expungeret illud εἰς. Recte autem Taylor: "*in their* PROPER *order*," atque ipse correxi versionem. Proxime retinui lectionem editionis πιέζουσαν. Pertinet ad δεῖ (τὴν ψυχήν). Describitur enim hoc loco diversa plane cura, qua anima universa illinc superiorem rerum ordinem disponit et retinet: hinc inferiorem cogit et coërcet, illum sola voluntate; hunc vi ac necessitate. Ad hujus significationem facit Participium πιέζουσαν. De cujus verbi potestate varia adde iis, quæ in novo Thesauro Londinensi Valpyano congesta sunt p. 7562. Wyttenbachii Animadvv. in Plutarch. Vol. I. p. 272. et quæ cum Bekkero meo ipse posui in hujus specimine in Philostrati Vit. Apollonii p. 52. sq.

p. 372, 15. ἄγαλμα—τῶν νοητῶν θεῶν] Adhibuit hunc locum Casp. Barth. ad Zachariæ Mytilenæi Dialog. p. 178. in nott. p. 282. ubi varias prædicandi hujus mundi formulas memorat. Addere nostrum locum etiam debebat Ruhnkenius egregiæ suæ disputationi de voce ἄγαλμα ad Timæi Lex Platon. p. 6. ubi ita: "Is (Plato) enim *totam rerum creatarum universitatem* ἄγαλμα τοῦ θεοῦ vocat. Tim. p. 529. C. ὡς δὲ κινηθέν τε αὐτὸ καὶ ζῶν ἐνενόησε τῶν ἀϊδίων θεῶν γεγονὸς ἄγαλμα ὁ γεννήσας πατήρ. quod imitatus est Julianus Ep. 51. p. 434. Epinom. p. 701. H. Proclus in Tim. lib. I. p. 4. II. p. 83. IV. p. 239." Sed Ruhnkenius in illis notis rarissime Plotini locos adhibuit. Ex hujusmodi locis colorem duxerunt passim Platonici scriptores, ut Proclus in Alcib. pr. p. 92: Λέγοιτο δ' ἂν, ὅτι καὶ οἷον ἀγάλματι τοῦ νοητοῦ κάλλους πρόσεισιν ὁ Σωκράτης τῷ ἐμφανεῖ κάλλει.

p. 373, 7. ὁ τὸ μίμημα ἀποσώζων ἐκείνου] Cf. IV. 7. 5. p. 460. τὸ ταὐτὸν ἀποσώζειν δύναται. De hoc verbo consule Lexic. Xenophont. I. p. 370. Singularis est usus Platonis Epist. VII. p. 336. p. 450. Bekkeri: ἥπερ ἂν (δόξα) παρὰ πᾶσιν ἂν ὡς ἔπος εἰπεῖν ἀνθρώποις ἀπέσωσε γενομένη, pro ἀπεσώθη, unde hunc locum suspectum dicebat Schneider. Sed nihil variant libri, et explicari potest commode is usus e natura hujus verbi.

p. 375, 14. *πολὺ δὲ μᾶλλον θεοὺς—τοῦτ' ἔστι δύναμιν θεοῦ εἰδότων κ. τ. λ.*] Cyrillus contra Julian, p. 23. A. Spanhem.: *καὶ ὅτι πῶς οὐχ ἅπασι ἐναργὲς, ὅτι καὶ τοῖς τὰ Ἑλλήνων φιλοσοφεῖν εἰωθόσιν ἕνα μὲν ἐδόκει θεὸν εἶναι συνομολογεῖν, τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν, καὶ πάντων ἐπέκεινα κατὰ φύσιν, πεποιῆσθαι δὲ παρ' αὐτοῦ καὶ παρῆχθαι πρὸς γένεσιν ἑτέρους τινὰς θεοὺς, καθά φασιν αὐτοὶ, νοητούς τε καὶ αἰσθητούς.* Tum citat locos Platonis. Hoc loco et similibus usus Cudworthus in System. Intellect. c. IV. §. 26. p. 529. ita disputat: "Jam qui post introductam in orbem religionem Christianam philosophando gloriam consecuti sunt, sive Platoni sese adjunxerint, sive Aristoteli, licet plerique mundum æternum esse statuerent, uno tamen omnes ore summum professi sunt Deum, tum mundi totius, tum reliquorum omnium Deorum parentem et causam. Taceo Numenium, Plotinum, Amelium, Porphyrium, Proclum, Damascium et alios, in tres etiam naturas divinitatem divisisse, idque unum commemoro, tam scite in his philosophis nonnullos de Deo disseruisse, ut, quod in eorum reprehendat sermonibus, nemo unus facile reperiat. Nulli sigillatim *Plotinus* sententiarum pondere et gravitate cedit. Et hic ipse tamen, quum materiam ipsam, resque simul omnes ex uno genitas esse principio contendat, in multorum Deorum cultu commendando mirifice copiosus est." Tum subjicit hunc ipsum locum. Qui discere cupiat, quæ speciosius quam verius his opposuerit Baylius, adeat Moshemii annott. p. 530. sq. Proclum quod attinet, consule ejus Instit. Theolog. cap. 114. p. 166. sqq. cap. 164. sqq. p. 242 sqq.

p. 376, 12. *ὥσπερ ὀνείρασι πέτεσθαι*] Proverbii speciem habet, neque tamen a Parœmiographis annotatum est. Color autem universi hujus loci non dissimilis loci Platonici in Republ. VII. p. 518—521.—In proximis advertunt nos illa: *καὶ ὅσον ἐστὶ δυνατὸν ψυχῇ ἀνθρώπου θεῷ γενέσθαι—τὸ δὲ ὑπὲρ νοῦν—τὸ πεσεῖν*—Deum posse fieri, qui homo natus sit, et quidem assidua exercitatione segregandi animi a sensibus mentis conversione intima eaque, quæ paullatim ipsam mentem transgrediatur et cogitandi actionem deleat: illud igitur (vocant autem hanc *junctionem* s. *yoga*) docebant Indorum philosophi. Loquitur carmen *Bhagavad-Gita* VI. 19. 27. quem locum, ut omnia ejus poëmatis, egregie explicavit *Guil. de Humboldt.* in dissert. vernacula super illo carmine in Dissertatt. Acad. Scientt. Berolinens. 1826. p. 33. sqq.

— 17. *πολλὴ γὰρ ἐν ἀνθρώποις ἡ αὐθάδεια—σὺ εἶ θεοῦ παῖς—σὺ δὲ κρείττων καὶ τοῦ οὐρανοῦ.*] Paulus Apost. ad Corinth. I. 8. 1. *ἡ γνῶσις φυσιοῖ.* ad quem locum Valckenaerius in Scholis p. 227.: "Notat hic Paulus sine dubio *Gnosticos*, sive illos, qui semichristiani, *γνωστικῶν*, sive *eruditorum* nomine superbiebant, quique sub prætextu Christianæ libertatis multa patrabant Christi legibus adversa." Hæc vir summus. Inde autem Clemens Alex. in Pædag. I. 6. p. 112. Potter. sumsit *οἱ εἰς γνῶσιν πεφυσιωμένοι, scientia inflati.* Idem ibidem p. 128. sq.: *Ἐμοὶ δὲ καὶ θαυμάζειν ἔπεισιν, ὅπως σφᾶς τελείους τινὲς τολμῶσι καλεῖν καὶ Γνωστικοὺς, ὑπὲρ τῶν Ἀποστόλων φρονοῦντες φυσιούμενοί τε καὶ φρυαττόμενοι.* Cf. Irenæus III. 21. et 15. Theodoretus de iisdem in 1 Timoth. VI. p. 490. ita: *Ἁ σεσίγηκέ, φασιν, ἡ θεία γραφὴ, ταῦτα ὁ Θεὸς ἡμῖν ἀπεκάλυψε.* Iidem Gnostici se solos ipsi *πνευματικοὺς* dictitabant, ut alia omittam, quæ passim de iis conqueruntur ecclesiæ Patres, quando quidem hæc sufficient ad intelligendum, quam bene in hoc fastu et supercilio describendo inter Plotinum atque Apostolum et Ecclesiæ Christianæ primarios Doctores conveniat. Neque igitur crediderim, in his Plotinianis quidquam inesse, quod in ipsos *Christianos* jactum videri possit. Negat etiam Ficinus supra p. 196. sub fin.: in suspenso relinquit *Neander in Allgem. Geschichte der Christ. Relig. und Kirche* I. 2. Lect. IV. p. 668. sq. Neque tamen infitias iverim, nonnulla in hoc libro disputari a Plotino, quæ etiam Christi et Apostolorum decretis adversantur: v. c. quæ supra p. 207. F. G. *πολυθεύτητος* firmandæ caussa posuit, et quæ id genus alia sunt alibi. Cæterum extrema in loco Plotini quod attinet, *Taylor* in annot. ad versionem suam, quo Bentleii fastum comprobaret, ex ejus octavo *Sermon at Boyle's Lectures* illius viri verba apposuit, quorum extrema hæc sunt: "*That the soul of one virtuous and religious man is of greater worth and excellency than the sun and his planets, and all the stars in the world.*" Quæ tamen a superbiæ crimine liberari debeant, si cogites, Bentleium

non fuisse Platonicum, neque proinde solem stellasque animatorum adeoque deorum in numero habuisse. Mox *συνεπηχοῦσιν, accinunt, sie stimmen bei.* Taylor: *vociferate the same things*: proprie de choro, qui præcunti carmen accinit universa voce. Vid. Lex. Xenoph. IV. p. 179. Plutarch. de Audit. p. 44. A. Pseudo-Aristoteles de Mundo 6, 15. p. 246. sq. Kapp.: *Καθάπερ δὲ ἐν χορῷ κορυφαίου κατάρξαντος, συνεπηχεῖ πᾶς ὁ χορὸς ἀνδρῶν ἔσθ' ὅτε καὶ γυναικῶν ἐν διαφόροις φωναῖς ὀξυτέραις καὶ βαρυτέραις μίαν ἁρμονίαν ἐμμελῆ κεραννύντων.* ubi vid. Kapp. Dio Cassius XXXIX. 19. p. 199. Reimar.: *κἀκ τούτου τῶν μὲν ἐξαρχόντων, τῶν δὲ συνεπηχούντων σφισίν.* Cf. eundem p. 834. 1095.

p. 377, 15. *πρὸς τὸ ἑκάστῳ καταθύμιον*] Odyss. X. 392. Iliad. κ'. 383. ubi Apollon. Lex. Homer. p. 388. ed. Toll. explicat *κατὰ ψυχήν.* Zonaras Lex. p. 1160.: *κατὰ νοῦν.* Herodotus V. 39. IX. 45. Ex priore loco Pausanias III. 3. 7. Herodoti sectator, suum *ἀρεστὴν* effinxit, nimirum ex Herodoteo *καταθυμίη*, siquidem verum vidit Berglerus, cujus conjecturam comprobat Wesseling. ad illum locum p. 390. Nemo non videt, in nostrum locum hanc significationem cadere, ut sit *quod est ex animi sententia.*

p. 378, 9. *πρός τινας τῶν φίλων—μένουσι*] Memorabilis locus. Quod Taylor ad h. l. suspicatur tangi Origenem ecclesiæ patrem, qui antea unus e discipulis Plotini fuerit, refragatur temporum ratio. Condiscipulus Plotini fuit Origenes ille Adamantius, nec minus alter Origenes ab illo Christiano Origene probe distinguendus. Vid. quæ ad Porphyrium de Vita Plotini c. 3. et præsertim cap. 14. p. 116. ed. Fabric. posuimus.

p. 379, 4. *Ψυχὴν γὰρ εἰπόντες νεῦσαι κάτω*—in fin. cap.—*ἐπ' ἔσχατα εἰδώλων*] Horum decretorum, maxime a Valentinianis proditorum, fons est in locis Irenæi I. 2. 3. et 4. I. 4. 1. quibuscum locis hæc Plotiniana composuit *Neander* in libro *Genet. Entwickelung der vornehmst. Gnostischen Systeme* p. 211. sq. unde primaria subjiciam: *ψυχὴν κάτω καὶ σοφίαν τινὰ* i. e. *Σοφία* Valentinianorum, Achamoth (Ἀχαμὼθ, Chachimuth), *Ψυχή, Æon Σοφία.* Etenim, Valentinianis docentibus, Achamoth in se inclusa tenebat omnia semina *πνευματικά*, unde deinde inita cum animabus conjunctione, *φύσεις πνευματικαί*, quæ aliunde non penderent, enatæ sint.—*ἐκείνην—ἐλλάμψαι τῷ σκότῳ*—nimirum *Σοφία*, quæ rursus sursum ascenderit in *πλήρωμα—εἴ τ' ἐκεῖθεν εἴδωλον ἐν τῇ ὕλῃ γεγονέναι* (Achamoth tanquam *ἐνθύμησις Σοφίας*)—*εἶτα τοῦ εἰδώλου εἴδωλον πλάσαντες* (*Δημιουργὸν* tanquam imaginem divinæ *Σοφίας Ἐνθυμήσεως*, quæ et ipsa imago est superioris *Σοφίας*)—*ἐνταῦθα—ἀποστάντα τῆς μητρὸς* (nimirum *τὸν Δημιουργὸν*, filium *τῆς Ἐνθυμήσεως*, sed qui hanc ipsam et superioris mundi originem ignoraret:) *ποιήσαντες—ἐπ' ἔσχατα εἰδώλων* (naturæ animatæ, *ψυχικαὶ*, sicut Opifex, *ὁ Δημιουργὸς*, sunt *εἴδωλα ψυχικὰ ἃ ἡ ὕλη φωτισθεῖσα ποιεῖ.* Contra *αἱ φύσεις πνευματικαὶ* sunt *ἀληθιναὶ ψυχαί.* Opifex [sive *ὁ Δημιουργὸς*] constat *ἐξ ὕλης καὶ εἰδώλου* [ex materia et imagine.] Atque ex his intelligitur, cur Plotinus supra cap. 6. his hominibus vitio vertat, *ὅτι γενέσεις καὶ φθορὰς παντελῶς εἰσάγουσι.*

— 13. *οὗ λέγουσιν εἰς ἐπισκότησιν*] Taylor Ficinum secutus: "*For the purpose of rendering what they say obscure.*" Verbum supra usurpatum vidimus de anima, quæ materiæ immersa obscuratur. Vid. I. 8. 4. p. 74. F. ubi vid. annot. Cæterum substantivum rarioris usus est, Zonar. Lex. Gr. p. 804. *Ἐπισκότησις· τὸ ἐπικεῖσθαί τινι. καὶ ἀποτειχίζειν τὸ φῶς.* Quem ibi Tittmannus laudat Demosth. contr. Mid. p. 565. Reisk. in eo non substantivum sed verbum legitur. Extrema verba *ἵνα σφόδρα λοιδορήσηται ὁ τοῦτο γράψας* in contextu omisit Taylor; in subjecta nota negans se scire, quid sibi hoc loco velint verba: "*In order that he who writes this may be more vehemently reprehended.*" Sed Fic. Active accepit: *conviciaretur*, et de uno aliquo Gnostico cogitasse videtur, qui librum conviciorum plenum scripserit. Recte. Quodsi passive accipere liceat, legerim *πράξας* pro *γράψας.* Nemo enim nescit communem hunc fuisse errorem Gnosticorum, ut hujus mundi Opificem despicerent et vituperarent. Verterim itaque: "ut qui hoc egit (mundi condendi negotium) conviciis proscindatur (a Gnosticis)." Sed nolim hariolari, et malim præsidium a libris petere, qui tamen h. l. negant.

p. 381, 10. *μόλις καὶ ἀγαπητῶς*] Plato Lysid. p. 218. C. *Καὶ δὴ καὶ αὐτὸς ἐγὼ πάνυ ἔχαιρον, ὥσπερ θηρευτής τις ἔχων ἀγαπητῶς ὃ ἐθηρεύομην.*

ægre tenens, vixdum bene tenens. Vid. Heindf. ad eum locum p. 40. cf. Ast. ad de Legg. IV. 1. p. 200. et V. 7. p. 251. item Locella et Peerlcamp. ad Xenoph. Ephes. p. 335. Jacobs Additamm. Animadd. in Athen. p. 289. Deinde jungunt scriptores ἀγαπητῶς καὶ μόλις, ut Aristides I. p. 616. (p. 293.) Ælian. H. A. XVI. 12. vid. Schæfer. et Bast. ad Gregor. Corinth. p. 169. sq. Noster igitur locus propterea tenendus, quod inverso ordine formulam usurpavit Plotinus.

p. 382, 13. καὶ τὴν λόξωσιν τῶν ζωδίων] Cf. locum geminum infra V. 8. 7. p. 248. fin. et p. 249.:—ἀλλ' οὗ χάριν ὁ λόγος, ὅτι ἔχεις μὲν σὺ αἰτίαν εἰπεῖν, δι' ἣν ἐν μέσῳ ἡ γῆ, καὶ διὰ τί στρογγύλη, καὶ ὁ λοξὸς διότι ὡδί. Proclus de Sphæra c. 10. λοξὸς δέ ἐστι κύκλος ὁ τῶν ιβ̄ ζωδίων. Synesius in Epigrammate de Astrolabio p. 311. ed. Petav. in Analectt. Grr. p. 449. I. v. 7. habet λοξώσεις de eodem Zodiaco. Vid. Jacobsii Animadvv. in Anthol. Gr. vol. X. p. 294.— Proxime Fic. ita vertit ac si et ἐκταθεῖσα, legerit et ἐξεταθεῖσα, ut in libris MSS. excepto uno et in edit. est. Posterius non expressit Taylor. Sed sequentia docent, verum esse solum ἐξεταθεῖσα, et fortasse, ut assolet, uberius vertit Marsilius. Sub finem ita distinguendum et scribendum duxi: οὐκ ἦν δῆλον, ὅτι, ὅπου ἂν ἔνευσεν (pro ἀνένευσεν). In δῆλον, ὅτι libri fere omnes suffragantur et vid. Ast. Additamm. ad Platon. Phædri Comment. ad calc. Reipubl. p. 635. et Stallbaum. ad Platon. Phileb. p. 102. ibiq. laudd. Argumentum quod attinet, locum hunc attigit *Neander* in libro vernaculo de rationibus Gnosticorum p. 212. sq. ubi dicit his verbis Plotini: εἰ δ' αὐτὴν—ὅπου ἂν ἔνευσεν Valentinianos ex suis principiis respondere potuisse: "Abalienatio sive sejunctio, ab Ente (τοῦ Ὄντος) ipsa procreavit Non—ens (τὸ μὴ Ὄν)." Postremo addit reapse Valentinianos nonnullos docuisse: tenebras ex ipsa natura animæ progenitas esse.

p. 383, 15. καὶ ὡς οὐ λοιδορητέον τοῖς χείροσι τῶν πρώτων] Unde Ficinus illa habeat: *vel inferiores accusare suprema*, nescio. Certe libri nostri nil offerunt. Propterea uncinis inclusimus. Alterum, *vel supremorum subsequentia improbare*, verbis Græcis satis respondet. Malim tamen: *supremis deteriora.* Taylor: "*And from not considering that subordinate beings ought not to revile such as are first.*" De quo ipse viderit.

p. 383, 18. αἳ δὴ πάντα μείλιχα τεύχουσιν αὐτοῖς] Ante oculos habuit Pindari hæc Olymp. I. 48. (30.) Χάρις δ' ἅπερ ἅπαντα τεύχει τὰ μείλιχα θνατοῖς.

p. 384, 9. ταῦτα οὐ τυραννίδος ἕνεκα ἐν τῷ παντὶ ὄντα] Fuerunt enim inter Gnosticos præsertim Ophitæ, qui opificem mundi (τὸν δημιουργὸν), quem Ἰαλδαβαὼθ appellabant, quemque planetarum principem summum dictitabant, superbum et malevolum esse docerent. (Vid. Origen. contra Cels. lib. VI. p. 296. sqq. ed. Spencer. et confer *Gieseler* in *Lehrbuch der Kirchengeschichte* Darmst. u. Bonn. 1824. I. Period. I. Sect. 2. §. 42. p. 125. Sed si proxima comparaveris: ἃ δὲ λέγεται γίνεσθαι παρ' αὐτῶν, σημεῖα νομίζειν τῶν ἐσομένων εἶναι, et si memineris, quæ supra Plotinus disputavit II. 3. in libro, *utrum stellæ agant*, potius de iis hoc loco agi existimes, qui astrorum vim in res actionesque humanas ponebant. (Cf. etiam Origenis Philocaliam, cap. XXIII. p. 75. Spenc.: φέρε δὴ, ἀγωνισώμεθα καὶ περὶ τοῦ τοὺς ἀστέρας μηδαμῶς εἶναι ποιητικοὺς τῶν ἐν ἀνθρώποις, σημαντικοὺς δὲ μόνον. κ. τ. λ.) Erant autem inter Gnosticos, qui astrologiæ, h. e. scientiæ ex astris futura divinandi, dediti essent. Docet epigramma adversus Marcum Gnosticum apud Irenæum advers. Hæres. I. c. 15. Quæ tamen somnia alii Gnostici rejiciebant, in his Bardesanes, qui vehementer impugnabat istam opinionem de vi astrorum in actiones hominum vide ejus disputata apud Euseb. P. Evang. VI. 10. in fine. Cf. *Frid. Münterum* in libro: *Der Stern der Weisen* p. 61. ibiq. laudd. in his Hahnii Bardesanem p. 24.

p. 385, 6. οὐκ ἀκήρατα] Cf. III. 5. 2. et V. 1. 14. ubi est ἀκήρατος νοῦς. Est autem vox Platonica et ad Synesium usque et posteriores frequentata. Vid. Ruhnk. ad Tim. Lex. p. 17. et Krabingeri viri docti mihique amicissimi annot. in Synesium de Regno p. 194. Argumentum hujus universi loci quod attinet, nemo nescit has malas artes jam diu gliscentes Paulum Apostolum Ephesi impugnasse (Act. XIX. 19. τὰ περίεργα. quo de loco vide præter ceteros, Valckenaerii Scholas in N. T. I. p. 564. sq. Mercer. et Schurzfleisch. ad Aristænet. XVIII. p. 711. ed.

Boisson. Gnosticorum autem multos his incantationibus aliisque artibus magicis operam dedisse, loquuntur gemmæ (Abraxas, quamvis non omnia hæc Gnosticis tribuenda) laminæ aliaque amuleta, carmina quoque, quorum reliquiæ servantur. Vide ne plures memorem, Routhii Reliquias Sacras I. p. 57. et p. 65. et *Fr. Münteri* Odas Gnosticas Thebaice et Latine. Havniæ 1822.

p. 386, 1. *ὑποστησάμενοι τὰς νόσους δαιμόνια εἶναι*] Locus memorabilis, et qui a N. T. interpretibus comparandus fuerit: (nisi forte ex tot doctis viris jam fecerit aliquis.) Δαιμόνια autem h. l. accipienda, ut Judæi Hellenistæ et Scriptores sacri accipiunt pro *geniis malis*, a quibus quidquid calamitatum, morborum graviorum hominibus accidebat, repetere solebant Judæi. De quo usu vocabuli vide, ne multos excitem, Schleusneri Nov. Thesaur. Philolog.—crit. in LXX. T. II. p. 48. sq. Wetstenii N. T. Vol. I. p. 279. sq. et L. C. Valckenaerii Scholas in N. T. Vol. I. p. 131. et II. p. 264. Nihil autem mirandum, Gnosticorum eos, qui ad Judæorum doctrinas et instituta pressius se applicabant, ut Valentinus, Heracleon, Marcus, Ptolemæus, Theodotus, Bardesanes horumque sectatores, eos igitur illa quoque placita de vi malorum geniorum in corpora mortalium retinuisse, ac pro fastu suo et summa arrogantia id sibi sumpsisse, ut se horum geniorum superiores dictitarent, et ægrotantibus efficacissimam opem suam pollicerentur.

p. 387, 8. *καὶ πλείστης περιωπῆς ἔχουσα*] Vid. Apollon. Lex. Hom. p. 547. Toll. Zonar. Lex. p. 1534. ibiq. Tittmann. Sed ibi *σκοπιᾷ*, *specula*. In aliam sententiam hujus vocis usum converterat Thucydides IV. 86. videlicet *περισκέψεως*, *προνοίας*, hoc nomine reprehensus a Dionysio Hal. Epist. II. ad Ann. cap. III. Tom. V. p. 793. Reisk. Vid. Wassium ad Thucydidis locum laud. et Krügerum ad Dionysii Hal. Historiographica p. 224. Thucydides plane modo h. l. vocem usurpat Plotinus. Utitur eodem vocabulo Proculus in Platon. Alcib. I. p. 19. p. 21. p. 83. ubi est *περιωπὴ νοερά*. Cf. supra Annotata p. 22. B. et Philostrati Imagg. p. 89. et p. 133. et Jacobs. ad eum locum p. 656. Constructionem loci quod attinet: pro *μεταδιώκουσα* et *ἔχουσα* exspectes *μεταδιῶκον* et *ἔχον* post *εἶδος φιλοσοφίας* in præcedentibus. Sed sexcenties sibi ita indulget Plotinus, ut per enallagen orationis suæ membra jungat. Extrema capitis: *τὰ δ' ἄλλα—ἡμῖν ἂν πρέποι* plane omisit Taylor, caussatus obscuriora hæc esse, quam ut in iis vertendis periclitari velit. Nec nobis fortasse periclitandum sit, sed experiamur tamen. Proxima: *τὰ δ' ἄλλα τῷ τοιούτῳ παραβάλλειν* jungenda sunt cum superiore *καταλείπω*, unde reliqui etiam Infinitivi pendebant, hoc sensu: *Verum hæc alia*, i. e. contraria huic nostræ rationi philosophiæ, *relinquo vobis* (qui Gnosticorum scripta legatis) *comparanda cum* hoc genere (nostro philosophandi). *Sed quidquid ab his aliis* (Gnosticis) *traditur, omnibus in rebus* (usquequaque) *diversissimo modo institutum est. Neque enim quidquam proficias.* (Nihil enim prodest ejusmodi comparatio, cum Gnostici nullo pacto corrigi videantur posse.) *Ita namque de his* (Gnosticis) *loqui nos deceat.* Vides Plotinum, postquam in superioribus dixerat, se lectionem Gnosticorum librorum amicis suis relinquere, quo Platonicam rationem cum Gnostica ratione comparare possint: in extremis dicta sua retractare, quia sibi persuasum sit, nihil profici hac opera in Gnosticorum libris legendis posita. Formulam *οὐδὲν γὰρ ἂν πλέον* sc. *ἦν*, a Platone habet Plotinus. Ille enim in Symposio p. 217. C. p. 456. Bekk. *οὐδὲν γάρ μοι πλέον ἦν*. item Republ. I. p. 341. p. 31. Bekker. *οὐδέν γέ σοι πλέον ἦν*. Vid. Valcken. in Diatr. Euripid. p. 150. Ast. ad Platon. Phædr. p. 386. ad Rempubl. p. 363. Sine *ἦν*, ut Plotinus, Xenoph. Cyrop. V. 5. 34. *τί γὰρ ἐμοὶ πλέον τὸ τὴν γῆν πλατύνεσθαι, αὐτὸν δὲ ἀτιμάζεσθαι. Quid me juvat? quid mihi prodest?*

p. 388, 1. *Ὁ μὲν Ἐπίκουρος τὴν πρόνοιαν ἀνελὼν, τὴν ἡδονὴν—διώκειν παρακελεύεται*] In his germanum se Platonicum præstat Plotinus. Tu vid. Platon. de Legg. X. p. 885. b. et p. 900. sqq. Pythagoreus quoque Hippodamus apud Stobæum in Floril. XLIII. p. 127. ed. Gaisford. in eandem mentem disputat. Pulcre etiam Origenes contra Celsum VI. p. 293. Spenc.: *καὶ ὥσπερ οὐ καθήκει τοῖς τὰ Πλάτωνος φιλοσοφοῦσιν ἀπολογεῖσθαι περὶ Ἐπικούρου καὶ τῶν ἀσεβῶν αὐτοῦ δογμάτων*. Providentiam autem sustulisse voluptatemque commendasse Epicurum vulgo creditum a veteribus. Vid. modo Cic. de N. D.

I. 17. et I. 40.; unde illud Tauri philosophi dicterium in illum ap. A. Gellium IX. 5.: Ἡδονὴ τέλος· πόρνης δόγμα. οὐκ ἔστι πρόνοια· οὐδὲ πόρνης δόγμα. cf. annott. nostr. ad Cic. l. l. p. 181. Pergit Plotinus ὁ δὲ λόγος οὗτος. Ficinus: *Gnosticorum vero sermo.* Ad sententiam recte, non item ad verba. Neque enim nominat Gnosticos noster philosophus. Vid. I. A. Fabric. ad Porphyr. de Vit. Plotini c. 24. et annott. nostr. ad titulum hujus libri Plotiniani.

p. 388, 3. ἔτι νεανικώτερον] Melius h. l. Ficinus, quam Taylor. Ille enim: *insolentius etiam:* hic: *as still more juvenile than this.* Platonica formula. Vid. exempla congesta ab Heindorfio ad Lysid. p. 7. adde Suid. II. p. 603. Zonar. Lex. p. 1392. νεανικώτερον· τολμηρότερον. cf. Hemsterh. ad Aristoph. Plutum vs. 1183. Casaubon. ad Athen. IV. p. 606. sq. ibiq. Schweigh. Valckenaer. Scholl. in N. T. I. p. 335. sq. Locella ad Xenoph. Ephes. p. 326. ed. Peerlk. Matthæi ad Io. Chrysost. Homil. I. p. 40. et Hasius ad Leon. Diacon. p. 240.

— 4. καὶ τὴν ἀρετὴν τὴν ἐκ παντὸς τοῦ χρόνου ἀνευρημένην] Hæc verba Plotini admonent Herodoti I. 8. πάλαι δὲ τὰ καλὰ ἀνθρώποισι ἐξεύρηται, ἐκ τῶν μανθάνειν δεῖ.

— 5. τό, τε σωφρονεῖν τοῦτο ἐν γέλωτι θέμενος —τὴν ἡδονὴν κ. τ. λ.] Hæc ex asse respondent iis, quæ Ecclesiæ Patres de Gnosticis conqueruntur. Clemens Alex. Strom. II. p. 490. Potter.: οἶδα ἐγὼ αἱρέσει τινὶ ἐντυχών· καὶ ὁ ταύτης προϊστάμενος, διὰ τῆς χρήσεως ἔφασκεν τῆς ἡδονῆς ἡδονῇ μάχεσθαι. αὐτομολῶν πρὸς ἡδονὴν διὰ προσποιητοῦ μάχης ὁ γενναῖος οὗτος Γνωστικός· ἔφασκε γὰρ δὴ αὐτὸν καὶ Γνωστικὸν εἶναι κ. τ. λ. Deinde Clemens Aristippi Cyrenæi admonet, sicut Plotinus h. l. Epicuri. Plotini autem discipulus Porphyrius plane consimilia placita institutaque hujuscemodi hominum memorat De Abstinentia I. 40. sqq. p. 69—72. Rhoer. Cf. Clement. l. l. ubi etiam Nicolaitarum hoc decretum castigatur: τὸ δεῖν παραχρῆσθαι τῇ σαρκί. Adde Clement. Strom. III. 1. p. 510. ubi quæ Basilidis sectatores perversa e rationis suæ argumentis repetebant, commemorantur, et cf. Lewaldi Comment. de Doctrina Gnostica p. 55. sq. et *Neandri Allg. Geschichte der Christl. Relig. u. Kirche* I. 2. Sect. IV. p. 658. sq. et p. 776. Nimirum abutebantur hi Gnostici, quos Plotinus, Clemens, Porphyrius notant, effatis Pauli Apostoli Corinth. I. 6, 12. et 8, 9. de ἐξουσίᾳ, seque tanquam πνευματικοὺς voluptatibus flagitiisque, licet penitus se iisdem immergerent, contaminari posse præfracte negabant. Quæ perversitas non solum a Christianæ religionis doctoribus vituperata, verum ab ethnico etiam philosopho Plotino funditus eversa est.— Extrema pag. et p. 214. A. καὶ τὸ οὐ κοινὸν πρὸς ἄλλους ἀνθρώπους justius proinde in Gnosticos dici poterant, quam in Christianos, quibus tamen *odium humani generis* crimini datum et a rerum quoque scriptoribus Romanis memoriæ proditum est. Vid. Taciti Annales XV. 44. Historr. V. 6. Plin. Epist. X. 97. Tertull. Apologet. c. 7. 21. et cf. I. A. Fabricii Bibliograph. Antiquar. p. 756. et Tillemont. Histoire des Empéreurs Romains T. I. p. 297. sqq.

p. 389, 12. ἄνευ δὲ ἀρετῆς ἀληθινῆς θεὸς λεγόμενος ὄνομά ἐστιν.] Locus præstantissimus, et qui nos similium dictorum in N. T. admoneat.

p. 392, 10. Καί τοι εἰ καὶ μισεῖν—ἐπῄει τὴν τοῦ σώματος φύσιν.] Nemo non sentit duriorem esse sententiam, si legas cum Edit. ἐποίει. Et per Itacismum, tot vitiorum parentem, obscurari potuit elegantior lectio ἐπῄει. De hac formula ἔπεισι et ἐπῄει cum Dativo et Infinitivo, de cogitationibus mentem subeuntibus, vid. Tib. Hemsterh. ad Luciani Prometh. Vol. I. p. 26. Valckenaer. ad Eurip. Phœniss. 1378. Wyttenbach. ad Selecta Historr. p. 346. Bast. ad Gregor. Cor. p. 375. et de elliptica formula ἐπῄει αὐτῷ ὅτι Bakium ad Cleomedis Meteor. p. 421.— Proxime ad εἶπε cogitandum est ὅτι. Platonis autem locus primarius est in Phædone p. 65. a. c. 11. p. 15. Wyttenb.: τί δὲ δὴ περὶ αὐτὴν τὴν τῆς φρονήσεως κτῆσιν; πότερον ἐμπόδιον τὸ σῶμα ἢ οὔ, ἐάν τις αὐτὸ ἐν τῇ ζητήσει κοινωνὸν συμπαραλαμβάνῃ; κ. τ. λ. ad quem locum Wyttenbachius nostri loci non est oblitus, nec alterius IV. p. 386. C. ἐμπόδιον γὰρ τοῦτο εἴ τις αὐτῷ ἐν ταῖς σκέψεσι προσχρῷτο, et p. 153. idem vir doctus: " Platonicam vero corporis reprehensionem minus recte interpretantes Gnosticos se ipsos decepisse pronuntiat Plotinus II. 9. p. 215. F. G."

— 14. ψυχὰς ἐν τάξει ἄνευ τῶν σωμάτων] In his (ubi in seqq. pro κατὰ τὸ fortasse legendum est καὶ κατὰ τὸ) tenenda sunt illa ἐν τάξει et κατὰ

τὸ νοητὸν, ne in voce διαστάσεως sinistri aliquid cogites. Alibi enim διάστασις significat degenerem discessum. Proclus in Alcib. pr. p. 57: ὥσπερ οὖν τὸ ἄλλοι τὴν διάστασιν αὐτῶν ἐδήλου καὶ τὴν διεσπαρμένην ζωὴν, οὕτω καὶ τῷ δι' ὅχλου γίνεσθαι τῷ νεανίσκῳ τὴν εἰς αὐτὸν ἀπ' ἐκείνων ἥκουσαν ἐπήρειαν ἐνδείκνυται. Omnino autem διάστασις est nonnunquam *intervallum*, ut ap. Platonem in Tim. Vid. Plutarch. de animorr. generat. in Timæo p. 1020. A. et *dimensio*, (vid. supra p. 101. A. et cf. p. 331, 332. et infra p. 360. B. qui locus omnino cum nostro comparandus. Cf. etiam Aristotel. ap. Stobæum Eclogg. Phys. I. p. 344. ed. Heeren.) nonnunquam *secretio* (divisio) cujus contrarium μίξις, mixtio; Plutarch. de Placc. Philos. I. 30. p. 885. p. 562. sq. Wytt. Ἐμπεδοκλῆς φύσιν μηδὲν εἶναι, μίξιν δὲ τῶν στοιχείων καὶ διάστασιν (mixtionem et divulsionem elementorum). Hermes ap. Stob. Eclogg. I. 52. p. 968. Heer. εἶπε καὶ εὐθέως κοσμικῶς τῆς ἔτι μελαίνης ἑνώσεως διάστασις ἐγένετο, καὶ ἐφάνη μὲν ὁ οὐρανὸς ἄνω. Quo in loco Heeren.: μελαίνης restituit ex cod. A. pro μελένης, sed Ruhnkenius ad Longin. de Sublim. p. 280. Toup. p. 277. Weisk. exhibet: κοσμικῆς τῆς ἔτι γενέσεως διαστ. ἐγεν. Longinus ipse de Subl. IX. 6. p. 30. Weisk. ἀνατροπὴν δὲ ὅλου (Ruhnken. corrigit ἀν. δὲ δι' ὅλου) καὶ διάστασιν τοῦ κόσμου λαβόντος.

p. 393, 6. ὅτι μὴ θέμις φθόνον ἐν τοῖς θεοῖς εἶναι.] Vid. Plato Timæo p. 29. D. Maxime autem hæc e Phædro p. 247. a. φθόνος γὰρ ἔξω χοροῦ θείου ἵσταται, imitatione scriptorum celebrata sunt. Vid. Tib. Hemsterh. ad Lucian. Prometh. §. 18. tom. I. p. 201. Heindorf. ad Phædr. l. l. p. 251. et Wyttenb. ad Eunap. p. 102. sq. qui ibidem alteram formulam, qua usus est Plotinus I. 6. 2. p. 52. A. (ita enim est corrigendum): ἔξω θείου λόγου; cum illa comparavit.

— 11. αἰσχρὰ καὶ καλὰ ὁρᾷν σώματα—ἐπιτηδεύματα—μαθήματα κ. τ. λ.] Ante oculos habet Diotimæ verba in Convivio Platonis p. 210. A. B. p. 442. Bekker.—

— 13. οὐδὲ θεωρίας τοίνυν] Ficinus legisse videtur θεωρίαν, quod placet, ut Platonico loco accommodatius. Namque Plato continuo post ἐπιτηδεύματα ponit τὰς ἐπιστήμας: Plotinus τὰ μαθήματα. Deinde Plato subjicit τινὰ ἐπιστήμην μίαν, quam continuo excipit τὸ καλὸν αὐτὸ καθ' αὑτό: Plotinus: θεωρίας et postremo θεόν. Vides proinde, Singularem θεωρίαν melius respondere τῇ ἐπιστήμῃ μιᾷ Platonis, quam Pluralem.

p. 395, 14. ἀγνοῶν, ὅτι τῷ μὴ φέρειν τὰ ἀναγκαῖα διαφέρει—τῶν λίθων] Nil mutavi in hujusmodi loco, quem ita expediri posse arbitrer: *Nesciens se eo* (*solo*) *differre* (ab altero), *quod* (ipse) *non ferat* (patienter) *necessaria*, *siquidem nec dicit* (præ se fert, sibi arrogat, ut sc. leni ironia utatur hoc verbo Plotinus) *se moleste ferre* (discessum ex illo ædificio) *qui moderate delectatur pulcritudine lapidum.* Nimirum ποιεῖται pro περιποιεῖται (Viger. X. 14. p. 288. ibiq. Hoogev.) et deinde ὁ ἀγαπῶν. Sed tamen hæc ratio durum quid habet. Igitur alia ineunda est, ut vel conjicias πονεῖται pro ποιεῖται, et dicas δυσχεραίνειν e glossemate natum, vel: εἴπερ καὶ μὴ δυσχεραίνων πορεύεται ὁ ἀγαπῶν κ. τ. λ. *Siquidem nec moleste proficiscetur* (discedet ex ædificio) *is qui*, cet.; et certe hoc vel simillimum quid legisse videtur Ficinus. Argumentum quod attinet vide supra libellum *de rationali exitu*, et quæ ibi apposui p. 85.

— 17. ὑπὸ ψυχῆς ἀδελφῆς ἀγαθῆς—τὴν κόσμου ψυχὴν] Juvat apponere quæ *Tholuck.* disputat in libro *Ssufismus* p. 232. sq.: "Non enim prope ab eo (decreto) absunt, quæ habent *Indi* de *Pur-Atma* et *Dschiv-Atma*. Illud apud Indos æquiparatur omniscientiæ divinæ; quietum est et expeditum ab omni mutatione; hoc mundum penetrat, hominem, animalia, plantas vegetas reddens, arctaque necessitudine se adjungit menti et sensibus humanis. Vid. *Ayeen Akbari* vers. *Gladwin.* Lond. 1800. T. VI. p. 389. et *Dow History of Hindostan* 1772. 4. Et quum Ssufi tam studiose inculcent, animam mundi arctissima cognatione ac necessitudine cum numine connexam esse et copulatam, non ineptum foret, ad patres illos ecclesiæ Christianæ redire, quibus persuasum erat, præter Spiritum Sanctum, perperam hanc in rem raptum, aliam esse animam mundanam, licet nullo modo a Deo diversam, cui dispensatio commissa rerum omnium earumque sustentatio. Cujus commenti testimonia congessit doctissimus Moshemius ad Cudworthium p. 688." Idem Tholuckius in annotatione subjecta addit: "Venit mihi hæc scribenti *Plotini*

in mentem, qui animam universalem animæ humanæ *πρεσβυτέραν ἀδελφὴν, sororem natu majorem* appellat. Vid. Cudworth. in System. Intell. p. 700. ed. Mosh." Hæc Tholuck. Animam autem mundi a Deo diversam esse negat etiam Philo Judæus Leg. Allegoriarr. I. p. 172. Pfeiff. *ἡ γὰρ τῶν ὅλων ψυχὴ θεός ἐστι κατ' ἔννοιαν.* Cæterum cf. insuper Cudworth. et Moshem. in sequentibus p. 702. sq. et 714. et inspice hos locos Plotini III. 4. 6. V. 1. 2. p. 483. V. 1. 3. p. 484. et V. 1. 6. p. 487. Ad formulam cf. supra p. 216. E: *ψυχὴ δὲ πᾶσα πατρὸς ἐκείνου.* Vocem *ἀδελφῆς* a Platone mutuatus est, qui de Rep. III. 13. p. 404. A. ita: *Ἆρ' οὖν ἡ βελτίστη γυμναστικὴ ἀδελφή τις ἂν εἴη τῆς ἁπλῆς μουσικῆς, ἣν ὀλίγον πρότερον διῆμεν*; Alios insuper locos scriptorum collegit Ruhnken. ad Tim. Lex. Plat. p. 3. Adde Philon. Legg. Allegorr. II. p. 190. Pfeiff. p. 198: *Ἔστιν ἄλλη δύναμις ἐν ψυχῇ, τούτων ἀδελφὴ, ἡ αἰσθητική.* Platon. Sympos. p. 210. p. 442. Bekk. Ælian. V. H. X. 14.: *ἡ ἀργία ἀδελφὴ τῆς ἐλευθερίας.* cf. X. 18. Nonnunquam commode *similis* vertitur. cf. Koen. ad Gregor. Corinth. p. 269. De usu Adjectivi: *ἀδελφὰ τούτων* sive *τούτοις*, adde Valcken. Scholl. in N. T. II. p. 33.

p. 395, 18. *ἢ ἀδελφοὺς μὲν καὶ τοὺς φαυλοτάτους ἀξιοῦσι προσενέπειν κ. τ. λ.*] Videri hæc possint pertinere ad Christianos; hos enim nemo nescit olim se *fratres* et *sorores* appellasse. Hinc *ἀδελφοὶ* sæpe *Christiani*, Evang. Matth. XXV. 40. Actor. VI. 3. 1 Cor. v. 11. et passim in N. T. et in scriptis patrum ecclesiæ. Vid. Suicer. Thesaur. Ecclesiast. T. I. p. 86. et Vorstii Philol. Sacra c. 3. p. 67. ed. Fischer. Sed tamen cum vox *ἀδελφοὶ* veteribus etiam scriptoribus hac sententia usurpetur, ut *φίλων, amicorum*, et similem vim includat: vid. Pricæum ad Appulei Metam. I. 44. Tom. III. p. 157. ed. Bosschæ, Dorvill. ad Chariton. IV. 3. p. 433. ed. Lips. [p. 384. ed. Amst.] et Sturzii Lex. Xenoph. I. p. 51.) nec improbabile est, hanc appellationem inter Gnosticos etiam mutui amoris significationem habuisse. Extrema autem *στόματι μαινομένῳ* furoris Bacchici epitheton. Vid. modo Clement. Alex. Cohortat. p. 3. supr. et p. 30. med. ed. Potter. et admonet similium formularum, ut *ἀχάλινον, ἀκρατὲς, ἀθύρωπον, ἀπύλωτον στόμα*, itemque *ἀθυροστομίας*. De hoc vide Wyttenb. ad Plutarch. de Educat. puer. p. 132. ed. Oxon. Fortasse etiam Plotinus Platonis locum de Rep. VIII. 13. p. 562. sq. ante oculos habuit.

p. 396, 6. *Ἔστι δὲ τοῦτο, τὸ μὴ κρούειν*] Recepimus lectionem marginis et librorum nostrorum omnium. Et Fic. etiam legit vertens: "Id autem est *e suo gradu non dejici*." Taylor: "*This however, consists* IN BEING FREE FROM IMPULSION:" et respondere illi verbo videtur verbum *πλήττεσθαι* in seqq. Crediderim autem h. l. ad *κρούειν* cogitandum esse *πρύμναν*, i. e. puppim pellere, h. e. paulatim retrocedere *κατ' ὀλίγον ἀναχωρεῖν*, sive navis cursum ita sistere, ut remis eam premas ac paullatim retro agas. (Vid. Thucyd. I. 51. III. 78. V. 17. ibiq. Schol. et interprr.) Quæ significatio deinde per metaphoram traducta est ad eos, qui, impetu in eos facto non resistunt sed paullum recedunt, vel fortasse etiam de iis, qui in contrariam partem se convertunt. Altera tamen locutio consimilis significat *διπλᾶ κρούειν* a re musica desumpta est, si fides Scholiastæ Marciano ad Aristid. T. II. p. 402. Jebb. *τὸ διπλᾶ κρούειν· παροιμία ἐπὶ τῶν ἐπαμφοτεριζόντων ταττομένη. ἐλήφθη δὲ ἐκ τῶν μουσικῶν ὀργάνων, ἃ χορδὰς ἑκατέρωθεν ἔχει κ. τ. λ.* Usurpatur autem de homine, *qui sibi non constat*. Vid. Cognatum et Jacobum Morellium ad Aristidis Leptin. p. 162. sq.

— 9. *ἀρετῇ τὰς πληγὰς ἀπωθοίμεθ' ἄν*] Ad hanc formulam adhibe, quæ Wyttenbach. collegit ad Juliani Orat. I. p. 18. p. 177. sq. ed. Lips.—Proxime Ficinus non expressit *ἢ ὁρωμένοις*. Ego in versione addidi, sicut etiam Taylor fecit. Suspicor tamen plura excidisse post *ὁρωμένοις*, quæ ad reliquos sensus corporis, auditum, olfactum pertinerent. Mox cum Vat. Cod. et Marsilio, quem etiam Taylor secutus est, scripsimus *ἐν θέᾳ* pro *ἔνθεα*. Correctionis necessitatem cognosce ex his, quæ paullo post leguntur: *οὐδὲ εἰ μόνοι λέγοιεν θεωρεῖν δύνασθαι, κ. τ. λ.*

p. 397, 3. *ἔξεστιν οὖν καὶ μὴ φιλοσωματεῖν— καὶ τοῦ θανάτου καταφρονεῖν*] Hæc Platonem auctorem habent. Ita enim ille in Phædone c. 13. p. 68. B. *οὐκοῦν ἱκανόν σοι τεκμήριον, ἔφη, τοῦτο ἀνδρὸς ὃν ἂν ἴδῃς ἀγανακτοῦντα μέλλοντα ἀποθανεῖσθαι, ὅτι οὐκ ἄρ' ἦν φιλόσοφος, ἀλλά τις φιλο-*

σώματος. Aristid. Orat. Platon. p. 312.: *τούς γε ἄλλους φιλοσωμάτους, ἀλλ' οὐ φιλοσόφους καλοίη τις ἂν ἐν τῇ Πλάτωνος φωνῇ.* Plura Wyttenbachius exhibet ad Phædonis locum p. 166—168. Ego alia quædam adjiciam. Philo Judæus Legis Allegorr. I. p. 140. Pfeiff. distinguit inter *τὸν γηγενῆ καὶ φιλοσώματον νοῦν* et *τὸν κατὰ τὴν ἰδέαν γεγονότα.* Hierocles in aur. carmm. Pyth. p. 123. ed. Londin. *καὶ τὴν ἀνθρωπίνην οὐσίαν, ἥτις ἐστὶν εὑρήσεις, οὐδέποτε τὸ σῶμα, οὐδὲ τὰ ἐκτὸς αὐτοῦ εἶναι τιθέμενος, οὐδὲ ὑπεραγωνιῶν τούτων ὥσπερ σαυτοῦ, ἵνα μὴ πρὸς φιλοσωματίαν καὶ φιλοχρηματίαν καθελκυσθῇς.* Porphyr. Epistol. ad Marcell. XXV. p. 44. ed. princ. p. 306. ed. Jo. Conr. Orell. *παραβαίνεται δὲ ὁ μὲν (τῆς φύσεως νόμος) κεναῖς δόξαις ἀγνοηθεὶς ὑπὸ τῶν τῇ ἄγαν φιλοσωματίᾳ προσκειμένων τῷ σώματι.* Ita recte Orell. pro portentoso *ἀγαφιλοσωματίᾳ.* Verbum rarius videtur. Sed tamen habet Pollux Onomast. III. 137. p. 337. Hemsterh. *καὶ τὰ ῥήματα ὀειλιᾶν, ἀποδειλιᾶν, ὀκνεῖν—φιλοψυχεῖν, φιλοσωματεῖν*—et paucis interjectis: *φιλοψυχῶν, φιλοσωματῶν, ὀκνῶν κ. τ. λ.* Proinde in hoc verbo *ψυχῆς* et *σώματος* significatio congruit. De verbo *φιλοψυχεῖν* vid. Gataker. ad Marc. Antonin. VII. 46. p. 222. sq.

LIB. I. ENNEAD. TERTIÆ.

p. 411, 7. ΠΕΡΙ ΕΙΜΑΡΜΕΝΗΣ] Est hic liber tertius numero, ac proinde ex iis unde Plotinus scribendi initium duxit (Porphyr. de vita Plot. c. 4. et c. 24.) Fatum autem astrologicum, quod appellari solet, ab antiquissimis populis in religionibus sancitum fuisse, nemo est, qui ambigere queat. Nam etsi Chaldæorum appellatio apud scriptores post Alexandrum Magnum late patet, dubitari tamen nequit, Babylonios aliasque gentes, qui astra colerent, antiquitus credidisse, res humanas siderum vi contineri et disponi. Philo Jud. de Migratione Abrahami p. 464. Mang. *Χαλδαῖοι τῶν ἄλλων ἀνθρώπων πεπονηκέναι διαφερόντως δοκοῦσιν ἀστρονομίαν καὶ γενεθλιαλογικήν—Οὗτοι τὸν φαινόμενον τοῦτον κόσμον ἐν τοῖς οὖσιν ὑπετύπησαν εἶναι μόνον ἢ θεὸν ὄντα αὐτὸν, ἢ ἐν αὐτῷ θεὸν περιέχοντα τὴν τῶν ὅλων ψυχήν· εἱμαρμένην τε καὶ ἀνάγκην θεοπλαστήσαντες, ἀσεβείας πολλῆς κατέπλασαν τὸν ἀνθρώπινον βίον· ἀναδιδάξαντες, ὡς, δίχα τῶν φαινομένων, οὐδενός ἐστιν οὐδὲν αἴτιον τοπαράπαν, ἀλλ' ἡλίου καὶ σελήνης καὶ τῶν ἄλλων ἀστέρων αἱ περίοδοι τά τε ἀγαθὰ καὶ τὰ ἐναντία ἑκάστῳ τῶν ὄντων ἀπονέμουσι.* In eandem sententiam disputat Sextus Empir. Advers. Matth. V. 2. sqq. p. 338. Fabric. cui ibidem ex Philone l. l. pro *γενεαλογίαν* reddendum est *γενεθλιαλογίαν*, quod miror a Fabricio, qui vitium vidisset, non in ordinem receptum esse. Aliter *de fato* statuendum erat Judæorum philosophis, e quibus Pharisæi (si fides Josepho de Bell. Jud. II. 7.) a Deo et a Fato omnia suspensa faciebant, siquidem ipsi longe remoti erant ab illo astrorum cultu, qualis fuit apud Chaldæos. Sed quid proprie docuerint, longum est quærere, nec hoc loco necesse.—Græcorum philosophi, simulatque de occultis rerum causis anquirere cœperant, bifariam statuisse Cicero prodit. Ita enim ille de Fato c. 17: " Ac mihi quidem videtur, cum duæ sententiæ fuissent veterum philosophorum, una eorum, qui censerent omnia ita fato fieri, ut id fatum vim necessitatis afferret; in qua sententia Democritus, Heraclitus, Empedocles, Aristoteles fuit: altera eorum, quibus viderentur sine ullo fato esse animorum motus voluntarii: Chrysippus, tanquam arbiter honorarius, medium ferire voluisse: sed applicat se ad eos potius, qui necessitate motus animos liberatos volunt:" ubi vide Davisium reliquosque interpretes, quorum animadversiones collectas præstat nostra editio Ciceronis de Divinatione et de Fato, i. e. Francofurtensis ann. 1828. Moseri maxime curis adornata. Heracliti de Fato decreta alibi tractavi in Commentatione, cui titulus: *Philosophorum Veterum loci de Providentia Divina itemque de Fato emendantur, explicantur.* Heidelbergæ 1806. 4to. et in *Dionyso* meo p. 71. sqq. ubi et alia attigi, et quantopere hac in doctrina ab He-

raclito Stoici profecerint. Stoicorum autem et maxime Chrysippi de Fato locos expedire studui in annott. in Ciceron. de Nat. Deorr. I. 15. p. 67. sqq. cf. ibid. Wyttenbachii Scholarum excerpta ad Lib. III. cap. 6. p. 778. sq. Quibus nunc adde doctissimi *Bagueti* disputata *de Chrysippi Vita, doctrina et reliquiis* p. 94. sqq. et p. 218. sqq. Etiam Diodorus Tarsensis scripserat κατὰ ἀστρονόμων καὶ ἀστρολόγων· καὶ εἱμαρμένης teste Suida I. p. 594. Kust. itemque περὶ προνοίας. Vid. Suid. l. l. et cf. Fabricii Biblioth. Gr. IX. p. 278. Harlesii et Lucæ Holstenii Epistoll. p. 95. 100. et 106. ed. Boissonadii hujusque annotatt. Cf. etiam Sallustii libellum de Diis et Mundo c. 9. quod caput inscribitur: περὶ Προνοίας, καὶ Εἱμαρμένης, καὶ Τύχης. Sed de horum decretis philosophorum nonnulla adponentur infra ad aliquot locos hujus libri Plotiniani. Hic nonnihil subjiciam, quæ ad hujus libri argumentum universe pertinere videntur, in quibus maxime exspectabitur indicatio librorum locorumve, unde Pythagoreorum, Platonicorumque atque Peripateticorum de Fato sententiæ cognosci possint. Ac commodum se offert mihi *Tiberii Hemsterhusii* explicatio ex notis MSS. in Iamblichi Protrepticum, quas mecum communicavit vir clarissimus mihique amicissimus *Jacobus Geel*, et quas alio tempore integras, si Deus annuerit, ad Iamblichi librum adhibebo. Ita autem ille ad Iamblichi locum p. 7. infr. ed. Arcerii: " Id enim existimabant Pythagorei, nihil in hoc universo esse immodulatum, sed omnia certis legibus et temperato tenore fieri: quin etiam stellas, quas vulgari nomine errantes appellant, constantes et ratos servare motus, adeoque περιφορὰν ὡσαύτως περιϊοῦσαν, ut docuit Davisius ad Cic. Tuscull. I. 25.—Quæsitum est, hominine voluntas inesset naturæ legibus et ordini obnoxia et obstricta, an vero potius libera et quæ supra fati vim ac necessitatem excellat. Variis animorum dissidiis hæc quæstio inter omnis familiæ philosophos jactata fuit et agitata. Sed vide, ut Pythagorei saltem recentiores duplici inducta, mente hinc se expedire moliantur. Universæ, quæ exstant, res tanquam catenulis innexæ communi quodam vinculo continentur: æqualiter ab utrisque terminis, summo et infimo genus hominum in medio positum distat. Habet itaque et quo ad æterna ac divinam cognitionem attollatur, et quo ad hæc fluxa et terrenum vitæ conditionem deprimatur et vergat. Hæc magno consensu veteriores etiam tradunt, ut alibi dicam: supra vim naturalis legis et ordinis eminet divinior et libera mens, quæ affinitatem cum primo numine conservat, et in qua consummata atque ad Dei similitudinem, qua potest, efficta tota hominum constat beatitudo. Hæc est illa θεοπτικὴ ψυχῆς, ἥτις ἔστιν ἀπὸ τοῦ πρώτου νοητοῦ μετέχουσα καὶ τῆς τοῦ νοητοῦ δυνάμεως: altera, quæ ex æquabili cælorum circuitu derivata in nos descendit, ratis et fixis originis sui legibus obsequitur, utpote quæ φύσιν γενεσιουργὸν adepta sit, adeoque servilis et ordini naturæ subjecta. Hæc ab Ægyptiis opinio dimanavit, ut ostendit Iamblichus de Myster. Sect. VIII. 6, 7. et ad eum Th. Galeus. Ab ejusdem opinionis fonte defluxit Astrologia, quæ nativitatis constituendæ scientiam præcipue profitetur, quod pluribus ostendit Porphyrius περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν apud Stob. Eclog. Physs. p. 203. cf. etiam Manethon in Apotelesmatt. lib. I. et passim. Ipsi quoque inferioris ordinis dæmones, quum in has cæli regiones, quæ immutabili motuum ratione volvuntur, devenerunt, naturæ necessitati obtemperant. Egregium ea de re fragmentum Porphyrii περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας conservavit Philoponus de Mundi creatione IV. 20. Eodem inclinabat Stoicorum sententia, cum res et actiones humanæ vitæ divellebant in τὰ ἐφ' ἡμῖν, καὶ τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. In posteriorum numero cuncti eventus ponebantur, qui ex fatali naturalium motuum lege pendebant: unde illa Epicteti: ἐὰν δὲ πρὸς ταῦτά τις ἐπιχειρῇ ῥέπειν τὸν νοῦν, καὶ πείθειν ἑαυτὸν ἑκόντα δέχεσθαι τὰ ἀναγκαῖα, πάνυ μετρίως καὶ μουσικῶς διαβιώσεται τὸν βίον. Quatenus autem in hominibus dominetur ἡ εἱμαρμένη περιφορὰ, Simplicius ostendit ad Epictet. p. 24. 26. Recte vero τὰ ἀναγκαῖα, quæ naturaliter eveniunt, et κατ' ἀνάγκην apud Nostrum, ex necessariis naturæ legibus (repetuntur): id enim esse necessitatem et ἀνάγκην nonnunquam erudite monuit vir summus, *I. Fr. Gronovius* Observv. II. 2. Idem observat *Gassendus* de Epicuri Physiol. p. 711. Inde est quod Jovem φύσεως ἀνάγκην Euripides appellat Troad. vs. 886. Vid. *Spanhem.* in Callim. H. in Del.

122. et ratos hujus Universi motus *κόσμοιο ἀειδινήτους ἀνάγκας* vetus Epigramma. Apud gentem itaque Pythagoream *δουλεύειν ταῖς τῆς φύσεως ἀνάγκαις* dicitur mens, quum naturam suam immutabilem et sempiternam ingeniti motus auctorem legibus inferioris mundi necessariis submittit, et morigeram constituit; in hac tamen ipsa deterioris vitæ conditione, *τῷ κατὰ νοῦν βίῳ τῶν θεῶν ἐχομένῳ*, qui suæ spontis est, nonnullus est locus; quam si quis viam consectatur, is *τὴν ἀδέσποτον τῆς ψυχῆς ἐξουσίαν* in libertatem asserit, atque, ut eorum verbis utar, *τῶν ἀναγκαίων ἀπολύεται*. Hæc et id genus plura tradit Iamblichus ad Maced. aliique. In eundem intelligenda sunt sensum ista Democriti ap. Stob. Serm. CVI. (nam Demetrio perperam adscribuntur): *ἀλογιστίη, μὴ ξυγχωρέειν ταῖσι κατὰ τὸν βίον ἀνάγκαις*. i. e. *τοῖς δοκοῦσιν ὡς ἔτυχε καὶ ἀτάκτως συμβαίνειν*, quamvis re vera certo consilio temperentur: quam ob rem nemo sanus, expenso ordine rerum et necessitate, *πρὸς τὴν ἀνάγκην ἀγριαίνεται*, ut quæ immotis naturæ limitibus definita sit et circumscripta. Lege venustissimum Hieroclem et cf. Plutarch. T. II. p. 926. sq. Diogen. Laert. IX. 45. et in primis Aristid. Quintil. p. 161. sqq." Hæc Tib. Hemsterhusius. Quæ quantopere ad Platonis Plotinique disputationes faciant, non est, quod operose commonstremus. Platonis autem quæ fuerit de Fato et libero arbitrio sententia maxime cognoscitur ex primariis aliquot locis in libris de Legibus, in Phædro, Phædone et in Timæo, quas maximam partem inclusas reperimus libello, proh dolor truncato, Plutarchi de Fato, T. III. p. 289. sqq. et præsertim p. 309. sqq. ed. Wyttenbach. Hieroclis Philosophi disputata *περὶ προνοίας καὶ εἱμαρμένης καὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν κ. τ. λ.* Photius conservavit in Biblioth. Cod. CCXXIV. CCLI. unde in editionibus exhibita sunt, *Pearsoni* (Londin. 1673.) et Cantabrigiensi, quam Needhamus curavit ann. 1709. Alias super hoc loco disputationes, et ipsius Plotini hanc, collectas reperies in hoc opusculo: " Alexandri Aphrodisiensis, Ammonii Hermiæ filii, Plotini, Bardesanis Syri et Georgii Gemisti Plethonis *De Fato* quæ supersunt Græce &c. recensuit—Jo. *Conr. Orellius*. Insertæ sunt Animadversiones *Jo. Casp. Orellii*. Turici 1824. 8vo." In Plotiniani hujus libri recensione nihil codicum MS. adhibuit *J. Conr. Orellius*, *ὁ μακαρίτης*, nec *Jo. Casp. Orellius*, Vir doctissimus: adjecit ille *Hugonis Grotii* versionem Latinam. Etenim Grotius Latine exhibuit hunc librum Plotini in hoc libello: " *Philosophorum Sententiæ de Fato et de Eo, quod in nostra est potestate*, collectæ partim et de Græco versæ per Hugonem Grotium. Amsterodami ap. Lud. Elzevirium. ann. 1648." E recentioribus Græcis philosophis egit etiam de Fato *Nemesius* Emesenus cap. XXXIV. *περὶ εἱμαρμένης* et c. XXXVI. *περὶ τῆς διὰ τῶν ἄστρων εἱμαρμένης*. Attingit hos Plotini de Fato et de Providentia libros, nec minus Porphyriana et Iamblichea disputata Proclus in libro: " *De Providentia et Fato et eo quod in nobis*," quem a Guil. de Morbeka Latine conversum prior Fabricius in Bibliotheca Gr. evulgaverat: nuper autem emendatiorem edidit in *Procli Operibus Victor Cousin*, vir intelligentissimus, et quidem in Tomo primo. Parisiis 1820. Platonis sententias de Fato et libero arbitrio in compendium redegit Alcinous de Doctrina Platonis cap. XXVI. *τῆς εἱμαρμένης καὶ τοῦ ἐξουσίου πέρι*. Platonis denique et Aristotelis de Fato et libero arbitrio decreta inter se contulit Jacobus Carpentarius in libro rarissimo: " Platonis cum Aristotele in universa philosophia comparatio." Parisiis 1573. 4to. part. II. p. 73—86.

p. 412, 3. *Τάς τε ἐνεργείας ἑκάστων ἀποδιδούς τις—ἀποδιδόναι*] Haud male hujus loci vim expressit Ficinus. Usus autem verbi *ἀποδιδόναι* est Platonicus. Phædr. §. 29. p. 237. C. *ὡς οὖν εἰδότες οὐ διομολογοῦνται ἐν ἀρχῇ τῆς σκέψεως, προελθόντες δὲ τὸ εἰκὸς ἀποδιδόασιν*. exhibent s. faciunt, quod poterat exspectari. Theæt. p. 175. D. *πάλιν αὖ τὰ ἀντίστροφα ἀποδιδόασιν*, simile præbent spectaculum; ubi vid. Heindorf. p. 398. Aristoteles *π. ζώων γενεσ.* I. 18. p. 176. Sylb. *ἀποδιδόασι γὰρ διὰ πολλῶν γενῶν αἱ ὁμοιότητες, οἷον καὶ ἐν Ἤλιδι ἡ τῷ Αἰθίοπι συγγενομένη· οὐ γὰρ ἡ θυγάτηρ ἐγένετο ἀλλ' ὁ ἐκ ταύτης Αἰθίοψ*, ubi est neutrum, similitudines redeunt, revertuntur (sc. quas ab initio exspectabas). In his omnibus tenenda sunt hæc Wyttenbachii ad Juliani Orat. I. p. 57. sq. p. 210. ed. Lips.: " Illud non alienum sit monere hanc, de qua nunc agimus, significationem (nimirum *explicare, re-*

ferre, enarrare) profectam esse a propria vi *reddendi*, qua is, qui institutam orationem absolvit, quasi *debitum audientibus exsolvere* putatur." Subjicit deinde plura exempla, in his Platon. Rep. X. p. 518. A.: ἆρ' οὖν ἀποδώσετέ μοι, ἃ ἐδανείσασθε ἐν τῷ λόγῳ; et Polit. p. 173. G.

p. 412, 7. *οὔτε παρεγκλίσεσι κεναῖς χώραν διδόντα—ἐμπλήκτῳ*] Epicurum tangit noster, et spero hunc locum Plotini in posterum pro classico habitum iri, et adhibitum Ciceronis locis geminis. De Finib. I. 6. 19.: " Deinde ibidem homo acutus (Epicurus) quum illud occurreret: si omnia deorsum e regione ferrentur et, ut dixi, ad lineam, nunquam fore, ut atomus altera alteram possit attingere: itaque attulit *rem commenticiam; declinare dixit atomum perpaullum*, quo nihil posset fieri minus:" in primis de Nat. Deorr. I. 25. p. 110. ed. nostr. et Moseri: " velut Epicurus, cum videret, si atomi ferrentur in locum inferiorem suopte pondere, *nihil fore in nostra potestate, quod esset eorum motus certus et necessarius*, invenit, quo necessitatem effugeret, quod videlicet Democritum fugerat: ait *atomum*, cum pondere et gravitate directo deorsum feratur, *declinare paullulum*." Lucretius II. 288.—" *sed ne mens ipsa necessum Intestinum habeat cunctis in rebus agendis, Et devicta quasi cogatur ferre patique, Id facit exiguum clinamen principiorum Nec ratione loci certa, nec tempore certo.*" Cf. Cic. de Fato cap. 20. ubi *commenticias declinationes* dicit. Plutarchus cur Pythia nunc non redd. oracula carmine p. 398. B. p. 631. sq. Wyttenb.: εἶτα, ἔφην ἐγώ, τύχῃ σοι δοκεῖ καὶ αὐτομάτῳ τῶν τοιούτων ἕκαστον ἐοικέναι, καὶ πιθανόν ἐστι τὰς ἀτόμους ἐξολισθεῖν καὶ διαλυθῆναι καὶ παρεγκλῖναι μήτε πρότερον, μήτε ὕστερον ἀλλὰ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, ἐν ᾧ τῶν ἀναθέντων ἕκαστος, ἢ χεῖρον ἔμελλε πράξειν ἢ βελτίον; καὶ σὲ μὲν Ἐπίκουρος ὠφελεῖ νῦν, ὡς ἔοικεν. ἀφ' ὧν εἶπεν ἢ ἔγραψε πρὸ ἐτῶν τριακοσίων. Verbum παρεγκλίνειν usurpat Plotinus etiam VI. 6. 3. sed ex nostro loco lucramur Substantivum, idque haud dubie proprie in hac re usurpatum ab Epicureis. Cujus substantivi unum duntaxat exemplum ex Galeno et sola medicorum sententia exhibet ipse novus Thesaurus Stephano-Valpyanus. Respondet autem ex asse Plotinianum παρεγκλίσεσι κεναῖς Ciceroniano *commenticias declinationes*.

p. 412, 9. *ὁρμῇ ἐμπλήκτῳ*] *Impetu temerario et qui sine consilio et ratione impellat.* De hujus adjectivi usu monuit Wyttenbach. ad Plutarch. p. 927. et pag. 1033. Cf. etiam doctissimum Baguet. ad Dion. Chrysostom. Orat. VIII. p. 58. sq. Adde Proclum in Platon. Alcib. pr. c. 64. p. 186. ibiq. Annot. nostr. ubi Platonicum esse vocabulum monuimus.

p. 413, 8. *εὕρους εἰς παιδοποιΐαν ἡ γυνὴ, ἐπιτήδειος εἰς τόκους*] Ita scripsi et bonorum librorum auctoritate et Platonis, quem ante oculos habet Plotinus. Ita enim ille de Legg. VI. p. 784. a. p. 474. Bekk.: ἡ δὲ παιδοποιΐα καὶ φυλακὴ τῶν παιδοποιουμένων δεκέτις ἔστω, μὴ πλείω δὲ χρόνον, ὅταν εὔροια ᾖ τῆς γενέσεως. Vulgata lectio ex eadem confusione orta, unde sæpius εὑροεῖν et εὑρεῖν permutantur, observante etiam Boissonadio ad Eunap. p. 140. sq. Hippocrat. Aphorism. II. 9. τὰ σώματα εὔροα ποιέειν, quod Galenus explicat. Vid. Fœsii Œconom. Hippocrat. in voc. εὔρουν, et cf. Lennep. ad Phalarid. Epistoll. XVII. p. 86. sq. Quod autem παιδοποιΐαν singulari numero junxit cum plurali τόκους philosophus noster, res ipsa docet, et Platonis locus confirmat.

— 11. καὶ οὐ κατακούοντος τῶν—ἀνιόντων] Et qui non clare ac penitus percipiat. Auctor Ἐραστῶν in Platonis dialogis p. 133. b. λέγων μέγα τῇ φωνῇ, ἵν' αὐτοῦ κατακούοι τὰ παιδικά. Plato Sophist. p. 248. b. τάχ' οὖν, ὦ Θεαίτητε αὐτῶν τὴν πρὸς ταῦτα ἀπόκρισιν σὺ μὲν οὐ κατακούεις. ubi vid. Heindorf. p. 388. Lucian. Necyomant. 7. Tom. I. p. 465. Amst. Wetst.—ῥῆσίν τινα μακρὰν ἐπιλέγων, ἧς οὐ σφόδρα κατήκουον. ubi solummodo unus liber MS. ἦν habet. Hæc de constructione et significatione apponere volui, in novissimis Lexicis non satis exposita.

— 17. οἱ μὲν ἀρχὰς σωματικὰς θέμενοι, οἷον ἀτόμους] Tangit eosdem philosophos Plato in Sophist. p. 246. sq. 190. Bekkeri, nimirum Leucippum, Democritum, Aristippum. vid. Heindorf. ad eum locum p. 381. cf. Theætet. p. 155. c. Adde Ciceron. de Finib. I. 6. de Nat. Deorr. I. 25. ubi et hunc Plotini locum attigi p. 111. et alios scriptores laudavi. Cf. etiam infra p. 309. B. C.

p. 414, 6. Οἱ δὲ ἐπὶ τὴν τοῦ παντὸς ἀρχὴν ἐλθόντες—καὶ ταύτην οὐ μόνον κινοῦσαν] In com-

mentatione de Fato et Providentia jam monstravi p. 23. (cf. Dionysum p. 77.) *κινεῖν* et *κίνησις* in Fati significatione sæpius usurpari. cf. etiam Procli Instit. Theol. cap. LXXVI. p. 118. ubi hæc adposuimus: Stobæus in Eclogg. I. 14. p. 338. Heer.: *οἱ Στωϊκοὶ τὸ πρῶτον αἴτιον ἀκίνητον ἀπεφήναντο.* Cf. Plutarch. de Placitt. philoss. I. 27. p. 560. Wyttenb. Diog. Laërt. in Zenone VII. 104. Cic. de Finib. II. 10.

p. 414, 12. *ἄλλοι δὲ—τῶν ἄστρων—σχηματισμοῖς—προῤῥήσεως κ.τ.λ.*] Vid. quæ supra posuimus cum ad titulum libri *Utrum stellæ agant*, tum ad hujus ipsius libri inscriptionem, ubi *Fatum astrologicum*, quod dicitur, attigi. Cæterum Conr. Orellius primum ex versione Grotii in ordinem recepit *διὰ τὴν ἐκ τούτων πρόῤῥησιν*, deinde Ficinum legisse putat *καὶ τῇ ἐκ τούτων προῤῥήσει.* Neutrum recte, etiam neutrius lectionis vestigium ullum in codicibus, et a cive suo, Suicero, discere poterat Orellius *πιστοῦσθαι* cum *ἀπὸ* et Genitivo construi, ut in his Jo. Chrysostomi: *ἀπὸ τῶν προφητῶν πιστοῦσθαι τὸν λόγον*, ubi active usurpatur: nostro loco passive. Vid. Thesaur. Ecclesiast. in *πιστόω.*—Philostrat. Vit. Apollonii I. 16. p. 19. Olear.—*καὶ πιστοῦται τὴν μεταβολὴν ἡ ὥρα τοῦ φυτοῦ fidem facit.* cf. G. Jos. Bekkeri Spec. Philostrat. p. 56.

— 17. *καὶ τὸν ἄνωθεν εἱρμὸν*] Cic. de Divinat. I. 55.: "Fatum autem id appello, quod Græci *εἱμαρμένην*, id est, ordinem seriemque causarum, cum causa causæ *nexa* rem ex se gignit." Hinc idem nexus etiam *contagio* vocatur Ciceroni de Fato cap. IV., et *contagium* Lucretio III. 346. Cf. annot. nostr. in Cic. de Nat. Deorr. I. 20. p. 92. adde Plutarch. de Fato IV. p. 570. B. p. 297. Wyttenb. *εἱμαρμένη τε καὶ προσαγορεύεται, ὡς ἂν εἰρομένη τις. θεσμός τε καὶ νόμος ὑπάρχει, τῷ τὰ ἀκόλουθα τοῖς γινομένοις πολιτικῶς ὑποτετάχθαι.* Unde rivulos suos deduxit Jo. Laur. Lydus de Mensibus Romanorr. IV. 7. p. 156.: *Εἱμαρμένη, οἱονεὶ, εἰρομένη, διὰ τὸ τοῦ χρόνου δεῖσθαι καὶ διαστάσεως, ἵνα ὁ εἱρμὸς τῶν ὑποκειμένων σώζηται*: ubi cf. Roetheri annot. Proclus *de Providentia et Fato et eo, quod in nobis* ex vers. Guil. de Morbeka (Procli Opp. ed. Vict. Cousin. I. p. 10.): "Patienti dignum indulgentia, si adspiciens ad rerum humanarum omnimodas tragicas et comicas aliasve connexiones unum residere conditorem et factorem talium colligationum in universo solum æstimasti, et hunc Fatum vocasti, *magis autem εἱρμὸν*, id est, *connexionem funium* ipsum et consequentem generationem conductam Fatum ponens ab aliqua utique necessitate inevitabili talem dramaturgiam, id est operationem dirigi solus putasti, et hunc Providentiam hymnizasti, et solummodo *αὐτεξούσιον*, id est, liberi arbitrii existere et dominam omnium."

p. 415, 3. *Διττοὺς δὲ ἄν τις θέμενος κ.τ.λ.*] Laudat hæc et præcedentia de iisque disputat Cudworth. in Syst. Intellect. p. 3. ed. Mosh., ubi Moshemius in nota, uti assolet, nostrum pariter atque ejus amatorem Cudworthum reprehendit.

p. 416, 14. *ὠθοῦντα ἡμᾶς, ὥσπερ ἄψυχα ζῶα*] Infra cap. 7. p. 233. D.: *τοιαῦτα δὲ ὄντα ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς ὡρμημένα ἡμῖν οὐδὲν καταλείψει ἢ φέρεσθαι ὅπη ἂν ἐκεῖνα ὠθῇ*: ubi vid. annot.

p. 417, 1. *Ἀλλ' ἆρα μία τις ψυχὴ διὰ παντὸς διήκουσα—εἶναι λέγοι;*] Cf. supra cap. 2. et infra cap. 7. Utrobique Heraclitum tangit et Stoicos, qui de Fato placita sua ab eo mutuati erant. Plutarch. de Placitt. Philoss. I. 27. p. 560. Wytt. *Ἡράκλειτος πάντα καθ' εἱμαρμένην, τὴν δὲ αὐτὴν ὑπάρχειν καὶ ἀνάγκην* et cap. 28. p. 560. sq. *Ἡράκλειτος οὐσίαν εἱμαρμένης, λόγον τὸν διὰ τῆς οὐσίας τοῦ παντὸς διήκοντα· αὕτη δέ ἐστι τὸ αἰθέριον σῶμα, σπέρμα τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως.* De eodem Heracliti placito usurpat *σπέρμα διακοσμήσεως* Clemens Alex. Stromat. V. p. 712. Potteri. Cicero de Divinat. I. 55. p. 273. sq. ed. Moser.: "Fatum autem id appello, quod Græci *εἱμαρμένην*, id est ordinem seriemque causarum, *cum causa causæ nexa rem ex se gignit.*" De Stoicorum placito plura exhibet Gataker. ad Marc. Antonin. IV. 21.

p. 418, 10. *Ἀπὸ τούτων γοῦν μαντευόμενοι κ. τ. λ.*] Cf. supra ad II. 3. 14. p. 144. annotata, et ad proxima *ζῶα—φυτὰ—τόπους κ. τ. λ.* confer Hermetis, qui fertur libellum *περὶ βοτανῶν χυλώσεως*, quem nuper Io. Laurentii Lydi Fragmentis de Mensibus Veterum Romanorum ed. Roetheri adjecimus. Alia posuimus in Mythologia, maxime in loco de Ægyptiorum veterum religionibus. Adde Olympiodor. in Platon. Alcib. pr. III. p. 18. *οἱ δὲ πρὸς τὴν τῶν οὐρανίων ἄλογον* (fort. excidit *φύσιν*) *συνάπτοντες ἡμᾶς,*

ἄλογοι· οἱ δὲ πρὸς τὸ τῶν οὐρανίων εἶδος, εἰδικοὶ ἢ εἰδετικοὶ κ. τ. λ. Confer etiam Philonem Judæum similibus argumentis astrorum vim in actiones hominum impugnantem libro I. de Providentia in *Sermonibus tribus* nuper ex versione Armenica editis a J. B. *Aucher*. Venetiis 1822. p. 38. sq.

p. 419, 5. λίθοις φερομένοις—εἶναι, ἀλλ' οὐκ ἀνθρώποις] Fallor, aut Plotino hæc scribenti obversabatur Platonis locus in Hippia majore p. 292. D: ἢ εἴ μοι παρεκάθησο λίθος, καὶ οὕτος μυλίας μήτε ὢτα μήτε ἐγκέφαλον ἔχων. *Lapis molaris* apprime congruit λίθῳ φερομένῳ. Aristides haud dissimiliter in Orat. Plat. in Pericl.: τί εἰ τῷ Περικλέους υἱέε λίθῳ ἐγενέσθην. Hinc in Adagio retulit Erasmus p. 268. De alio proverbio λίθοι καὶ ξύλα plura congessit Frommel. ad Scholiast. Aristidis p. 418. sq. Adscribam locum Philonis Judæi eadem in eadem caussa similitudine utentis in nuper repertis libris de Providentia vers. Armenicæ ed. Aucher. Venet. 1822. ita enim ille Serm. I. p. 36.:—" ita ut se ipsum libero arbitrio privare quis velit, et adversus objurgationes iniquitatum ab ipso patratarum prætextum sibi comparare. *Lapis utique repertus durus*, eam quam in pravitate secum ferebat voluntatem, *haud sui consilii proprii opus dictitans, sed astrorum in cælo circumactorum, quæ qualitates motuum necessario in animis singulis perficiant.*"

— 12. τοῖς γοῦν γονεῦσιν ὅμοιοι] Vid. Ciceron. Tuscull. I. 32. et cf. Wyttenbach. ad Plutarch. de S.N.V. p. 84. p. 408. ed. Oxon. Adde Gregorium Nyssenum de Anima p. 93. B. ed. Paris. ann. 1638. qui hanc Chrysippi sententiam etiam attigit.

p. 420, 3. οἱ ὄρνεις ποιητικοὶ ὧν σημαίνουσιν] Vid. Origenem in Genesin T. I. p. 17. Ed. Ruæi ibiq. Huet. cf. supra II. 3. 3. fin. p. 139. A. ibiq. Annot.

— 11. Καὶ μὴν καὶ γονέων τύχας κ. τ. λ.] Cf. Origenem in Genesin. p. 14. T. I. Ruæi ibiq. Huet.

p. 422, 3. ἀναγιγνώσκειν τὰ μέλλοντα κ. τ. λ.] Ad hæc in marg. Ed. hoc scholion adscriptum est: πῶς λέγει τὰ μέλλοντα δηλοῦσθαι διὰ τῶν ἀστρώων σχηματισμῶν.

—8. λόγους σπερματικοὺς] Confer annot. nostr. ad p. 230. F. sive ad capitis quarti initium, ubi Heraclitum ejusque sectatores Stoicos hac in re vocibus σπέρμα τῆς γενέσεως, σπ. τ. διακοσμήσεως et *gignere* uti monstravimus. Adde quod h. l. infra sub finem capitis usurpat Plotinus τῆς ὁρμῆς—γεννωμένης, et cap. seq. initio: οὐ γινομένης καὶ αὐτῆς ὥσπερ τὰ ἄλλα ἐκ σπερμάτων. His ipsis refellitur conjectura Orelliana: πραγματικούς.

—12. εἱλημμένων—εἵληπται] Confer ex cap. 9. πάντων δὲ ληφθέντων τῶν αἰτίων. Utroque loco est: *causis comprehensis*, et ita sæpius λαμβάνειν de fato. Eadem sententia Herodotus usurpat θεὸς λαμβάνει τινὰ I. 31. 108. IV. 79.—ne forte quis conjiciat εἱλημένον: omnibus causis *arcte conclusis* et quasi *constrictis*, a verbo εἱλέω, quod alias nec ipsum abest a fati significatione. Vid. Dionysum meum p. 76. ubi de confusione εἱλημμένον et εἱλημένος plura exempla attuli.

— 16. ὅπη ἂν ἐκεῖνα ὠθῇ] Cf. supra cap. 3. ὠθοῦντα ἡμᾶς ὥσπερ ἄψυχα ζῶα et legito hæc Platonis in Cratylo, ubi ipsius Heracliti mentio fit p. 401. D: ὅσοι δ' αὖ ὠσίαν, σχεδόν τι αὖ οὗτοι καθ' Ἡράκλειτον ἂν ἡγοῖντο τὰ ὄντα ἰέναι τε πάντα καὶ μένειν οὐδέν· τὸ οὖν αἴτιον καὶ τὸ (ita Cod. Darmst. et Bekker.) ἀρχηγὸν αὐτῶν εἶναι τὸ ὠθοῦν, ὅθεν δὴ καλῶς ἔχειν αὐτὸ Ὠσίαν ὠνομάσθαι.

p. 423, 2. τοιοῦτόν τε τὸ ἡμέτερον ἔσται κ. τ. λ. —Τοῦτο δὲ καὶ πάντες ὁρῶντες] Videtur Stoicis obloqui Plotinus. Vid. Cic. de Nat. Deorr. II. 22. ubi p. 293. ed. nostræ et Mos. conferri voluimus Plutarchum de Stoicorum Repugn. p. 1050. sq. p. 279. sqq. ed. Wyttenb. Tene autem hæc verba Tullii: " Sic natura mundi omnes motus habet voluntarios, conatusque, et appetitiones, quas ὁρμὰς Græci vocant."

— 5. αἱ πυρὸς ὁρμαὶ] Ignis impetus, nostro in loco ad naturæ conversionem pertinent ipsumque adeo Jovem ex Stoicorum decretis, omnia in se convertentem. Formula autem νὴ Δία ponitur h. l. pro καὶ δὲ, καί γε δή, *atque adeo*, habetque hanc potestatem, ut in pluribus nominibus aut verbis ultimo præposita hujus vim intendat, docente Wyttenbachio ad Plutarchi Morall. p. 506. Hoc loco autem pœnultimo membro præpositum videmus.

— 9. Τίς οὖν ἄλλη αἰτία κ. τ. λ.] Disputat de his Tiedemannus *de Causis philosophiæ contemplativæ* III. p. 360. neque tamen credit, impe-

ditissimum philosophiæ nodum a Plotino expeditum esse.

p. 425, 17. *ὅταν μόνοι ὦμεν*] Hæc solitudinis moralis doctrina a Pythagoreis manavit. Vid. Eustath. in Odyss. XIII. 33. p. 653. ed. Basil. Quam in rem plura congessi in Symbolica et Mytholog. III. p. 575. sq. et alibi. Nunc loci gemini admonebo ex his ipsis Enneadibus. Tu itaque confer V. 1. 6. ubi (p. 486. sq.) et alia et hæc: *θεὸν αὐτὸν ἐπικαλεσαμένοις—τῇ ψυχῇ ἐκτείνασιν ἑαυτοὺς εἰς εὐχὴν πρὸς ἐκεῖνον εὔχεσθαι τὸν τρόπον τοῦτον δυναμένους μόνους πρὸς μόνον.*

p. 426, 2. *καθ' ὅσον ἂν ἀναπνεύσωσι—τὰ καλὰ πράττειν*] Admonent hæc precum Orphicarum ap. Proclum in Platonis Timæum V. p. 330. (in Fragg. Orph. XLV. p. 499. Herm.) Ita enim ille de vita beata agens: *Ἧς καὶ οἱ παρ' Ὀρφεῖ τῷ Διονύσῳ καὶ τῇ Κόρῃ τελούμενοι τυχεῖν εὔχονται· κύκλου τ' ἂν λῆξαι καὶ ἀναπνεῦσαι κακότητος.* Clausula versus Homerica est. Vid. Iliad. XI. 382. De orbe necessitatis, *κύκλῳ ἀνάγκης* cf. Platonis Remp. lib. X. p. 620. sq. et quos plures laudavi in Commentatt. Herodoteis I. p. 325.

LIB. II.

P. 453, 7. ΠΕΡΙ ΠΡΟΝΟΙΑΣ ΠΡΩΤΟΣ.] Sunt hi libri de Providentia inter extremos Plotini, utpote quadragesimus septimus et quadragesimus octavus. Vid. Porphyr. d. Vit. Plot. c. 6. et 24. p. 103. et p. 142. Fabric. Judicium de iis facit Casp. Barth. Adversarr. lib. LIII. c. 13. p. 2513. dicens: "Aureolos libellos Plotini usque adeo veritati propinqui philosophi, ut et Hæreticos nonnullos refutaverit, de Providentia scriptos:" ibidemque alios scriptores enumerat, qui idem argumentum tractarunt. Quibus ego hic nonnulla adjiciam, cum quæ in Commentatiuncula, inscripta: *Philosophorum veterum loci de Providentia*, &c. attigeram, tum quæ alia huc pertinentia in schedis posui. Ac primum quod Favorinus ap. Diog. Laërt. III. 24. Platonem dicit omnium primum *Προνοίας θεοῦ* vocabulum usurpasse, jam ab Euripide hoc factum esse docet Davisius ad Cic. de N. D. II. 31. fin. Providentiam autem in dubium vocabat vel prorsus negatum ibat nascens philosophia Græcorum Argumento sunt, quæ Antiphon sophista docuerat, Providentiam tollere non veritus (Suid. in *ἀδέητος*. I. p. 49. Kust. Origen. contra Cels. IV. p. 179. Spenc. cf. Ruhkenii Diss. de Antiphonte in Opuscc. p. 252.) Istiusmodi placita Socratici impugnabant, inprimis Plato, cujus et alii sunt loci de Providentia (vid. Plutarch. de Fato p. 573. p. 308. sqq. Wyttenbach.) et primarii de Legibus X. p. 885. b. et præsertim p. 900. sqq. (p. 208. sqq. Bekkeri). Aristoteles de his dubitanter tantummodo pronuntiare videtur nonnullis, etsi hæc ipsius verba Eth. Nicom. X. 9. *Εἰ γάρ τις ἐπιμέλεια τῶν ἀνθρωπίνων ὑπὸ θεῶν γίνεται, ὥσπερ δοκεῖ κ.τ.λ.* Andronicus Rhodius, vel fortasse potius Heliodorus Prusensis in eorum librorum paraphrasi in meliorem partem accipi vult (vid. *Sainte-Croix Examen Critique des Historiens d'Alexandre le Grand* p. 524. not. 1.) A multis certe labefactatam esse curam deorum circa res humanas arguit etiam Hippodami Pythagorei dictum apud Stobæum in Florilegio T. XLIII. p. 250. Vol. II. p. 127. Gaisford. Huc etiam pertinent Hieroclis disputata cum in aurea carmm. Pythagoreorr. p. 105. sqq. ed. Lond. tum in libello *de Providentia et Fato.* Nulli vero acrius impugnabant deorum Providentiam, quam Epicurus ejusque sectatores. Jam supra attigimus illa Tauri philosophi ap. Gellium IX. 5. quo Epicurum tangit: *οὐκ ἔστι πρόνοια· οὐδὲ πόρνης δόγμα.* Quorum philosophorum etiam illud frequentatur plurimorum mentione scriptorum (Diog. Laërt. X. §. 139. cf. Cic. de Nat. Deorr. I. 17. ibiq. Davis.) *τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει, οὐδὲ ἄλλῳ παρέχει.* Quam in sententiam accipias illud quoque in Epigrammate Philodemi Epicurei: *εὖδειν ἀθανάτους.* (Anthol. Græc. T. II. nr. XXXII. p. 144. Brunck. p. 79. Jacobs. et Rosinus in Herculanenss. Volumm. T. I. §. 6. p. 6.) Epicuri autem ratio maxime patefit his dictis, quæ servavit Lactantius de Ira Dei c. XIII. p. 1063. sq. ed. Bunemanni: "Deus, inquit (Epicurus), aut vult tollere mala, et non potest; aut potest, et non vult; aut neque vult, neque potest; aut et vult et potest. Si vult, et non potest, imbecillis est, quod in Deum non cadit; si potest, et non vult, invidus, quod æque alienum a Deo; si neque vult, neque potest, et invidus et imbecillis est, ideoque nec Deus; si et vult et potest, quod solum Deo convenit;—unde ergo sunt mala? aut

cur illa non tollit?" Stoicorum contra principes, quorum passim de Providentia libri laudantur (ut Chrysippi: Diog. Laërt. VII. 138.) utrum Fato ipsos Deos mancipatos voluerint, an Providentiam Fato exemtam, non est, quod h. l. anquiramus. Hanc posteriorem sententiam Stoicis vindicare studuit Justus Lipsius in Physiolog. Stoic. I. 11. 12. aliis contra tendentibus. Recentiorum Stoicorum Arriani, Senecæ aliorum placita cognoscas partim ex Stobæi Eclogg. Vol. I. p. 70. 132. Heer. partim ex ipsorum scriptis, quæ supersunt, ut Arriani Dissertt. Vol. I. p. 86. 426. ed. Schweigh. Plutarchus Epicureorum adversarius, neque magis Stoicorum usquequaque fautor, triplicem Providentiam posuit in libris de Fato c. IX. p. 572. sq. p. 307. sqq. Wyttenb. Qui Epicureorum placita convellere studebant, iis applicuit se etiam Ælianus Prænestinus, qui illud potissimum egit, ut providentiæ divinæ documenta ex universa historia in unum collecta exhiberet. Arguunt fragmenta a Suida potissimum servata. (Cf. Perizonium in præfatione Æliani Fragmm. præmissa T. II. p. 316. ed. C. G. Kühnii) Platonici deinceps philosophi hac quoque in causa magistri sui vestigia legerunt ad extremos usque. Plurimi autem et ante Plotinum et post eundem hanc doctrinam vel sejunctis libris de Providentia et de Fato, vel in aliis certe copiose illustrare studuerunt. Sic, ut hoc utar, Theodoretus in Therapeut. VI. p. 868. Schulzii hanc Attici Platonici sententiam dilaudat: *ὥστε ἕτοιμόν τι χρῆμα πρὸς ἀδικίαν ἡ τῆς προνοίας ἀπόγνωσις.* Nec minus diligenter Iamblichus hunc locum tractasse putandus est. Procli etiam supersunt aliquot disputationes, cum *de Providentia et Fato et Eo quod in nobis*, tum *Decem Dubitationes circa Providentiam*, nec minus *De Malorum Subsistentia*, barbara illæ quidem interpretatione Guilielmi de Morbeka in Latinum sermonem conversæ. Quibus in libellis Plotini nostri passim mentio injicitur. Ac primum c. 1. (p. 9. ed. Vict. Cousin. in Procli Operib. Paris. 1820. Vol. I.) "Quæris autem (Theodore) millesies dicta quidem et neque requiem habitura unquam secundum meam opinionem, es quod anima provocetur ad id quod circa ipsam consistit negotium, cum dederit jam multas directiones, et ab illis *Plotinicis et Iamblichicis* elaborata et ante nos a divino *Platone* scripta, et si non grave dicere, et ante hunc a Theologis præconisata, maniaco ore dicentibus, qualia solus demonstrationibus Plato explicuit." Item cap. IV. p. 13. "Iis igitur tribus problematibus necessariis entibus et ab antiquis bene discussis, hoc quidem *Iamblichus* in iis, quæ de Providentia et Fato mille accessibus elaboravit, hoc autem omnes Platonis amatores duplicem divulgantes animam, hoc autem in multis quidem locis *Plotinus* in multis autem et *Porphyrius* speculationem et speculativam virtutem distinguentes: omnia autem *Plato* assequi potentibus." cap. X. p. 25:— "Recte et *Plotino* dicente, quod passiones omnes aut sensus sunt aut non sine sensu." Denique c. XLIII. p. 64:—"Et magis perseveranter agonizantes ad ipsum *Plotinum* illum, *Iamblichum*, æquivocum tibi (nimirum Theodorum Asinæum vid. Fabric. ad h. l.). Nuper etiam hæc Providentiæ divinæ doctrina aucta est libris aliquot Philonis Judæi. Vide *Philonis Judæi Sermones tres hactenus Inediti I. et II. de Providentia, et III. de Animalibus. Ex Armenica versione nunc primum in Latinum fideliter translati per P. Jo. Bapt. Aucher*, Ancyranum, Venetiis, 1822. 4to." Ecclesiæ quoque Christianæ Doctores hujus loci de Providentia vim et gravitatem reputantes certatim in eo illustrando elaborasse, non est, quod pluribus exponam. Exstant enim Theodoreti de Providentia disputationes decem, tres disertissimi Jo. Chrysostomi ad Stagirium, itemque tres Nemesii Emeseni de Natura Hominis, nimirum capita XLII. XLIII. et XLIV. Atque eam causam, in Ecclesia Christiana per manus quasi traditam, suos patronos nactam esse usque ad Byzantini Imperii interitum, exemplum præstant Theodorus Metochita et Gennadius, quorum ille sermone turgido et inflato hominum in judicanda Providentia levitatem inconstantiamque notavit cap. LXVI. p. 405—412. ed. Mülleri et Kiesslingii, Gennadius autem, Scholarius Constantinopolitanus, seculo etiam decimo quinto quinque dissertationibus hanc doctrinam explanavit. Quarum primam *περὶ τῆς θείας προνοίας καὶ προορισμοῦ* nuper primus evulgavit doctissimus B. Thorlacius Havniæ Danorum anno 1825. Ejus libelli quo indoles cognoscatur, apponam ex fine hæc paucula. Ita

enim Gennadius p. 22 :—" *τοιούτων πλήρεις αἱ ἱεραὶ ἱστορίαι· καὶ οἱ πολύθεοι δὲ τοιαῦτα ἱστοροῦσι πολλὰ, εἰ καὶ περὶ τὰ αἴτια αὐτῶν καὶ τοὺς τρόπους πεπλάνηνται, θεότητα μέν τινα καὶ αὐτοὶ αἰτιώμενοι τῶν τοιούτων, καὶ πρόνοιαν καὶ ἀνάγκην. διανέμοντες δὲ τὴν θεότητα, οὐκ εὐσεβῶς, τοῖς τοῦ μόνου θεοῦ ποιήμασι πρὸς τὸ αἰτιῶδες αὐτῶν ἐξαπατημένοι τὴν δὲ πρόνοιαν ἢ οὐ πάντων ἢ οὐκ ὀρθῶς λέγοντες, τὴν δὲ ἀνάγκην ἱδρύοντες ἔνθα οὐ χρὴ, σὺν οὐδεμίᾳ λόγων ἀνάγκῃ, καὶ ὃ μεῖζόν ἐστιν, οὐδ' οὔτε σφισὶν αὐτοῖς ἕκαστοι, οὔτε ἀλλήλοις ὁμόλογον ἀξιοῦντες.* Hæc hactenus. Excerpsit autem hujus libri insigniora, et suo more ad Kantianæ philosophiæ regulam exegit *Tennemannus* in Historia Philosophiæ Germanice scripta Vol. VI. p. 149. sqq. Anglice vertit *Taylor* in libro, qui inscribitur: *Five Books of Plotinus*, Lond. 1794. p. 113. sqq.

p. 453, 9. Τὸ *μὲν τῷ αὐτομάτῳ κ. τ. λ.*] Hæc ita introducit *Theodoretus* Therapeut. VI. p. 868. Schulz.: *καὶ Πλωτῖνος δὲ περιφανὴς* [*δὲ*] *καὶ οὗτος ἐν φιλοσόφοις* [*ξυγγράμμασι*] *τόδε τὸ προοίμιον τοῖς περὶ προνοίας ἐντέθεικε λόγοις.* Deinde addit et temporum subductis rationibus monstrare studet: Plotinum hæc ex sacris N. T. libris pariter esse mutuatum atque antea Plato profecerit ex scriptis Hebræorum. Hæc non moramur. Cf. Sancto-Crucium nota proxima a me laudatum. Hic apponamus locum simillimum Philonis Judæi Legg. Allegorr. III. p. 93. Mang. p. 260. Pfeiff: *λέγεται γοῦν παρὰ πολλοῖς, ὅτι τὰ ἐν τῷ κόσμῳ πάντα φέρεται χωρὶς ἡγεμόνος ἀπαυτοματίζοντα, τέχνας δὲ καὶ ἐπιτηδεύματα καὶ νόμους καὶ ἔθη καὶ πολιτικὰ καὶ ἴδια καὶ κοινὰ δίκαια πρός τε ἀνθρώπους καὶ πρὸς τὰ ἄλογα ζῶα, ἔθετο μόνος ὁ ἀνθρώπινος νοῦς. ἀλλ' ὁρᾷς, ὦ ψυχὴ, τῶν δόξων τὸ παράλογον. ἡ μὲν γὰρ τὸν ἐπὶ μέρους τὸν γεννητὸν καὶ θνητὸν ἀπολιποῦσα, τὸν τῶν ὅλων καὶ ἀγέννητον καὶ ἄφθαρτον ἐπιγράφεται ὄντως, ἡ δὲ πάλιν θεὸν ἀποδοκιμάζουσα, τὸν μηδ' αὐτῷ βοηθῆσαι ἱκανὸν νοῦν σύμμαχον ἐπισπᾶται πλημμελῶς.* Quod h. l. Mangeius mavult *ἀπαυτοματισθέντα*, non necesse est; quod in Suida hæc: *ἀπαυτοματισθεῖσα, οὐκ ἀφ' ἑαυτῆς τελειωθεῖσα* mutata vult: *οὐκ ἀφ' αἰτίας* non magis necesse, Suidæ lectionem firmant Lexicon. Rhetor. Bekkeri p. 419. et Zonaras p. 258. Lege in glossa: *οὐκ ἀπαυτοματισθεῖσα*, Cf. Tittmann. p. 259. not. 31.—Pejus autem idem Mangeius de Mundi Opificio p. 36. (p. 102. Pfeiff.) dedit *ἵνα ἐπαυτοματίσῃ τὰς θέσεις*, pro *ἀπαυτοματίσῃ*, ut libri editi et Cod. A. exhibent. Idem in sequentibus pro *τὸ παράλογον* conjecit *τὸ διάφορον*. Lenius erat: *τὸ παραλλάσσον* vel *τὸ παραλλάττον*, quod idem est atque *τὸ διάφορον*. Recte autem, ni fallor, proxime conjicit *δέοντος* pro *ὄντως*. Cæterum quod idem vir Epicureos et Sadducæos a Philone illis verbis notari suspicatur, Epicureos etiam Plotinus h. l. tangere putandus est. De Sadducæorum placitis huc pertinentibus consule Josephum in Antiquitt. Judaicc. XIII. 5. 9. et de Bello Jud. II. 8. 2. Plotinus autem sequentibus verbis: *τοῖς δὲ ὡς ὑπὸ κακοῦ δημιουργοῦ ἐστι γεγενημένος*, Gnosticos reprehendit, ut supra vidimus in libro *adversus Gnosticos*, II. 9.

p. 454, 13. *τὸ κατὰ νοῦν αὐτὸν εἶναι*] Hic *τῷ —αὐτῷ* legi jubet Wyttenb. ad Platon. Phædon. p. 257. qui hunc Platonis locum a Plotino significari arbitratur. Locus autem Platonis est in Phædone p. 97. Part. II. Vol. III. p. 86. Bekkeri. De argumento disputant Moshemius ad Cudworth. Syst. Intell. p. 219. et Brucker. in Hist. Crit. Philos. II. p. 420. qui quidem ita: " Celeberrimum dogma in Schola Alexandrina ex studio conciliandi Platonem et Aristotelem enatum, cum is mundum esse genitum diceret, hic æternum sine generatione mundum assereret. Quos ut in concordiam redigerent, ab utriusque opinione discesserunt, et generationem quandam mundi æternam asseruerunt, mundi ortum *κατ' αἰτίαν*, ab eo qui est *κατὰ χρόνον* distinguentes. Qua in re Ammonium reliquis viam monstrasse Plotini locus satis ostendit, ex quo discimus hoc dogma in Schola Alexandrina Plotini ætate jam receptum fuisse Plotini postea vestigia pressere sequaces, Porphyrius (de Antro Nymph. p. 131.), Iamblichus (de Myster. Ægypt. p. 159. VIII. 3.), Proclus (in Plat. Tim.), aliique, quorum hac de re philosophemata exponit Zacharias Mitylenæus (de Opificio Mundi p. 209.). Postulabat vero systema emanativum ejusmodi generationem æternam, cum ex summo rerum omnium fonte simplicissimo derivanda sint omnia: in hoc enim systemate nihil voluntarium; sed cuncta ex essentiæ necessitate fluunt, unde non potuit mundi architectus libera voluntate ad ornandam materiam accedens admitti, licet id placuisset

Platoni. Negandum etiam id forte non est, ad eludenda Epicureorum tela contra mundi originem in tempore Platonicam, hanc quoque distinctionem adhibuisse Alexandrinos philosophos Platonicos." Hæc Brucker. Tu confer Proclum in Timæum p. 85. et Procli Inst. Theol. c. 48. p. 78. sqq, et quos ibi laudavimus, Plotinum p. 96. sqq. p. 553. sq. Proclum in Theol. Platon. II. 11. p. 107. III. 1. p. 126. sq. III. 16. p. 147. Dionys. Areop. qui fertur, de Divinn. nominibb. V. 4. p. 690. cum Scholiis Maximi p. 705. sq. et Stobæum in Eclogg. I. 22. p. 438. sqq. Heer. Ad sequentia cf. Tennemanni Histor. Philosoph. VI. p. 100. sq. qui insuper contulit Enn. V. libr. I. c. 4. Comparat autem cum hoc de providentia placito simile placitum Basilidis Gnostici (ap. Clem. Alex. Strom. IV. p. 509.) *Neander* in *Allgem. Gesch. der Christ. Religion und Kirche*, I. 2. p. 688.

p. 455, 13. Τὸ δὲ *πολυπραγμονεῖν οὐκ ἀσφαλὲς*] Placitum Platonis, Stoicorum aliorumque sapientum, quorum dicta breviter attingit Ez. *Spanhem.* in *Preuves des Remarques sur les Césars de Julien*, p. 40. Tu Cf. Platon. Gorgiam, p. 566. c. et Heindorf. ad eum locum p. 273.

p. 457, 1. Οὕτω δὴ καὶ ἐξ ἑνὸς νοῦ καὶ τοῦ κ. τ. λ.] Laudat Theodoretus Therapeut. L. VI. p. 868. Schulzii hæc *οὕτω δὴ—διέστη*, addens: *ταῦτα καὶ οὗτος ἐκ τῶν ἱερῶν λογίων σεσύληκεν.*

p. 458, 6. *ὅλον γάρ τι ἐποίησε*] Citat Theodoretus l. l. p. 869. usque ad p. sq. B. *φύσις.* Laudat etiam et tractat in System. Intellect. *Cudworthus* p. 1178. sq. quem vide *Tennemannus* autem in Hist. Philos. VI. p. 149. in his, quæ hoc et superiore capite ponit Plotinus, luculenta vestigia inesse dicit Theodiceæ Leibnitzianæ, Theodoretus autem, ut illuc revertar," hæc Plotinum a Davide (Psalm. XVIII. 2.) surripuisse dicit.

p. 459, 6. *δαιμόνων δῆμοι*] Similiter Arnobius; *plebs numinum:* Marcianus Capella: *heroum populus:* quibus cum locis nostrum comparat Ez. Spanhem. *Preuves des Remarques sur les Césars de Julien*, p. 35.

— 16. *καὶ τὰ μὲν τοῦ εἶναι—δοκεῖ μόνον*] Hæc item sextæ suæ Disputationi Therapeut. p. 870. sq. inseruit Theodoretus usque ad fin. capit.—*καὶ τὸ αὐτοῦ ἔχειν.* Hæc extrema ita expressit interpres Theodoreti:—" et digiti, opinor, aliud est, digito esse, et ea habere, quæ illius sunt." Ad quæ verba *Acciaiolus* monet: *Esse digito* significat " digiti substantiam." *Sylburgius* alias lectiones secutus (vid. Var. Lect.) addit p. 196: " Græca ita magis ad verbum sonant: *Digito autem aliud puta* sc. requirendum; *videlicet esse digitum, et quod suum est*, s. quod sibi convenit, *habere.*" Legit igitur *αὐτοῦ* pro *αὐτοῦ*. Nec aliter Ficinus. Quos secuti sumus. *Taylor* ita: *while another purpose is desired in the finger, which can, I think, be no other than that it remains a finger, and performs its peculiar office.*"

p. 460, 3. Πῦρ δὲ—*μὴ θαυμάσῃς*] Rursus hæc habet Theodoretus p. 871. In proximis: *καὶ ἦλθε (τὸ πῦρ) εἰς τὸ εἶναι ὑπ' ἄλλου φθορᾶς*, Heracliteum sectari videtur placitum, quo omnia elementa ex igne orirentur ac perpetuis conversionibus in ignem denuo perirent. Vid. primarium Heraclitifragmentum ap. Clem. Alex. Strom. V. p. 712. *πυρὸς τροπαὶ, πρῶτον θάλασσα· θαλάσσης δὲ τὸ μὲν ἥμισυ γῆ, τὸ δὲ ἥμισυ πρηστήρ. Δυνάμει γὰρ λέγει (Ἡράκλειτος) ὅτι πῦρ ὑπὸ τοῦ διοικοῦντος λόγου καὶ θεοῦ τὰ σύμπαντα* (Lege: *ὑπὸ τοῦ διοικοῦντος τὰ σύμπαντα λόγου καὶ θεοῦ*) *δι' ἀέρος τρέπεται εἰς ὑγρὸν, τὸ ὡς* (Leg. deleto commate: *εἰς ὑγρὸν ὡς τὸ*) *σπέρμα τῆς διακοσμήσεως ὃ καλεῖ θάλασσαν· ἐκ δὲ τούτου αὖθις γίγνεται γῆ καὶ οὐρανὸς, καὶ τὰ ἐμπεριεχόμενα. Ὅπως δὲ πάλιν ἀναλαμβάνεται καὶ ἐκπυροῦται, σαφῶς διὰ τούτων δηλοῖ· Θάλασσα διαχέεται καὶ μετρέεται εἰς τὸν αὐτὸν λόγον ὁκοῖος πρῶτον ἦν, ἢ γενέσθαι γῆ. Ὁμοίως καὶ περὶ τῶν ἄλλων στοιχείων τὰ αὐτά.* Has mundi vicissitudines et hanc conflagrationem, *ἐκπύρωσιν*, ab Heraclito mutuati sunt Stoici. Cf. Commentat. meam de *Providentia et de Fato* p. 26. ibiq. laudd. Marcum Antonin. III. 3. cum *Gatakeri* annott. Diog. Laërt. IX. 8. *Mureti* Scholia in Senecæ Epist. 9. et *Sturz.* ad Empedoclem p. 274. [Add. *Iac. Thomasii* Exercitationem de Exustione Mundi Stoica, præmissam ejusd. Dissertationibus ad Philosophiæ Stoicæ Historiam. Lips. 1682. 4to.]

p. 461, 2. *Ἀνθρώπων—εἰς ἀλλήλους ἀδικίαι—ἔφεσιν τοῦ ἀγαθοῦ κ. τ. λ.*] Democritea quodammodo sententia. Ita enim ille ap. Stob. in Eclogg. II. 9: *Ἀνθρώπινα κακὰ ἐξ ἀγαθῶν φύεται, ἐπήν τις τἀγαθὰ μὴ ἐπίστηται ποδηγετεύειν, μηδὲ ὀχέειν εὐπόρως.* Sallustius de Diis et Mundo

cap. XII. *ὅτι μὲν οὖν οὐδὲν ἐν τῷ κόσμῳ φύσει κακὸν, ἐκ τούτων ἐστὶν ἰδεῖν. Περὶ δὲ τὰς τῶν ἀνθρώπων ἐνεργείας καὶ τούτων οὐ πάντων, οὐδὲ ἀεὶ φαίνεται τὰ κακά. Ταῦτα δὲ, εἰ μὲν δι' αὐτὸ τὸ κακὸν ἡμάρτανον ἄνθρωποι, αὐτὴ ἂν ἦν ἡ φύσις κακή—ὁ δὲ ἐχθρὸν κακῶς ποιῶν, τὸ μὲν κακῶς ποιῆσαι, κακὸν, τὸ δὲ τὸν ἐχθρὸν ἀμύνασθαι, ἀγαθὸν, καὶ πάντα οὕτως ἁμαρτάνει ψυχὴ, καὶ δι' ἀγαθότητα γίνεται τὰ κακὰ (ὥσπερ διὰ τὸ φῶς μὴ εἶναι γίνεται σκότος φύσει μὴ ὄν), Ἁμαρτάνει μὲν οὖν ψυχὴ, ὅτι ἐφίεται ἀγαθοῦ, πλανᾶται δὲ περὶ τὸ ἀγαθὸν, ὅτι μὴ πρώτη ἐστὶν οὐσία.* Quæ a Plotino desumpta esse nemo est quin videat, et commode Plotini hunc locum in annot. in Sallustium h. l. adposuit Holstenius, insuper laudans Dionys. Areop., qui fertur, de Divinn. Nomm. cap. IV. et Proclum in Platonis Tim. p. 115. sq. unde extrema tantummodo adscribam: *ᾧ καὶ δῆλον, ὅτι πᾶν τὸ κακὸν κατὰ προυπόστασίν ἐστι, καὶ τοῦτο δὲ ὅμως ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ χρωννύμενον ὑφέστηκεν, ὥστε πάντα ἀγαθὰ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ βούλησιν, καὶ οὐδὲν ἔρημον ἀγαθοῦ κατὰ δύναμιν, εἰ καὶ ὁπωσοῦν ἐστι τὸ κακόν. Οὐ γὰρ ἦν, γενέσεως οὔσης, μὴ καὶ τοῦτο παρυφιστάναι, ἀναγκαῖον ὂν πρὸς τὴν τελειότητα τῶν ὅλων.* Vid. Holstenii et Orellii notas in Sallust. l. l. p. 152—154. ed. Jo. Conr. Orellii.

p. 461, 15. *πολλὰ δὲ ὑπ' ἄλλων πάσχει κ. τ. λ.*] Habet Theodoret. Therapeut. VI. p. 871. sq. usque ad verba seq. capitis: *εἰς συμπλήρωσιν τοῦ ὅλου.*

p. 462, 15. *Πενίαι δὲ καὶ νόσοι τοῖς μὲν ἀγαθοῖς οὐδὲν,*] Hæc et sequentia, ad mentem Platonis de Republica disputata, admonent Theognidis Gnom. vs. 526 (518 Brunck.)

ἡ πενίη δὲ κακῷ σύμφορος ἀνδρὶ φέρειν.

Ceterum ad hunc Plotini nostri locum *Proclus in suis commentariis in has Enneadas* mentionem fecerat Epicteti illius. Hic enim servus Epaphroditi qui Neronis in intimis (Arriani Diss. Epictett. I. 1. Suidas I. p. 817. Kust. Just. Lips. ad Tacit. Ann. XV. 55. et paupertatem et morbum reliquaque pertulerat, quæ servitus dura et acerba habet. Illorum autem Procli commentariorum mentio exstat in libris Arriani MSS. tum Parisinis, tum Vaticanis. Vid. Schweigh. ad Arriani Epictet. l. l. p. 21. Vaticani autem Codices, quorum notitiam debemus Hieronymo Amatio, nr. 328. et 1374. ita habent: *ἐκ τῶν τοῦ φιλοσόφου Πρόκλου εἰς Πλωτῖνον ὑπομνημάτων· Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην κ. τ. λ.* Sequitur epigramma, quod hodie legitur in Anthologia Græca edita Tom. IV. p. 238. Jacobsii.—Quod reliquum est, *Tiedemannus* in libro: *Geist der speculativen Philosophie*, Vol. III. p. 329. sq. ex his tribus capitibus 3. 4. 5. inconstantiæ culpam in Plotinum convertere studet. De quo ipse viderit. Ceterum ad argumentum adhibe infra III. 3. 16. p. 384. a Nostro disputata.

p. 463, 8. *Ἡ δὲ κακία*] Habet Theodoretus Therapeut. VI. p. 872. sq. usque ad verba *ἔλλειψιν τοῦ ἀγαθοῦ τεθέον.*

— 11. *πονηρίας ὁδοῖς*] Admonet hæc formula Psalm. CXIX. 1. 9. 101. *ἐκ πάσης ὁδοῦ πονηρᾶς ἐκώλυσα τοὺς πόδας μου,* et Epistol. Jacob. V. 8. *ἐκ πλάνης ὁδοῦ αὐτοῦ,* et similium per sacra monumenta. Sed nec in ceteris scriptoribus exempla desunt, ubi *ὁδὸς agendi modum, rationem, instituta, mores designat.* De quo usu præceperunt viri docti, Abresch. Æschyl. II. 108. Kuster. ad Aristoph. Equitt. 1012. Brunck. ad Sophocl. Œdip. Tyrann. 311. Nec aliter Latini Cicero Paradox. V. 1. *vivendi via.* Cf. Liv. II. 24. Consule etiam Alberti ad Hesych. I. p. 1252. Schleusneri Lex. N. T. in *ὁδὸς* et Valckenarii Scholl. in N. T. I. p. 446. Adde Gennadii Scholarii de Providentia libellum p. 11. ed. prc. Thorlacii:—*οὔτε ὡρισμένον τί ἐστιν ἐν τῇ τῆς κακίας ὁδῷ.* Hujus formulæ colorem reddendum censui versioni Latinæ, ita tamen, ut Ficinianam juxta positam relinquerem.

— 13. *Καὶ οὐ γέγονε τὰ κακὰ διὰ ταῦτα κ. τ. λ.*] Cf. Synesii Epist. 57. p. 192. Petavii:—*ἀλλὰ κἀκεῖνα μάλιστα τὸ διὰ κακῶν ἐπινοηθέντων πρὸς τινῶν ἀγαθόν τι καὶ χρηστὸν τέλος ἀποτελεῖν, καὶ ὠφελίμως τοῖς δοκοῦσι φαύλοις χρῆσθαι.* Ad quæ Petavius in notis p. 51. infr. et p. 52. supr. et Plotini locum ex Theodoreto et Augustinum de Civ. Dei adhibuit. Quod autem boni defectum dicit malum Plotinus, illud consequens est sententiæ, *malorum non esse ideas.* Qua de re ita Syrianus in Aristotelis Metaphys. II. 3. sqq. fol. 6. ed. Venet. 1558: " Dicimus quidem turpium et imperfectorum et malorum non esse ideas. Nam per recessum hæc in ultimis naturæ subsistunt, eo scilicet, quod particularis anima imbecillis sit, quia non superat subjectum infini-

tatem." Ubi idem Plotinum Iamblichumque laudat. Alios autem Platonicos aliter sensisse arguit hic locus Procli in Platonis Parmen. L. III. p. 63. ed. Cousin. Paris.: *ἐὰν γὰρ οὕτω λέγωμεν, οὔτε τῶν κακῶν ἰδέας εἰσοίσομεν, ὥς τινες τῶν Πλατωνικῶν κ. τ. λ.* Alia contuli ad Plotini librum de Pulcrit. p. 172—175. sq. Theodoreto l. l. Hoeschelius hæc altera Augustini ex Commentario in Evang. Joannis adhibuit: "Bene utens bonus malis et faciens bona de malis ad faciendos bonos ex malis et discernendos bonos a malis." Ad Plotini autem sententiam de Mali natura prope satis accedit Gennadius Constantinopolitanus de Providentia p. 11. ed. princ. Thorlacii: *Ἀλλ' εἰ δεῖ τἀληθὲς εἰπεῖν, οὔτε ἐστί τι ἡ κακία, ἀλλὰ στέρησις ἀρετῆς μόνον.* Omnino hic scriptor tacite mutuatus esse videtur nonnulla a Plotino nostro.

p. 464. l. 4. *Διὸ οὔτε ἀπολέσθαι τὰ κακά.*] Attigit Platonis sententiam in Theæteto p. 176. p. 247. Bekkeri; quam supra protuli ad I. 8. 6. p. 75. G. qui locus omnino cum nostro comparandus est, et quæ ad eum posui. Proxime sequentia: *τὸ δὲ παρ' ἀξίαν ὅταν ἀγαθοὶ κακὰ ἔχωσι, φαῦλοι δὲ τὰ ἐναντία κ. τ. λ.* hæc igitur quod attinet: in hoc argumento præsertim diligenter elaboravit Philo Judæus Sermon. II. de Providentia ad Alexandrum. Ita enim ille incipit ap. Eusebium in P. E. VIII. 14. p. 386: *πρόνοιαν εἶναι λέγεις ἐν τοσαύτῃ τῶν πραγμάτων ταραχῇ καὶ συγχύσει; τί γὰρ τῶν κατὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον διατέτακται; τί μὲν οὖν οὐκ ἀταξίας γέμει καὶ φθορᾶς; ἢ μόνος ἀγνοεῖς, ὅτι τοῖς μὲν κακίστοις καὶ πονηροτάτοις ἐπικωμάζει τὰ ἀγαθὰ, πλοῦτος, εὐδοξία, τιμαὶ παρὰ τοῖς πλήθεσιν, ἡγεμονία, πάλιν ὑγεία, εὐαισθησία, κάλλος, ἰσχὺς ἀπόλαυσις ἡδονῶν ἀκώλυτος διά τε παρασκευῶν περιουσίαν καὶ διὰ τὴν εἰρηνικωτάτην σώματος εὐμοιρίαν; οἱ δὲ φρονήσεως καὶ ἀρετῆς ἁπάσης ἐρασταί τε καὶ ἀσκηταὶ πάντες εἰσὶν, ὀλίγου δέω φάναι, πένητες, ἀφανεῖς, ἄδοξοι, ταπεινοί.*—Quæ deinde uberius persequitur scriptor eloquentissimus, non habet Eusebius: habet autem integra nuper edita versio Armenica p. 46. sqq. unde intelligimus Philonem hæc copiose pertractasse, et appositis exemplis Polycratis, Dionysiorum, et ex altera parte Zenonis Eleatæ, Anaxarchi, aliorum illustrasse.

p. 465. 6. *ἀλλὰ καὶ τὰ μέρη ὀρθῶς ἔχει—καὶ μάλιστα ὅταν ἔμψυχα*] Scripsi *ἐν δέοντι αὐτῶν* (pro *αὐτῷ*) cum aliquot libris et Ficino, vel propter proxime sequentia. Sententia autem: *καὶ τὴν πρόνοιαν—φθάνειν* pendet item ab antecedente *ὀρθῶς ἔχει* neque debebat Ficinus interponere *probabile est.* Memorantur enim hoc loco dubitationes et monstratur, quid deceat providentiam, si hoc nomine digna esse velit. Cæterum hanc Providentiæ, se per cuncta porrigentis, et vel minima, sed singula tamen diverso modo, curantis, rationem copiosius explicare studet Gennadius de Providentia p. 4. sqq. ita disputans: *ἡ γὰρ πρόνοια τῆς ἀθιαλείπτου κινήσεως τοῦ παντὸς τούτου καὶ τῶν αὐτοῦ μερῶν ὧν ἐκ τῆς τοιᾶσδε κινήσεως αὐτὰ γίνεταί τε ὁπωσοῦν καὶ ζῇ, καὶ τῆς αὐτῶν γενέσεως καὶ ζωῆς ἐστι πρόνοια ἑκάστοις ἀμερίστως συνδιανεμομένη γνώσεως ὑπερβολῇ καὶ δυνάμεως, ἅτε τῆς ὑπεραγάθου θελήσεως ἀκάματον ἀπὸ τῶν ὑψηλοτέρων μέχρι καὶ τῶν ἐσχάτων τὸν ἑαυτῆς δρόμον ἐξανυούσης, ἐν ἑκάστῃ χρόνου ῥοπῇ ὅς ἐστι τὸ ὑπὸ πάντων ἅμα μετέχεσθαι κατὰ τὴν ἀπ' αὐτῆς ἑκάστῳ διδομένην τοῦ μετέχειν ἰσχύν, μετὰ τῆς ἐν τῷ παντὶ πάντων εὐαρμοστίας. Ἰδιώτερον μὲν τοίνυν τῶν ἀτόμων προμηθεῖται ἐκείνων ἅπερ ἀμέσως εἰς αὐτὸν τάττονται, καὶ ἀμέσως αὐτοῦ ποτε δύνανται ἀπολαύειν, οἷα δὴ τῆς λογικῆς ἄτομα φύσεως. καὶ διὰ τοῦτο ποῦ μὲν τῶν λογίων ἐστὶν ἱερῶν τὸ, χωρὶς τοῦ θείου θελήματος μηδὲ στρούθιον τῇ παγίδι ἐμπίπτειν, ποῦ δὲ τὸ, μηδὲν τῷ θεῷ τῶν βοῶν μέλειν, πάνυ ἀληθεύοντος ἑκατέρου.—Τοιαῦτα τῷ θεῷ περὶ αὐτῶν (τῶν θηρίων) μέλει ἐπέκεινα δὲ οὐδὲν ὅτι μηδὲν* (fort. *μηδὲ*) *ἐπέκεινα τῆς ἐνταῦθα ζωῆς τοῖς τοιούτοις τέλος ἐστίν.*——*Τὸ δὲ τῶν ἀνθρώπων πρᾶγμα οὐχ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις γενητοῖς καὶ φθαρτοῖς ἔχει ἀλλὰ συγκεῖται μὲν ἐκ θνητοῦ καὶ ἀθανάτου τὴν ἀρχὴν ἄνθρωπος κ. τ. λ.*

— 12. *Πρῶτον τοίνυν—εἰ μηδὲν τούτου ἐλλείπει*] Habet hæc Theodoretus l. l. p. 873. *Ληπτέον* omnes libri nostri. Contra Theodoreti omnes *λεκτέον*. Cave corrigas. Habet enim Platonicam auctoritatem et potius Theodoreti contextus e nostro emendandus est. Ita enim in Phædro p. 246. d. *τὴν δ' αἰτίαν τῆς τῶν πτερῶν ἀποβολῆς, δι' ἣν ψυχῆς ἀποῤῥεῖ, λάβωμεν*, ubi vid. *Heindorf.* p. 250. Alibi dicit *λόγῳ λαμβάνειν* pro *cogitare, recordari*, ut de Legg. I. 10. ubi vid. *Astii* Animadvv. p. 58. Alibi etiam *λαμβάνειν νῷ, διανοίᾳ.* Sed tamen sæpius etiam sine ejusmodi substan-

tivis, ut in Philebo p. 17 : *ἐπειδὰν λάβῃς τὰ διαστήματα—ὅσα συστήματα γέγονεν·* ubi consule *Stallbaum.* p. 35. Adde interprett. ad Thucyd. III. 20, *Wesseling.* ad Diodor. XVII. 82. p. 224. ubi *ἐλάμβανον οἱ Μακεδόνες* est *conjiciebant* s. *arbitrabantur.* Ego nec in his Longini de Sublim. IX. 7. hæreo : *πλὴν εἰ μὴ κατ' ἀλληγορίαν λαμβάνοιτο,* uti *Weiskius* fecit, ceteroqui recte explicans *intelligi, explicari.* Poterat simplicius *accipere.* Ex asse respondet nostrum : *im allegorischen Sinne* NEHMEN, vel *annehmen.* Etiam in aliquot locis, quos attigimus, congruit Germanicum *nehmen* v. *annehmen.* Atque quod h. l. *ἀλληγορίας* vocabulum in mentem mihi revocat, non alienum sit hic apponere. Nimirum quod *Ruhnkenium* secutus alibi (in Symbolica I. p. 69. ed. alter.) *ὑπονοίας* vocem antiquam, *ἀλληγορίας* recentiorem dixeram : illud adhibeat fortasse quispiam ad refellendam conjecturam Hieron. Amatii, qui illa *de Sublimitate* fragmenta Dionysio Halicarnassensi tribuenda esse censuerat. Quam sententiam nunc quidem hac de usu vocis *ἀλληγορίας* observatione confutari posse non credo ; quando haud ambigua vestigia commonstrant, antiquiores etiam scriptores hac potestate *ἀλληγορίας* voce usos esse, quæ v. c. Plato de Rep. II. p. 378. p. 96. Bekk. *ὑπονοία* utitur. Adde quod Fr. Aug. Wolfius in libro qui inscribitur Literarische Analecten II. p. 526. contra Ruhnkenium (ad Tim. Lex. Plat. p. 200.) monuit *ἀλληγορίας* vocabulum bis jam apud Ciceronem legi : vid. Orator. 27. et ad Att. II. 20. Quæ adhibenda etiam Wyttenbachii Animadversioni in Plutarch. De aud. poëtis p. 208 ; qui tamen et ipse priorem Tullii locum laudavit. Alia tela restant, quibus illa doctissimi Amatii opinio configi queat, in his illud, quod Dionysius Halicarnasseus plane diversa ratione de Theopompo rerum scriptore indicat, atque is facit, qui egregium hunc *περὶ ὕψους* libellum conscripsit. Sed de his fortasse alias.

p. 466, 2. *ἀλλ' ἐκεῖνο ἀποδεδέχθαι τοῦ ποιητοῦ —τῇ ὕλῃ*] Præstantissimus locus et qui cum verbis tum sententia germanum Platonis sectatorem arguat. Ita enim ille in Phædone p. 92. a. *οὐ γάρ που ἀποδέξῃ σαυτοῦ λέγοντος* i. e. *probabis te ipsum dicentem : a te ipso dicente accipies* explicante Wyttenbachio in Annot. p. 242. Euthyphron. c. 11 : *οὕτως ἡμῖν τε αὐτῶν ἀποδεχώμεθα καὶ τῶν ἄλλων, ἐὰν μόνον φῇ τίς τι ἔχειν οὕτω.* ubi vid. Stallbaum. p. 62. Adde Schleusneri Lex. N. T. in voc. Argumentum quod attinet, conjunctum est hoc cum doctrina Platonis intervalli, quo idea distat a materia, quæ doctrina pariter complectitur mundi hujus opificium, quam artificum opera. Tu vid. Rempubl. X. p. 471. Bekk. Timæum p. 28. p. 23. Bekk. Aristotelis Poetic. II. 1. Hinc illa judicanda Plinii H. N. XXXIV. 19. p. 654. Harduin. de Clearcho artifice : " *nobiles viros nobiliores fecit,*" et similia.

— 15. *τὸ κόσμου εἶναι καὶ ἐπιμελεῖσθαι κ. τ. λ.*] Pertinet hoc ad doctrinam Platonis animarum novellarum (*νεοτελῶν*), quæ *οἰκονομίας τῆς τῶν ὅλων ἕνεκα* in corpora mittuntur. Vid. Remp. X. p. 518. Phædon. p. 386. sq. 398. A. Celsum apud Origenem. lib. VIII. p. 780. D. et quæ hac de re exposuit Wyttenbach. ad Plutarch. de S. N. V. p. 113. ed. Oxon. min.

p. 467, 19. *θεοὶ, καὶ οὐρανὸς πᾶς κύκλῳ*] De circulari sede diis attributa vid. Ezech. Spanhem. *Preuves des Remarques sur les Césars de Julien* p. 19. ubi nostrum locum adhibet hic vir doctus. Proxime : *τὸ δὲ κεῖται ἄνθρωπος* cogita *τίμιον* ex præcedentibus, hoc sensu ; " *sed istud venerandum, tanquam homo, jacet in medio* cet."

p. 468, 16. *ἄρνας—λύκων ἁρπαγὰς εἶναι.*] Fortasse Adagia obversabantur hæc scribenti Plotino, ut illud apud Diogenian. VII. 63 : *πρὶν καὶ λύκος ὄϊν ποιμάνῃ,* vel illud : *ἐκ λύκου στόματος,* vel *θρέψαι λύκους* ap. Erasmum in Adagiis p. 293. et p. 390. Proximis verbis *δίκη τὸ λύκοις εἶναι καὶ κακοδαίμοσιν ἀνθρώποις* utrum vulgi fabulam de *λυκανθρώποις* (vid. Herodot. IV. 105. Plinii H. N. VIII. 34. coll. 22.) tetigerit, an simpliciter, sed graviter, hominum rapacium mores designare voluerit philosophus, non definierim. Hoc simplicius videtur. Et Nemesius de Natura Hominis c. II. p. 115. ed. Matthæi, Platonicam metempsychosin explicans ita scribit : *εἰπόντος γὰρ Πλάτωνος τὰς μὲν θυμικὰς καὶ ὀργίλους καὶ ἁρπακτικὰς ψυχὰς λύκων καὶ λεόντων σώματα ἀμφιέννυσθαι.*

p. 469, 8. *Νῦν δὲ οἱ μὲν ἄοπλοι κ. τ. λ. εἴη θεῖον*] Laudat Theodoretus Therap. VI. p. 873. 874.

— 10. *Σώζεσθαι — φησὶ δεῖν ὁ νόμος ἀνδριζομένους*] Hoc verbum extremum usurpat aliquoties noster Philosophus VI. 8. 5. p. 738, qui locus cum nostro conferendus. Solonis legem ignavis pœnas irrogantem ex oratoribus, Æschine contra Ctesiph. p. 79. et Demosthene in Timocrat. p. 461. exhibuit Petitus de Legibus Att. p. 665. sq. ubi add. Wesseling. Alia ex hoc argumento leguntur apud Aristotelem in Ethic. Nicom. III. 6. ubi consulendus Giphanius et III. 8. Adde Proclum in Plat. Alc. pr. p. 337. et Olympiodor. in eund. p. 117. sq. p. 120. sq.

p. 470, 8. *Οὐ γὰρ δὴ οὕτω τὴν πρόνοιαν εἶναι δεῖ, ὥστε μηδὲν ἡμᾶς εἶναι*] Tractat hoc argumentum etiam Gennadius nuper edito libello de Providentia p. 18. sq.: *Δῆλον δὲ καὶ ὅτι τούτων οὕτως ἐχόντων οὐδὲν πρὸς τοῦ* (leg. *τὸ*) *ἐλέσθαι τὸ βέλτιον ὠφελεῖ ὁ θεῖος προορισμὸς τοὺς προῃρημένους, εἰ μὴ ὅσον προώριστο τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει κοινῶς τὸ δεῖν κατὰ λόγον καὶ νόμον βιοῦν, καὶ οὕτω βιοῦντας θεοφιλεῖς εἶναι, τοιούτους δὲ ὄντας ἄμεινον ζήσεσθαι ἐν τῷ μέλλοντι.—ἑκόντες ἄρα αἱροῦνται ἀμφότεροι ὅποτε αἱροῦνται.—εἰ δέ τινες τῶν ἐνθέων χωρίζοντες τὰ ἐφ' ἡμῖν προγινώσκειν λέγουσι τὸν θεὸν οὐ προορίζειν, τὸ ἐπαναγκάζειν βούλονται λέγειν—ὡς ὁ θεῖος προορισμὸς οὐκ ἀναγκάζει τὸ αὐτεξούσιον, ὡς μηδὲ τοιοῦτο λοιπὸν εἴη.* Hæc paucula satis monstrant, quantopere hæc Gennadii disputata pertineant ad hujus loci Plotiniani argumentum.

— 16. *οὐ θεμιτὸν εὐχὴν ποιουμένων*] Theodoret. p. 874. rursus profert verba *τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ποιουμένων*, ubi extrema interpres ita vertit: " Malos vero ut salvare alii suo periculo velint, cum rogant, fas non est" Pressius ad verbum ita vertas: " Qui vero mali evaserunt, eos postulare, ut alii ipsorum servatores existant, seque negligant, fas non est, tametsi (*mali*) vota suscipiant." Aliter accepit locum Ficinus. Sed proxima arguunt hanc esse sententiam Plotini.

p. 471, 5. *ὅπως αὐτοῖς εἶεν ἐπιμελούμενοι*] " Meditantes qua ratione ipsis id adsit :" scil. *Bonum*, quod vel sequentia arguunt: *ἐάν τις ἀγαθὸς παρ' αὐτοῦ φύηται.*

— 12. *ἀλλὰ μετέχον—καὶ σοφίας, καὶ νοῦ*] Brucker. in Hist. Crit. Philos. II. p. 423. inconstantiæ culpam ex hoc loco in Plotinum convertere studet dicens: " Ast supra dixerat, fieri hæc omnia naturæ necessitate." Tu vide philosophi nostri libellum de virtutibus I. 2. et quæ ibi passim apposuimus p. 11. sqq. Adde primarium locum II. 3. 9. p. 141. sq. ubi de anima a fato libera idem noster disputat.

— 17. *ἐπεὶ καὶ τοῖς ἄλλοις — καὶ ἀνθρώπων ἀγρίων.*] Habet Theodoret. l. l. p. 873. sq. Schulz. Admonent autem hæc Plotiniana eorum, quæ Tullius Balbum ex Stoicorum doctrina disputantem facit De N. D. II. 47—52. in quibus nonnulla sunt, quæ ad verbum congruunt hoc loco; v. c. cap. 51: " *ut vero perpetuus mundi esset ornatus, magna adhibita est cura a providentia deorum, ut semper essent et bestiarum genera et arborum omniumque rerum*" etc. Copiose autem hæc pertractat Philo Judæus Serm. II. De Providentia, et ita, ut propius etiam Plotinus ad ejus similitudinem accedat. Ita enim ille apud Eusebium P. E. VIII. 14. et in nova vers. Armen. edit. p. 112: *τὰ δ' ἄλκιμα τῶν θηρίων γέγονεν, οὐ γὰρ ὑποσιωπητέον* (*ὡς ἂν εἰ καὶ τῷ δεινῶς εἰπεῖν οἰομένῳ προλαβὼν τὴν ἀπολογίαν διέσυρες*) *ἀσκήσεως ἕνεκα τῆς πρὸς τοὺς πολεμικοὺς ἀγῶνας. τὰ γὰρ γυμνάσια καὶ αἱ συνεχεῖς θῆραι συγκροτοῦσι καὶ νευροῦσιν εὖ μάλα τὰ σώματα, καὶ πρὸ τῶν σωμάτων τὰς ψυχὰς ἐθίζουσιν ἐχθρῶν ἐξαπιναίας ἐφόδους τῷ καρτερῷ τῆς ῥώμης ἀλογεῖν. τοῖς δὲ τὰς φύσεις εἰρηνικοῖς ἔξεστιν οὐ μόνον τειχῶν ἐντὸς ἀλλὰ καὶ κλεισιάδων θαλαμευομένοις ἀποζῆν ἀνεπιβουλεύτους ἔχουσιν εἰς ἀπόλαυσιν ἀφθονωτάτας ἡμέρων ἀγέλας κ. τ. λ.* et p. 114: *τῶν δ' ἑρπετῶν τὰ ἰοβόλα γέγονεν οὐ κατὰ πρόνοιαν ἀλλὰ κατ' ἐπακολούθησιν, ὡς καὶ πρότερον εἶπον— ἤκουσα δὲ καὶ περὶ ἐκείνων διττοὺς λόγους, ὡς ἐπ' ὠφελείᾳ τοῦ ἀνθρώπου γεγονότων, οὓς οὐκ ἂν ἐπικρυψαίμην. ἦν δ' ὁ μὲν ἕτερος τοιόσδε· πρὸς πολλὰ τῶν ἰατρῶν ἔφασάν τινες τὰ ἰοβόλα συνεργεῖν καὶ τοὺς μεθοδεύοντας τὴν τέχνην, εἰς ἃ δεῖ καταχρωμένους αὐτοῖς ἐπιστημόνως, ἀλεξιφαρμάκων εὐπορεῖν, ἐπὶ τῇ τῶν μάλιστα ἐπισφαλῶς ἐχόντων ἀπροσδοκήτῳ σωτηρίᾳ.—ὁ δ' ἕτερος λόγος οὐκ ἰατρικὸς, ἀλλὰ φιλόσοφος ἦν, ὡς ἔοικε· τῷ γὰρ θεῷ ταῦτ' ἔφασκεν ηὐτρεπίσθαι κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων κολαστήρια. κ. τ. λ.* Cum his comparanda sunt, quæ in libro. *Utrum stellæ agant* a philosopho nostro disputantur (II. 3, 18.), unde hæc tantummodo delibabo p. 148. A.: *καὶ γὰρ χρείαν τὰ πολλὰ αὐτῶν, ἢ καὶ πάντα παρέχεται τῷ ὅλῳ,*

οἷα τὰ τῶν ἰοβόλων. λανθάνει δὲ τὰ πλεῖστα διὰ τί.

p. 473, 15. Ἡμεῖς δὲ—*συμπληρούμενον*] Laudat Theodoretus l. c. p. 875; tractat etiam Cudworth. in Syst. intellect. p. 1179. sq. ed. Moshem. Quod Ficinus vertit: "Nos autem *sic affecti sumus*, sicut imperiti picturæ, *qui* pictorem damnant," perspicuitatis adjuvandæ causa fecit uti ubivis facere solet. Græcitati familiares sunt Ellipses hujusmodi. Xenoph. Memorab. II. 1. 18: *ἔπειτα ὁ μὲν ἑκουσίως ταλαιπωρῶν ἐπ' ἀγαθῇ ἐλπίδι εὐφραίνεται· οἷον οἱ τὰ θηρία θηρῶντες ἐλπίδι τοῦ λήψεσθαι ἡδέως μοχθοῦσι.* cf. II. 1, 5. et Œconom. I. 10. *ὥσπερ γε αὐλοὶ τῷ μὲν ἐπισταμένῳ χρήματά εἰσι.* Cic. de N. D. I. 36: "Ipsi, qui irridentur, Ægyptii, nullam beluam, nisi ob aliquam utilitatem, quam ex ea caperent, consecrarunt. *Velut ibes maximam vim serpentum conficiunt* cet." Ubi Davisius male: "Velut ibes, *quæ*—conficiunt." Nec melius Heindorf.: "Velut *ibis;* maximam *enim*—conficiunt." Vid. annot. nostr. in eum locum p. 265.

— 18. *ἢ εἴ τις δρᾶμα μέμφοιτο κ. τ. λ.*] Noster infr. p. 699. B. C. *ὥσπερ τὸν ἐν ὀρχήσει πρὸς τὸ δοθὲν αὐτῷ δρᾶμα.* Quam varie et eleganter hoc extremo vocabulo utatur Plato, non est, quod post Heusdium in Specim. Platon. p. 29. et Heindorf. ad Theæt. p. 308. commonstremus. Fabulæ scenicæ similitudinem jam a Socrate et Platone usurpatam deinceps frequentarunt certatim philosophi, Xenoph. Memor. II. 2. 9. Plato Phileb. p. 50. a. p. 216. Bekkeri: *Μηνύει δὴ νῦν ὁ λόγος* (ita quoque cod. Clark.) *ἡμῖν ἐν θρήνοις τε καὶ ἐν τραγῳδίαις* (quod Stallbaum p. 156. volebat *κωμῳδίαις*, ei conjecturæ non suffragantur Codd. nec Bekkeriani nec Clark.) *μὴ τοῖς δράμασι μόνον ἀλλὰ καὶ τῇ τοῦ βίου ξυμπάσῃ τραγῳδίᾳ καὶ κωμῳδίᾳ, λύπας ἡδοναῖς ἅμα κεράννυσθαι,* Aristo Chius ap. Diog. Laërt. VII. 160: *εἶναι γὰρ ὅμοιον τῷ ἀγαθῷ ὑποκριτῇ τὸν σοφὸν, ὃς ἄν τε Θερσίτου, ἄν τε Ἀγαμέμνονος πρόσωπον ἀναλάβῃ, ἑκάτερον ὑποκρίνεται προσηκόντως* [De hoc Aristonis Chii dicto exstat singularis liber doctissimus, qui inscribitur: Paradoxon Stoicum Aristonis Chii *ὅμοιον εἶναι τῷ ἀγαθῷ ὑποκρίτῃ τὸν σοφὸν* novis observationibus illustratum—opera *Jo. Bened. Carpzov.* Lips. 1742. 536. pp. 8vo.] Aliorum philosophorum ex hoc genere similitudines congessere *Gataker.* ad Marc. Antonin. XI. 6. p. 321. sq. *Upton.* ad Epictet. Enchirid. c. 17. (T. III. p. 150. Schweigh.) Adde Proclum in Theol. Plat. XVIII. p. 49. *δραματουργίαν γιγαντικήν.* Idem in Alcib. pr. p. 141. sq. *ὥσπερ ἐν τοῖς τραγῳδίαις ἐκ μηχανῆς πολλάκις θεούς τινας εἰσάγουσιν οἱ ποιηταὶ τῶν παρόντων πραγμάτων διορθωτάς κ. τ. λ.*

p. 474, 14. Ἐπεὶ οὐδ' *ἐκεῖνον ἀποβλητέον τὸν λόγον κ. τ. λ.*] Respicit Ægyptiacam, Pythagoream atque Platonicam transmigrationum doctrinam. Vid. Ficin. commentar. supr. p. 243. Proxima utiliter conferas cum similibus, quæ exponit Philo Judæus de Providentia Serm. II. ap. Euseb. P. E. VIII. 14. et in Edit. Armen. Latin. p. 63. sqq. Plotiniana hæc ante oculos habuit Sallustius de Diis et Mundo cap. XX. ubi *Conr. Orellius* in annot. nostri loci non est oblitus, in eo tamen lapsus, quod Platonis Timæum huc advocat.

p. 475, 8. *ἀλλὰ ἦν—ποιήσας—πάσχων*] Adhibet hæc Juliani in Cæsaribus loco *Ez. Spanhem.* in notis subjectis versioni Gallicæ p. 100. cf. ejusdem *Preuves des Remarques in eundem librum* p. 53. et p. 55. et cf. Nostr. IV. 3. p. 389: *οὐ γὰρ μήποτέ τις ἐκφύγοι ἃ παθεῖν ἐπ' ἀδίκοις ἔργοις προσήκει.*

— 11. *ὅθεν καὶ θεία φήμη, Ἀδράστεια, αὕτη—Δίκη—κ. τ. λ.*] Noster infra p. 382: *τὸ γὰρ ἀναπόδραστον* (ita legendum) *καὶ ἡ δίκη οὕτως ἐν φύσει κρατούσῃ ἰέναι ἕκαστον ἐν τάξει κ. τ. λ.* et p. 389. sub fin.: *οὐ γὰρ μήποτέ τις ἐκφύγοι ὃ παθεῖν ἐπ' ἀδίκοις ἔργοις προσήκει· ἀναπόδραστος γὰρ ὁ θεῖος νόμος ὁμοῦ ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸ ποιῆσαι τὸ κριθὲν ἤδη.* ubi ad vocabulum et ad sententiam plura adponemus. Nunc de Adrastea philosophi nostri videamus. Fons in Platonis Phædro c. 28. p. 248. c: *θεσμός τε Ἀδραστείας ὅδε, ἥτις ἂν ψυχὴ θεῷ ξυνοπαδὸς γενομένη κατίδῃ τι τῶν ἀληθῶν—ἀεὶ ἀβλαβῆ εἶναι· ὅταν δὲ—μὴ ἴδῃ—ἀλλὰ τὴν—πλεῖστα ἰδοῦσαν κ. τ. λ.* ad quem locum vid. Astii Commentar. p. 306. Aristoteles, qui fertur, de Mundo VII. 3. p. 324. Kappii: —*Ἀδραστείαν δὲ ἀναπόδραστον αἰτίαν οὖσαν κατὰ φύσιν.* Quæ sententia a Stoicis accepta et etymologicis quoque rationibus illustrata est, maxime a Chrysippo. Plutarch. ap. Stob. Eclogg. I. p. 186—188. Heer. *Διὰ τοῦτο τὴν εἱμαρμένην καὶ*

Ἀδραστείαν καλοῦσιν (scil. οἱ Στωϊκοὶ), ὅτι περὰς ταῖς αἰτίαις ἠναγκασμένον ἐπιτίθησιν, ἀνέκφευκτος οὖσα καὶ ἀναπόδραστος. Cf. Chrysippum ap. Plutarch. de Stoicorr. Repugnn. p. 1056. C. p. 304. Wytt. et vid. Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 107. et Baguet. ad Chrysippi Fragg. XC. p. 224. Ammianus Marcellin. XIV. 11. "Hæc et hujusmodi quædam innumerabilia *ultrix facinorum bonorumque præmiatrix* aliquoties operatur *Adrastia*—quam vocabulo duplici etiam *Nemesin* appellamus." Platonis locum partim respiciunt, partim describunt haud pauci, in his Plutarchus de Fato p. 570. A. p. 296. Wytt. Proclus in Theol. Platon. p. 186. p. 205. sq. loco classico, ubi multa de Adrastea disputat ad mentem Platonis: cf. ibid. p. 298. et in Timæum IV. p. 206. (coll. V. p. 206.) ubi memorabile Orphicum fragmentum exhibet; quocum componendus est versus Orphicus in Εὐχῇ πρὸς Μουσαῖον, 36. p. 254. Herm. quem tamen Codex Vossianus non agnoscit. Omitto multa, quæ ad Mythologiam Adrasteæ illustrandam contulerunt viri docti, ut Tib. Hemsterhusius in Anecdott. Hemsterhusianis ed. Geel. T. I. p. 183. sqq. Siebenkees. ad Platonis Scholia p. 64. sqq. doctissimus *Hug.* in libro *Ueber den Mythos* p. 187. sqq. *Zoega* in *Abhandlungen ed. Welcker.* p. 40. p. 60. sqq. et quæ ipse posui in Symbolica II. p. 501. sqq. ed. alt. et III. p. 307. sqq. Adscribam autem verba Hermiæ in l. l. Platonici Phædri p. 148. Astii, quæ conjunctiora sunt cum hoc loco Plotini. Ita enim ille interpres: ἡ δὲ Ἀδράστεια μία ἐστὶ καὶ αὕτη θεὸς τῶν μενουσῶν ἐν τῇ νυκτὶ, γενομένη ἐκ Μελίσσου καὶ Ἀμαλθείας· ὁ μὲν οὖν Μέλισσος κατὰ τὴν ἐπιμέλειαν τῶν δευτέρων καὶ πρόνοιαν εἴληπται· ἡ δὲ Ἀμαλθεία κατὰ τὸ ἀκλινὲς καὶ μὴ μαλθάσσεσθαι. ἐν τῆς οὖν Προνοίας τῆς ἀκλινοῦς γέγονεν ἡ Ἀδράστεια, ἥτις ἀδελφή ἐστι τῆς Εἴδης·

Εἶδη τ' εὐειδὴς καὶ ὁμόσπορος Ἀδράστεια·

ἡ πάντων ὁμοῦ τῶν νόμων—τὰ κέντρα ἑνιαίως ἐν ἑαυτῇ συλλαβοῦσα καὶ συνέχουσα, αὕτη ἐστὶν ἡ θεὸς, Ἀδράστεια διὰ τοῦτο κεκλημένη, διὰ τὸ τὰ ὑπ' αὐτῆς τεθέντα καὶ νομοθετηθέντα ἀναπόδραστα εἶναι. διὸ καὶ πρὸ τοῦ ἄντρου τῆς Νυκτὸς ἠχεῖν λέγεται.—ἔνδον μὲν γὰρ ἐν τῷ ἀδύτῳ τῆς Νυκτὸς κάθηται ὁ Φάνης, ἐν μέσῳ δὲ ἡ Νὺξ, μαντεύουσα τοῖς θεοῖς· ἡ δὲ Ἀδράστεια ἐν τοῖς προθύροις, πᾶσι νομοθετοῦσα τοὺς θείους θεσμούς. Erat autem Adrastea una cum sorore Ida nutrix Jovis. Apollodor. I. 2. 6: καὶ τοῦτον (τὸν Δία) μὲν δίδωσι τρέφεσθαι Κούρησί τε καὶ ταῖς Μελισσέως παισὶ Νύμφαις, Ἀδραστείᾳ τε καὶ Ἴδῃ. Plutarchi Symposiacc. III. 9. p. 657. E. p. 680. sq. Wytt.: ὅτι δοκοῦσιν αὐτῷ καὶ οἱ Παλαιοὶ τοῦ μὲν Διὸς δύο ποιεῖν τιθηνὰς, τὴν Ἴτην καὶ τὴν Ἀδραστείαν. Ita Wyttenbach. ex libris omnibus: Xylander: Ἴδην. Possis in Plutarcho et in Apollodoro l. l. suadere Εἴδην ex Hermiæ l. c. Sed tamen in ipsa Adrastea inest notio videndi (τοῦ ἰδεῖν). Hermes ap. Stob. Eclogg. I. 52. p. 966. Heer.: Ἐποπτὴρ τοίνυν ταγῆς ἔσται τῶν ὅλων ὀξυδερκὴς θεὸς Ἀδράστεια. Neque vero Hermiam ex Plutarcho et Apollodoro corrigendum esse arguit versiculus: Εἶδη τ' εὐειδὴς κ. τ. λ. Quid quæris? Ex Ægyptiorum maxime religionibus per Orphicos ad Græcos translata erat notio Deæ, quæ Ægyptiis dicebatur Athor, Græcis Νὺξ, Atticis *Rhamnusia Nemesis* et fortasse etiam *Adra*, eadem quæ Adrastea (Ἀδράστεια), quam venerabantur tanquam *inspectricem* et *Fatam* (sive *pronuntiatricem*) *legum divinarum omnisque hujus Universi. Quas leges qui respicit et servat, is aspicit pulcerrimum rerum ordinem et colit justitiam.* Propterea in sacris fabulis Adrasteæ nunc adjungitur *Phanes*, qui rerum visibilium decus et concentum procreavit, nunc additur Soror *Ida* (Ἴδη) a *videndo* et *inspiciendo* appellata, quæ eadem Εἶδη dicta, ab εἶδος sive a *pulcra forma*, quæ omnia hujus mundi membra conspicua et decora reddit; nunc etiam additur Δίκη, sive *Justitia, quæ leges universi exsequitur.* Hinc intelligi posse arbitror, cur Plotinus loco nostro ab Adrasteæ, sive *legum divinarum incvitabili potestate*, transgrediatur ad mentionem *ordinis rerum*, quæ in hoc *universo conspiciuntur* (τῶν ὁρωμένων ἐν τῷ παντί), cur deinde ad animalium plantarumque *pulcras formas* (τὸ εὐειδές) et *varietatem* (τὸ ποικίλον) descendat, et cur denique in divina essentia describenda et *pulcrum* illud et *justum* (τὸ καλὸν καὶ τὸ δίκαιον) conjungat.

p. 476, 6. Ποιεῖ γὰρ πᾶν τὸ θεῖον—ποῦ ἂν εἴη;] Vid. Cudworth. System. Intell. Univ. p. 1167.

p. 477, 1. οἷον τῷδε ὅτι μὴ καὶ κέρατα κ. τ. λ.] Admonet hic locus odarii in Anacreonteis (β.): φύσις κέρατα ταύροις—τοῖς ἀνδράσι φρόνημα. Cf.

etiam Galenum de partib. corpor. hum. I. p. 367. ed. Basil. et quæ plura. J. F. Fischerus citavit ad Anacreont. l. l. et Annott. Moseri et nostr. in Ciceron. de N. D. II. 50. p. 420. ed. Lips. Sequentia impeditioraque: ἀλλ' ὅτι ἔδει —τὰ μέρη, Taylor in plerisque Ficinum secutus ita vertit: "*but in such a manner that lesser things are contained in such as are greater, and parts in the whole,* WHICH CONSEQUENTLY MUST BE UNEQUAL TO THE WHOLE, *or they would no longer be parts.*"

p. 478, 2. ἔχοι ἂν τὴν ἐπίστασιν καὶ ἀπορίαν] Similiter ἐπίστασιν et φόβον junxit Diodor. Sic. XVIII. 67; πολλοὺς γὰρ ἦγεν εἰς ἐπίστασιν διανοίας καὶ φόβον, ubi docente Wesselingio, abesse poterat διανοίας. Tamen Sophocles Antigona vs. 225: πολλὰς γὰρ ἔσχον φροντίδων ἐπιστάσεις. Unde satis intelligitur, quid sibi h. l. velit vox ἐπίστασις adjuncta voci ἀπορία. Vernacule haud incommode reddas: *der sich aufdringende Zweifel* vel *Anstand und Zweifel.* Alium significatum *attentionis* ab ἐφίσταμαι, *attendo, animum intendo,* repetitum, explicuit *Salmasius* in Interpretat. Hippocratei Aphorismi LXXIX. 4. p. 128. sq. Lugd. Bat. 1643. Adde *Gataker.* ad Marc. Antonin. I. 11. p. 20. Alia congesserunt viri docti in Stephani Thes. Valp. sub voc. et ipse congessi ad Proclum in Alcib. pr. p. 309. Plotinus infra III. 7. 1: εἰς ἐπίστασιν ἰέναι τινός usurpat.

— 3. κατά τε τὴν ἀλληλοφαγίαν τῶν ἄλλων ζώων.] Vid. *Wesseling.* ad Diodor. I. 14. p. 17. ubi Osiris et Isis dicuntur παῦσαι τῆς ἀλληλοφαγίας τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, quæ epulæ Moschioni poetæ ap. Stob. Eclogg. Physs. I. 9. 38. p. 242. Heer. luculenter describuntur. Ad Plotini sententiam facit hic locus Hieroclis de Providentia p. 82. ed. Londin. (in Phot. Cod. 251. p. 466. Bekkeri): ἐπὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων ζώων καὶ φυτῶν καὶ προαιρέσεις ἡμέτεραι καὶ ἀλληλοφαγίας ἀναγκαῖαι χρεῖαι (καὶ addendum videtur) παντοῖαι καὶ τυχηραὶ περιπτώσεις ἐκβιάζονται ἕκαστα πρὸ τῆς κατὰ φύσιν διαλύσεως ἀτάκτως καὶ ἀορίστως φθείρεσθαι· ὥστε (leg. ὡς μήτε, ut in marg.) προβεβιωμένων αὐτοῖς οἴκης ἰφεστώσης (ἐφεστώσης marg. recte), μήτε ἐφ' οἷς νυνὶ ποιοῦσιν ἢ πάσχουσι κρίσεως προσδοκωμένης.

— 8. αἰτία ὕλη οὕτως ἐχόντων, ὡς ἐλαττόνως ἔχειν] Materiæ in mundo partes attingit etiam Philo Judæus Serm. II. de Providentia p. 97. vers. Armen. Qui locus in Latinis ita habet: "Similiter per Providentiam regi mundus dicitur, non quod omnia procuret Deus, sed quia dignitas ejus naturæ est, ut omnino bona utilissimaque sit: contraria vero, vel materiæ vel malitiæ naturæ immoderatæ erroris sunt fœtus; quorum deus non est causa." Plotinus autem h. l. fortasse ante oculos habuit Gnosticos, qui quantum Materiæ tribuerint supra intellexi-mus e libro, qui in Editione Adversus Gnosticos inscribitur.

— 13. Τίς οὖν ἡ τοῦ πολέμου τοῦ ἀκηρύκτου— ἀνάγκη;] Colorem duxit e Platonis loco Plotinus. Ille enim de Legg. I. p. 626. p. 182. Bekk.: ἦν γὰρ καλοῦσιν οἱ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων εἰρήνην, τοῦτ' εἶναι μόνον ὄνομα, τῷ δὲ ἔργῳ πάσαις πρὸς πάσας τὰς πόλεις ἀεὶ πόλεμον ἀκήρυκτον κατὰ φύσιν εἶναι. Alibi, ut v. c. apud Herodotum V. 31. πολ. ἀκηρ. est bellum non legitime indictum. Hinc altera significatio fluxit atrocis belli adeoque perpetui. Cf. Erasmi Adagg. III. 3. 84. Wesseling. ad Diod. XIV. 40. p. 674. et Ast. ad Platon. l. l. p. 14. Add. locum Philonis hanc posteriorem sententiam luculenter declarantis De Mundi Opif. p. 112. Pfeiff.: ἐγκράτεια μάχην ἀκαθαίρετον καὶ πόλεμον ἄσπονδον ἐκφέρουσα πρὸς ἀκρασίαν καὶ ἡδονήν. Alia attigit Segaar. ad Clement. Alex. Quis dives salv. p. 253. Cæterum similia habet in loco de Providentia Philo Jud. II. p. 102. Armen. et Lat.: "Talisne sit curator noster ac inspector? Dives miser evadat ex multiplicibus causis concurrentibus: sicut nonnullos ursi invadunt, aut apri aut leones, aut aliæ feræ sylvestres; et post hæc illum putabimus cogitare de nostro genere? Melius profecto, per Jovem illis attendere liceat, qui ex insipientia arbitrantur, hæc animantia pro exercitatione hominum naturam procreasse, ut firmarentur robore; quandoquidem quos prævia exercitatione instructos vident, ipsos timent, aufugiuntque, quum in venatione aut in obviatione occurrunt." et iterum p. 112., quem locum Eusebius P. E. VIII. 14. descripsit: τὰ δ' ἄλκιμα τῶν θηρίων γέγονεν, οὐ γὰρ ὑποσιωπητέον—ἀσκήσεως ἕνεκα τῆς πρὸς πολεμικοὺς ἀγῶνας κ. τ. λ. Quos locos qui cum nostri philosophi argumentis

contulerit, is continuo intelliget, hunc multo subtilius hæc tractasse, quam illum. Propius ad sententiam Plotini accedunt quæ Hierocles in Pythag. Aur. Carmm. de usu animalium disputat. p. 329. ed. Canteri.

p. 479, 3. *οἱονεὶ ἐπὶ σκηνῆς κ. τ. λ.*] Non est quod post *Gataker*um exempla congeram, quo probetur, quantopere hac similitudine Græcorum philosophi delectati fuerint. Vid. ad Antonin. IX. 29. p. 277. XI. 6. p. 321. XII. 36. p. 363. sq. Add. Ruhnken. ad Tim. in *τραγικὴ σκηνὴ* p. 259. et Wytt. in Bibl. Crit. III. 1. p. 41.

— 13. *ζῶντα παίγνια*] Orphica non minus quam Platonica formula. Mundi enim et entia apud hos scriptores vel *ἀθύρματα* vel *θαύματα θεῶν*, crepundia vel munera, spectacula deorum dicuntur. Vid. Platon. de Legg. I. p. 644. E. p. 219. Bekkeri et cf. Dionysum nostrum p. 42.

— 14. *οἷα ἐν πυρρίχαις παίζοντες ἐργάζονται*] Haud dubie hic quoque Plotino obversatus est luculentus locus Platonis sui de Legg. VII. p. 815. A. B. p. 54. Bekk. ubi diserte describitur hæc saltatio bellica. Cujus descriptionis non oblitus est doctissimus Jacobs. ad Stratonis Epigr. XXVIII. Vid. ejus Commentar. in Anthol. Gr. II. 3. p. 75. sq. Ad rem præterea adhibe Athen. XIV. 631, p. 286. sqq. Schwgh. Polluc. IV. 99: cum interprr. Hesych. II. p. 1088. cum interprr. et Ast. ad Platon. l. l. in Animadvv. p. 382. et p. 379. sq. Nec minus respexisse alterum Platonis locum videtur philosophus noster, videlicet hæc verba in eodem Legum libro p. 796. p. 17. Bekk.: *οὐδ' ὅσα ἐν τοῖς χοροῖς ἐστιν αὖ μιμήματα προσήκοντα μιμεῖσθαι, παρετέον, κατὰ μὲν τὸν τόπον τόνδε Κουρήτων ἐνόπλια παίγνια, κατὰ δὲ Λακεδαίμονα Διοσκόρων.* Unde fortasse lectionem Ficini in loco Plotini defendas (vid. var. Lectt. nostr.). Illum bis attigit Proclus in Theol. Platonis V. 35. p. 323. et VI. 14. p. 382. Qui posteriore loco ita:— *ὥσπερ δὴ καὶ ἐν ἄλλοις τῆς Κουρητικῆς ἐπεμνήσθη* [Πλάτων] *τάξεως, Κουρήτων τε ἐνόπλια παίγνια λέγω. ἐπεὶ δὲ κ. τ. λ.* Locus corruptus et lacunosus, Corrige:—*παίγνια λέγων καὶ Διοσκούρων.* Admonet autem universus locus Plotinianus Plutarchi de S. N. V. p. 554. p. 235. sq. ed. Wytt. quem in clausula adscribam: *Ἀλλ' οὐδὲν ἔνιοι διαφέρουσι παιδαρίων, ἃ τοὺς κακούργους ἐν τοῖς θεώμενα πολλάκις ἐν χιτῶσι διαχρύσοις καὶ χλαμυδίοις ἁλουργοῖς ἐστεφανωμένους καὶ πυρρίχιζοντας, ἄγαται καὶ τέθηπεν ὡς μακαρίους· ἄχρις οὗ κεντούμενοι καὶ μαστιγούμενοι καὶ πῦρ ἀνιέντες ἐκ τῆς ἀνθινῆς ἐκείνης καὶ πολυτελοῦς ἐσθῆτος ὀφθῶσι.* Conf. etiam quæ paullo post adjecit Plotinus. Hæc omnia ut consilio et argumento dissimilia, metaphoris et verborum delectu simillima inter se sunt.

p. 480, 3. *εἰ δ' ἀφαιροῖντο ζῶντες χρημάτων κ. τ. λ.*] Adhibuit hæc et sequentia *Galeus* ad hunc locum Sallustii de Diis et Mundo c. IX. fin. p. 263: *εἰ δὲ κακοὶ μὲν εὐτυχοῦσιν, ἀγαθοὶ δὲ πένονται, θαυμάζειν οὐ δεῖ· οἱ μὲν γὰρ πάντα, οἱ δὲ οὐδενὸς πλοῦτον ποιοῦσι.* Ubi *Jo. Conr. Orellius* in sua editione aliud agens scripsit *τὸν πλοῦτον.* Sed vir optimus et bonarum literarum amantissimus omnino nimium festinavit in emittendis editionibus scriptorum veterum. Idem Orellius proxime pro *ποιησαμένων* scribi vult *ποιησαμένη.* Ego vereor, ut hujusmodi fomento sanari hic locus queat. Nam quis, quæso, hæc ferat: *ἡ ψυχὴ πάντα ποιεῖ ἐν σκηνῇ—σκηνὰς ποιησαμένη?* En inspice interpretationem Ficini, qui pleniorem hunc locum ante oculos habuisse videri possit. Quid si hæc excidisse conjicias: (*ἐν σκηνῇ τῇ ὅλῃ γῇ*) *ἐφ' ἧς σκιαὶ ἀΐσσουσι πολλῶν πολλαχοῦ σκ. ποιησαμένων*: *in qua* (terræ universæ *scena*) *multorum umbræ volitant multis in locis scenicam actionem exhibentium.* Odysseæ locum κ. 495. etiam Plato tangit in Menone p. 100. p. 389. Bekk. Alias imitationes vid. in annott. Wyttenb. in Plutarch. Apophth. Regg. p. 1126. *σκηνὰς* autem nemo nescit etiam ipsas actiones scenicas dici. Paullo ante *καὶ πάντα ποιεῖ* potius vertendum videtur: *et omnia facit* i. e. omnem lapidem movet. Vid. vel Viger. de Idiott. Gr. V. 10. 13. et ib. not. 9. p. 287.

p. 481, 9. *τοιούτου ὄντος τοῦ ποιουμένου;*] Ficinum dixeris legisse: *τ. ο. τοῦ ποιοῦντος καὶ τοῦ ποιουμένου.* In libris tamen nil varietatis.

— 14. *Ἔστι τοίνυν οὗτος οὐκ ἄκρατος νοῦς, οὐδ' αὐτονοῦς*] Extremi vocabuli hæc scriptura et hic et infra V. 9. 13. p. 564. A. in omnibus nostris libris comparet. Similiter in Procli librr. in Theol. Platon. V. 15. p. 275: *ἐκεῖ γὰρ ὁ νοῦς, ὁ αὐτονοῦς, καὶ οὐ τοιοῦτος, ὁποῖός ἐστιν ὁ Κρόνιος. Νοῦς μὲν γὰρ καὶ ἐκεῖνος, ἀλλ' ὁ καθαρὸς καὶ ἀκή-*

ρατος νοῦς δηλοῖ τὴν ἐν τοῖς νοεροῖς ἄκραν ὑπερανέχουσαν τῶν ὅλων νοερῶν θεῶν ἡγεμονίαν, ὁ δὲ δημιουργὸς ἁπλῶς ἐστι νοῦς. Ubi ne forte corrigere instituas *καὶ ἄκρατος νοῦς*, consule Plotinum nostrum V. I. 4. ubi itidem *ἀκήρατος νοῦς*. Procli autem locus laudatus integer his cum locis Plotinianis componi debet. Cæterum eandem vocem compositam *αὐτόνοος* ex Epiphanio, Origene, Proclo citat Kall. ad Stephani Thes. p. 6399. ed. Valp. Attigit etiam Wernsdorf. ad Himerii Eclogg. XXXII. 12. p. 306. *αὐτοφρόνησις*. Nos supra I. 2. 6. certe in aliquo libro scripto ostendimus vocem *αὐτοσωφροσύνη*. Etenim Alexandrini philosophi, quo rationis suæ propria decreta explanarent, ejusmodi compositis supersedere nequibant. Quod qui vituperare velit, is hoc ipso se philosophiæ parum intelligentem arguat. Cæterum hæc de duplici mente doctrina ex philosophiæ orientalis decretis hausta, et per Platotonem, Philonem ad recentiores usque Platonicos tradita est. Vid. v. c. Philon. Jud. Legis Allegorr. III. p. 260. Pfeiff. *Δυοῖν γὰρ ὄντοιν τοῦ τε τῶν ὅλων νοῦ, ὅς ἐστι θεὸς, καὶ τοῦ ἰδίου κ. τ. λ.* Cf. Augustin. Steuchus de perenni philosophia lib. I. cap. 10. et lib. IX. cap. 10.

p. 482, 18. *οἷον διήγησιν—ποιούμενον*] In arte scenica *διήγησις* est *expositio:* in oratoria *narratio argumenti.* Vid. Aristotel. Poet. XIX. 7. Ejusdem Rhet. III. 16. Pollux IV. 33. p. 365. et cf. Valcken. Diatr. Eurip. c. XI. p. 119. et Heindorf. ad Platon. Phædr. §. 112. p. 315. Fortasse latius aliquanto hic vocem accepit Plotinus de universa pertractatione eorum, quæ in dramate fiunt et quasi evolutione.

p. 483, 4. *Εἰ οὖν καὶ ἐνταῦθα ὀξὺ καὶ βαρὺ ποιοῦσι—εἰς αὐτὴν τὴν ἁρμονίαν*] Hæc Heraclitei decreti admonent ap. Platon. in Conviv. p. 187. A. p. 397. Bekk.: *τὸ ἓν γάρ φησι* (Ἡράκλειτος) *διαφερόμενον αὐτὸ αὑτῷ ξυμφέρεσθαι, ὥσπερ ἁρμονίαν τόξου τε καὶ λύρας. ἔστι δὲ πολλὴ ἀλογία ἁρμονίαν φάναι διαφέρεσθαι ἢ ἐκ διαφερομένων ἔτι εἶναι. ἀλλ' ἴσως τόδε ἐβούλετο λέγειν, ὅτι ἐκ διαφερομένων πρότερον, τοῦ ὀξέος καὶ βαρέος, ἔπειτα ὕστερον ὁμολογησάντων γέγονεν ὑπὸ τῆς μουσικῆς τέχνης οὐ γὰρ δήπου ἐκ διαφερομένων γε ἔτι, τοῦ ὀξέος καὶ βαρέος ἁρμονία ἂν εἴη. κ. τ. λ.* Atque hac de harmonia et rhythmo doctrinam sæpius tractat Plato, ut in Philebo p. 17. Sophist. p. 255. Hipp. Maj. p. 133: Republ. V. p. 450. A. Legg. II. 665. a. VII. p. 812. d. e. ubi hæc legimus:—*καὶ δὴ καὶ πυκνότητα μανότητι καὶ τάχος βραδύτητι καὶ ὀξύτητα βαρύτητι ξύμφωνον καὶ ἀντίφωνον παρεχόμενος, καὶ τῶν ῥυθμῶν ὡσαύτως παντοδαπὰ ποικίλματα προσαρμόττοντας τοῖσι φθόγγοις τῆς λύρας κ. τ. λ.* Similia habet Plutarchus de Amicorum multit. p. 96. E. p. 367. ed. Wytt. Cf. etiam Brandis in Commentt. Eleaticis p. 105. sq.

p. 484, 1. *Ὢν δὴ τοιοῦτος, οἷον καὶ πάντως ποιεῖ*] Uncinis inclusi illud Ficini *in se*, cujus in libris nostris nullum vestigium. Taylor hæc ita vertit: "*Since reason therefore is primarily what its effect is secondarily, its productions will be more or less contrary to each other in proportion to their distance from their source.*" Vides h. l. potius circumscripsisse quam vertisse. Plotiniana illum interpretem.

— 10. *ἢ τὸ μὲν κακοὺς εἶναι οὐκ ἀναιρεῖται—τοιοῦτοι.*] Primum pro ἀλλ' *εἰ* scripsi ἀλλ' *ἢ* auctoritate librorum omnium. Similis confusio in Eurip. Hippol. 932. ubi vid. Valcken. cf. Hermann. ad Viger. p. 778. Plato Conviv. p. 189. fin. Steph. p. 402. Bekk.: *νῦν δ' οὐκ ἔστιν ἀλλ' ἢ ἐν ὀνείδει ὄνομα κείμενον.* Deinde jubentibus optimis Codd. dedi *ὅτι μὴ παρ' αὐτῶν τ.* hac sententia: "*Aut hoc non tollitur malos esse, nisi solum illud* (*tollitur*), *ut ne ex se ipsis sint mali.*" In ejusmodi loco Ficini versionem intactam sinere malim. Ceterum Taylor hæc et sequentia ita vertit: "*Hence both good and evil are led through contraries in a beautiful order, by an art, as it were, similar to that of one leaping in a dance, of which we affirm the one part to be good and the other to be evil, and so the whole to be beautifully disposed. But they will no longer appear to any one to be evil; and perhaps nothing hinders, on this hypothesis, that some particulars may be evil; though it will follow from hence, that they are not evil from themselves.*

— 15. *ὥσπερ ἐν δράματι—οὐ γὰρ αὐτὸς πρωταγωνιστὴν — ποιεῖ.*] Sequitur locus luculentissimus iterum comparationem scenæ cum vita humana et hoc rerum ordine habens, quo loco nescio an ullus præstantior apud ullum philosophum reperiatur. Pro *δεύτερον* et *τρίτον* proprie debebat *δευτεραγωνιστὴν* et *τριταγωνιστήν*. Vid.

Pollux IV. 124. VI. 165. Romani actorem dicebant primarum, secundarum, tertiarum partium. Cicero Divinat. in Cæcil. c. 15. pro Flacco c. 27. cf. Ernesti Cl. Cic. in *pars*. Lucian. Alexandr. c. 12. p. 220. Wetst.: *κατὰ καιρὸν ἐπιφανησόμενος αὐτοῖς, καὶ συντραγῳδήσων, μᾶλλον δὲ πρωταγωνιστὴς ἐσόμενος*. Idem de Calumn. 7. p. 134. *Πρῶτον μὲν δὴ, εἰ δοκεῖ, παραγάγωμεν τὸν πρωταγωνιστὴν τοῦ δράματος, λέγω δὲ τὸν ποιητὴν. τῆς διαβολῆς.* ubi vide *Jac. Tollii* annot. Consulendi insuper I. Fr. Gronovii Obss. in scriptorr. eccles. cap. XXV. p. 285. sqq. *Valckenaer.* Diatr. Eurip. c. XVIII. p. 182. Tyrwhitt. ad Aristotel. Poët. 133. *Eichstædt.* de Dramat. com. satyr. p. 97. et *Boettigeri* Comment.: Quid sit docere fabulam I. p. 15. A scena autem illorum vocabulorum usus ad oratoriam artem est traductus, observante *F. A. Wolf.* in Prolegomm. in Demosth. Lept. XLVIII. not. 17. Adscribam duos locos philosophorum, quibus pariter atque Plotino hæc similitudo ad graviorem sententiam illustrandam adhibetur; Plutarchi Præceptt. ger. reip. p. 816. sq. p. 274. Wytt.: *Ἄτοπον γάρ ἐστι τὸν μὲν ἐν τραγῳδίᾳ πρωταγωνιστὴν Θεόδωρον καὶ Πῶλον ὄντα μισθωτῷ τῷ τὰ τρία* (leg. *τρίτα* cum Xylandr.) *λέγοντι πολλάκις ἔπεσθαι καὶ προσδιαλέγεσθαι ταπεινῶς, ἂν ἐκεῖνος ἔχῃ τὸ διάδημα καὶ τὸ σκῆπτρον· ἐν δὲ πράξεσιν ἀληθιναῖς καὶ Πολιτείᾳ τὸν πλούσιον καὶ ἔνδοξον ὀλιγωρεῖν καὶ καταφρονεῖν ἄρχοντος ἰδιώτου καὶ πένητος, ἐνυβρίζοντα καὶ καθαιροῦντα τῷ περὶ αὐτὸν ἀξιώματι τὸ τῆς πόλεως, ἀλλὰ μὴ μᾶλλον αὔξοντα καὶ προστιθέντα τὴν ἀπ' αὐτοῦ δόξαν καὶ δύναμιν τῇ ἀρχῇ.* Seneca de Beneficiis II. 29. 3. p. 80. Ruhkopf.: "Vix sibi temperant, quin eo usque impudentiæ provehantur, ut naturam oderint, quod infra deos sumus quod non in æquo illis (fort. *cum illis*) stetimus. Quanto satius est ad contemplationem tot tantorumque beneficiorum reverti, et agere gratias, quod nos in hoc pulcherrimo domicilio voluerunt *secundas sortiri*, quod terrenis præfecerunt."

p. 485, 10. *ἐν δὲ τῷ ἀληθεστέρῳ—ψυχὴ μὲν ὑποκρίνεται*] Ita scripsi maximam partem jubentibus libris omnibus. Quod in ed. ordine est *ἕκαστοι*; volebat fortasse: *ἕκαστον*. Neque tamen expressit Fic. Locus autem ita vertendus videtur: "Sed in veriore poemate (i. e. mundano, et Taylor perspicuitatis causa addidit: *the world*) quidquid secundum partem imitantur (scenice agunt) homines poëticam habentes naturam, id anima agit, quæ vero agit, nacta a poëta, quemadmodum qui hic (in scenis) sunt poëtæ (nacti) personas, crocotas lacerosque pannos; ita et ipsa fortunas (agit) nacta (eas) non temere (non sine consilio)?"

— 13. *τὴν ἐσθῆτα, τοὺς κροκωτοὺς καὶ τὰ ῥάκη*] Hæc duo vocabula extrema pertinent ad differentiam personarum scenicarum vel lætantium vel afflictorum et pauperum: Hinc *τὰ ῥάκη* inter vestimenta memorata (Pollux VII. 42.) Comicis sæpius usurpantur de palliis laceris. Vid. modo Interprr. ad Aristophan. Plutum v. 540. p. 284. sq. Beck. et v. 1066. p. 580. sq. Crocota autem sive *κροκωτὸς* erat *Διονυσιακὸν φόρημα*, ut ait Schol. Aristoph. Ran. 46. cf. Pollux IV. 117. p. 418. et Callixenus Rhod. ap. Athen. V. p. 198. D. Plura congessit Ez. Spanhem. ad Callim. H. in Apoll. 83. Quod Ruhnkenius autem ad Vellei. II. 82. p. 346. posteaquam de Baccho ipso crocotam ferente monuit, subjicit: "Eadem veste utebantur Bacchi comites, bacchantes, et *οἱ περὶ Διόνυσον τεχνῖται*, sive histriones," hæc postrema vereor ne justo latius pronuntiata sint. Neque enim universe et semper crocotis utebantur histriones, sed ubi vel Bacchum Bacchicosque famulos vel famulas repræsentabant, vel Herculem Omphalæ famulantem (Aristoph. Ran. 45.) vel feminas festa agentes vel saltantes (vid. ipsum Ruhnk. l. l. ibique laudd.) vel aliquando heroas validos et superbos (ut Meleagro *χλαμύδα κοκκοβαφῆ* attributam a pictore vidit et describit Philostratus Jun. Imagg. XV. p. 137. ad quem locum adhibe Jacobsii annot. p. 670.) Feminam autem crocota indutam exhibet pictura in Herculanensibus a *Jo. Winckelmanno* explicata in Hist. Art. (Opp. Vol. V. p. 174. noviss. ed. Dresd.) Bene, si recte judico, *C. A. Boettiger.* in *Ideen zur Archæologie der Malerei* I. p. 265. ad hæc Plinii H. N. XXXIV. 13. sect. 56: "Sile pingere instituere Polygnotus et Micon, Attico dumtaxat:" Fuit antiquitus flavus vel potius croceus color hilaris et festus, et qui proinde in deliciis esset Atticarum feminarum; unde *crocota* dicta earundem vestis usitatior. Hinc *κρο-*

κοβαφίαν objicit Atheniensium feminis, tanquam notam mollitiei, Apollonius Tyaneus ap. Philostratum in ejus Vita IV. 21. p. 159. Olear.

p. 486, 2. οὐκ ἐποίησε μὲν τὸ δρᾶμα ἕτερον—ἀπέπεμψε.] Facere (reddere) solet—dimittere solet. De quo Aoristi usu vid. modo Heindorf. ad Platon. Phædr. p. 275. eundem ad Phædon. p. 78.

— 12. καὶ τοῦ ποιητοῦ τοῦ παντὸς—κυρίους] Vulgatam addito τοῦ post ποιητοῦ possis fortasse ita accipere, ac si scripserit Plotinus καὶ τοῦ ποιητοῦ τοῦ παντὸς κυρίου τοῦτο ποιοῦντος, atque cum opifex (auctor) hujus universi (s. mundi) hoc (scil. drama mundanum) composuerit. Malui tamen cum Ficino facere; ita ut Plotinus his verbis respiciat ad libertatem moralem, quam Deus actoribus fabulæ mundanæ (i. e. hominibus) in hac vita impertierit. Proxime idem junxit utramque lectionem τόπων et τρόπων, nec illud absurde.

p. 487, 5. οὐκ εἰ λίθος εἴη ἕκαστος.] Videtur Platonicos locos imitari, velut hunc Hipp. maj. p. 229. d.:—καὶ οὐδέν σοι μᾶλλον γεγωνεῖν δύναμαι, ἢ εἴ μοι παρεκάθησο λίθος, καὶ οὗτος μυλίας μήτε ὢτα μήτ' ἐγκέφαλον ἔχων. Hinc *lapis* et *lapis molaris* pro homine stupido et vecorde. Vid. Erasm. Adagg. p. 322. 324. 668. Et λίθοι καὶ ξύλα de rebus nullius pretii. Aristid. II. p. 177. C. cf. Frommel. ad Scholiast. Aristid. p. 418. sq.

— 8. Ὥσπερ οὐδὲ ἐν σύριγγι φωνὴ μία—φθόγγοι πάντες] Fistulæ pastoritiæ formam describit Pollux IV. 67. et præsertim IV. 69. ubi ex Aristophane laudatur καλαμίνη σύριγξ, itemque aliunde αὐτοσχέδιος. Vid. ibi interprr. et Broukhus. et Golbery ad hæc Tibulli II. 5. 31.

Fistula, cui semper decrescit arundinis ordo,
Et calamus cera jungitur usque minor.

Neque vero tantum pastoritium instrumentum erat syrinx, sed alibi quoque adhibitum, docente Dorvill. ad Chariton. VI. 2. p. 515. Lips. [p. 516. ed. Amst.] In modorum autem numero σύριγμα memorat Pollux IV. 83. et συριγμὸς Athenæus XIV. p. 638. a. uti quidem probabile visum Schweighæusero. Vid. ejus annott. Vol. VII. p. 484. Fistulam vero una cum tibia ab hominum modestorum conviviis arceri vult Clemens Alex. Pædag. II. 4. p. 192. Potter. ut bestiis magis quam hominibus convenientia organa: θηρίοις μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις κατάλληλα καὶ ἀνθρώποις τοῖς ἀλογοτέροις. τὰς μὲν γὰρ ἐλάφους ταῖς σύριγξι κηλεῖσθαι παρειλήφαμεν, ubi consule annot. Ego Platonis admonebo; qui in Protagora p. 310. p. 160. Bekk.: κηλῶν τε φωνῇ ὥσπερ Ὀρφεὺς, οἱ δὲ κατὰ τὴν φωνὴν ἕπονται κεκηλημένοι. Severius autem quodammodo ipso Clemente alio loco Plotinus pronuntiat ita: p. 435. A.—οὐδ' ὁ λόγος ὑπὸ μουσικῆς θέλγεται, ἀλλ' ἡ ἄλογος ψυχή. καὶ οὐ θαυμάζεται ἡ γοητεία ἡ τοιαύτη, καίτοι φιλοῦσι κηλούμενοι, κἂν μὴ τοῦτο αἰτιῶνται παρὰ τῶν τῇ μουσικῇ χρωμένων. Nostro contra loco fistulæ similitudine utitur philosophus Lycopolites ad explicandum τὸν λόγον τὸν τοῦ παντὸς, sive rationem in hac rerum universitate regnatricem.—Cæterum σύριγξ, συρίζειν, συρικτὴς ab Orphicis in cælesti et mundana musica describenda usurpatur. Vid. Orph. Hymn. VIII. (7.) 11. Fragg. Orph. XXVIII. 13, 14:

Ζεὺς δέ τε πάντων ἐστὶ θεὸς, παντῶν τε κεραστὴς,
Πνεύμασι συρίζων, φωνῇσιν τ' ἠερομίκτοις.

Ubi bene Gesnerus: "Eodem pertinet illud συρίζειν, *sibilo vocare*: quorsum data Pani (quem cum Jove confundebant vid. ad vers. 13.) σύριγξ sua, qua concordem illam rerum discordiam illam pugnantis secum naturæ harmoniam pingunt." Neque vero Plotinus hoc loco Orphicum, s. Theologum, se dat, neque Pythagoreos et Platonem ipsum in concentu mundi declarando antiquis nonnunquam tesseris, s. symbolis, usos, imitatur, sed scriptorem perspicuitatis studiosum, et qui harmoniam mundi moralem simplici fistulæ similitudine declarare instituat; uti sæpiuscule facit Plato, v. c. in illo Symposii loco p. 215. A. B. p. 452. Bekk. ubi ipsæ σύριγγες memorantur et tibicinis artificia.

p. 489, 3. Εἰ οὖν ἄτοπος κ. τ. λ.] Fortasse scripserat Plotinus: Εἴη οὖν vel Εἴη ἂν οὖν ἄτοπος ἡ εἰσαγωγὴ τῶν ψυχῶν, ὧν αἱ μὲν κ. τ. λ.: Fuerit proinde absurda hæc introductio animarum, *quarum* partim etc. Sine libris mutare nolui. Turbatum in h. l. esse indicare videtur lectionis varietas. Proxime autem fortasse legendum: Τί δὲ κωλύει: Quid *vero* prohibet histrionum quoque gesta pro partibus habere? Attingit autem hoc loco illam primariam quæstionem, quid inde consequatur, si admittamus omnia fieri in hoc

mundo ex dictamine universæ alicujus et irreformabilis (liceat enim hoc vocabulo uti) rationis, ita ut bonis animabus peccandi etiam arbitrium adimatur. Quam ille quæstionem philosophus noster ponit tantummodo in hoc fine libri prioris, deinde pertractandam posteriore libro, qui continuo sequitur.

LIB. III.

p. 490, 11. *Ψυχῆς γάρ τινος πάσης ἐνέργεια, οἱ λόγοι*] Hanc disputationem de uno principio, unde omnia emanant, suo modo excussit, et ex parte refutare studuit *Tiedemannus* in libro, qui inscribitur: *Geist der speculativen Philosophie* III. p. 284. sqq.

p. 491, 8. *Καὶ πάλιν ἐπὶ τούτῳ ἐκδήσας, κατάβαινε,*] Ficin.: Ac rursus hinc *explicans* cet. Debebat *religans* vel *appendens*, ut nos vernacule: "Und wiederum nach diesem *anxnüpsend*, steige mit Absondern weiter her ab;" Alioqui fortasse conjiciat quispiam, propter sequens *κατάβαινε, ἐκδημήσας*. Et rursus post hoc *profectus* descende cet. Atque, ut verum fatear, illius usus, qui hic requiritur, nullum mihi aliud exemplum succurrit. Nam ubi verbum *ἐκδέω* obvium, ibi vel propriam significationem habet (v. c. in Meleagri Carm. LXIV. *ἐπὶ προθύροισι—ἐκδήσω τοὺς στεφάνους*. ubi Cod. Vat. dat *ἐκδήσας*. Vid. *Jacobs.* ad Anthol. Gr. I. p. 82.) vel, si tralatam, diversam tamen, uti ap. Theocrit. II. 60. sq. *ταῖς τήνω φλιᾶς—Ἐκ θυμῷ δέδεμαι*, ubi Scholiastes: *Ἤγουν ἐκδέδεμαι, ἐκκρεμὴς εἰμι [τῷ θυμῷ]· τοῦτ' ἔστι, τῇ ψυχῇ·* Sed vid. tamen *Valckenaer.* ad eum locum. Quid Ficinus nostro loco voluerit, non dixerim. Codices quidem nihil nobis variantium lectionum offerunt. Similis autem confusio in Herodoto, IV. 76; ubi pro vera lectione *ἐκδησάμενος* Aldina offert *ἐκδημησάμενος*. Vid. var. lect. p. 316. *Wesseling.*

p. 492, 3. *τῶν ἐφ' ἑκάτερα*] Ita scripsimus cum libris omnibus. Tene autem formulam (similem aliis *καθ' ἑκάτερα, παρ' ἑκάτερα*) *eorum, quæ in utramque partem vergunt.* Formulam *ἐφ' ἕνα* ap. Hesych. in *ὄγμος* obviam, *alter juxta alterum*, explicat. *Hermann.* ad Viger. Nr. 398. p. 860. de agmine et acie struendo, et Plotinus a vocabulo *τὸ ἡγούμενον* continuo ansam arripit similitudinis *exercitus et imperatoris* adhibendæ. Hujus autem similitudinis in hoc ipso loco de Providentia usurpatæ e philosophis exempla suppeditabit *Gataker.* ad Marc. Antonin. VII. 45. p. 222.

— 5. *ἐτάχθη δὲ τὸ πᾶν προνοίᾳ—ὁρώσῃ—ἃ δεῖ παρεῖναι.*] Universo et mundo et hominum generi consuli et provideri a diis post Socratem Plato multis librorum suorum locis declarare instituit. Vid. v. c. de Legg. X. p. 955. sq. Phædon. p. 47. D. (p. 10. Wytt.) et Wyttenb. Annott. in hunc locum p. 140. sq. qui plura congessit. Quæ sententia a Stoicis maxime philosophis pertractata confirmataque est. Exemplorum copiam dabit tibi *Gataker.* ad Marc. Antonin. II. 11. p. 47.—Illud in fine capitis nostri: *ὁ μέγας ἡγεμών*, et ipsum Platonis colorem refert. Qui in Phædro p. 247. sub fin.: *ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ Ζεύς.* Adjicio locum Philonis Jud. de Providentia ap. Euseb. P. E. VIII. 14. p. 386. (in Ed. Venet. Armen. p. 53:) *Οὐ τύραννος ὁ θεὸς ὠμότητα καὶ βίαν καὶ ὅσα δεσπότης ἀνημέρου ἀρχῆς ἔργα ἐπιτηδευκὼς, ἀλλὰ βασιλεὺς ἥμερον καὶ νόμιμον ἀνημμένος ἡγεμονίαν, μετὰ δικαιοσύνης τὸν σύμπαντα οὐρανόν τε* (Cod. Armen. *terram*) *καὶ κόσμον βραβεύει. βασιλεῖ δὲ οὐκ ἔστι πρόσρησις* (*πρόστρησις* ed. Venet. vitiose) *οἰκειοτέρα πατρός. ὃ γὰρ ἐν ταῖς συγγενείαις πρὸς τέκνα γονεῖς, τοῦτο βασιλεὺς μὲν πρὸς πόλιν, πρὸς δὲ κόσμον ὁ θεὸς* (Armen. vers. addit: "Quam ob rem apud probatissimum laudatissimumque poëtarum, Homerum, Pater virorum et Deorum vocatus fuit Juppiter") *δύο κάλλιστα φύσεως θεσμοῖς ἀκινήτοις, ἀδιαλύτῳ ἑνώσει* (ed. Venet. *ἕνωσεν* vitiose) *ἁρμοσάμενος τὸ ἡγεμονικὸν μετὰ τοῦ κηδεμονικοῦ.* Ex Armen. versione legendum videtur: *ἀκινήτοις καὶ ἀδιαλύτῳ ἑν. ἁρμοσαμ.* Et fortasse placuerit etiam: *ἑνώσει συναρμοσάμενος.* De discrimine *βασιλέως* et *τυράννου* non repeto, quæ ad Cic. de Legg. III. 7. p. 408. et III. 11. p. 430. et p. 724. ed. Moser. et nostr. interprr. posuerunt: illud uno verbo monuisse sufficiat, apud veteres scriptores multa legi, quæ plane in contrariam Philonianæ et Plotinianæ sententiam pronuntiata sint. Vid. modo Lucani Phars. IV. 807. et Taciti Historr. I. 3. et quæ ibi interpretes contulerunt. Contra Hierocles Platonis decreta exponens De Providentia p. 52. sqq. Ed. Londin. (extrema enim tantummodo apponam)—*καὶ*

τῶν μὲν ὑποβεβηκότων τὰ προηγούμενα ἀεὶ ἡγεῖσθαι, πάντων τε βασιλεύειν τὸν ποιητὴν αὐτῶν θεὸν καὶ πατέρα. καὶ ταύτην τὴν πατρονομικὴν βασιλείαν αὐτοῦ πρόνοιαν εἶναι, τὴν ἑκάστῳ γένει τὰ προσήκοντα νομοθετοῦσαν. (Tu vid. Platon. Legg. III. p. 680. E. et cf. Gatak. ad Marc. Anton. I. 9. p. 11. et *Ruhnken.* ad Tim. p. 209. sq.) Eadem suo more tractat Gennadius in libello de Providentia p. 7—9.

p. 492, 14. *Καὶ γὰρ εἰ ἐγὼ κύριος κ. τ. λ.*] Summam in h. l. brevitatem interpretando haud incommode dilatavit Ficinus, in cujus versione correxi: *ordinatus es* pro *ord. est.*—Ad *ἐπεισόδιον* Aristotel. Poet. IV. 21. ibiq. Hermann. p. 111. Longin. de Sublim. IX. 12. p. 34. infr. Weisk. qui locus adhibendus est Himerio in Eclogg. X. 1. p. 172. Wernsdorf. et de tralata vocis significatu, qui h. l. obtinet, Jacobs. et Reisk. ad Crinagoræ Epigr. VI. in Anthol. Gr. Vol. VIII. p. 383. Proclus Inst. Theol. XIX. p. 34. jungit *τὸ ἐπεισοδιῶδες* et *τὸ ἀλλαχόθεν ἐφῆκον.* Ad sententiam autem hujus loci et sequentium vel maxime facit Hierocles de Providentia Cod. 251. p. 463. ed. Bekkeri (p. 62. sqq. ed. Londin.) unde hic initium apponam: *Ὅτι ἡ ψυχὴ, φησὶν, οὐκ ἀνεύθυνον ἔχουσα τῆς ὁποιασοῦν αἱρέσεως τὴν ὁρμὴν καὶ ὑπὸ τοῦ προσεχοῦς κρείττονος γένους ἐπιστασίας ἀξιοῦται, δίκης καὶ καθάρσεως καὶ τιμωρίας τυγχάνουσα ἀεὶ πρὸς τὴν ἀξίαν τῶν ἑαυτῆς διαθέσεων. καὶ τὸ μὲν ἑλέσθαι ἐπ' αὐτῇ κεῖται τὰ δὲ ἐπισυμβαίνοντα ταῖς αἱρέσεσι τῇ τῆς προνοίας κρίσει ὥρισται πρὸς ἀξίαν ἀμειβομένη τὰς ψυχικὰς διαθέσεις. καὶ οὕτως αἱρεῖσθαί τε ἅμα καὶ κληροῦσθαι τὸν αὐτὸν βίον λεγόμεθα. ἡ γὰρ ἐπὶ τοῖς εἰργασμένοις ἡμῖν τεταγμένη ἀμοιβὴ καὶ τὴν αὐτεξούσιον κίνησιν* (hæc quatuor vocabula deficientia in Ed. Londin. optime explevit Cod. A. Venet. Marc.) *καὶ τὴν θείαν ἐπιστασίαν ἐκφαίνει, ὡστ' ἀπ' ἀρχῆς εἰς τέλος αὐτεξουσίους μὲν ἔχειν ἡμᾶς τὰς κινήσεις, εἰ καὶ ἄλλοι ἄλλων μᾶλλον καὶ ἧττον καὶ αὐτοὶ δὲ οὐχ ὁμοίως ἀεὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν διασώζομεν, οὐκ ἀδεσπότους δὲ τὰς πρὸς τὴν ἀξίαν ἀντιδόσεις.* In eandem mentem plura disputat libello laudato Gennadius p. 8. sqq.

p. 493, 16. *νοῦς δὲ, οὐ τούτων τι ἐν, ἀλλὰ πάντα*] Vid. supra I. 8. 2. et quæ ibi annotavimus. Cf. etiam VI. 8. 5.

p. 494, 3. *οἷον ἐξίτηλον ἤδη προϊόντων*] Vel legendum *εἰς ἐξίτηλον*, ut legisse videtur Ficinus, vel *ἐξιτήλων*. De voce vid. supr. ad I. 6. 3. Addo Philonis Judæi de Mundi Opificio Vol. I. p. 100. Pfeiff. hæc: *ὁπότε καὶ οἱ τοσαύταις γενεαῖς ὕστερον φύντες, ἤδη τοῦ γένους διὰ μακρὰς χρόνων περιόδους* (*ἔτι* add. Editt. ante *περιόδους*) *ἐξιτήλου ὄντος, οὐδὲν ἧττον ἔτι δεσπόζουσι τῶν ἀλόγων.*

p. 495, 4. *καὶ γίγνεται ἐξ ἀμφοῖν πᾶν πλέγμα, καὶ πρόνοια ἡ πᾶσα.*] Quam varie *πλέγμα* usurpetur non est, quod multis exponamus. Vid. modo Wesseling. ad Diodor. III. 37. Wetst. Nov. Test. T. II. p. 324. Jacobs. ad Anthol. Gr. Vol. XI. p. 122. Alciphron. I. epist. 14: (*δίκτυον*) *ὑφάλῳ προσομιλῆσαν πέτρᾳ κατὰ μέσων ἀποσχισθῆναι τῶν πλεγμάτων· σοῦ δὲ ἐξ ἐκείνου μήτε ἀκέσασθαι* (— — *σασθαι* lacunose unus Cod. Palat. Heidelb.) *μήτε ἀνελέσθαι βουληθέντος, μεῖναι, μηδενὸς τῶν περιοικούντων* (*ἐνοίκων* alter. Palatin. *ἐνοικούντων* alter) *ὡς ἀλλοτρίου θιγγάνειν ἐπιχειρήσαντος* (*ἐπιχειρήματος* unus Pali vitiose). Synesius Dione p. 46. Petav.: *ἢ τί αὐτοῖς οἱ κάλαθοι βούλονται καὶ τὰ πλέγματα ἅττα μεταχειρίζονται* (ubi non moramur lectionem marginis: *τὰ πραγμάτια ἅττ. μεταχειρίσθαι.*)—Hujus autem tralati usus, quo Plotinus eam vocem accepit, aliud exemplum nunc quidem non in promptu est nisi hoc ex Hieroclis fragmm. *περὶ Προνοίας* ap. Phot. Cod. 251. p. 463. Bekker. (p. 64. ed. Londin.) —*καὶ τοῦτο εἶναι τὴν ἄγουσαν ἡμᾶς πρὸς τὰ τῇδε καὶ πάλιν ἐντεῦθεν ἀπάγουσαν εἱμαρμένην, πλέγμα οὖσαν καὶ συνδρομὴν ἀνθρωπίνης προαιρέσεως καὶ θείας κρίσεως, ὥστε ἑλομένους ἡμᾶς ἃ βουλόμεθα διὰ τὸ τῆς κρίσεως ἀδιάπταιστον.* In fine capitis Plotinus usurpat *συμπλοκὴ, complexis*, uti ibi vertit Fic., qui hoc loco *contextus*, non male. Non multum distare videtur *contagio* in aliquot locis Ciceronis, ut de Divin. I. 30. de Fato. 3. ubi tamen. Henr. Steph. *cognatio* malit et *συμπάθειαν* exprimi opinatur (vid. Moseri annot. in ejusd. eorum librorum Ed. p. 571.), non feliciter conjectans. Cæterum illa vis vocis *πλέγμα* in Lexicis non consignata est. Adscribo locum Dionysii Halic., qui cum ad cap. secundum (supra p. 272. C. ubi *imperatoris* similitudo usurpatur) tum huc pertinet, ex libro de Composit. verbb. XII. p. 146. Schæf. *τὰ εὐμελῆ* (*ἢ τὰ ἐμμελῆ* Cod. Palat. et Darmstad.) *καὶ εὔρυθμα καὶ εὔφωνα ὀνόματα, ὑφ' ὧν γλυκαίνεταί τε καὶ μαλάτ-*

τεται, καὶ τὸ ὅλον οἰκείως διατίθεται (omisit hæc insigniter scripta Cod. Darmst.) ἡ αἴσθησις, ταῦτα (deest in Darmst.) ἀλλήλοις συναρμόττειν ἢ τὰ μὴ τοιαύτην ἔχοντα φύσιν ἐγκαταπλέκειν τε καὶ συνυφαίνειν τοῖς δυναμένοις αὐτὴν γοητεύειν, ὥστε ὑπὸ τῆς ἐκείνων χάριτος ἐπισκοτεῖσθαι τὴν τούτων ἀηδίαν· οἷόν τι ποιοῦσιν οἱ φρόνιμοι στρατηλάται κατὰ τὰς τάξεις τῶν στρατευμάτων. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι συγκρύπτουσι τοῖς ἰσχυροῖς τὰ ἀσθενῆ καὶ γίνεται οὐδὲν τῆς δυνάμεως μέρος ἄχρηστον (Darmst. et Pal. multo contractius: ἢ τὰ μὴ τοιαῦτα ἐγκαταπλέκειν αὐτοῖς· ὥσπερ καὶ στρατηγοὶ τὰ ἀσθενῆ τοῖς ἰσχυροῖς ἐπικρύπτουσι. καὶ γίνεται αὐτοῖς οὐδὲν τῆς δυνάμεως μέρος (omiss. in Darmst.) ἄχρηστον.)

p. 496, 1. ὡς οἷον εἰς θολερὸν ἐμβάλλειν] Infr. p. 308. B. C. bis ἐν θολερῷ. Cf. Ruhnk. ad Tim. p. 142. et I. I. Bekker. ad Philostrat. Vit. Apollon I. 9. p. 11. ed. Olear. Ego alia exempla subjiciam. Plutarchi Fragm. ad calc. libri de S. N. V. p. 113. ed. Wytt. θολεροὺς καὶ ἀκαθάρτους. Porphyr. de Styge in Stob. Eclogg. p. 1052: θολεροὺς βίους. Artemidor. Oneirocrit. Proœm. p. 309. Reiff. ἐπιθολοῦται ἡ ψυχὴ φόβοις —ἐλπίσιν. Sext. Empir. adv. Gramm. I. 13. p. 281. Fabric. ἀνεπιθόλωτον. Cf. Proclum in Alcib. pr. p. 251. ed. nostr. Idem in Platon. Tim. p. 382. ἐπιθολούμενα et p. sq. τεθολωμένοις. Inde corrige Porphyrii Sententt. XXXII. p. 233. τεθολωμένον pro τελωθομένον. Hermes in Clave ita de anima infantis: μηδέπω δὲ θωλομένην. Corrige: μηδ. δὲ τεθολωμένην. Plotin. infra p. 654. B. οἷον τῷ φωτὶ τὸ διαφανὲς, τῷ δὲ τεθολωμένῳ ἡ μετάληψις ἄλλως.

— 7. Καὶ τὸ τοιόνδε εἶναι, ἐπὶ τὴν προτέραν βιοτὴν ἂν ἀνάγοι] Legit in his et sequentibus Platonis sui vestigia Plotinus, maxime in Timæo p. 91. sq. p. 138. sqq. Bekk.; et Plato etiam infra cogitandus advocem φησίν. Plotinum rursus sectatur ex parte Hierocles in libro de Providentia; hoc nomine notatus a Photio in Bibliotheca Cod. 215. p. 172. Bekk. qui ita incipit: ὁ πλεῖστος δ' αὐτῷ καὶ μέγας ἀγὼν ἡ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν ἐστι προβιοτὴ καὶ μετενσωμάτωσις τὸν μὲν ἐξ ἀλόγων ζώων ἢ εἰς ἄλογα μεταγγισμὸν οὐκ ἀναδεχόμενος (fort. ἀναδεχομένῳ) τὴν δὲ ἐξ ἀνθρώπων εἰς ἀνθρώπους μεταβολὴν σπουδαιολογούμενος (s. σπουδαιολογουμένῳ). Plotinum autem ipsum harum sententiarum caussa reprehendit Nicephorus Nathanael in libello, quem huic Enneadum editioni adjecimus.

— 18. καὶ σμικρὰ ῥοπὴ ἀρκεῖ εἰς ἔκβασιν τοῦ ὀρθοῦ.] Desumpta formula a Mechanicis. Vid. Aristot. Quæst. mechanicc. I. 3. et ad eum locum *van Capelle*. Cf. Olympiodor. in Plat. Alcib. pr. p. 185. et Proclum in eund. p. 24. nostr. Ed. ibiq. annott. Adde de hujus vocis vario usu Ez. Spanhem. Epreuves des Remarques sur les Césars de Julien. p. 115. Addam locum Gennadii e libello de Providentia p. 6: προνοεῖ μὲν (ὁ θεὸς) δι' αὐτὸ, ἁπλῶς εἰπεῖν, κρεῖττον, ἢ κατὰ πάντα τά τε ὄντα τά τε γενόμενα, οὐχ ὅτι αὐτῷ μᾶλλον θέλει τὸ αὐτοῦ ἀγαθὸν ἢ ἐκείνοις τὸ οἰκεῖον ἑκάστοις, ἀλλ' ὅτι τὸ ἀνθρώπου ἀγαθὸν μεῖζον μέν ἐστιν ἢ κατὰ τὰ ἄλλα, πολλῇ δὲ ἀνθρωπίνῃ σπουδῇ καὶ πλείονι τῇ ἐκ θεοῦ ῥοπῇ ἀνυστὸν, διὰ τὰς συνούσας τῷ ἀνθρωπίνῳ βίῳ δυσχερείας: ubi ἡ ἐκ θεοῦ ῥοπὴ est *momentum*, quod deus adjicit hominis *inclinationi* ad virtutem.

p. 497, 18. Ἓν δὲ ἐκ πάντων, καὶ πρόνοια μία, εἱμαρμένη—ἀρξαμένη] De discrimine et finibus Providentiæ et Fati vide philosophorum decreta apud Sext. Empir. adv. Math. V. 46. ibiq. Fabr. p. 346. et Plutarch. de Placitt. philoss. I. 27. 29. p. 560. sqq. Wytt. Eundem de Fato I. II. p. 290. sqq. Wytt. Theodoretus Therapeut. V. 10. p. 416. Schulz. et p. 833. ubi Plato laudatur: Aristoteles vituperatur:—καὶ τὸν θεὸν εἰρηκότος ἐκείνου (Πλάτωνος) προμηθεῖσθαι τῶν πάντων, οὗτος (Ἀριστοτέλης) τὴν γῆν, ὅσον ἦκεν εἰς λόγους τῆς θείας κηδεμονίας ἐστέρησε. τὰ γὰρ δὴ μέχρι σελήνης ἰθύνειν ἔφησε τὸν θεόν· τὰ δέ γε ἄλλα ὑπὸ τὴν εἱμαρμένην τετάχθαι. Cf. etiam Nemesium de Natura Hom. c. XXXIX. p. 311. sqq. ed. Matthæi. In primis autem conferri cum Plotino debet Procli locus de Providentia et Fato et Eo quod in nobis cap. III. p. 11. sqq. ed. Cousin.

p. 498, 14. Γενομένης δὲ τομῆς—ὁ λόγος—συνάπτοι, καὶ συνάγοι, καὶ ἰᾷτο] Cf. var. lect. Colorem duxit Plotinus ex Platonis Sympos. p. 190. p. 404. sqq. Bekk. (Ζεὺς) τὸν Ἀπόλλω ἐκέλευε τό τε πρόσωπον μεταστρέφειν καὶ τὸ τοῦ αἰχένος ἥμισυ πρὸς τὴν τομήν. et p. 191. p. 406. ἔστι δὴ οὖν—ὁ ἔρως—τῆς ἀρχαίας φύσεως συναγωγεὺς, καὶ ἐπιχειρῶν ποιῆσαι ἓν ἐκ δυοῖν, καὶ ἰάσασθαι τὴν φύσιν τὴν ἀνθρωπίνην. Quæ imitatus est etiam

Philo Jud. de Mundi opificio p. 104. ed. Pfeiff. *Ἔρως δ' ἐπιγενόμενος, καθάπερ ἑνὸς ζώου διττὰ τμήματα διεστηκότα συναγαγὼν εἰς ταὐτὸν, ἁρμόττεται.* Ubi si antecedentia respexeris, hoc præsens aptius censebis, quam quod Mangeio in mentem venit: *ἡρμόζετο.* Quod vero ad Olympiodorum in Alcib. pr. p. 211. in ejusdem Convivii loco simili p. 192. p. 408. Bekk. patrocinatus eram lectioni *ἐθέλω ὑμᾶς συντῆξαι καὶ συμφυσῆσαι εἰς τὸ αὐτὸ,* et Reyndersio etiam persuaseram pro *συμφῦσαι,* nunc quidem retracto, commotus non tam loco Aristotelis Polit. II. 1. 16. ubi, tangens Platonis verba, *συμφῦναι* usurpat Stagirita, sed Platon. Epist. VI. p. 323. b. *συμφῦσαι καὶ συνδῆσαι πάλιν εἰς τὴν προϋπάρχουσαν φιλότητα καὶ κοινωνίαν,* et Synesii epist. 151. p. 289. D.: *Ἡφαίστου τέχνῃ συντακῆναί τε καὶ συμφυῆναι καὶ ἓν ἄμφω γενέσθαι.* Similis varietas librorum est in Platon. de Legg. IV. p. 708. p. 339. Bekk. Cæterum in loco de Providentia explicando, morbi, vulneris, medici similitudinem usurpant etiam Philo de Providentia II. p. 59. sq. ed. Venet. Armen. Theodoret. in Therapeut. V. 10. p. 417. Schulz. Theodorus Metochita c. 66. p. 411. sq. ed. Kiessling.

p. 499, 6. *Οἷον καὶ τὸ τῆς Ἑλένης κάλλος πρὸς μὲν τὸν Πάριν ἄλλο εἰργάζετο, Ἰδομενεῖ δὲ ἔπαθεν οὐ τὸ αὐτό*] Paridem et Idomeneum idcirco jungit, quod hic et ipse inter Helenæ amatores et procos numeratur, neque tamen minus postea Menelao amicitia adjunctus. Vid. Iliad. III. 232. sq. Hygini Fab. 81. et 270: "Idomeneus, qui Helenam amavit." Eleganter autem Scholiast. Venet. A. in Iliad. γ. 443:—*ἐνταῦθα δὲ τὴν Ἑλένην ὀφθαλμοβολήσας* (ὁ Ἀλέξανδρος) *Ἀφροδίτης αἱρέσει βληθεῖσαν δι' ἀλληλομαχίαν Ἔρωτος ἀναλαβὼν αὐτὴν—ἦκεν ἔχων αὐτὴν εἰς Ἴλιον.* Cæterum hoc exemplum Paridis et Helenæ frequentatum philosophis fuisse in hoc loco de Providentia mihi non tantopere persuadent hæc Philonis verba libr. I. de Providentia p. 30. ed. Armen. Ven.: "Daturne alicubi pulcritudo corporis? Dicat Helena, narret Paris, Amazones referant:" quam hæc Alcinoi de Doctrina Platon. c. 26. p. 510. ed. Dan. Heins.: *περὶ δὲ εἱμαρμένης τοιαῦτά τινα τῷ ἀνδρὶ* (Πλάτωνι) *ἀρέσκει· πάντα γάρ φησιν ἐν εἱμαρμένῃ εἶναι, οὐ μὴν πάντα καθειμάρθαι. ἡ γὰρ εἱμαρμένη νόμου τάξιν ἐπέχουσα, οὐχ οἷον λέγειν, ὅτι ὁ μὲν τάδε ποιήσει, ὁ δὲ τάδε πείσεται (εἰς ἄπειρον γὰρ τοῦτο, ἀπείρων μὲν ὄντων τῶν γενομένων, ἀπείρων δὲ τῶν περὶ αὐτὰ συμβαινόντων· ἔπειτα καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν οἰχήσεται καὶ ἔπαινοι καὶ ψόγοι, καὶ τὸ τοιούτοις παραπλήσιον.) ἀλλὰ ὅτι εἴ τις ἂν ἕληται ψυχὴ τοιοῦτον βίον, καὶ τάδε τινὰ πράξει τάδε τινὰ αὐτῇ ἕψεται.* (Ita enim distinguendum et scribendum.) *ἀδέσποτον οὖν ἡ ψυχὴ, καὶ ἐπ' αὐτῇ μὲν τὸ πρᾶξαι, ἢ μὴ, καὶ οὐ κατηνάγκασται τοῦτο· τὸ δὲ ἑπόμενον τῇ πράξει, καθ' εἱμαρμένην συντελεσθήσεται· οἷον τῷ, Πάρις ἁρπάσει τὴν Ἑλένην, ἐπ' αὐτῷ ὄντι, ἀκολουθήσει τὸ, πολεμήσουσι Τρώεσσι περὶ τῆς Ἑλένης οἱ Ἕλληνες.* Integrum locum apposui, utpote simillimum Plotiniano cum verbis, tum sententiis. Plane in contrariam sententiam Lucianus dicentem facit Paridem in Dialogg. Mortt. XIX. 1. p. 411. ed. Wetst.: *οἶσθα δὲ, ὡς ἀκούσιόν τι ἐστι, καί τις ἡμᾶς δαίμων ἄγει, ἔνθα ἂν ἐθέλῃ· καὶ ἀδύνατόν ἐστιν ἀντιτάττεσθαι αὐτῷ.* Isto scilicet modo nihil non flagitiorum excusare possis. Quod reliquum est, mitto alteram istam Helenam, quam Simon Magus finxisse dicitur in illa priore infuisse, propter quam Trojanum bellum conflatum sit. (Irenæus adv. Hæres. lib. I. c. 23. Orig. c. Cels. V. 62. p. 625. Ruæi.) Laudabo potius aliquot locos scriptorum, qui hæc vel similia habent, si forte Philosophiæ et Theologiæ studiosi consulere velint: Philo Jud. de Provid. II. p. 97. sqq. ed. Armen. Ven. Theodoret. Therap. lib. V. 10. p. 416. sq. Schulz. Nemesius de Nat. Hom. XL. p. 317. sqq. ed. Matth. ubi hæc bene ad nostri loci argumentum facientia: (p. 320. et p. 329.) *οὐκέτι δὲ ἡ αὐτὴ ἕξις τῶν ἀντικειμένων, οἷον τοῦ ἀκολασταίνειν καὶ σωφρονεῖν, ἢ τοῦ ψεύδεσθαι καὶ ἀληθεύειν, ἀλλὰ τῶν ἐναντίων αἱ ἐναντίαι· τὸ μὲν γὰρ σωφρονεῖν τῆς κατ' ἀρετήν ἐστιν ἕξεως· τὸ δὲ ἀκολασταίνειν, τῆς κακίας. οὐκ εἰσὶν ἄρα τῶν δυνάμεων αἱ κακίαι, ἀλλὰ τῶν ἕξεων καὶ τῆς προαιρέσεως. οὐ γὰρ ἡ δύναμίς ἐστιν ἡ παρασκευάζουσα ἡμᾶς ἀκολασταίνειν, ἢ ψεύδεσθαι, ἀλλ' ἡ προαίρεσις ἐφ' ἡμῖν γὰρ ἦν ἀληθεύειν καὶ μὴ ψεύδεσθαι.* (Fortasse plenius dederat: *ἐφ ἡμῖν γὰρ ἦν τὸ ἀκολασταίνειν καὶ τὸ ψεύδεσθαι ἢ τὸ σωφρονεῖν καὶ τὸ ἀληθεύειν·*) Hierocles de Provid. ap. Phot. Cod. 251. (p. 64. sq. ed. Lond.) *φύσει γὰρ ἡ ἀνθρωπίνη ψυχὴ τοιαύτη δημιουργηθεῖσα καὶ πρὸς τὴν θείαν εὐζωΐαν, καὶ πρὸς τὴν θνητὴν*

γένεσιν ἐπιτηδείως ἔχει, ἀνὰ μέρος ἑκατέραν προσβάλλουσα δύναμιν, ἐπεὶ καὶ κατὰ πρόνοιαν θεοῦ πρὸς ἄμφω γεγένηται· οὕτω γὰρ τὸ μὲν δύνασθαι αὐτὴν ἐπὶ γῆς πολιτεύεσθαι κατ' οὐσίαν κέκτηται (Adjeci ἐπὶ γῆς cum *Bentleio*. Nam confer modo eundem Hieroclem in aurea carmm. Pythag. p. 137. οὔτε ἐπὶ γῆς δύναται πολιτεύεσθαι, ὡς φυτὸν οὖσα οὐράνιον.) τὸ δὲ πλείονα χρόνον ἄνω διάγειν ἢ κάτω πρὸς τὴν αὐτοκίνητον αὐτῆς συμβαίνει διάθεσιν. διὸ αἱ μὲν μυριετεῖς, αἱ δὲ τρισχιλιετεῖς περιόδους λέγονται ποιεῖσθαι, τῆς ἀρετῆς ἐπιτεμνομένης τὴν πλάνην, καὶ τοῦ συντόνου τῶν ἀγαθῶν ἔρωτος ὑφαιρουμένου τῆς περιγείου λειτουργίας τὸ πολυχρόνιον. Denique cf. Gennadii libellum de Provident. p. 13. sqq.

p. 500, 15. ἀνάγνωσις φυσικῶν γραμμάτων] Cf. supra II. 3. 7. ubi γράμματα dicit ἐν οὐρανῷ γραφόμενα. et quæ ad eum locum adposuimus.

p. 501, 7. ἔστι δὲ τοιοῦτον ἡ ἀναλογία κ. τ. λ.] Platonis Timæum ante oculos habuit hæc scribens Lycopolites. Ille enim in Timæo p. 31. sq. p. 27. sq. Bekk.: δεσμῶν δὲ κάλλιστος, ὃς ἂν αὑτὸν καὶ τὰ ξυνδούμενα ὅτι μάλιστα ἓν ποιῇ. τοῦτο δὲ πέφυκεν ἀναλογία κάλλιστα ἀποτελεῖν. ὁπόταν γὰρ ἀριθμῶν τριῶν εἴ τε ὄγκων εἴτε δυνάμεων ὠτινωνοῦν ᾖ τὸ μέσον, ὅ,τί περ τὸ πρῶτον πρὸς αὐτό, τοῦτο αὐτὸ πρὸς τὸ ἔσχατον, καὶ πάλιν αὖθις ὅ τι τὸ ἔσχατον πρὸς τὸ μέσον, τοῦτο τὸ μέσον πρὸς τὸ πρῶτον, τότε τὸ μέσον μὲν πρῶτον καὶ ἔσχατον γιγνόμενον, τὸ δὲ ἔσχατον καὶ τὸ πρῶτον αὖ μέσα ἀμφότερα, πάνθ' οὕτως ἐξ ἀνάγκης ταὐτὰ εἶναι ξυμβήσεται, ταὐτὰ δὲ γενόμενα ἀλλήλοις ἓν πάντα ἔσται. Cf. Aristotel. Metaphys. IV. p. 101. Brandis. XII. p. 281. Theophrast. Metaphys. p. 317. Brandis. Cic. ad Attic. VI. 2. idem de Univers. 4. Dicitur autem Ciceroni *Comparatio*, *Proportio*. Cf. etiam Quintil. Instit. Orat. V. 10. Apud Sextum Empir. adv. Gramm. I. §. 179. Grammaticorum Analogia excutitur. In corporis pulcritudine item ἀναλογίας vocem usurpabant veteres, teste Eustathio in Odyss. VI. 152. p. 255. Basil. In loco de Bono usurpat Noster infra VI. 7. 36. p. 727. extr.

p. 502, 7. Πρόεισι δὲ ἤδη ἐκ ταύτης ἕκαστα, μενούσης ἐκείνης ἔνδον] Ita dedimus cum libris plurimis. Etenim formula ἔνδον μένειν proprie usurpari solita in laude feminarum (vid. Valckenaer. ad Herodot. IV. 114. p. 331. sq.) a Platonicis philosophis frequentatur de omnibus iis, quæ in primigenio suo loco et statu manent, ut Principia, Deus summus cet.: cum cetera ab iisdem dicantur προϊέναι. Nam ut hoc loco, ita ubivis fere hæc verba inter se opponuntur. Ductus autem ille usus quodammodo videri queat ex nobilissimo loco Platonis in Phædro p. 246. E. Μένει γὰρ Ἑστία ἐν θεῶν οἴκῳ μόνη. Ad quem Proclus in Cratylum §. 138. p. 84. Boisson. ἡ δ' Ἑστία μένειν ἐφ' ἑαυτῆς ἄχραντον τὴν παρθενίαν ἔχουσα καὶ ταυτότητος αἰτία οὖσα πᾶσιν. Ad argumentum cf. Proclum in Alc. pr. 17. p. 53. ed. nostr. ejusdem Inst. Theol. c. 141. p. 210. et in Platonis Theolog. I. 15. p. 41. et ipsum Plotinum p. 470. D. E. et p. 351. G. ubi, simillimo loco, Noster: μὴ μενούσης τῆς ἀρχῆς ἐφ' ἑαυτῆς.

— 8. οἷον ἐκ ῥίζης μιᾶς—οἷον μικρὰ δένδρα βουληθέντα εἶναι.] *Arboris mundanæ* (ut recte appellat Ficinus in Comment. p. 254.) similitudo quo pertineat, clarius patefiet comparanti locum geminum infra III. 8. 9. p. 351. F. ἢ ζωὴν φυτοῦ μεγίστου διὰ παντὸς ἐλθοῦσαν ἀρχῆς μενούσης καὶ οὐ σκεδασθείσης περὶ πᾶν αὐτῆς, οἷον ἐν ῥίζῃ ἱδρυμένης κ. τ. λ. Videlicet utrobique quem hodieque in philosophorum scholis usurpant *Organismum Mundi* et *physicum* (naturalem) et *ethicum* (moralem). Ejusdem notionis eadem similitudine declaratæ exemplum præstat locus ille nobilissimus Indici carminis *Bhagavat-Gitæ*, de quo poemate nuper acute disputarunt *Guil. de Humboldt* et *G. Hegel*. Locum ex *Herderi* nostratis versione exhibui in Symbolica I. p. 644. ed. alter. ubi *Aswaathæ* sive ficus religiosæ imago ad consimilem sententiam explicandam adhibetur. Magis vel minus diversas de arboribus mirificis narrationes exhibent Persarum aliorumque populorum libri sacri. Tetigit hanc rem Cyrillus adversus Julianum p. 88. Idem pag. 94. in mentione arboris vitæ paradisi providentiæ testimonium agnoscens hæc posuit:—ἀλλ' οὐδὲ φθόνου καὶ βασκανίας ἔργον ἦν, καθὰ τετόλμηκεν (Ἰουλιανός) εἰπεῖν, τὸ ἀπεῖρξαι φαγεῖν αὐτὸν τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, ἵνα μὴ ζήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα· ἀξιάγαστος δὲ καὶ τῆς ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ προμηθείας ὁ τρόπος εἴη ἂν παρά γε τοῖς ἀρτίοις τὴν φρένα· Philo Jud. Legis Allegorr. I. p. 152. sqq. Pfeiff.:—ἡμεῖς δὲ—τὴν γενικωτάτην ἀρετὴν ξύλον εἰληφότες ζωῆς λέγομεν.—καὶ τὸ ξύλον τοῦ εἰδέναι γνωστὸν

καλοῦ καὶ πονηροῦ εὐθὺς ἡσύχασεν, οὐ δηλώσας ὅπου τετύχηκεν ὂν ἵνα μὴ ὁ φυσιολογίας ἀμύητος τὸν ὄντα τῆς ἐπιστήμης θαυμάζῃ (Mangeius vult τὸν γνόντα. Lege τὸν μετέχοντα. Lacunosus enim locus est, ut multi Philoniani). Clemens Alex. Stromm. V. p. 689. sq. Potteri: αὐτίκα σὴν φρόνησιν θείαν ἀλληγορῶν ὁ Μωϋσῆς ξύλον ζωῆς ὠνόμασεν, ἐν τῷ παραδείσῳ πεφυτευμένον. ὃς δὴ παράδεισος καὶ κόσμος εἶναι δύναται, ἐν ᾧ πέφυκεν τὰ ἐκ δημιουργίας ἅπαντα κ. τ. λ. Mitto similia, quæ in hunc Genesis locum commentati sunt Origenes Vol. II. p. 34. Ruæi; Theodoretus Vol. II. 26. p. 40. sqq. Schulz. Basilius Magn. Homil. XXX. Jo. Damascenus de orthodox. fid. lib. II. c. 11. cujus verba excerpserunt Suidas et Zonaras in voc. παράδεισος. Unum adjiciam Gennadium de Providentia, quem Plotini hæc bina capita extrema ante oculos habuisse dicas, p. 11 :—καὶ ὥσπερ ἀδύνατον τὸν σῖτον μὴ ὁδῷ τινι γενέσθαι ὑπὸ τῆς φύσεως, καὶ δένδρου τούτου καρπὸν ἢ πάντων τῶν πρὸς ταῦτα ζητουμένων (?) σὺν τάξει ἀπαβαινόντων μὴ καὶ ταῦτα (fort. ταὐτὰ) εὐθὺς ἐποκολουθεῖν, διὰ τὸ τὰ ἑκάτερα πρὸς ἑκάτερα ὡρίσθαι, δι' ὃ φησι καὶ ἐκ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς· οὕτως ἀνάγκη κἂν τῷ ἀνθρωπίνῳ κατὰ προαίρεσιν βίῳ ἀρετὴν ἀρετῇ ἐπακολουθεῖν, καὶ κακίᾳ αὖθις κακίαν ἕως ἂν διὰ τοιαύτης ἐπιπλοκῆς ἕκαστος προσήκων γένηται ἢ τῷ μετασχεῖν τοῦ θεοῦ ἢ τοῦ (leg. τῷ) ἀποχωρῆσαι αὐτοῦ δυστυχῶς, ὁπότερον ἂν ἐπιμεληθείη.

LIB. IV.

p. 512, 7. ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΙΛΗΧΟΤΟΣ ΗΜΑΣ ΔΑΙΜΟΝΟΣ,] Est hic liber decimus et quintus Plotini (Porphyr. de Vita Plot. c. XXIV. p. 142. Fabr.) sed tamen conjunctus argumento sequenti libro Περὶ ἔρωτος quamvis multo post conscripto a senescente philosopho. Communionem Argumenti evincit locus sequentis libri p. 296. C. de quo infra videbimus. De voce δαίμων item de Geniis in religionibus veterum populorum Græcorum in primis et Italorum coli solitis, itemque de philosophorum hac de doctrina sententiis fusius disputavi in Symbolica et Mythologia Vol. III. p. 60—82. quæ hic repetere nihil attinet. [De vocabulo δαίμων, *Deus fatum, casus, fortuna* add. Wyttenbach. ad Plutarch. p. 996.] Hoc loco in iis me continebo, quæ proprie ad horum duorum librorum argumentum pertinent, adjiciamque nonnulla, quæ ibi omiseram. Ac primum hanc sive sententiam sive opinionem, esse genios, eosque hominibus sortito quasi attributos in communi vita Græcorum pervagatam esse arguunt religiones, scena, concio, sepulcrorum tituli. De illis alio loco monuimus. Scenam quod attinet, teneamus hæc verba Menandri a multis laudata (Incertt. Falb. XVIII. p. 203. ed. Aug. *Meineckii*):

> Ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται
> εὐθὺς γενομένῳ, μυσταγωγὸς τοῦ βίου
> ἀγαθός· κακὸν γὰρ δαίμον' οὐ νομιστέον
> εἶναι βίον βλάπτοντα χρηστόν·
> — — ἅπαντα δ' ἀγαθὸν εἶναι τὸν θεόν.

In concione autem Lysias Epitaph. p. 198. p. 130. Reisk.: νῦν δ' ἥτε φύσις καὶ νόσων ἥττων καὶ γήρως, ὅ, τε δαίμων ὁ τὴν ἡμετέραν μοῖραν εἰληχὼς ἀπαραίτητος. Sepulcri titulum θεοῖς δαίμοσιν. vide ap. Gruter. p. 1015. 6. et cf. *Dorvill.* ad Chariton. p. 308. Lips. [p. 178. ed. Amst.] Utrum vero unum an plures genii hominem sortiantur, varie quæsitum est; et erant, qui hac in re Menandro diserte obloquerentur. Vid. Plutarch. de Defectu Oracc. p. 415. A. B. p. 699. sqq. Wytt. et præsertim eund. de animi tranquill. p. 474. B. C. p. 932. sqq. Wytt. Contra alii docebant, unum dæmonem multas animas gubernare (Olympiod. in Phædon. in Wyttenbachii Annott. p. 289.) Plotinus autem reliquique hujus familiæ philosophi *Platonis* maxime locos pro fundo habuerunt, in quibus disputationum suarum quasi orbem includerent. Sunt autem in primis hi: Cratyl. p. 398. Steph. Timæi p. 40. d. Politic. p. 271. Legg. IV. p. 713. sqq. Epinom. p. 984. sq. Sympos. p. 203. sq. Phædon. p. 107. Reip. X. p. 617. e. Indidem ansam disserendi certatim arripuere et ii philosophi, qui huic argumento integros libros vel certe libellos dicarunt, vel aliis in scriptionibus in illud inquisiverunt. In illis, præter Posidonium (Macrob. Saturn. I. 23.) et Plotinum ipsum, fuit Origenes Platonicus (teste Longino ap. Porphyr. de vita Plotini c. XX. p. p. 123. Fabric.: καὶ γὰρ εἴ τι τούτων γέγραπταί τισιν, ὥσπερ Ὠριγένει μὲν τὸ περὶ δαιμόνων κ. τ. λ.) aliique ad Michaelem Psellum usque, cujus libellum περὶ ἐνεργείας δαιμόνων, sive ut alii inscriptum fuisse malunt,

περὶ ἐναργείας ὃ. (vid. Bernardi Epistoll. ad J. J. Reiskium p. 276.) hodieque tractamus. Aliis autem in scriptis suis magis minusve alte in hunc locum *de Geniis* descenderunt inde a Plotino reliqui ejus sectæ famuli omnes; quorum verba hinc inde in Annotatione delibabimus. A Plotino plures profecerunt, in his etiam Sallustius de Diis et Mundo c. 20. Laudat hunc librum Ammianus Marcellinus XXI. 14:— "Intelligi datur—familiares genios cum iisdem (viris fortibus) versatos, quorum adminiculis freti præcipuis Pythagoras enituisse dicitur et Socrates, Numaque Pompilius, et superior Scipio, et, ut quidam existimant, Marius, et Octavianus, cui Augusti vocabulum delatum est primo: Hermesque Termaximus, et Tyaneus Apollonius, atque *Plotinus*, ausus quædam super hac re disserere mystica, alteque monstrare, quibus primordiis hi genii animis connexi mortalium, eas tanquam gremiis suis susceptas tuentur, quoad licitum est, docentque majora, si senserint puras, et a colluvione peccandi immaculata corporis societate discretas." Ad quem locum *Lindenbrogius* hujus ipsius libri titulum apposuit, J. A. *Wagnerus* incredibilis inscitiæ documentum exhibuit, cum hæc adjiceret; "Vixit Plotinus sec. III. et LIV. libros reliquit, *de quibus non superstes est, nisi is, quem commemorat Lindenbrogius.*" Cum Lindenbrogianis ad illum Ammiani locum conf. etiam G. *Marini gli Atti de fratelli Arvali* p. 91. sq. Adversarium contra nactus est hic liber Plotinianus et alter IV. 3. περὶ ἀποριῶν ψυχῆς Nicephorum Chumnum, qui et Nathanael dicitur. Qui Ἀντιθετικὸν his scriptis opposuit. Restat ut de libri titulo moneamus. Est is haud dubie et ipse ductus ex aliquot locis Platonis, ut de Republ. X. 617. E: οὐκ ὑμᾶς δαίμων λήξεται, ἀλλ' ὑμεῖς δαίμονα αἱρήσεσθε. quæ verba infra adhibebimus; Phædon p. 107. p. 82. Wytt.: τελευτήσαντα ἕκαστον ὁ ἑκάστου δαίμων, ὅσπερ ζῶντα εἰλήχει, οὗτος ἄγειν ἐπιχειρεῖ εἰς δή τινα τόπον, quæ desumpsit Proclus in Alcib. pr. c. 13. p. 41. ed. nostr. unde etiam, ut hoc addam, intelligitur, hanc de Genio doctrinam conjunctam esse cum loco de *Providentia*, ac proinde caussa apparet, cur hoc potissimum loco retulerit hunc librum Porphyrius, nimirum ut hic illos de Providentia exciperet. Ita enim Proclus l. l.: καὶ ὥσπερ ὁ δαίμων καὶ πρὸ τῶν πατέρων ἄρχεται τῆς πρὸς ἡμᾶς προνοίας, καὶ μετὰ τῶν πατέρων ἐφέστηκεν ἡμῖν, οἷον κυβερνήτης ἡμῶν τῆς ὅλης ζωῆς κ. τ. λ. Pertinet igitur hæc de dæmonibus doctrina ad eam quam hodie *specialem Providentiam* appellant. Atque ut ille Genius nos dicitur λαγχάνειν, sortiri, sic idem a Diis dicitur nobis *dari* et *sortito attribui*. Iamblichus Protrept. c. 4. p. 10. Arcer. p. 34. Kiessling.: Δευτέρα δὲ ἡ τοῦ δοθέντος καὶ συγκληρωθέντος ἡμῖν ἀπὸ τῶν θεῶν δαίμονος δεῖξις ἐμφανὴς κ. τ. λ. Hinc δαίμονος κλῆρος (Dorvill. ad Chariton. p. 676. ed. Lips. [p. 778. Amst.]) et exclamationis formula: Ὦ δαῖμον, ὃς με κεκλήρωσαι καὶ εἴληφας (Alciphron. epist. III. 39. init.). Hinc frequentatæ formulæ ὁ εἰληχὼς ἡμᾶς δαίμων vel οἱ εἰληχότες ἡμᾶς δαίμονες (Sallust. de Diis et Mundo cap. 20.) vel ὁ ἕκαστον εἰληχὼς δαίμων (ita enim in Olympiodoro in Alc. pr. p. 20. ed. nostr. legendum pro ἑκάστου) vel absolute: ὁ εἰληχὼς δαίμων (Hermias in Platon. Phædr. p. 93. sqq.) et brevius etiam ὁ εἰληχὼς (Olympiod. in Alc. pr. p. 33. ibiq. annot. nost.) et simpliciter ὁ δαίμων. (Plato in Tim. p. 90. p. 137. Bekk.) Unde intelligitur sive Plotinum sive Porphyrium huic libro solennem, neque curtatam, inscriptionem præposuisse. In fine haud abs re erit Appuleii admonuisse, qui ita de Deo Socratis p. 690. p. 155. ed. Bosschæ: "Ex hac ergo sublimiori *Dæmonum* copia Plato autumat, *singulis hominibus in vita agenda testes et custodes singulos additos, qui, nemini conspicui, semper adsint, arbitri omnium non modo actorum, verum etiam cogitatorum* etc.

p. 513, 6. μορφὴν λαβὸν—ὑποδοχὴν τοῦ γεννήσαντος καὶ ἐκθρέψαντος.] *Participationem* vertit Fic. Proprie *receptaculum*, sive quod recipit. De hac voce, varie usurpata, vid. Wyttenb. ad Plut. Sept. Sapp. Conviv. p. 958. Toupii Opusce. II. 289. Ejusd. Emendatt. in Suidam III. p. 184. Plotiniano huic loco adhibendus est alter Ennead. IV. 3. 1. p. 372. a. ubi de Animabus, τὰς δὲ ὑποδοχὰς τῶν θεῶν ὅπως σκεπτέον. ἀλλὰ τοῦτο μέν, ὅταν, πῶς ἐν σώματι ψυχὴ γίνεται, ζητῶμεν, ubi Fic. vertit: *deorum susceptacula*. Ita Theodoret. Vol. I. p. 1511. Ad humanam Christi naturam explicandam *templi* similitudinem usurpans ὑποδεξάμενον dicit τὸ τῆς θεότητος φῶς.—

Hæc hactenus. Admonent autem hæc *de forma* (*μορφῇ*) superiorum de *ὑποστάσει*. Ad verba igitur initio hujus capitis: *ὑποστάσεις* et *αἴσθησιν τὴν ἐν ὑποστάσει καὶ φύσιν* nolo congerere, quæ multa ab aliis de voce *ὑπόστασις* disputata sunt. (Vid. modo Suid. Zonar. Lex. in voc. et Jul. Pollucis Historia Phys. p. 236. *Hardtii.* cf. etiam Suiceri Thesaur. Eccles. in voc.) Hoc loco teneamus *ὑπόστασιν* sæpius distingui a *μορφῇ*, ut Subjectum a Prædicato vel Adjuncto metaphysico: Nonnunquam *ὑπόστασιν* et *φύσιν* pro uno eodemque haberi: (vid. Theodoret. Vol. V. p. 12. 16. Schulz.) Plotiniani loci insigniores hi sunt III. 5. 7. V. 1. 1. VI. 6. 5. VI. 7. 4; ex quibus philosophi nostri usus cognoscatur. Hoc loco Fic. vertit: *subsidentem actum et sensum in actu subsidentem.* Non male. Vult enim quod vernacule dicas: *der in einem Niederschlag* (Stoff.) *sich darstellende Act.* Ad nostri loci similitudinem quodammodo accedunt hæc Procli in Plat. Theol. XVII. p. 47. inf. *τὰ δὲ ἔσχατα καὶ ἔννυλα πολλῷ δήπου μειζόνως παρατρέπει τὸ οἰκεῖον ἀγαθόν. καὶ γὰρ ἀζωΐα συγκέκραται καὶ τὴν ὑπόστασιν εἰδωλικὴν ἔχει κ. τ. λ.* Idem in Alc. pr. p. 68. ed. nostr. *Οἱ μὲν τοίνυν δαίμονες τὴν πρώτην ὑπόστασιν λαχόντες ἀπὸ τῆς ζωογόνου θεᾶς, κἀκεῖθεν οἷον ἐκ πηγῆς τινος ἀπορρέοντες, οὐσίαν ἔλαχον ψυχικήν.*

p. 513, 9. *Καὶ τὸ ψυχὴ πᾶσα ἐπιμελεῖται—εἴδεσι*] Illud *τὸ* Plotini, ut sæpius alibi, Fic. circumscripsit his: "*quod dicitur a Platone.*" Est autem locus in Phædro p. 246. p. 40. Bekk.: *πᾶσα ἡ ψυχὴ παντὸς ἐπιμελεῖται τοῦ ἀψύχου, πάντα δὲ οὐρανὸν περιπολεῖ, ἄλλοτε ἐν ἄλλοις εἴδεσι γιγνομένη.* p. 130. sq. Plutarch. Sept. Sapp. Conviv. p. 155. a. p. 610. Wytt.—: *καθάπερ τὸν ἥλιον ἐν ἅρμασι λέγουσι περιπολεῖν ἄλλην ἄλλοτε ἐπινεμόμενον τοῦ οὐρανοῦ χώραν.* Tu consulito præterea Plotinum ipsum infra p. 372. d. 376. F. G. 482. A.

p. 514, 4. *Ὅσοι μὲν οὖν τὸν ἄνθρωπον—ζῷα·*] Sequitur locus luculentus de migratione animarum humanarum in bestias, usque adeo in plantas. Nolo recolere, quæ ad hunc locum Cudworth. et Moshem. in Syst. intell. p. 1057. posuerunt, nec magis, quæ ipse disputavi ad Herodot. II. 123. in Commentatt. Herodott. I. §. 24. itemque in Symbolica I. p. 417. sqq. III. p. 168. sqq. 427. 443. sqq. 499. sqq. IV. p. 520. Nostrum locum attigit Wyttenb. ad Plat. Phædon. p. 210: (" quod vero ibidem in Phædonem Olympiodorus) disputat contra hanc opinionem Platonis, animas, non in brutorum corpora migrare statuens, sequitur sectam Porphyrii et Iamblichi, *quum* antiquiores Platonici *et ipse Plotinus opinionem Platonis retinuissent.*" Idem ibid. p. 213. " Plotinus quidem, Platonis auctoritatem sequens, ex Timæo p. 552. hanc opinionem (*μετενσωματώσεως*) usurpat p. 284. A. et suis ipse rationibus confirmat Ennead. IV. 3. p. 381—389." Vid. tamen, quæ de Plotini senis sententia supra ad I. 11. p. 6. in annott. monui. Cæterum ex hoc Plotini loco et alii profecerunt, quorum verba profert Wyttenb. l.l. et vero Sall. de Diis et Mundo c. 20.

— 10. *καὶ ἦν αὐτοῖς μελέτη δενδρωθῆναι*] Fallor, aut hæc ducta sunt ex Timæo Platonis p. 86. p. 130. Bekk.; *τὸ δὲ σπέρμα ὅτῳ πολὺ καὶ ῥυῶδες περὶ τὸν μυελὸν γίγνεται, καὶ καθάπερ δένδρον πολυκαρπότερον τοῦ ξυμμέτρου πεφυκὸς ᾖ—ἐμμανὴς τὸ πλεῖστον γιγνόμενος τοῦ βίου διὰ τὰς μεγίστας ἡδονὰς καὶ λύπας κ. τ. λ.* Quod vero ad var. lect. suspicatus sum, legendum fortasse esse *ἀποδενδρωθῆναι*, facit Jo. Philoponi locus in Aristotelem de Anima I. fol. a. p. 4. (quem etiam habet Suidas in *κόσμος* T. II. p. 354. Kust.) quo forte hæc ipsa verba Plotini tetigit Joannes:— *διὸ καὶ ὁ Πλωτῖνος πάνυ θείως* (Suid. *διὸ καὶ ἀστείως λίαν ὁ Πλωτῖνος*, quod placet Kustero, nec mihi displicet. De hac confusione vid. Wyttenb. ad Plutarch. p. 450. et p. 759. sq.) *εἶπεν, ὡς ὅσοι ἐμμανῶς κατὰ τὰς θρεπτικὰς δυνάμεις ἐνεργοῦσιν, οὗτοι κινδυνεύουσιν ἀποδενδρωθῆναι.* Illuc igitur si respexit, videatur ex Cod. Vat. refingendum *ἀποδενδρωθῆναι*. Vid. de similibus verbis cum *ἀπὸ* compositis Tib. Hemsterh. ad Tim. Lex. Plat. p. 46. Ruhnk. et *ἀποδενδρουμένην* de Daphne habet Lucian. Ver. Hist. I. 8. p. 70. Amst. cf. etiam Schneideri Indic. in Theophrasti Opera in *ἀποδενδροῦσθαι*. Quod proxime Orellius volebat *οὐ καθαρίους δὲ τὰ ἄλλα*, speciosum est. Sed libri non variant: et vulgatam tuearis, si *φιλομούσους* h. l. accipias, qui nimii sunt in studio musicæ; et sequitur etiam mox: *εἰ μὴ ἄλλη κακία παρείη.* Cæterum de *καθάριος* consule Wyttenb. ad Select. Hist. p. 375. et ad Plutarch.

de Virtutt. et Vitio. p. 690. Cæterum h. l. ante oculos habuit Platonem de Republ. X. p. 620. p. 513. sq. ed. Bekk. Ad verba in fine capitis: *πολιτικὸν ζῶον μέλιττα* vid. Porphyr. de Antro Nymph. cap. 18. Bocharti Hierozoic. p. 500. sqq. et quæ plura collegi in Symbolica IV. p. 369. sqq. Animæ quoque vocatæ sunt apes (*μέλισσαι*), quæ puritatis studiosæ reditum ex hac vita meditantur. Porphyr. l. l. p. 19. Goens. cap. 3.

p. 515, 5. *καὶ ὁ δαίμων τὸ λογικόν*·] Sequitur Platonem in Timæo p. 90. a. p. 137. Bekk. *τὸ δὲ δὴ περὶ τοῦ κυριωτάτου παρ' ἡμῖν ψυχῆς εἴδους διανοεῖσθαι δεῖ τῇδε, ὡς ἄρα αὐτὸ δαίμονα θεὸς ἑκάστῳ δέδωκε.* Wyttenb. ad Phædon. p. 289: "Erant vero etiam, qui hunc Dæmonem partem ipsius animæ facerent, vel *νοῦν*, ut ipse Plato in Timæo, vel *ἦθος*, de quibus diximus ad Plutarch. Quæst. Platon. I. in Bibl. Crit. IX. p. 16. sq." (Tum Porphyrii et Iamblichi contrarias inter se opiniones refert.) Videlicet illam sententiam alii Anaxagoræ, alii Heraclito, unde Euripides profecit et Menander, alii Platoni tanquam auctori tribuebant, indeque ea ad Stoicos permanavit. Iamblich. Protrept. c. 8. p. 53. p. 138. *Kiessling.* *ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ὁ θεὸς, εἴτε Ἑρμότιμος εἴτε Ἀναξαγόρας εἶπε τοῦτο* (ubi Cod. Memm. cujus lectiones penes me sunt: *ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν θεὸς*, omisso articulo). Stobæi Floril. Tit. 102. p. 559. p. 351. *Gaisford.*: *Ἡράκλειτος ἔφη, ὡς ἦθος ἀνθρώπῳ δαίμων.* Plura dat *Gataker.* ad Antonin. V. 27. p. 163. et explicat Wyttenb. l. l. Relati ad eandem sententiam sunt loci etiam Homerici in primis Odyss. A. 32. 42. 43. Δ. 712. 713. [ad primum locum consule quæ congessit *Duportus* in Gnomologia Homerica p. 146. sq. Cantabr. 1660. 4to.] Vid. Ciceron. de Fato c. 18. ibiq. annot. p. 641. ed. G. H. Moseri et Gellium VI. 2. Expressit eandem Virgilius nobili loco Æn. IX. 184. sq.

" Nisus ait, Dine hunc ardorem mentibus addunt,
" Euryale? an sua cuique deus fit dira cupido?"

Ad quæ Servius ita: "Apud *Plotinum* philosophum et alios quæritur, utrum mentis nostræ acies per se ad cupiditates et consilia moveatur, an impulsu alicujus numinis? Et primo dixerunt, mentes humanas moveri sua sponte; deprehenderunt tamen, ad omnia honesta impelli nos Genio et numine quodam familiari, quod nobis nascentibus datur; prava vero *nostra* mente nos cupere et desiderare: nec enim potest fieri, ut prava, numinum voluntate, cupiamus, quibus nihil malum constat placere." At vero hanc Menandri aliorumque potius sententiam esse, quam Plotini arguunt ea, quæ in annott. ad hujus libri titulum laudavimus. Proclus in Alcib. pr. XIV. p. 45. sq. de Socrate et Alcibiade:—*καὶ ἔστιν ὁ αὐτὸς δαίμων μὲν ὡς πρὸς ἄνθρωπον, νοῦς δὲ ὡς πρὸς ψυχήν.* Idem ibid. p. 73. Timæi Platonici locum attigit.

— 7. *Ὀρθῶς οὖν λέγεται*] Plato de Rep. X. 617. E. p. 509. Bekk.: *οὐχ ὑμᾶς δαίμων λήξεται, ἀλλ' ὑμεῖς δαίμονα αἱρήσεσθε πρῶτος δ' ὁ λαχὼν πρῶτος αἱρείσθω βίον, ᾧ συνέσται ἐξ ἀνάγκης. ἀρετὴ δὲ ἀδέσποτον, ἣν τιμῶν καὶ ἀτιμάζων πλέον καὶ ἔλαττον αὐτῆς ἕκαστος ἕξει. αἰτία ἑλομένου· θεὸς ἀναίτιος.* Adhibuerunt hæc *Ez. Spanhem.* ad Juliani Cæsares in notes p. 273. et p. 285. et in *Preuves des Remarques sur les Césars de Julien.* p. 29. p. 120. et p. 146. et Wyttenb. ad Phædon. c. 60. p. 82. in Annott. p. 289. sqq. quem Platonis locum non minus, quam reliquos, quos laudavi, in hoc capite ante oculos habuit Plotinus.

—12. *εἰ δὲ βαρύνοιτο τῇ ῥώσει τοῦ χείρονος ἤθους.*] Sin vero gravatur (ingravescit) robore (corroboratione) pravi characteris. De hoc vocabulo addam nonnulla iis, quæ collegit Budæus. Apollonii Lex. Homer. p. 591. Tollii, explicat *ῥώοντο* his verbis: *ῥῶσιν ἐλάμβανον* (sed vid. interprr. ad Iliad. Σ. 411.) Heraclid. Allegorr. Homerr. c. 61. p. 186. Schow.; *καὶ ὅσον ἡ τοῦ σώματος ἰσχὺς ὑποφθίνει, τοσοῦτον ἡ τῆς διανοίας αὔξεται ῥῶσις.* (Sententia Platonica multorum imitationibus celebrata, quorum exempla ponemus ad Convivium p. 219. a.) Libanius in *Ῥητ. λογ.* Vol. IV. p. 524. Reisk.: *ὁ μὲν ἔτι προσιόντα τὸν λοιμὸν ἀπελάσας, κοινὴν ἅπασι πορίζεται ῥῶσιν. ὁ δὲ νόσον εἰσπηδήσασαν ἔνδον, καὶ τὰ σώματα δίκην φλογὸς νεμομένην, ἀποσβέσαι πειρώμενος, πολλοὺς μὲν ἴσως δυνήσεται τοῦ πυρὸς ἐξελέσθαι· πολλοῖς δὲ μάτην ἐπικουρίαν προσάξει παντοδαπήν.* Ubi Reiskius: "Malim *ῥῦσιν*, Rettung, a v. *ῥύεσθαι*." Male. *Ῥῶσις* est vocabulum medicum Galeno, Alexandro Tralliano aliis usurpatum. Et audi Hesych. II. 11. 33. *Ῥῶσις· ὑγεία.* Etymol. Gud. p. 494. 60: *ῥῶσις, ἡ ὑγεία—καὶ ἡ δύ-*

ναμις καὶ τὸ ῥωμαλέον. cf. ibid. p. 80. 82. Theodoret. Hist. Eccles. II. 15. p. 873. Schulz.: *διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἐκήρυξαν, τοῦ καὶ τῆς σῆς βασίλειας φρουροῦ καὶ τῆς σῆς ῥώσεως προστάτου.*—

p. 515, 14. *βρίσαντος—εἰς βίον θήρειον*] Plato Phædro p. 247. b. *βρίθει γὰρ ὁ τῆς κάκης ἵππος μετέχων, ἐπὶ γῆν ῥέπων τε καὶ βαρύνων.* cujus loci imitationes frequentes indicavit in Ep. Crit. p. 264. sqq. et p. 269. ed. Lips. Wyttenbachius. Alios locus collegit, simul de verbi vi exponens Matthæi ad Jo. Chrysostomi Homil. III. p. 12. sq. not. 33. cf. etiam Boissonad. ad Aristænet. V. p. 649. et Jacobs. ad Philostrati Imagg. I. 18. p. 321. Addam locum Iamblichi, integriorem, quam in editis legimus, de Myster. Ægyptt. V. 11. p. 127. Galei: *ἀναγωγός τε ἐπὶ τὸ θεῖον καὶ οὐράνιον πῦρ καὶ ἄϋλον, ἀλλ' οὐχὶ κάτω βρίθουσα περὶ τὴν ὕλην καὶ τὴν γένεσιν· εἰ μὲν γὰρ ὕλης ἦν γλυκυθυμία τις ἡ* (fort. ἦ) *διὰ τῶν ἀπὸ τῆς ὕλης* (hæc explevi ex Cod. mscr. Gothano, cujus varias lectiones Frid. Jacobsii officio acceptas refero) *ἀτμῶν δελεάζουσα* (sc. *τοὺς δαίμονας*) *ἀπόλαυσις, χρῆν ἀκεραίαν* (*ἀκέραιον* Cod. Goth.) *τὴν ὕλην εἶναι.*

p. 516, 3. *πεπεδήμεθα τῷ κάτω*] Hesych. *πεπεδημένος· δεδεμένος·* Homerica reputato, ut illa Iliad. δ'. 517. *μοῖρα αὐτὸν ἐπέδησε.* χ'. 5. *Ἕκτορα δ' αὐτοῦ μεῖναι ὀλοὴ Μοῖρα πέδησεν.* Odyss. δ'. 580. *ὅστις μ' ἀθανάτων πεδάᾳ καὶ ἔδησε κελεύθου.* et similia.

— 9. *οὐχ ἐνοχλουμένου δὲ παρέχον μερίμνας*] Liberius hæc reddidit Fic. Si lectio sana, cogitandum *κατὰ τὸ π. μ.* Cum non conturbetur eo, quod exhibeat molestias (sollicitudines). Ad sequentia adhibe Platonis Timæum p. 30. sqq.— Vox *ἠρέμησις* sub finem capitis et ipsa Platonis admonet. Vid. Sophist. p. 248. p. 195. Bekk. ubi *τὸ ἠρεμοῦν* docetur nec *κινεῖσθαι* nec *πάσχειν.* Hinc *ἠρεμεῖν* eidem in Gorgia p. 575. p. 171. Bekk. etiam de rationibus principiisque firmis usurpatur, quæ nulla dubitatione, nullo argumento disturbari queat.

p. 517, 2. *ἢ καὶ ἡ αἵρεσις ἐκεῖ—τὴν τῆς ψυχῆς προαίρεσιν καὶ διάθεσιν—αἰνίττεται*] Quod Fic. utrumque verterat *electio*, ego perspicuitatis causa ad posterius semel apposui: *propositum.* In eandem autem sententiam Proclus in Alc. pr. LVII. p. 163. ed. nostr. Fref. ita: *ᾧ καὶ δῆλον, ὅτι οὐκ ἐξαπαιτεῖ* (lege *ὅτι οὐκ ἐκ παντὸς ἀπαιτεῖ*) *τὸ δαίμονα κινεῖν ἡμᾶς ἐπὶ τὰς πράξεις, ἀλλ' ὅταν ἀγαθοειδὴς ἡμῶν ἡ προαίρεσις ᾖ, καὶ τὸ μὴ ἀποτρέπεσθαι μηδὲ ἐξεργάζεσθαι* (leg. *ἐξείργεσθαι*) *σημεῖόν ἐστι τοῦ καθήκοντος ἡμῖν τὴν πρᾶξιν* (leg. *τοῦ καθήκειν*). In sequentibus: *καὶ τὸν δαίμονα, φησὶν, οὐκ ἀλλάττεται·* et *ὅταν δὲ λέγηται ὡς πρῶτον οἱ κλῆροι,* rursus respicit nobilissimam fabulam Platonis in Reipublicæ extremo lib. X. p. 617. sq. p. 508. sq. Bekk. Cf. etiam Xenocratem apud Aristotelem Topicor. II. 2. p. 299. Sylb.—Illis autem *οὐκέτι τὸ σῶμα αἴτιον οὐδενὸς κακοῦ αὐτῷ* Ægyptiis ex parte obloquitur Ægyptius philosophus. Plutarch. de esu carn. p. 996. E. p. 54. Wytt. *Ἐπεὶ καλῶς εἶχεν, ὥσπερ Αἰγύπτιοι τῶν νεκρῶν τὴν κοιλίαν ἐξελόντες καὶ πρὸς τὸν ἥλιον ἀνασχίζοντες ἐκβάλλουσιν, ὡς αἰτίαν ἁπάντων ὢν ὁ ἄνθρωπος ἡμαρτεν, οὕτως ἡμᾶς ἑαυτοὺς τὴν γαστριμαργίαν καὶ μιαιφονίαν ἐκτέμνοντας, ἁγνεῦσαι τὸν λοιπὸν βίον.* De quo usu plura collegi in Commentt. Herodott. I. 3. p. 30. sqq. Dignum vero magistro discipulum arguunt hæc Porphyrii in Epistola ad Marcellam c. 29. p. 50. ed. Ang. Maii prc.: *Μηδὲ αἰτιώμεθα τὴν σάρκα ὡς τῶν μεγάλων κακῶν αἰτίαν, μηδ' εἰς τὰ πράγματα τρέπωμεν τὰς δυσφορίας, ἐν δὲ τῇ ψυχῇ τὰς τούτων αἰτίας μᾶλλον ζητῶμεν.*

— 11. *ἐπεὶ καὶ αἱ—τύχαι τὴν ὅλην προαίρεσιν οὐκ ἐκβιβάζουσιν*] Fic. verterat: *transgrediuntur* (potius debebat *transgredi faciunt, expellunt.*) Legit igitur et ipse *ἐκβιβάζουσιν.* Atque hanc lectionem hoc magis retinuimus, quoniam Platonicus usus commendat et sensus commodus inde enascitur. Utriusque verbi confusio frequens. Vid. *Dorvill.* ad Chariton. VI. 2. p. 605. Lips. [p. 662. Amst.] Huc facit in primis Arrianus in Dissertt. Epict. I. 18. 21. p. 102. Schwgh. *Τίς οὖν ὁ ἀήττητος; ὃν οὐκ ἐξίστησιν οὐδὲν τῶν ἀπροαιρέτων. εἶτα λοιπὸν ἑκάστην τῶν περιστάσεων ἐπερχόμενος καταμανθάνω, ὡς ἐπὶ τοῦ ἀθλητοῦ· οὗτος ἐξεβίασε τὸν πρῶτον κλῆρον.* Schweigh. in Indic. mavult: *ἐξεβιάσατο τ. πρ. κλ.* Sed libri plures ibi offerunt: *ἐξεβίβασε.* De qua lectione Uptonus ita: " Sed Meibomii lectio non displicet *ἐξεβίβασε.* Nam *ἐκβιβάζω* est *exire facio.* Dicebantur autem *exire*, quorum nomina sortibus inscripta, inque urnam demissa, inde ex-

trahebantur." Cogendi autem vim etiam inesse in hoc verbo, et locus Herodoteus VII. 130. monstrat, et usus Verbi forensis; de quo vid. Dion. Godofred. ad Theophili Institutt. IV. 6. 24. p. 812. ed. Reitz. Possis etiam accipere deflectendi significatu tropico; qui proprius reperitur in Xenoph. Ἱππαρχ. I. 18.

p. 518, 2. *μαρτυρεῖ τὰ ἐν τῷ Τιμαίῳ*] Platon. Tim. p. 90. p. 137. sq. Bekk. Cf. etiam Procli locum in Alcib. pr. cujus insigniora posui in nota prima in hoc ipsum caput.

— 10. *καὶ δαίμων τούτῳ θεός*] Cf. infra p. 296. B. C. Huc facit narratio Porphyrii de Vita Plotini X. p. 111. Fabr., ubi Ægyptius Plotinum beatum dicit, qui pro genio Deum habeat: *μακάριος εἶ θεὸν ἔχων τὸν δαίμονα.* Addit Porphyrius hujus libri *περὶ τοῦ εἰληχότος ἡμᾶς δαίμονος* mentionem. Historiam attigit etiam Proclus in Alcib. pr. 23. p. 73. ed. nostr. Plura posui ad Porphyrii l. l.

— 16. *Ὁ μέντοι δαίμων—ἀγαγὼν λέγεται εἰς ᾅδου· οὐκέτι ὁ αὐτὸς μένειν*] Quærit de loco Platonis in Phædone p. 107. E. p. 82. Wytt. p. 107. Bekk.: *Λέγεται δὲ οὕτως, ὡς ἄρα τελευτήσαντα ἕκαστον ὁ ἑκάστου δαίμων, ὅσπερ ζῶντα εἰλήχει, οὗτος ἄγειν ἐπιχειρεῖ εἰς δή τινα τόπον, οἳ δεῖ τοὺς ξυλλεγέντας διαδικασαμένους εἰς Ἅιδου πορεύεσθαι μετὰ ἡγεμόνος ἐκείνου, ᾧ δὴ προστέτακται τοὺς ἐνθένδε ἐκεῖσε πορεῦσαι· τυχόντας δ' ἐκεῖ, ὧν δεῖ τυχεῖν, καὶ μείναντας, ὃν χρὴ χρόνον, ἄλλος δεῦρο πάλιν ἡγεμὼν κομίζει ἐν πολλοῖς χρόνοις καὶ μακροῖς περιόδοις.* Quæ copiose illustravit Wyttenbachius in Annott. p. 289—292.

p. 519, 2. *τὸ δὴ ἀγαγεῖν εἰς τὴν κρίσιν—κολαζομέναις πάρεστι—δίκη*] Vid. Platonis Gorgiam p. 523. sqq. p. 185. Bekk. ubi ad verba p. 523. b. *ὅ τε οὖν Πλούτων καὶ οἱ ἐπιμεληταὶ* in Cod. Clarkii Bodleiano p. 93. Gaisf. hoc scholion adscriptum: *εἰσὶ δὲ δαίμονες κολαστικοὶ· καὶ καθαρτικοί· καὶ τελεσιουργοί.*

— 6. *ἔλαττον ἢ δαίμων, ἢ πονηρός γε, ἢ εὐήθης*] De Dæmonum generibus et varia natura atque indole vide, ne plura, Iamblich. de Myster. Ægypt. I. 6. sqq. p. 10. sqq. ed. Gal. Proclus in Alcib. pr. p. 68. sqq. Olympiodor. in eundem pag. 15. sqq. ibiq. annott. Idem ille Proclus in Alcib. pr. p. 73. ita distinguit: *ὁ οὐσίᾳ* (sive *κατ' οὐσίαν*) *δαίμων*, qui suis quibusdam propriisque viribus genii (dæmonis) essentiam habet disjunctam a divina et humana essentia; *ὁ κατ' ἀναλογίαν δαίμων*, qui attente singula prospicit alicui, sive ille deus sit, sive secundo post deos ordine locatus: *ὁ κατὰ σχέσιν δαίμων*, qui vires majores, quam pro humanis, arguit, dæmonumque similior quam hominum suam vitam penitus a geniis suspensam reddit.

— 14. *καὶ ἀπαλλαγείσας (τῆς ψυχῆς) ἐκεῖ γίγνεσθαι*] Cf. Enn. IV. 3. 12. IV. 9. 4. De reditu animarum ad superiora (*ἀνόδῳ*) peculiaris erat Porphyrii liber (Augustin. de C. D. X. 29.) Ei doctrinæ veterum se applicuit Virgilius Æneid. VI. 735. sqq.

"Quin et, supremo quum lumine vita reliquit," cet. Ad quæ consule Heynii excurs. XIII. Iamblichus in Protrept. III. p. 34. Kiessling.: *οὐδὲ γὰρ ἂν* (addit Cod. Ciz. et Reg. Paris. cujus collatio penes me est) *ἄλλως τις δυνηθείη πρὸς τὸ θειότατον αὐτοῦ ἀναδραμεῖν, εἰ μὴ τὸ τοιούτῳ δαίμονι χρήσαιτο* (adde post *δαίμονι* ex ed. Arc. et libris MSS. *ἡγεμόνι*) *ὃν δεῖ* (ita Cod. Ciz. probante Kiessling. fortasse tamen *οὗ δεῖ, ubi* oportet. Nam in reliqq. libris est *οὐ δεῖ*) *πάντα τὸν ἐραστὴν τῶν θεῶν γνησίως ἀποκαθαίρειν. ἀφ' οὗ δὴ πρῶτον* (ita in marg. Cod. Reg. et cod. Ciz. Arc.: *πρώτη*) *μέν ἐστι κακῶν παῦλα τῶν συμπεφυκότων ἡμῖν ἀπὸ τῆς γενέσεως· ἔπειτα γνῶσις ἡμῖν ἀληθινὴ παρέσται τῆς δαιμονίας καὶ μακαρίας ζωῆς, ὅση τίς ἐστι καὶ ὁποία· μεθ' ἧς ἀνιόντες τὸ ἀρχηγὸν θεῖον γένος τῶν ἀνθρώπων κατοψόμεθα, καὶ εἰς αὐτὸ ἐνιδρυθέντες τέλος ἕξομεν τοῦ προτεθέντος ὑπὸ τῶν θεῶν τοῖς ἀνθρώποις μακαριωτάτου βίου· ἐπὶ τέλει τοίνυν πρὸς τὴν μετάστασιν* (ita etiam Codd. Reg. et Memm.) *τῆς ψυχῆς προτρέπει καὶ τὴν ζωὴν αὐτῆς τὴν καθ' ἑαυτὴν, καθ' ἣν ἀπήλλακται τοῦ σώματος καὶ τῶν σώματι συνηρτημένων φύσεων.* Alia plurima omitto, quæ in Symbolica III. p. 432. sqq. de reditu animarum ex veterum religionum et philosophiæ decretis posui.

p. 520, 17. *εἶτα παραλαβοῦσα ἡ τοῦ ἀτράκτου λεγομένη φύσις.*] Plato de Republ. X. p. 616. p. 506. Bekk. *ἐκ δὲ τῶν ἄκρων τεταμένον Ἀνάγκης ἄτρακτον, δι' οὗ πάσας ἐπιστρέφεσθαι τὰς πορείας κ. τ. λ.* Proclus in Platonis Theologiam VI. 23. p. 409:—*καὶ ὥσπερ αὐτὸν τὸν ὅλον ἄτρακτον ἐν τοῖς γόνασι τῆς Ἀνάγκης στρέφεσθαι προείρηκεν, οὕτω δὴ καὶ τὴν περὶ τὰς μερικὰς ψυχὰς πρόνοιαν*

τῶν τῆς Λαχέσεως ἐξάπτει γονάτων ὁ μῦθος ταῖς μὲν χερσὶν, ὡς ὑψηλοτέραις δυνάμεσι τὸ πᾶν κινούσης ἀϊδίως, ἐν δὲ τοῖς γόνασιν ὑφειμένως τὰς αἰτίας τῶν ψυχικῶν περιόδων ἐχούσης. Fusi autem rationem ex priscis Dearum signis explicare studui in Symbolica III. p. 433. ed. alt.

LIB. V.

p. 527, 7. ΠΕΡΙ ΕΡΩΤΟΣ,] Ordine temporis, quo singuli libri scripti sunt, est hic quinquagesimus (vid. Porphyr. de Vita Plot. c. XXV. p. 143. cf. cap. VI. p. 103. Fabric.), igiturque in extremis memorandus, argumento autem cum superiore de Genio conjunctissimus, nec minus cum libris *De Pulcro* et *De Intelligibili Pulcritudine*. Ansam autem materiamque disputandi de amore ex Platonis maxime scriptis si arripuisse in ipso libri hujus exordio profitetur Plotinus. Ac cum in multis divini philosophi dialogis mentio fiat amoris: *Convivium* tamen cum *Phædro* et *Philebo* præ ceteris in hoc scripto consignando Plotino observatum est. Atque Convivium illud in scholis ea ætate tractatum fuisse arguit Porphyrii narratio de vit. Plot. c. XV. p. 117. Fabr. Multos vero post Platonem ad extremos Platonicos usque in eodem argumento elaborasse, et multos libros fuisse, qualis est Ἐρωτικὸς Plutarchi, non est quod operose a me hoc loco monstretur; neque magis necesse est hic altius descendere in hujus loci *de Amore* fontes, vicissitudinesque post ea, quæ supra posuimus ad inscriptionem libri I. 6. (*de Pulcro*) et in annotatione ad eundem, itemque ad librum *de Dialectica* p. 19—21. nec minus quæ disputavimus in Symbolicæ multis locis, præsertim Volumine tertio cap. VI. p. 536—579. ed. alt., et quæ denique *Heusdius* meus eleganter, uti solet, de universo hoc argumento exposuit in parte prima libri, qui inscribitur: *Initia Philosophiæ Platonicæ*. I. Trajecti ad Rhen. 1827.

— 13. *ὃς δὴ (Πλάτων)—περὶ ἔρωτος ἔγραψεν—καὶ δαίμονα φησὶν αὐτὸν καὶ, περὶ γενέσεως αὐτοῦ διεξῆλθεν*] Est nobilissimus locus in Symposio p. 202. sq. p. 428. sqq. Bekk. multorum ille et explicationibus et imitationibus celebratus, ut Origenis contra Celsum lib. IV. p. 189. sq. Spencer. p. 532. sq. Ruæi, qui eam narrationem cum historia Paradisi in Genesi componit. Aristidis Oratt. T. II. p. 106. Jebb. Plutarchi de Isid. et Osir. p. 361. B. et p. 374. C. D. p. 480. et p. 532, 533. Wytt. Maximi Tyrii Dissertat. X. 4. XIV. 8. Porphyrii de Nymph. Antr. §. 16. Ejusdem in Sententt. in fin. p. 248. Cantabr. Procli in Platon. Theol. c. 28. p. 233. Jo. Laurentii Lydi in fragm. de Mensibus p. 282. ed. Hasii Themistii Orat. XIII. p. 162. B. Procli item in Timæum p. 287. et p. 305. et in Cratyl. p. 75. sq. Boisson. et in Alc. pr. p. 190. sq. coll. p. 233. Hermetis Trismegisti in Stob. Eclogg. Phys. p. 118. Appuleii de Deo Socratis p. 674. p. 133. ed. Bosschæ. Eusebii in Præp. Evang. XII. p. 584. Platonis autem decreta de amore ex ipsius scriptis nuper illustravit *van Heusde* in Initiis Philosophiæ Platonicæ I. p. 120. sq. De Plotini ipsius locis partim supra, vidimus ad p. 142. G. partim infra videbimus. Proxime lectio *συμπλακῆναι* Platonis in ipso Convivio auctoritate potest defendi p. 191. p. 405. Bekk.: *τὸ λειφθὲν ἄλλο ἐζήτει καὶ συνεπλέκετο.*

p. 528, 13. *ὅτῳ δέ τις ἄγαται*] Hanc lectionem amplector ut difficiliorem et Platonicam Sympos. p. 179. p. 383. Bekk. *ἀγασθέντος τῷ ἔργῳ.* De qua constructione vid. Ruhnken. ad Timæi Lex. Plat. p. 8. Pierson. ad Moer. p. 1. sq. et Lex. Seguier. in Bekkeri Anecdd. grr. I. p. 335. infr.

— 16. *Καὶ γὰρ οὗτοι τίκτειν βούλονται ἐν τῷ καλῷ· ἐπείπερ ἄτοπον—ἐν αἰσχρῷ γεννᾶν βούλεσθαι κ. τ. λ.*] Plato Conviv. p. 206. p. 435. sq. Bekk.—*διὰ ταῦτα ὅταν μὲν καλῷ προσπελάζῃ τὸ κυοῦν, ἵλεών τε γίγνεται καὶ εὐφραινόμενον διαχεῖται καὶ τίκτει τε καὶ γεννᾷ· ὅταν δὲ αἰσχρῷ, σκυθρωπόν τε καὶ λυπούμενον συσπειρᾶται καὶ ἀποτρέπεται καὶ ἀνείλλεται καὶ οὐ γεννᾷ. ἔστι γὰρ, ὦ Σώκρατες, ἔφη, οὐ τοῦ καλοῦ ὁ ἔρως, ὡς σὺ οἴει. Ἀλλὰ τί μήν; Τῆς γεννήσεως καὶ τοῦ τόκου ἐν τῷ καλῷ.* Cujus disputationis etiam reliqua in sequentibus ante oculos habet Plotinus. Cæterum de origine amicitiæ et amoris, quam h. l. verbo attingit philosophus Lycopolites, ita Aristoteles in Eth. Nicom. IX. 5. 3. *Ἔοικε δὲ ἀρχὴ φιλίας εἶναι ὥσπερ τοῦ ἐρᾶν ἡ διὰ τῆς ὄψεως ἡδονή· μὴ γὰρ προησθεὶς τῇ ἰδέᾳ οὐθεὶς ἐρᾷ. ὁ δὲ χαίρων τῷ εἴδει οὐθὲν μᾶλλον ἐρᾷ, ἀλλ' ὅταν καὶ ἀπόντα ποθῇ, καὶ τῆς παρουσίας ἐπιθυμῇ.*

p. 529, 9. *Ὅτῳ δὲ μέμικται καὶ ἄλλη τοῦ ἀθά-*

νατον εἶναι ὡς ἐν θνητῷ ἐπιθυμία κ. τ. λ.] Plato Symposio p. 208. p. 439. Bekk. posteaquam Alcestidis, Achillis, Codri mentionem fecit, ita pergit:—*ἀλλ', οἶμαι, ὑπὲρ ἀρετῆς ἀθανάτου καὶ τοιαύτης δόξης εὐκλεοῦς πάντες πάντα ποιοῦσιν, ὅσῳ ἂν ἀμείνους ὦσι, τοσούτῳ μᾶλλον· τοῦ γὰρ ἀθανάτου ἐρῶσιν· οἱ μὲν οὖν ἐγκύμονες, ἔφη, κατὰ σώματα ὄντες πρὸς τὰς γυναῖκας μᾶλλον τρέπονται, καὶ ταύτῃ ἐρωτικοί εἰσι, διὰ παιδογονίας, ἀθανασίαν καὶ μνήμην καὶ εὐδαιμονίαν, ὡς οἴονται, αὐτοῖς εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον πάντα ποριζόμενοι.*

p. 529, 19. *γενόμενοι παράφοροι*] Possis: *postquam inebriati sunt.* De ebrio enim Plato usurpat id verbi de Legg. VI. 13. p. 775. Sed tamen universe significat eos, qui mente sana dejecti sunt, usu vel a navigatione vel ab vehiculis, ab equis, qui sessores auferunt transversos, repetito De eo verbo accurate exposuit Bæhrius in Meletematis nostris III. p. 5. sq. Cf. eundem de *παραφέρειν* ad Plutarch. Pyrrh. XVII. p. 195. Haud dissimilis nonnunquam est vis verbi *ἐκφέρειν*. Vid. Budæi Comm. L. Gr. p. 508. sq. Viger. p. 602. b. et Cattierii Gazophylac. p. 79. Adde Platon. Cratyl. p. 386. a. De voce *παράφορος* consule etiam Jacobsium ad Callistrati Statuas p. 690. (p. 148, 31.) Proclus in Alc. pr. p. 210: *τὸ δὲ αἶσχος (γίνεται) κρατουμένου καὶ ἀσυμμέτρους* (fort. *τοῦ ἀσ.*) *καὶ παραφόρους ἀποδιδόντος τὰς οἰκείας ἐνεργείας.* ubi vid. annot. Plotinus infr. III. 8. 6. habet vocem *παραφορά.*

p. 530, 3. *Ἀλλ' οὖν, οἵ τε σωμάτων καλῶν καὶ διὰ μίξιν ἐρῶντες.*] Ficinus, qui vertit: "*non* commixtionis gratia," correxisse videtur *καὶ δίχα μίξεως.* Mox cum eodem verba ita transponenda videntur: *σωφρονοῦσι μὲν ἄμφω, οἱ δὲ ἄμεινον,* vel si plurimos libros sequaris, *οἱ δὲ ἀμείνους,* sc. *εἰσί.* Ad sententiam adhibe et Platonici Convivii locum laudatum et hunc p. 192. p. 407.—*ἀλλ' ἐξαρκεῖ αὐτοῖς μετ' ἀλλήλων καταζῆν ἀγάμοις.* Qua de re in diversam sententiam disputatur in Plutarchi Amatorio p. 750. sq. p. 9. sqq. Wytt., unde hæc tantummodo excerpta dabo:—*ἀληθινοῦ δὲ Ἔρωτος οὐδ' ὁτιοῦν τῇ γυναικωνίτιδι μέτεστιν, οὐδ' ἐρᾷν ὑμᾶς ἔγωγέ φημι τοὺς γυναιξὶ προσπεπονθότας, ἢ παρθένοις κ. τ. λ.* Cæterum licet ante Platonem cælibes memorentur in nobilissimis Philosophis: dubitari tamen nequit, quin et ipsius Platonis cælibatus et vero hujuscemodi sententiæ in ejus scriptis obviæ in causa fuerint, cur Platonici potissimum recentiores matrimonia refugerent. Marinus in vita Procli c. 17. (p. 39.) p. 14. Boisson: *Γάμων τε γὰρ ἢ παίδων οὐδεπώποτε πεῖραν λαβὼν* (Πρόκλος) *κ. τ. λ.* Qua in re Plotini exemplum sectatus est Proclus. Vid. Porphyr. de Vit. Plot. IX. p. 108. Fabric. Heineccius ad legem Juliam et Papiam Poppæam lib. I. c. 2. p. 38: " Hinc, uti olim Thales, Pythagoras, Democritus, Plato, Zeno Cittieus, Epicurus cælibatum sapientiæ studio amicissimum judicabant; ita eandem sententiam, lata lege Julia, mordicus tenuere Epictetus, Apollonius Tyanensis, Plotinus, Porphyrius, Proclus." In Porphyrio non usquequaque vera prodidit Heineccius. Nam hic ipse Philosophus initio epistolæ ad Marcellam uxorem ita scribit: *Ἐγώ σε, Μάρκελλα, εἱλόμην ἔχειν σύνοικον—οὔτε παιδοποιΐας χάριν τῆς ἀπὸ τοῦ σώματος—διττῆς δὲ μᾶλλον ἕνεκα εὐλόγου αἰτίας· μιᾶς μὲν καθ' ἣν ἀπομειλίξασθαι κρίνας τοὺς γενεθλίους θεούς κ. τ. λ.* Virginitatis conservatæ mentiones e titulis sepulcrorum, exhibuit *G. Marini* in libro *Gli Atti E Monumenti Degli Fratelli Arvali* Vol. I. p. 41. Quod in sequentibus Plotinus *τὸ τῇδε κάλλος* et *τὸ ἐκεῖ κάλλος* memorat, admonet et ipsum Diotimæ apud Platonem in Convivio; ubi et alia multa et hæc, ut extrema tantum delibem p. 211. p. 444. sq. *ἀρχόμενον ἀπὸ τῶνδε τῶν καλῶν ἐκείνου ἕνεκα τοῦ καλοῦ ἀεὶ ἐπανιέναι κ. τ. λ.* Cf. Plotin. supra p. 50. ibiq. annott.

— 13. *ἀλλὰ καὶ θεόλογοι*] Ita Orphicos appellant, ut plurimum, hi philosophi. Atque in Orphicis Hymnis et Fragmentis laudes Amoris celebrantur. Vid. Hymn. LVIII. (57.) Fragg. VI. 19. VIII. 2. et XXII.

— 14. *καὶ Πλάτων πολλαχοῦ*] Ad hæc adhibe modo Phædrum p. 252. p. 52. Bekk. et præcipue locum classicum, quem deinde explicat Plotinus, Symposii p. 202. p. 427. Bekk.: *καὶ ἣ γελάσασα, Καὶ πῶς ἄν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὁμολογοῖτο μέγας θεὸς εἶναι παρὰ τούτων, οἳ φασιν αὐτὸν οὐδὲ θεὸν εἶναι κ. τ. λ.* Quæ admonent verborum Alexidis in Phædro ap. Athen. XIII. p. 562. b. p. 89. Schwgh. *Ἔστιν γὰρ (Ἔρως) οὔτε θῆλυς, οὔτ' ἄρσην· πάλιν οὔτε θεὸς, οὔτ' ἄνθρωπος.* In sequentibus Pausaniæ orationem in eodem Convivio respicit (p. 180. p. 385.) Plotinus: *Πάντες*

γὰρ ἴσμεν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἄνευ Ἔρωτος Ἀφροδίτη. μιᾶς μὲν οὖν οὔσης εἷς ἂν ἦν Ἔρως. ἐπεὶ δὲ δὴ δύο ἐστὸν, δύο ἀνάγκη καὶ Ἔρωτε εἶναι. πῶς δ' οὐ δύο τὼ θεά; ἡ μέν γέ που πρεσβυτέρα καὶ ἀμήτωρ Οὐρανοῦ θυγάτηρ, ἣν δὲ καὶ οὐρανίαν ἐπονομάζομεν· ἡ δὲ δευτέρα Διὸς καὶ Διώνης, ἣν δὴ πάνδημον καλοῦμεν. Quem locum multi tractarunt; unde novissimos tantum laudabo: *Jo. Bapt. Vico* in Principiis Novæ Scientiæ p. 362. vers. German. *Weberi Tiedemann.* in *Geist der Spekulat. Philosophie* III. p. 415. et *Heusdium* in Initiis Philosophiæ Platonicæ I. p. 112. sq.

p. 530, 17. καὶ δὴ καὶ ὅσα ἐν Συμποσίῳ εἴρηται παραληπτέον, ἐν οἷς οὐκ Ἀφροδίτης γενεθλίοις, ἐκ—τοῦ Πόρου] Lacunosum locum ita expleveris :—ἐν οἷς οὐκ οἶδ' Ἀφροδίτης γενεθλίοις ἐκ—τοῦ Πόρου Ἔρωτα γεγονέναι. Præterea sunt etiam adjungenda, quæ in Symposio dicuntur *in nescio quibus* Veneris natalibus ex Penia et Poro Amorem *progenitum* esse. Ficinus tamen in sua interpretatione aliter locum integravit: ἐν οἷς ἐν Ἀφροδίτης γενεθλίοις—Πόρου γεγονέναι λέγεται Ἔρως. Ac, ne quid dissimulem, hæc ratio propterea verior videtur, quod in testimoniis scriptorum citandis usurpari solet formula; ἐν οἷς λέγεται. Cæterum quod edit. habet in contextu πόρνου: sæpius peccatum in hoc nomine. Vid. interprr. ad Orig. c. Celsum IV. p. 532. ubi Πῶρος similiter atque in Porphyrio de antro Nymph. p. 107. ubi vid. Goens. in Ejusdem libris de Abstin. III. p. 289. Rhoer. tueri malit vulgatam lectionem τὸν κόρον. In illius tamen Sententiis p. 248. Cantabr. fin. haud dubie legendum: τὴν μὲν εἰκότως Πενίαν· τὴν δὲ Πόρον (pro κόρον) οἱ τοῦτο πρῶτον γνόντες τῆς ψυχῆς τὸ πλῆρες ἠνίξαντο. Infra p. 317. C. item correximus falsam lectionem τῷ Πόῤῥῳ.

p. 231, 8. ὅτι μηδὲ ἐν οὐρανῷ γάμοι] Hæc admonent illorum in Evang. Marci XII. 25: ὅταν γὰρ ἐκ νεκρῶν ἀναστῶσιν, οὔτε γαμοῦσιν οὔτε γαμίσκονται ἀλλ' εἰσὶν ὡς ἄγγελοι ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Disputat autem de hoc loco Cudworth. in System. Intellect. p. 660. 679. et Moshem. ibid. p. 680. 681. 682. Brucker. in Hist. Crit. Philos. II. p. 405. sq.:—" Supramundanam jam animam Natuisse non tantum Amelium et Porphyrium, sed et Plotinum innuit Proclus (in Tim. p. 92. sq.) Quibus in verbis etsi de Plotino dubitat Proclus, recte tamen monuit Cudworthus, Porphyrio non denegandam esse hac in re fidem, qui scilicet præceptoris mentem ad unguem tenuit. Nec a verisimilitudine abludit, Ammonium, cum triadem Platonicam ad normam triadis Christianæ exornaret, animam vero mundanam, dividui non minus quam individui, et alterius quam ejusdem, participem, prorsus dignitati divinorum principiorum non respondere videret, hanc distinctionem excogitavisse. Nam quod *Cudwortho* visum, inveniri eam jam apud Platonem, falsum omnino est, et ad exculpandos tantum Platonicos, quos valde deperibat vir acutissimus, excogitatum." Integrum hunc locum apposui cum quia hæc quæstio primaria est de duplice anima mundi, tum quo hoc exemplo intelligatur, quomodo recentiorum Platonicorum placita eorumque interpretem Britannicum ut plurimum acceperint *Moshemius* et *Bruckerus*. Ut, ego quid sentiam, ingenue fatear, utrique, et *Moshemio* et *Bruckero*, eam defuisse ingenii indolem mentisque sagacitatem censeo, ut ubivis penetrare potuerint in horum philosophorum interiora penetralia, adeoque *Cudworthi* merita recte æstimare. Nec aliter pronuntiandum de *Tiedemanno*, qui hæc ipsa et sequentia attigit in libro *Geist der Spekulat. Philosophie* III. p. 410. sq. licet hic in Plotini meritis judicandis multo æquior sit. Vid. ibid. p. 431—433. Cf. etiam *Tennemanni* Histor. Philos. VI. p. 105. sqq. Comparat hunc locum cum Valentinianorum placitis *Neander* in: *Genetische Entwickelung der vornehmsten Gnostischen Systeme.* p. 213. sq.

— 9. ἐκ Κρόνου, νοῦ ὄντος ἐκείνου] Fons hujus decreti in Platonis Cratylo p. 396. b. ad quem Proclus in Scholiis §. 104. p. 60. Boisson.: Ἀλλ' ὅταν μὲν ὁ Κρόνος νοῦς λέγηται, διανοίας ἐπέχει τάξιν ὁ Ζεὺς, ὅταν δ' αὖ Κρόνος διάνοια, πάντως που πρὸς ἄλλον τινὰ νοῦν ὑπέρτερον κατ' ἀναλογίαν φήσομεν οὕτως καλεῖσθαι. Ubi multa disputat in sqq. Alia dedi in Meletemm. nostris I. p. 44. sq. Vide etiam Anonymi fragmentum περὶ θεῶν ap. *Koppium* in annot. in Damascium περὶ ἀρχῶν p. 63. Ceterum de Κρόνῳ cf. Plotin. V. 1. 4. et V. 1. 7.

p. 532, 18. καὶ τῆς τῶν ὄντων οὐσίας] Si præcedentia respicias, ἐξ ἐνεργείας, conjicias fortasse

καὶ ἐκ sive κἀκ τῆς τ. ο. οὐσ. et *ex* entium substantia. Aliter tamen Fic. locum hunc accepit, qui vertit; "et *ab* ipsa entium essentia *pendens*."

p. 533, 6. καὶ ἐκ τοῦ οἷον ἀπορῥέοντος ἀπὸ τοῦ ὁρωμένου—Ἔρως ἐγένετο] Noster infra p. 714. B. καὶ τοίνυν ψυχὴ λαβοῦσα εἰς αὐτὴν (τὴν fort. addendum) ἐκεῖθεν ἀπορῥοὴν κινεῖται καὶ ἀναβακχεύεται καὶ οἴστρων πίμπλαται, καὶ ἔρως γίνεται. Plato Phædro p. 251. b. p. 49. Bekk.: δεξάμενος γὰρ τοῦ κάλλους τὴν ἀπορῥοὴν διὰ τῶν ὀμμάτων ἐθερμάνθη. Cujus loci multas imitationes indicarunt Wyttenb. in Bibl. Crit. I. 2. p. 60. Ast. ad Phædr. l. l. p. 320. Jacobs. ad Achill. Tat. I. 9. p. 445. sq. Boissonad. ad Aristænet. p. 710. Notionem autem vocemque ἀπορῥοίας deinde ad sanctiora etiam traductam esse nemo nescit, nimirum ut sit Christus Patris filius κατ' ἀπόῥῥοιαν. Quam sententiam Ecclesiæ patres ut plurimum impugnarunt. Vid. Theodoret. Vol. III. p. 743. et 993. ed. Schulz.

— 8. τάχα που καὶ τῆς προσηγορίας ἐντεῦθεν μᾶλλον αὐτῷ γεγενημένης κ. τ. λ.] Plato Cratylo p. 420. a. Ἔρως δὲ ἐσρεῖ ἔξωθεν καὶ οὐκ οἰκεία ἐστὶν ἡ ῥοὴ αὕτη τῷ ἔχοντι ἀλλ' ἐπείσακτος διὰ τῶν ὀμμάτων διὰ ταῦτα ἀπὸ τοῦ ἐσρεῖν ἔσρος τόγε παλαιὸν ἐκαλεῖτο—τῷ γὰρ οὖ ἀντὶ τοῦ ὦ ἐχρώμεθα—νῦν δ' ἔρως κέκληται διὰ τὴν τοῦ ὦ ἀντὶ τοῦ οὖ μεταλλαγήν. Visum proinde et ipse Plato adhibuit in Amoris etymo sectando. Aliter tamen Plotinus, cujus etymologiæ vestigium exstat in Etymol. Magn. p. 379. p. 344. Lips. Ἔρως—ἢ παρὰ τὸ ὁρῶ τὸ βλέπω, ὁ διὰ τῆς αἰσθητικῆς ὁράσεως ἐγγινόμενος τοῖς ἀνθρώποις πόθος, ubi alia quoque plura inveniet, qui istiusmodi deliciis teneatur. Plotinus autem dubitanter tantummodo istam etymologiam periclitatur. Cæterum edit. princ. Ficini h. l. dat: "qui forte ab hoc dictus est *heros*, quoniam ab horaseos, i. e. visione, substantiam habet."

— 9. ἐπεὶ τό γε πάθος ἀπὸ τούτου ἔχοι ἂν τὴν ἐπιθυμίαν] Cum proxime præcedentia et continuo sequentia specto, suspicor legendum esse τὴν ἐπωννμίαν: "quandoquidem affectus ab hoc suam appellationem (suum nomen) habet:"— Nisi forte locus ex Codd. Ciz. Mon. A. Vat. ita constituendus est: ἐπεὶ τόγε πάθος ἀπὸ τούτου ἐρᾶν λέγεται, εἴπερ πρότερον οὐσία μὴ οὐσίας, καὶ εἴπερ ἔρως αὐτὸν ἔχει τοῦδε. Hoc loco pro αὐτὸν Fic. legit αὐτὴν, fortasse cogitans *animam*. Ego in libris acquiesco. Αὐτὸν scribere potuit Plotinus pro τινά. Utut est: hoc certum, philosopho nostro obversata esse hæc Symposii p. 299. p. 421. Bekk.: πότερόν ἐστι τοιοῦτος, οἷος εἶναί τινος ὁ Ἔρως, ἢ οἰδενός;—τοσόνδε δὲ εἰπὲ, πότερον ὁ ἔρως ἐκείνου οὗ ἔστιν ἔρως, ἐπιθυμεῖ αὐτοῦ ἢ οὔ. Πάνυ γε, φάναι. Illa vero admonent Dionis Chrysostomi. Qui egregius scriptor ita De Regno, sive Orat. III. p. 52. p. 132. sq. Reisk.: οὐ γὰρ καὶ τὰ ἀφροδίσια ταῦτα ἥδιστα καὶ ἀνυβριστότατα, ὅσα γίνεται μετὰ φιλίας τῶν συνόντων; καὶ ὅσοι μαστεύουσιν εὔνοιαν ἀνθρώποις, ἐπῆλθε παρὰ παιδικῶν, ἢ παρὰ γυναικῶν. πολλαὶ μὲν γὰρ ἐπωνυμίαι τῆς φιλίας, ὥσπερ ἀμέλει καὶ χρεῖαι. ἡ δὲ μετὰ κάλλους καὶ ὥρας γιγνομένη φιλία δικαίως ἔρως ὠνόμασται, καὶ δοκεῖ κάλλιστος τῶν θεῶν. Lacunosum esse locum viderunt Is. Casaubon. et Reiskius; qui quæ tentaverint, silentio prætermitto. Lego: καὶ ὅσα (ita margo Morellii) μαστεύουσιν εὔνοιαν ἄνθρωποι, ἀνθρώποις ἐπῆλθε χάρις παρὰ παιδικῶν ἢ παρὰ γυναικῶν: "et quæ studiose sectantur tanquam benevolentiam hominibus, hominibus *sponte veniunt* (s. sponte dantur) tanquam *gratia* a pueris amatis vel a feminis." μαστεύειν et ἐπελθεῖν inter se opponuntur. χάρις autem et εὔνοια junguntur etiam Plutarcho in Amatorio p. 751. C. p. 13. Wytt.: εἰ γὰρ ἡ παρὰ φύσιν ὁμιλία πρὸς ἄῤῥενας οὐκ ἀναιρεῖ τὴν ἐρωτικὴν εὔνοιαν οὐδὲ βλάπτει, πολὺ μᾶλλον εἰκός ἐστι τῶν γυναικῶν ἢ ἀνδρῶν (ita recte Wytt.) Ἔρωτα τῇ φύσει χρώμενον εἰς φιλίαν διὰ χάριτος ἐξικνεῖσθαι. Morigerationem autem veneream χάριτα et χάριτας dici Veteribus, non est quod post Ruhnken. ad Tim. Lex. Plat. operose commonstremus. Vocem χάρις in Dionis loco hausit sequens παρά.

p. 534, 2. ἐξ ὀρέξεως καὶ αὐτῆς γεγενημένος] Fic. expressit μετ' αὐτῆς. Cod. Mon. A. voluisse videtur γεγενημένης. Fortasse legendum καὶ αὐτὸς γεγενημένος. Vide proxima.

p. 535, 6. Οἴεσθαι δὲ χρὴ καὶ Ἀφροδίτας ἐν τῷ ὅλῳ πολλὰς—μετὰ ἰδίων Ἐρώτων] Damascius de Principiis c. 97. p. 302. Koppii: οὐκ ἄρα ταύτῃ ὁμοειδὴς Ἀθηνᾶ καὶ Ζεὺς ἢ θεοὶ, καὶ ἢ νόες, καὶ ἢ δημιουργοί. ταῦτα γὰρ κοινὰ καὶ τοῖς ὁμοειδέσι σύνεστιν, οἷον ταῖς πολλαῖς Ἀφροδίταις· δη-

μιουργικαὶ γὰρ αἵ γε πάνδημοι αὐτῶν· καὶ νόες καὶ θεαὶ πᾶσαι· καὶ δὴ καὶ Ἔρωτες καὶ Ἀφροδίται οὕτως ὁμογενεῖς.—Ἀφροδίται μὲν ἄρα πᾶσαι ὁμοιοειδεῖς μετά τινος ἑτερότητος. Ἔρωτες δὲ καὶ Ἀφροδίται ἀνομοιειδεῖς μετά τινος ταυτότητος. Cæterum hanc sententiam Plotini omnium animarum fontem essentiamque esse animam mundi, comparat *Tiedemann.* in *Geist. der spekulat Philosophie* III. p. 314. sqq. cum Heracliticorum, antiquiorum Platonicorum et Stoicorum etiam sententiis, et quatenus illa ab his differat monstrare studet.

p. 535, 15. Καὶ ἡ αὐτοῦ τοῦ Ἔρωτος, ὡς ἐκ Πενίας καὶ Πόρου Μήτιδός ἐστι γεγεννημένος] Plato Conviv. p. 203. a. p. 429. sq. Bekk. Ὅτι γὰρ ἐγένετο ἡ Ἀφροδίτη, εἱστιῶντο οἱ θεοὶ, οἵ τε ἄλλοι καὶ ὁ τῆς Μήτιδος υἱὸς Πόρος—ἅτε οὖν Πόρου καὶ Πενίας υἱὸς ὢν ὁ Ἔρως. Ad quem locum Proclus in Cratylum §. 119. p. 75. sq. Boisson. καὶ διότι ὁ Ἔρως ἐκ τοῦ Πόρου ἀμείνονος ὄντος, καὶ τῆς Πενίας ὑποδοχῆς οὔσης τεχθεὶς, καὶ τοὺς ἥρωας ἀναλόγως ἐκ διαφερόντων παράγει γεγῶν. Ubi in annot. Boissonadius in loco Plotini dicit: "Forte legendum Πόρου τοῦ Μήτιδος." Ego sine libris novare nolui, licet et ipse ita scripsisse Plotinum arbitrer, itemque cum Schæfero ad Lambert. Bos. de Ellips. p. 507. statuam: "duo Genitivos continuo positos articulo vix carere posse." Ex bonis libris posui γεγεννημένος. Metidi autem jungitur Amor. in Fragg. Orph. VI. 19. VIII. 2. cf. Bentlei Epist. ad Mill. p. 455. Lips. adde Proclum in Alc. pr. p. 233:

> καὶ Μῆτις, πρῶτος γενέτωρ, καὶ Ἔρως πολυτερπής·
> Ἄβρὸς Ἔρως καὶ Μῆτις ἀτάσθαλος.

— 16. τὸ μὲν οὖν τὸν κόσμον ὑπονοεῖν λέγεσθαι τόνδε τῷ Πλάτωνι τὸν Ἔρωτα] Eusebius P. E. XII. 11. p. 584. verba Platonis ὅτε ἐγένετο ἡ Ἀφροδίτη ad *mundum* refert, dicta ea opinans pro ὁπηνίκα συνίστατο ὅδε ὁ κόσμος, addensque: οὕτω τὸν κόσμον ἀλληγορήσας, τοῦ περὶ αὐτὸν κάλλους ἕνεκα. Sed in illa Platonis fabula explicanda multum sibi indulserunt et Philosophi et Ecclesiæ scriptores. Origenis supra admonuimus in annot. 1. ad Cap. I. init. Hic adjiciam hæc paucula Procli in Alc. pr. p. 236. ed. nostr.: Ἡ μὲν Πενία ἡ ἐν ἡμῖν αἰτία τῆς ἀπορίας ἐστι, καὶ Ἔρως ἐπὶ τὴν ζήτησιν ἐγείρει τῆς τελείας γνώσεως· ὁ δὲ Πόρος ἐν τῷ ὄντι καὶ — — — τῆς ψυχῆς Μήτιδος (Cod. D. τῆς ψυχῆς μ...) ὢν υἱός. Locus lacunosus, sed tamen ejusmodi, ut inde explicandæ vel potius adhibendæ illius fabulæ liberiorem rationem agnoscas.

p. 535, 19. τοῦ—κόσμου—εὐδαίμονος θεοῦ καὶ αὐτάρκους] Cf. II. 3. 9. III. 2. 3. V. 1. 2. Diog. Laërt. VII. 137, 138. quem expilavit Suidas in κόσμος. Reliqua ad finem usque capitis: ἄστρωτον—ἄοικον pertinent ad Platonici Symposii locum laudatum. Denique extrema μὴ οὐ γλίσχρως καὶ ἀπᾳδόντως quod attinet; prius adverbium a Platone sumpsit Plotinus. Vid. de Rep. VI. 487. e. Cratyl. p. 414. e. ubi Heindf. p. 104. adde Wyttenb. ad Plutarch. de Audd. Poett. p. 270. accurate hoc vocabulorum genus explicantem. Idem de verbis Cratyli ita: "καὶ μάλα γε γλίσχρως Ficinus reddit, *aride et inculte*, rectius vertas *subtiliter et jejune*." Unde etiam hæc Ficini interpretatio verborum Plotini corrigenda est. De hoc Adverbio adde Bæhrii annot. in Plutarch. Alcib. XXV. p. 203. sq. et Jacobs. ad Philostrati Imagg. (p. 97.) p. 550. Scripsi autem ἀπᾳδόντως pro ἀπαδόντως. Vid. Hesych. II. p. 807. Alb. οὐκ ἀπᾳδόντως· ὅμοιον. Ex nostro autem loco ἀπᾳδόντως addendum est Lexicis. De etymo vocis γλίσχρος consulatur Coraës in Ἀτάκτοις I. p. 295; de significatu adde Grammaticos in Bachmanni Anecdott. Græcc. I. p. 36. et p. 185.

p. 537, 2. δαίμοσι δὲ προστίθεμεν πάθη—μεταξὺ θεῶν τε καὶ τοῦ ἡμετέρου γένους] Plato Symp. p. 202. p. 428:—καὶ γὰρ πᾶν τὸ δαιμόνιον μεταξύ ἐστι θεοῦ τε καὶ θνητοῦ. Cf. Plat. Apolog. Socr. p. 27. p. 110. sq. Bekk. quem locum paucorum verborum ambitu comprehensum in definitionis exemplis adhibuit Aristoteles Rhetor. II. 23. p. 180, ed. *Gaisford.* Plutarch. de Defectu Oracull. p. 416. F. de Iside et Osir. p. 360. D—F. 361. B. ibiq. Wyttenb. Animadvv. p. 206—209. In alia abit Iamblichus de Myster. I. 10. sqq. p. 20. sqq. Gal. ex quo loco hæc tantummodo apponam:—ἴσμεν γὰρ δήπου τοῦτο, ὡς τὸ πάθος ἄτακτόν τε ἐστι καὶ πλημμελὲς καὶ ἀστάθμητον, ἑαυτοῦ μὲν οὐδαμῶς ὂν, ἐκείνῳ δὲ προσκείμενον ὑφ' οὗ κατέχεται, καὶ ᾧ δουλεύει πρὸς τὴν γένεσιν· τοῦτο δὲ οὐκ (Leg. οὖν cum Cod. Goth.) ἄλλῳ τινὶ γένει προσήκει μᾶλλον ἢ τὸ (leg. τῷ cum eodem) ὄντι καὶ συνηρτημένῳ τοῖς θεοῖς, τάξιν τε τὴν

αὐτὴν—καὶ περίοδον μετ' αὐτῶν περιϊόντι· ἀπαθεῖς τοίνυν εἰσὶ καὶ οἱ δαίμονες, καὶ πάντα τὰ συνεπόμενα αὐτοῖς τῶν κρειττόνων γενῶν. Adde Proclum in Cratyl. §. 72. 117. 123. 131. Eundem in Alc. pr. p. 46. 68. sqq. 82. sqq. et in Inst. Theol. c. 148. p. 218. sqq. ed. nostr. Cf. Cudworth. Syst. intellect. cap. IV. §. 24. p. 491. sq. ed. Moshem. Disputavi de his sententiis in Symbolica et Mythol. III. p. 60. sqq. ed. alt.

p. 537, 15. *ὅτι ἡ καθαρὰ (ψυχὴ) θεὸν γεννᾷ*] Vid. Porphyr. de Vit. Plot. c. XI. ibiq. annot. et conf. supra p. 286. B.

— 17. *ἢ ἔρωτες μὲν οἳ γεννῶνται ψυχῆς ἐφιεμένης τοῦ ἀγαθοῦ καὶ καλοῦ—οἱ δὲ ἄλλοι δαίμονες κ. τ. λ.*] Proclus in Alcib. pr. p. 67 : *Ὥσπερ γὰρ ἅπαν τὸ δαιμόνων ἐξήρτηται τῆς ἐρωτικῆς μεσότητος, οὕτω δὴ καὶ ὁ περὶ τοῦ δαίμονος λόγος συνέπεται* (al. *συνάπτεται*) *τῷ περὶ τοῦ* (al. *τῆς* male) *ἔρωτος, καὶ ἔστιν ἐκείνῳ συγγενής. μέσος γὰρ καὶ ὁ Ἔρως ἐραστοῦ καὶ ἐρῶντος, καὶ ὁ δαίμων ἀνθρώπου καὶ θεοῦ.* et quæ plura et in præcedentibus et in sequentibus in hanc sententiam disputat; nec minus Olympiodorus in eundem Alcib. pr. c. 3. p. 21. sqq. De his autem judicat Brucker. in Hist. Crit. Philos. II. p. 425: " Fundamentum hoc fuit syncretismi omnium religionum, quem iniit philosophia Alexandrina." Hæc si vera sunt, vereor ne in ipsum Platonem ejus syncretismi crimen detorqueri debeat, a quo ille prorsus liber est.—Disputat de his et sequentibus etiam *Tiedemannus* in libro *Geist der spekul. Philosophie* III. p. 369. sqq. Qui quidem ut plurima sibi in his obscura esse queritur, ita confitetur, notionem mundi intelligibilis et sensibilis, quam Plato informavit, multo purius et sublimius a Plotino esse descriptam. Ipse attigi hunc Plotini locum in Symbolica III. p. 72. sqq. ed. alt.

p. 538, 8. *Καὶ γὰρ εἰ σώματα προσλαμβάνουσιν ἀέρινα ἢ πύρινα*] Hanc sententiam amplexi erant haud pauci, eique Ecclesiæ Patres ex V. T. auctoritatem addere studebant, laudantes verba Davidis: *ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους πνεύματα καὶ τοὺς λειτουργοὺς φλογίνους.* Vid. Basil. Magn. ad Amphiloch. de Spiritu Sancto cap. 16. Deinde quæsierunt, utrum angelorum corpus idem sit atque dæmonum (*τί δὴ τοῦτο συμφυὲς ἀγγέλοις σῶμα, πότερον ταὐτόν ἐστι καὶ τοῖς δαίμοσι;*) et similia hoc in genere disputarunt multa quorum summam exhibet is, a quo hæc verba mutuatus sum, Michaël Psellus *περὶ ἐνεργείας δαιμόνων* p. 45. sqq. ed. Kilon. hujusque interpres *Gaulminus.* De vocibus dæmonum infra pronuntiat Plotinus IV. 3. 18. p. 385. F.

p. 538, 16. *ὁ Πλάτων φησὶ*] Sympos. p. 203. p. 429. Bekk.

p. 539, 12. *Καὶ ἔστιν ὁ ἔρως οἷον οἶστρος*] Hujus vocis, quæ cæcam cupiditatem et furiosam amoris præsertim libidinem designat, usurpandæ ansam e Platonis scriptis arripuisse videtur Plotinus. Vid. Timæi Lex. Platon. in *οἰστρᾷ*, et ibi Ruhnk. p. 190. Ast. ad Phædr. p. 265. ad Remp. IX. 2. p. 597. Himerius Orat. XX. 6. p. 726. Wernsdf. *τίς οὗτος ὑμᾶς ποιητὸς οἶστρος ἐξέμηνε*; idem tamen interpres XXII. 9, *Ἀττικοῖς οἴστροις* in *Ἀ. σείστροις* mutari jubet. Addæi Epigramm. VIII.: *γυναικὸς οἶστρος* de Euripidæ, ubi vid. *Jacobs.* ad Anthol. Vol. II. p. 235. Agathiæ Epigr. XLI. *ὑπ' ἔρωτος οἰστρηθείς*; et ita sæpius alii quoque, docente eodem *Jacobsio* ad Achill. Tat. p. 460. (I. c. 12.) Philostratus Imagg. I. 13. *τὸν δὲ οἶστρον προσβακχεύσας ταῖς γυναιξὶν* (*Διόνυσος*) ad quem locum adhibe eundem criticum p. 318. sq. Locutionum harum originem aperit Plutarchus de discrim. am. et adul. p. 55. E. *ταύροις τὸν οἶστρον ἐνδύεσθαι κ. τ. λ.* ejusque doctissimus interpres Wyttenb. p. 454. Philo Jud. de Mundi Opif. p. 38. Mang. p. 108. Pfeiff. *Σιτεῖταί τε* (Cod. Med. *δὲ*) *οὐκ οὐράνιον τροφὴν ἣν ὀρέγει τοῖς φιλοθεάμοσι διὰ λόγων καὶ δογμάτων σοφία· τὴν δὲ ἀνδιδομένην ἐκ γῆς κατὰ τὰς ἐτησίους ὥρας, ἐξ ἧς οἰνοφλυγίαι καὶ ὀψοφαγίαι, καὶ λαιμαργίαι τὰς* (explendum videtur *αἱ τὰς*) *γαστρὸς ἐπιθυμίας προσαναῤῥηγνύουσαι καὶ ἀναῤῥιπίζουσαι καὶ ἀνδραποδίζουσαι πρὸς γαστριμαργίαν, συναύξουσι, καὶ ἀναῤῥηγνύουσι τοὺς ὑπογαστρίους οἴστρους* (fortasse *συν. καὶ ἀναῤῥωννύουσι τ. ὑ. οἰστρ.* simul augent et corroborant, pro simplici *ῥωννύουσι*, qui usus frequens. Nisi forte potius supra legendum *τὰς γαστρὸς ἐπιθυμίας ἀναῤῥηγνύουσαι*, hic autem *προσαναῤῥηγνύουσι*: quæ *erumpere faciunt*:—simul augent et *insuper erumpere faciunt.*) Ad *ὑπογαστρίους οἴστρους* cf. Legis Allegorr. p. 310 Pfeiff. *ὅταν μὲν ἔχῃ τὰ ποιητικὰ καὶ τὰς ὕλας ἡ ἡδονὴ περὶ τὴν γαστέρα καὶ τὰ μετ' αὐτήν.* Cf. etiam p. 322. et 326. Alterum dictum: famem

amoris expultricem esse, attigit nuperrime *Jacobs.* in Lectt. Stobensibus p. 10. Adde locum geminum Nostri infra p. 714. B. (VI. 7. 22.) *καὶ τοίνυν ψυχὴ λαβοῦσα εἰς αὑτὴν* (ita legendum) *ἐκεῖθεν ἀπορῥοὴν κινεῖται, καὶ ἀναβακχεύεται, καὶ οἴστρων πίμπλαται, καὶ ἔρως γίνεται.*

p. 539, 14. *διὰ τὸ μὴ ἔχειν τὸ μίγμα*] Hæc verba pluribus verbis circumscripsit Ficin. Libri enim nihil exhibent, nisi quod Editio.

— 16. *ἐπεὶ καὶ τὸ εὐμήχανον αὐτῷ, διὰ τὴν ἔνδειαν*] His verbis tecte divino Platoni obloquitur Plotinus. En audi illum in Symposio p. 203. p. 430. Bekk.—*τὴν τῆς μητρὸς φύσιν ἔχων, ἀεὶ ἐνδείᾳ ξύνοικος. κατὰ δὲ αὖ τὸν πατέρα ἐπίβουλός ἐστι τοῖς καλοῖς καὶ τοῖς ἀγαθοῖς—ἀεί τινας πλέκων μηχανάς.*—Cæterum in vita etiam communi ferebatur illud, quod ita eloquitur Theocritus in Piscatoribus init. *Ἁ πενία μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει.* Quæ fusius explicat Diodor. I. 8. ubi vid. Wesseling. p. 12.

p. 541, 5. *καὶ ἐν ἑκάστῳ ἡμῶν τίθεσθαι καθαρῶς νόησιν—ὅθεν καὶ τῶν ἁπλῶν ἡμῖν ὁ ἔρως*] Ficinus videri possit legisse *τίθεσθαι δεῖ* vel *εἰκὸς* vel simile quid: post *ἁπλῶν* autem: *καὶ τῶν ὁλικῶν* sive *κ. τ. καθολικῶν.* Sed libri MSS. nihil addunt.

— 10. *Ἀλλὰ τίς ὁ Ζεὺς, οὗ τὸν κῆπον λέγει*] Fic. videtur legisse: *Ἁ. τ. ὁ Ζεὺς οὗτος, οὗ τ. κ. λ.* Non male. Nos tamen libros sequimur.

— 11. *ἡ μὲν γὰρ Ἀφροδίτη, ψυχὴ ἦν ἡμῖν*] Ad hæc vel potius ad universum locum adhibe, quæ noster infra disputat p. 768. B. C. D.

— ib. *λόγος δὲ ἐλέγετο, τῶν πάντων ὁ Πόρος.*] Profecit hinc Proclus in Alc. pr. p. 189. sq. ed. nostr.: *οὕτω τοίνυν καὶ ὁ ἐπιστήμων καὶ ὁ διπλῆ ἀμαθαίνων οὐδενός εἰσι ζητηταὶ, ἀλλ' ὁ μὲν τοῦ σοφὸς εἶναι καὶ οἷον Πόρος* (ita legendum) *ὁ δὲ τῷ μὴ ἀρχὰς τοῦ ζητεῖν εἰληφέναι διὰ τὸ ψεῦδος τὸ περὶ αὐτὸν.* Attingit idem *Πενίαν* Amoris matrem dictam ponens, hunc Symposii locum in Platonis Theolog. XXVIII. p. 68. extr. Cæterum sequentia arguunt, hanc fabulam Plotini ætate variæ esse explicatam. Plane diversæ interpretationis specimen apponam ex Origene c. Celsum IV. p. 533. Ruæi: *τοῦτον δὲ παρὰ Πλάτωνι μῦθον ἐξεθέμην διὰ τὸν παρ' αὐτῷ τοῦ Διὸς κῆπον παραπλήσιόν τι ἔχειν δοκοῦντα τῷ παραδείσῳ τοῦ θεοῦ, καὶ τὴν Πενίαν τῷ ἐκεῖ ὄφει παραβαλλομένην, καὶ τὸν ὑπὸ τῆς Πενίας ἐπιβουλευόμενον Πόρον, τῷ ἀνθρώπῳ ἐπιβουλευομένῳ ὑπὸ τοῦ ὄφεως.* Quæ pæne eadem leguntur apud Eusebium P. E. XII. 11. p. 584.

p. 541, 15. *τὸν Δία, ἐκ μὲν Φαίδρου—ἐν ἄλλοις—ἐν τῷ Φιλήβῳ*] Vid. Platonis Phædr. p. 246. p. 41. Bekk. Timæ. p. 40. p. 42. Bekk. (cf. Proclum in Cratylum §. 96. sqq. p. 52. sqq. Boisson.) Phileb. p. 28. C. p. 168. Bekk. p. 36. Stallb. cum hujus annot. ad §. 51. De placito Platonicorum, *ὅτι νοῦς ἐστι βασιλεὺς*, plura posui ad Porphyr. de Vita Plotini c. 3. (p. 98. ed. Fabric.); cf. etiam supra ad p. 72. E. Atque diserte *Ζεὺς νοῦς* dicitur in Allegoriis nominum Deorum in Meletemm. nostrr. I. p. 44.

p. 542, 5. *καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἄκακον καὶ ἁβρὸν, Ἀφροδίτη λεχθεῖσα*] Non assecutus est hujus loci sententiam Ficinus. Tribus enim extremis verbis Veneris etymologiam respicit Plotinus, quæ ab *ἁβρὸς* proprie dicenda esset *Ἀβροδίτη*. Didymus ap. Etymol. Magn. p. 179. Heidelb. p. 162. Lips. et ap. Etym. Gud. p. 97. (in *Ἀφροδίτη*) *ὁ δὲ Δίδυμος παρὰ τὸ ἁβρὸν τῆς διαίτης. διχῶς δὲ ἡ ἀβροδίαιτος· ὅτι δεῖ αὐτῇ διὰ τὸ κάλλος χλιδῆς. ἢ ὅτι οἱ κατεχόμενοι τῇδε τῇ θεῷ ἁβροὶ καὶ πολυτελεῖς. τὸ β τῷ φ συγγενές ἐστι. δῆλον ἐκ τοῦ Μακεδόνας μὲν τὸν Φίλιππον Βίλιππον καλεῖν κ. τ. λ.*

— 9. *πάλιν μαρτυρούντων τούτῳ τῷ λόγῳ ἱερέων τε καὶ θεολόγων, οἳ—ἄγουσι—λέγουσιν*] Orphicos horumque sequaces Pythagoreos cogitat Plotinus, nec minus religionum antistites, quorum doctrinam novit etiam Euripides. Ita enim ætatis ad *cælum* brachiis Junonem precatur Helena in cognomine fabula vs. 1103. (1096. 1105.)

Ἥρα — — — —
—— ἵν' οἰκεῖς ἀστέρων ποικίλματα.

Cf. *Ezech. Spanh.* in Callimach. Dian. 164. 204. Timæus Locrus de anima Mundi p. 550. Gal. p. 382. Bekk.:—*δύο δὲ σύνδρομοι ἀελίῳ ἐντὶ, Ἑρμᾶ τε καὶ Ἥρας, τὸν Ἀφροδίτας καὶ Φωσφόρον τοὶ πολλοὶ καλέοντι*: "Duo vero pari cum sole cursu eunt, Mercurii et Junonis astra; quod (posterius) Veneris sive Luciferum vulgus vocat." Cf. Cic. de N. D. II. 20. p. 287. ed. nostr. et Moseri, ibiq. annott. Mythologumena persecutus sum in Symbolica II. p. 565. sqq. ed. alter. Adde *Franc. Inghirami Monumenti Etruschi* ad tab. X. *degli specchi mistici* p. 238.

p. 542, 18. *κῆπος—καὶ πλούτου ἐγκαλλώπισμα*] Extremo vocabulo adjicitur: *τῆς ψυχῆς* in Christophori Contoleontis Excerptis e Plotino in Cod. Vat, nr. 2141. Vereor, ut recte. Proxime haud veritus sum reponere *ἀγλαΐζεται καὶ τῷ τοῦ Διὸς λόγῳ* pro *τά*. Respexit autem nostrum locum *Ez. Spanhemius* in notis ad vers. gallicam Juliani Cæsarum p. 228. not. 778: "*Plotin en quelque endroit appelle les* JARDINS DE JUPITER, *la splendeur, qui, sortant de son entendement, va briller dans l'ame de l'homme.*"

p. 543, 5. *καὶ ὁ πλοῦτος τῶν καλῶν, ἐν ἐκφάνσει ἡδῆ*] Aristobulus ap. Euseb. P. E. VIII. p. 378. A.: *τῇ τοῦ πυρὸς ἀστραπηδὸν ἐκφάνσει—διὰ τὸ τοὺς συνορῶντας ἐκφαντικῶς ἕκαστα καταλαμβάνειν.* Cf. Wyttenb. ad Plutarch. p. 714. qui *ἐμφαντικῶς* magis Plutarcheum dicit, et hoc discrimen ponit, ut *ἐμφαίνειν* sit: *omnino quid significare, clarum et notum facere, ἐκφαίνειν rem ex occulto ad* lucem producere. Adde Proclum in Alc. pr. p. 51. 52. 71. et Instit. Theol. III. 186.

— 6. *καὶ τοῦτό ἐστι τὸ μεθύειν τῷ νέκταρι*] Porphyrius de Antro Nymph. XVI. p. 16. Goens. Posteaquam nectar et ambrosiam pro melle a nonnullis accipi dixerat, ita pergit: *παρὰ δὲ τῷ Ὀρφεῖ ὁ Κρόνος μέλιτι ὑπὸ τοῦ Διὸς ἐνεδρεύεται, πλησθεὶς γὰρ μέλιτος μεθύει, καὶ σκοτοῦται ὡς ἀπὸ οἴνου καὶ ὑπνοῖ. ὡς παρὰ Πλάτωνι ὁ Πόρος τοῦ νέκταρος πλησθείς. οὔπω γὰρ οἶνος ἦν.* Antecedentia autem respexit Proclus in Platonis Theol. c. 13. p. 36: *Διττὰς γὰρ ἔχει τὰς ἐνεργείας (νοῦς) ὥς φησιν ὁ Πλωτῖνος, τὰς μέν, ὡς νοῦς, τὰς δὲ, μεθύων τῷ νέκταρι.* Mox Ficinum legisse opineris: *νοῦς δὲ ἑαυτὸν ἔχων ἐν κόρῳ ἡσυχάζει.* Libri tamen nil variant.

— 11. *Δεῖ δὲ τοὺς μύθους—ὅπου καὶ οἱ λόγοι—διαιροῦσι*] Aurea sane verba, et quæ fabularum indolem universam earumque a doctrina et ratione (systemate) diversitatem penitus aperiant. Quod autem *λόγους* dicit et ipsos generationes eorum, quæ genita non sint, introducere: cogitanda sunt veterum philosophorum, et ipsius Platonis, in Timæo maxime, cosmogoniæ, in quibus *γενεαὶ* et *γενέσεις* memorantur in rebus adeo metaphysicis et moralibus. In extremis autem verbis Plotinus expressit locum Platonis in Politico p. 269. p. 272. Bekk. ubi item de antiquis fabulis:—*διὰ δὲ χρόνου πλῆθος τὰ μὲν αὐτῶν ἀπέσβηκε, τὰ δὲ διεσπαρμένα εἴρηται χωρὶς ἕκαστα ἀπ' ἀλλήλων.*

LIB. VI.

p. 551, 7. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΠΑΘΕΙΑΣ ΤΩΝ ΑΣΩΜΑΤΩΝ] Liber vigesimus et sextus (vid. Porphyr. de Vit. Plot. c. 5. et c. 24. ibiq. Fabric.) idcircoque proxime ante tres libros *περὶ ψυχῆς ἀποριῶν* conscriptus. Sicut autem hic liber præludit libris *de Anima*: ita illius argumentum conjunctissimum est cum binis proxime antecedentibus; quandoquidem in loco de dæmonibus illud etiam in primis quæsitum est, utrum corpore sint præditi igiturque pati possint, nec ne. Vid. supra p. 295. G. et quæ ibi adposuimus; quæ quæstio præcipue etiam in *Amore* repetita est, siquidem *Ἔρωτα ἐνεργητικὸν* distinxere veteres a *παθητικῷ*. Eam distinctionem ita orditur Proclus in Alc. pr. §. 39. p. 117, ut ipsis verbis admoneat argumenti, in quo hic liber Plotini versatur: *Τῶν γὰρ ἀσωμάτων τὸ ποιεῖν, τῶν δὲ σωματικῶν τὸ πάσχειν ἴδιον: ἀντίκεινται δὲ ἄρα οἱ ἔρωτες ἀλλήλοις εἴπερ—ὁ μὲν ἐνεργητικός ἐστι, ὁ δὲ παθητικός, καὶ ὁ μὲν ἄϋλος, ὁ δὲ ὑλικὸς κ. τ. λ.* Inde satis, opinor, intelligi poterit, cur illis potissimum libris hunc ipsum adjunxerit Porphyrius. *Incorporeum* autem, sive *τὸ ἀσώματον*, quod Græce et ipse usurpavit Cicero de N. D. I. 12, quam varie dicatur, non est, quod h. l. quæramus post *Cudworthi* et *Moshemii* disputata in System. Intell. I. 26. p. 36. sq. IV. 24. p. 491. V. 3. p. 1014. sqq. (in quibus tamen locis in Platonis certe Platonicorumque philosophorum mentem altius descendit *Moshemio Cudworthus*) illud verbo monuisse sufficiat: *ἀσώματον* in Pythagoreorum scriptis reperiri. Ocellus Lucanus de Natura universi II. p. 519. Gal.: *Αἱ δὲ δυνάμεις οὔτε φθείρονται, οὔτε γίνονται. λόγοι γὰρ ἀσώματοι τυγχάνουσι τούτων.* Plato tamen eumque secuti philosophi subtilius *τοῦ ἀσωμάτου, Incorporei*, rationem definierunt, et ad notionem animæ, dei, dæmonis, cet. stabiliendam adhibuerunt, neque vero propterea ceteris philosophis usquequaque persuadere potuerunt. Huc pertinent illa Luciani in Hermotimo §. 36. p. 779. ed. Wetsten.: *ὁ Πλάτων νομίζει ἀσώματόν τι ἐν τοῖς οὖσιν εἶναι*, itemque in Icaromenippo §. 9. p. 760: *ἔτι δὲ οἱ μὲν ἀσώματον καὶ ἄμορφον ἡγοῦντο εἶναι τὸ θεῖον,*

οἱ δὲ ὡς περὶ σώματος αὐτοῦ διενοοῦντο. Atque ut de fontibus videamus unde hujus libri Plotiniani Materia repetita est, sunt hi primum Platonis ipsius loci: in Phædro p. 245. Steph. p. 38. sq. Bekk. (a Cicerone in Tuscull. I. 23. et de Rep. VI. 25. sive in Somn. Scip. VIII. ab Origene περὶ ἀρχῶν III. 1. p. 108. sq. Ruæi repetita): in Phædone p. 78. p. 46. sqq. Bekk. (ad quem locum adhibe Wyttenbachii annotat. p. 195—198:) in Timæo p. 43. p. 46. sqq. Bekk. (cf. Plutarchi Quæst. Platonn. III. IV. p. 1001. sq. p. 75. sqq. Wytt. et Alcinous de Doctr. Plat. c. XXV.): de Republ. X. p. 609. p. 492. sqq. Bekk.: de Legg. X. p. 894. sqq. p. 193. sqq. Bekk.): Aristotelis in Metaphys. II. 4. IV. 2. VII. 1. sqq. p. 133. sqq. Sylb.: de Anima I. 2. (ubi antiquorum placita philosophorum recenset Stagirites) II. 1; de Generat. et Corrupt. I. 2. I. 5. I. 6. 7. 8. Componendæ autem primariæ hujus libri Plotiniani sententiæ sunt cum aliis libris, præsertim his locis p. 645. 656. 667. 764. et cum universo libro περὶ ὕλης. Plotiniana decreta diligenter in compendium redegit Porphyrius in Sententiis Cap. XIX. (quod ita incipit: Ἄλλο τὸ πάσχειν τῶν σωμάτων, ἄλλο τῶν ἀσωμάτων κ. τ. λ.) usque ad Cap. XXIX. et iterum XXXVI. (quos locos disputationi suæ adhibuit *Cudworthus* in System. intellect. V. 3. 11. 12. p. 1018. sqq. ed. Mosh.) Adde Proclum in Platon. Theolog. II. 12. p. 33—36. et in Inst. Theol. c. XV. p. 26. sqq. ed. nostr. c. LXXX. p. 122. sq. πᾶν σῶμα πάσχειν καθ' αὑτὸ πέφυκε. πᾶν δὲ ἀσώματον ποιεῖν κ. τ. λ. c. LXXXII. p. 126. Denique vide Alexandr. Aphrodisiens. in Aristotel. Metaphys. I. comment. 20. Simplicium in Physicorr. lib. IV. et in libros de Anima fol. 7: Anglice vertit hunc librum *Thomas Taylor: Select Works of Plotinus.* Lond. 1817. p. 122. sqq.

p. 552, 12. καὶ δοξῶν ψευδῶν καὶ ἀνοίας· οἰκειώσεις] Sic Ed. Sed Fic. expressit καὶ ἀγνοίας· Οἰκειώσεις κ. τ. λ.: et *ignorantiæ.* Gignuntur in ea (anima) etiam conformitates et difformitates etc. ita ut rursus cogites ἐγγίγνονται ex præcedentibus. Placet hæc lectio et distinctio, eamque amplexus est etiam Taylor: nos idem faciendum censuimus.

— 15. Ἀλλ' εἰ μὲν σῶμά ἐστιν ἡ ψυχὴ] Hoc docuerant Anaxagoras, Heraclitus, Democritus, Epicurus, Stoici, uti quidem prodit auctor libelli de placitis philosophorum, in Plutarcheis IV. 3. p. 898. C. D. p. 622. sq. Wytt. Totum autem hoc Plotini caput ante oculos habet Porphyrius in Sententt. c. XIX. p. 225. sq. Cantabrig. Cæterum cf. infra initium libri de essentia animæ IV. 2. 1. p. 361. A. ubi philosophus noster itidem corpus esse animam negat.

— 19. αὐτῇ πάθη διδόναι—αὐτὴν φθαρτὴν εἶναι διδόντες] Affectus tales ei *tribuere*—eam corruptibilem esse *concedere.* Non infrequens ejusdem vocabuli, Verbi, repetitio diversa vi usurpati, nec latinis scriptoribus ignota. Commode succurrit ejusdem verbi exemplum. Cic. de Offic. I. 21. 71: "Quapropter et iis forsitan *concedendum sit* rem publicam non capessentibus, qui excellenti ingenio doctrinæ sese dediderunt, et iis, qui aut valetudinis imbecillitate aut aliqua graviore caussa impediti, a re publica recesserunt, cum ejus administrandæ potestatem aliis laudemque *concederent:*" ubi vid. Heusinger. p. 172. cf. etiam Beier. ad Offic. 1. 39. p. 284. Alia ratio est ejusmodi locorum, ubi idem vocabulum sed diversæ originis repetitur, ut in his Philonis Judæi, de Mundi Opif. p. 118. ed. Pfeiff.: εἰσὶ γὰρ οἱ πλείους παραλαμβάνοντες κόσμους εἶναι, οἱ δὲ καὶ ἀπείρους, ἄπειροι καὶ ἀνεπιστήμονες αὐτοὶ πρὸς ἀλήθειαν ὄντες, ὧν καλὸν ἐπιστήμην ἔχειν. Concedendi autem significatu verbum διδόναι bis uno loco habet Plato, posteaquam paullo prius usurpaverat συγχωρεῖν, in Charmid. §. 44. p. 172. c. Accusativum cum Infinitivo pariter atque Plotinus adjicit Phalaris Epist. V. p. 26. Lennep.: ἐγὼ δὲ οὔπω δίδωμι, τὴν τιμωρίαν πεπράχθαι ἄδικον. De alia vi hujus verbi supra vidimus ad I. 1. 12. p. 7. B.

p. 553, 1. εἴτε ἀριθμὸς—ἡ οὐσία αὐτῆς] Pythagoræ et Xenocratis fuit hæc sententia. Plutarch. de Placc. philoss. IV. 2. p. 898. C. p. 621. Wytt. Πυθαγόρας (ἀπεφήνατο) τὴν ψυχὴν ἀριθμὸν ἑαυτὸν κινοῦντα. τὸν δὲ ἀριθμὸν ἀντὶ τοῦ νοῦ παραλαμβάνει. Idem numerum omnium rerum sapientissimam dixit. Iamblich. de Vit. Pyth. §. 146. p. 122. Kust. et §. 162. p. 138. Quod repetit Proclus in Alc. pr. p. 269. De Xenocrate ita Tullius Tuscull. I. 10: "Xenocrates animi figuram et quasi corpus negavit esse, verum numerum dixit esse, cujus vis, ut jam ante

Pythagoræ visum, in natura maxuma esset." Ubi vid. Bentlei. et Davisium. Cf. Cic. Academm. II. 39. §. 124. ibiq. Goerenz. Refert eandem sententiam, sed refellit etiam Aristoteles de Anima I. 4. et 5. p. 15. sqq. Sylb. Quod autem *εἴτε λόγος, ὥς φαμεν*, subjicit Plotinus, admonent hæc Stobæi in Eclogg. I. 52. p. 862. Heer. ubi, postquam aliorum, qui *numerum dixerant animam*, sententias protulit, ita pergit: *ὡς δὲ αὐτοκινητὸν (ἀριθμὸν) ὁ Ξενοκράτης, ὡς δὲ λόγους περιέχουσαν* (vel fortasse, ut Heeren. conjicit, *περιέχοντα* sc. *ἀριθμὸν*) *Μοδέρατος ὁ Πυθαγόρειος*. Sed propter id, *ὥς φαμεν*, crediderim potius respici ad eam sententiam de anima, quam idem Stobæus *Plotino* tribuit p. 864. Locum adscripsi in seqq, ad p. 307. E.

p. 553, 11. *ἀρετὴν ἁρμονίαν εἶναι*] Wyttenb. ad Platon. Phædon. (p. 8.) p. 127. hæc *ὡς φιλοσοφίας μὲν οὔσης μεγίστης μουσικῆς*: "Nam ipsa virtus et sapientia continetur quasi musicæ concentu:" ubi vir doctissimus et alia laudat et hunc Plotini locum et qui proxime legitur p. 307. E. ad quem vid. annot. nostr. et cf. Wytt. ad Phædon. p. 248.

p. 554, 15. *ἢ ὅταν μὲν—λόγον φήσομεν*] Legerim: *ἢ ὅταν μὲν ἐν ἀρετῇ ἕκαστον ᾖ, ἐνεργοῦν—ἕκαστον ἐπαΐον λόγου φήσομεν*;

p. 555, 6. *οὐ σφραγῖδος ἔνδον γενομένης—ὥσπερ ἐν κηρῷ μορφήν*] Ad sententiam et ad verba adhibe p. 461. F. ubi Noster: *καὶ μὴν σώματος ὄντος τοῦ αἰσθανομένου οὐκ ἂν ἄλλον τρόπον γένοιτο τὸ αἰσθάνεσθαι ἢ οἷον ἐν κηρῷ ἐνσημανθεῖσαι ἀπὸ δακτυλίων σφραγῖδες*. (Quo de loco disputat *Cudworth.* in System. intell. p. 1111.) P. 480. A. idem noster de animabus singulis ad unius animæ instar expressis: *οἷον ἐκ δακτύλου* (leg. *δακτυλίου*) *ἑνὸς πολλοὶ κηροὶ τὸν αὐτὸν τύπον ἀπομαξάμενοι φέροιεν*. Similitudinem duxit a Platone, qui in Theæt. p. 191. c. ita: *Θὲς δέ μοι λόγου ἕνεκα ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐν κήρινον ἐκμαγεῖον*, ubi vid. *Heindorf.* p. 452. Alios Platonis locos itemque aliorum indicavit Wyttenbach. ad Plutarch. de educat. puerorr. p. 83. sq. et de Isid. et Osirid. p. 248. sq. et ipse alios excitavi imitatores in editione peculiari Plotini de pulcrit. p. 257—260. Hic adjiciam ibi non laudatos binos locos Philonis de Mundi Opif. p. 86. Pfeiff. *Ἆρ' οὐκ ἐμφανῶς τὰς ἀσωμάτους καὶ νοητὰς ἰδέας παρίστησιν, ἃς τῶν αἰσθητῶν ἀποτελεσμάτων σφραγῖδας εἶναι συμβέβηκε*. Cf. Eundem ibid. p. 100. ubi pro *συγκέκριται* malim *συγκέκραται*. Cæterum cf. infra c. 3. p. 306. C.

p. 556, 4. *ἢ ὀργάνων ἐλλείψει, οἷον ἀπορίᾳ ἢ σαθρότητι ὅπλων σωματικῶν*] Adjectivum *σαθρὸς* Platoni familiare. Theæt. p. 179. d. (ib. Heindf. p. 413.) Phileb. p. 55. (ib. Stallb. p. 177.) Euthyphron. p. 5. c. (p. 35. Stallb.) Legg. V. 8. (ib. Ast. p. 254.) Non repetam, quæ multi multa de hoc vocabulo monuerunt. Alia quædam proferam necdum usurpata. Ac de etymologia, ut hinc ordiar, adde Etymol. Gud. p. 495. sq. ubi est etiam, qui pro eodem haberi jubeat atque *σαπρὸς*, a quo tamen significatu ut plurimum differre malunt alii, docente *Giacomello* ad Jo. Chrysost. de Sacerdotio p. 356. Hesych. *σαβακὸς· ὁ σαθρός. Χῖοι.* cf. Jacobs. ad Anthol. Gr. T. VIII. p. 242. cui loco adhibe Photii Lex. p. 428. ed. Dobr. Lips. *σαθρὸν οὐ σαβακὸν χρὴ λέγειν* Aristoteles Ethic. Nicom. I. 10. 8: *χαμαιλέοντά τινα τὸν εὐδαίμονα ἀποφαίνοντες, καὶ σαθρῶς ἱδρυμένον* (parum stabili sede collocatum). Similiter Mich. Psellus de Operatt. Dæmon. p. 14. Kilon.: *ταύτην δὲ σαθρὰν ὑποβάθραν ὑποθέντες οἱ σαθροὶ* (ita recte *Gaulminus* pro *σαυροί*) *τὰς φρένας*. Nicephorus Gregorus (vulgo Anonymus) de erroribus Ulixis p. 2. ed. Columbi: *τὸ τοῦ μύθου σαθρὸν* (quod in fabula lubricum, sive minus firmum est.) Proclus in Alc. pr. p. 88: *Ἐπειδὴ τοίνυν αἱ τοιαῦται πᾶσαι ἀπαντήσεις σαθραὶ καὶ εὐδιάλυτοι πεφύκασι*. cf. ibid. p. 103. Nicolaus Methonensis adv. Proclum p. 133. Voemel.: *τὰ μὲν γὰρ πάντῃ σαθρὰ καὶ ἀντέλεγκτα*. Quæ comparari debent cum his Plutarchi Alcib. p. 193. C. Socratis *ἐξελέγχοντος τὰ σαθρὰ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ*, ad quem locum Bæhrius noster p. 81. et de vocis potestate egit, et ad explicandum verbum *ἐξελέγχειν* egregiam *Wyttenbachii* ad Plutarch. p. 866. Animadversionem adhibuit. Atque ex usu Rhetorum, qui invalida infirmare adversariorum argumenta *ἀσθενῆ καὶ σαθρὰ* appellant, (de quo vid. Ernesti in Lex. Technol. Græcorr. Rhetor. in *σαθρὸς*) fluxit etiam usus Jureconsultorum; Theophilus Institutt. lib. III. Tit. XIX. §. 3. p. 724. Reizii: *ἄτοπον γάρ ἐστι λέγειν, τὴν ἰσχυροτέραν ἐνοχὴν, λέγω δὴ τὴν ποῦραν, ὑπὸ τῆς σαθρᾶς ἀναιρεῖσθαι· σαθρὰν δὲ καλοῦ-*

μεν τὴν αἱρετικὴν, ἕως οὗ τὰ τῆς αἱρέσεως ἤρτηται: "Absurdum enim est dicere, validiorem obligationem, dico scilicet puram, a debili premi: debilem autem appello conditionalem, donec conditionis casus pendet." Ibid. IV. 6. 130: *τὰ σαθρὰ τοῦ ἀντιδίκου* sunt vitiosa jura adversarii. Ut autem ad Plotinum redeam: de corpore humano usurpavit Adjectivum Demosthenes Olynth. II. p. 7. (ad quem locum cf. Voemelii Annot. pag. 93. sq.) Et Plutarchus de Sanit. tuend. p. 137. C: *τὰ σαθρὰ καὶ ὕπουλα τοῦ σώματος*. Substantivi autem usus rarissimus est, et proinde hic locus Plotini unico Chrysostomi (quem laudant ex Homil. 93. p. 628: *τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων τὴν σαθρότητα*) adjiciendus. Cæterum totius hujus disputationis Plotinianæ argumentum conjunctum est cum Aristotelis loco de Anima I. 1. qui ita finitur: *ἐλέγομεν δὲ ὅτι τὰ πάθη τῆς ψυχῆς ἀχώριστα τῆς φυσικῆς ὕλης τῶν ζώων, ᾗ γε τοιαῦθ' ὑπάρχει, θυμὸς καὶ φόβος, καὶ οὐχ ὥσπερ γραμμὴ καὶ ἐπίπεδον*.

p. 557, 1. *ὡς εἰ τὴν ψυχὴν λέγομεν ἐρυθριᾶν— ἀλλ' ἡ μὲν αἰσχύνη ἐν ψυχῇ κ. τ. λ.*] Tertull. de Anima c. 5. p. 267. Rigaltii, Cleanthis Stoici de Anima sententiam referens ita: "Porro et animam compati corpori, cui læso ictibus, vulneribus, ulceribus condolescit; et corpus animæ, cui afflictæ cura, angore, amore coægrescit, per detrimentum scilicet vigoris, cujus pudorem et (malim *aut*) pavorem rubore atque pallore testetur." Idem cap. IX. p. 270. "Visione alicujus mulieris ita moveri se passus est, ut nobis persuadere studeat, animam, ut flatum ac spiritum traducem aerii et lucidi coloris esse." De quo ipse viderit.

— 14. *οὐ σαλευομένην αὐτὴν*] Supra p. 287. C. *ἢ παρὰ τοῦ σάλου τῆς νεὼς ἢ παρ' αὐτοῦ κινηθέντος ὁρμῇ οἰκείᾳ κ. τ. λ.* et *σάλος* de jactatione maris naviumque, unde quoque *σαλεύεσθαι* de utrisque. Deinde et substantivum et verbum varie transferuntur. Vid. *Monk.* ad Eurip. Hippolyt. vs. 824. *Blomfield.* in Glossar. in Æschyli Prometh. 1170. *Bæhr.* ad Plutarchi Pyrrh. c. 24. p. 248. sq. et meam annot. in Jo. Laur. Lyd. de Menss. p. 253. sq. ed. *Roetheri* nostri.

— 18. *οὐ τύπους ἐναποσφραγιζομένους κ. τ. λ.*] Cf. supra p. 305. A. *οὐ σφραγίδος ἔνδον γενομένης* ibiq. annot. Astius ad Platon. de Legg. p. 681. (in Animadvv. p. 151.) comparat nostrum verbum cum Platonico *ἀποτυποῦσθαι*. Philo de Mundi Opif. p. 10. Pfeiff. *εἶθ' ὥσπερ ἐν κηρῷ τινι τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ τοὺς ἑκάστου* (al. *ἑκάστων*) *δεξάμενος τύπους, ἀγαλματοφορεῖ νοητὴν πόλιν, ἧς ἀνακινήσας τὰ εἴδωλα μνήμῃ τῇ συμφύτῳ, καὶ τοὺς χαρακτῆρας ἔτι μᾶλλον ἐνσφραγισάμενος, οἷα δημιουργὸς ἀγαθὸς, ἀποβλέπων εἰς τὸ παράδειγμα, τὴν ἐκ λίθων καὶ ξύλων ἄρχεται κατασκευάζειν* (*εὐκρασίαν* abjiciendum, utpote ortum e præcedente vocabulo. Nam *πόλιν* ex antecedentibus cogitandum est), *ἑκάστῃ τῶν ἀσωμάτων ἰδεῶν τὰς σωματικὰς ἐξομοιῶν οὐσίας*. cf. Legis Allegorr. p. 154. Idem de Mundi Opif. p. 56:—*οὐρανὸν πολλὰς ἐν αὑτῷ φύσεις ἀστεροειδεῖς ἀγαλματοφοροῦντα*. Exemplis hujus verbi a Ruhnkenio ad Tim. citatis p. 7. adjiciam hoc ex Michaëlis Pselli nuper a me editis Epistoll. Ita enim ille epist. 22. p. 615:—*ἤδη σε καὶ ἀγαλματοφορῶ ἐν ταῖς τῆς καρδίας θαλάμοις καὶ περιφέρω διαπαντὸς, καὶ ὥσπερ εἰκόσι τισι στηλογραφίαις* (Leg. *στηλογραφικαῖς*) *τοῖς ἀποκομιζομένοις γράμμασι διοπτρίζομαι*. Verbum autem *ἐναποσφραγίζομαι* et inde ducta propria sunt in primis Stoicorum, quibus uti solent, ubi impressas animo rerum imagines significari volunt Sext. Empir. Pyrrh. Hypotypp. II. 4.: *εἰ μὲν γὰρ καταλαμβάνειν εἶναί λέγουσιν ἐν τῷ λόγῳ τῷ καταληπτικῇ φαντασίᾳ συγκατατίθεσθαι, τῆς καταληπτικῆς φαντασίας οὔσης ἀπὸ ὑπάρχοντος, κατ' αὐτὸ τὸ ὑπάρχον ἐναπομεμαγμένης καὶ ἐναπεσφραγισμένης, οἷα οὐκ ἂν γένοιτο ἀπὸ μὴ ὑπάρχοντος κ. τ. λ.* Totus enim ille locus cum hac Plotiniana disputatione comparandus est. Illa autem bina verba Stoica sæpius jungit Sextus, ut adv. Math. VII. 248. 250. 255. nec minus Adverbia adv. Math. XI. 183: *πρὸς τούτοις ἡ καταληπτικὴ φαντασία κρίνεται κατὰ τοὺς Στωϊκοὺς, ὅτι καταληπτική ἐστι, τῷ ἀπὸ ὑπάρχοντος γενέσθαι, καὶ κατ' αὐτὸ τὸ ὑπάρχον ἐναπομεμαγμένως καὶ ἐναπεσφραγισμένως*. Clemens Alex. Protrept. p. 84. Potter.: *ταύτας οἶμαι τὰς θείας γραφὰς ἐναποσφραγισαμένους χρὴ τῇ ψυχῇ καλὸν ἀφετήριον σοφίας* (*σοφίαν* mavult Potter. ex Codd.) *ἡγεῖσθαι κ. τ. λ.* Idem Pædag. II. p. 240: *ὡς ἂν—τὸ ἑταιρικὸν τοῦ φρονήματος ἐκ τοῦ βαθίσματος ἐναποσφραγίσωνται*. Idem Strom. II. p. 487. Substantivum usurpat: *ἐναποσφραγίσματα τῶν πνευματικῶν δυνάμεων*. Sed horum Clementinorum

locorum partem occupatam sero video ab amicissimo Jacobs. ad Achill. Tat. p. 787. (V. 13. p. 114.).

p. 559, 4. *οἷον δόξα καὶ ἀνεπίκριτος φαντασία κ. τ. λ.*] Fic. passive accepit, "*indiscreta* imaginatio," et passive usurpatur hæc vox sæpiuscule. Sext. Empir. Pyrrh. Hypot. I. 98: *διαφωνίας τοσαύτης ἀνεπικρίτου παρὰ τοῖς δογματικοῖς οὔσης*, qui locus integer adhibendus est. Ibid. II. 210. *ἀνεπίκριτοι ὅροι*, definitiones, quæ dijudicari nequeunt. Advers. Math. II. 110. *ἀνεπίκριτος μάχη*. Scholiast. Luciani in Hermotim. §. 53. T. I. p. 794. de Scepticis: *ἀκαταληψίαν ἀνεπίκριτον*. Sed melius hujus loci sententiam assecutus videtur Th. *Taylor: It is evident however, that the phantasy is in the soul, both the first, which we call opinion, and the second, which is derived from the first, and is no longer opinion [truly so called] but is conversant with that which is beneath, being as it were obscure opinion,* AND AN UNADVISED AND RASH IMAGINATION, *such as the energy which is said to be inherent in nature, according to which it produces every thing without phantasy.*" In extremis hujus periodi suspicor: *δῆλον ἄν τῳ γίνοιτο* i. e. *τινὶ*, ex usu Plotini. Ad illa verba hanc annotationem apposuit Taylor: *The phantasy or imagination is the highest of the gnostic irrational powers of the soul. But this in its summit is united to* OPINION, *or that gnostic rational power which knows* THAT *a thing is, but does not know* WHY *it is; and in its other extremity it is conjoined with sense. So far therefore, as it is united to opinion, it may be said to be the same with it.*—See my *Introduction* to a translation of *Aristotle's* treatise *On the Soul.*

p. 560, 4. *ἔσται τοίνυν τὸ παθητικὸν—ἢ καὶ ἄνευ φαντασίας*] Proclus de Providentia et Fato c. X. p. 25. vers. Guil. de Morbeka ed. Cousin; "Recte et Plotino dicente quod passiones omnes aut sensus sunt, aut non sine sensu."

— 7. *αὐτὸ δὲ μένον ἐν ἁρμονίας εἴδει—μὴ τῆς ἁρμονίας τοῦτο λεγούσης*] Conjungamus cum hoc loco alterum Enn. IV. lib. 2. cap. 1. p. 361: *σῶμα οὐδὲν αὐτὴν δείξαντες εἶναι* (sc. *τὴν τῆς ψυχῆς οὐσίαν*) *οὐδὲ ἐν ἀσωμάτοις αὖ ἁρμονίαν*. Qua in re sequitur Noster Platonem suum, qui in Phædone suam disputationem contra pervulgatam multorum antiquitus, Aristoxeni deinde et Dicæarchi etiam, opinionem ita concludit p. 94. fin. p. 80. Bekk.: *οὐκ ἄρα, ὦ ἄριστε, ἡμῖν οὐδαμῇ καλῶς ἔχει ψυχὴν ἁρμονίαν τινὰ φάναι εἶναι*. Ad quem locum ea, quæ ad Plotini locos facientia apposuit *Wyttenbachius* in Annot. p. 248, hic subjiciam et pauca de meis addam: "Quam Plato intelligat harmoniam, apparet: eam, quæ extrinsecus componitur, nec aliud sonat, quam quod per necessitatem compositionis et pulsationis sonare potest: contra, Anima intrinsecus se ipsa componit, dissentientes sui partes in consensum redigit iisque repugnantibus ipsi ipsa resistit et moderatur. Neque hæc sententia repugnat illi, quam in Timæo tradit, Animam ex diversis materiis a Deo, ad certam rationem et proportionem factam esse p. 528, quod recte monet Proclus in Tim. III. p. 178. et in Rep. p. 392. fin. Nam animi cum corpore debet sapiens constituere harmoniam, eamque ad universi accommodare harmoniam, ut docet Plato Rep. IX. p. 510. d. Et ipsa virtus continetur harmonia (locum supra apposui ad cap. II. init. p. 304.) Hæc enim est, ut ait Iamblichus apud Stobæum Eclogg. Physs. p. 864. (Heeren.) *mathematica harmonia*, quam Pythagorici et Platonici multi varie tradiderunt, Timæus, Moderatus, Plotinus, Porphyrius, Amelius. Nam Aristoxenus corpoream harmoniam velut instrumenti musici cogitasse videtur, et alii ante eum multi. Sic enim accipiendus est locus Cicer. Tuscul. I. 10:" Hactenus Wyttenbach. Tu cf. Mahnii Diatriben de Aristoxeno Philosopho Peripatetico p. 200. sqq. Ego Plotini caussa adscribam verba Iamblichi l. l.: *Ἔτι τοίνυν τὴν ἁρμονίαν ἴδωμεν, οὐ τὴν ἐν σώμασιν ἐνιδρυμένην ἀλλ' ἥ τις ἐστὶ μαθηματική. ταύτην τοίνυν ὡς μὲν ἁπλῶς εἰπεῖν, τὴν τὰ διαφέροντα ὁπωσοῦν σύμμετρα καὶ προσήγορα ἀπεργαζομένην, ἀναφέρει εἰς τὴν ψυχὴν Μοδέρατος —τὴν δὲ ὡς ἐν λόγοις τοῖς κατ' οὐσίαν προϋπάρχουσιν Πλωτῖνος καὶ Πορφύριος καὶ Ἀμέλιος παραδεδώκασιν*: i. e. ut in rationibus essentia præexistentibus existentem harmoniam. Nostrum autem locum ante oculos habuit et partim verbotenus exhibet Porphyrius, in Sententt. XIX. p. 225. sq.: *ὅταν γὰρ τὸ ζῶον αἰσθάνηται, ἔοικεν ἡ μὲν ψυχὴ ἁρμονίῳ* (leg. *ἁρμονίᾳ*) *χωριστῇ, ἐξ ἑαυτῆς τὰς χορδὰς κινούσῃ ἡρμοσμένας· τῇ δὲ ἐν ταῖς*

χορδαῖς ἁρμονίῳ ἀχωρίστῳ, τὸ σῶμα· τὸ δ' αἴτιον τοῦ κινῆσαι τὸ ζῶον, διὰ τὸ εἶναι ἔμψυχον. Ἀνάλογον δὲ τῷ μουσικῷ· διὰ τὸ εἶναι ἐναρμόνιον. τὰ δὲ πληγέντα σώματα διὰ πάθος αἰσθητικὸν ταῖς ἡρμοσμέναις χορδαῖς, καὶ γὰρ ἐκεῖ οὐχ ἡ ἁρμονία πέπονθεν ἡ χωριστὴ, ἀλλ' ἡ χορδή. καὶ κινεῖ μὲν ὁ μουσικὸς κατὰ τὴν ἐν αὐτῷ ἁρμονίαν· οὐ μὴν ἐκινήθη ἂν ἡ χορδὴ μουσικῶς, εἰ καὶ ὁ μουσικὸς ἐβούλετο, μὴ τῆς ἁρμονίας τοῦτο λεγούσης. Quæ non solum ad explicationem faciunt, verum etiam ad lectionem hujus loci. Olympiodor. in Phædon. Cod. I. p. 88: ἐνδεικνύμενος ὅτι ἐστὶ νοεῖν καὶ χωριστὴν ἁρμονίαν·—οὕτω γάρ πως καὶ ἡ ψυχὴ λέγοιτο ἂν ἁρμονία, κατὰ τὸν Τίμαιον. Cassiodorius de Anima cap. 8: "Omnia immortalia simplicia sunt: anima autem non est armonica (harmonica), neque constat ex pluribus, sed simplex natura est, anima igitur immortalis est."

p. 561, 1. οἷον εἴ τις—ἐν ἐγρηγόρσει τὴν ψυχὴν —ποιοῖ] Philo Judæus Legis Allegorr. I. p. 200. Pfeiff: τῷ γὰρ ὄντι ὑπνώσαντος νοῦ γίνεται (Mang. vult. κινεῖται) αἴσθησις. καὶ γὰρ ἔμπαλιν ἐγρηγορότος νοῦ, σβέννυται. Ibid. p. 202: Οὐκοῦν ἤτε τῶν αἰσθήσεων ἐγρήγορσις ὕπνος ἐστὶ νοῦ· ἤτε τοῦ νοῦ ἐγρήγορσις, ἀπραξία τῶν αἰσθήσεων. Clemens Alex. Pædag. II. p. 182. Potter. ὑπνώδης γὰρ πᾶς ὁ μὴ εἰς σοφίαν ἐγρηγορῶν, ἀλλὰ ὑπὸ μέθης βαπτιζόμενος εἰς ὕπνον. Theodoretus de Providentia VI. T. IV. p. 566. Schulz.: οὐκοῦν φρόνησις μέν ἐστι τοῦ ἐν ἡμῖν λογικοῦ ἡ ἐγρήγορσις, ὥσπερ ἀμέλει παραφροσύνη καὶ ἀφροσύνη πάλιν, ἡ τούτου μέθη ἐκ τῶν παθῶν τικτομένη, καὶ οἷόν τις νεφέλη γενομένη, καὶ πυκνουμένη καὶ ἐπιπροσθοῦσα, καὶ συνορᾷν αὐτὸν οὐκ ἐῶσα τὸ δέον. Plotinus ipse infra p. 310. A.—οἳ παραπλήσιον τοῖς ὀνειρώττουσι ποιοῦσι ταῦτα ἐνεργῆ νομίζουσιν, ἃ ὁρῶσιν εἶναι ἐνύπνια ὄντα. καὶ γὰρ τὸ τῆς αἰσθήσεως ψυχῆς ἐστιν εὐδούσης· ὅσον γὰρ ἐν σώματι ψυχῆς, τοῦτο εἶναι· ἡ δ' ἀληθινὴ ἐγρήγορσις, ἀληθινὴ ἀπὸ σώματος, οὐ μετὰ σώματος, ἀνάστασις. cf. infr. III. 8. 3. p. 345. F. et supra II. 6. 3. p. 175. C. Ad hunc locum apposui locum primarium Platonis e Timæo p. 52. p. 64. Bekk. Jam Xenophon in Cyrop. I. 4. 20. simpliciter, utpote a Platonis ingenio longe remotus, jungit ἐφρόνει καὶ ἐγρηγόρει, quod solummodo argumento est communem loquendi usum hæc verba junxisse. Propius ad hæc Platonica et Plotiniana accedunt hæc Aristotelis de Anima II. 1. p. 22. Sylb.: ἐν γὰρ τῷ ὑπάρχειν τὴν ψυχὴν ὕπνος καὶ ἐγρήγορσίς ἐστιν. ἀνάλογον δ' ἡ μὲν ἐγρήγορσις τῷ θεωρεῖν· ὁ δὲ ὕπνος, τῷ ἔχειν καὶ μὴ ἐνεργεῖν· προτέρα δὲ τῇ γενέσει ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ, ἡ ἐπιστήμη. Philo Jud. Quis rerum divinarum sit hæres p. 524. B. p. 510. Mang. Ὕπνος γὰρ νοῦ γρήγορσίς ἐστιν αἰσθήσεως, καὶ γὰρ αἱ γρηγόρσεις τῆς διανοίας, αἰσθήσεως ἀπραξία. Solet Philo nonnunquam sententias primarias ad verbum repetere. Hinc suspicari licet hic ex illis supra laudatis legendum esse ἐγρήγορσις et ἐγρηγόρσεις. Sed γρήγορσις legitur ap. Eumathium de Ismen. Amorr. IX. 396. et Lexicis addendum censet Lobeck. ad Phrynich. p. 294. sq., quem confer. Dio Chrysost. Orat. VIII. p. 134. D: τῆς ἡδονῆς—διαφθεῖραι πειρωμένης ὁμοίως μὲν ἐγρηγορότας, ὁμοίως δὲ κοιμωμένους. Ad quem locum similia exempla hujus usus, quo hæc verba inter se opponuntur, collegit diligentissimus Baguet. in annot. p. 94. sq.

— 18. ὡς ἐπ' αὐτοῦ ὀχεῖσθαι ἡσυχῇ] Taylor magis ad verbum: "*so that it may be quietly carried in it.*" Nimirum ut anima hoc vehiculo tutius utatur. Corpus enim vehiculum animæ: si quidem recte assequor hujus loci sententiam, quem obscuriorem esse, et fortasse etiam corruptiorem quam ut certo pronuntiare possis, nemo, arbitror, diffitebitur. De verbo ἐποχεῖσθαι vide supra p. 52. E. p. 56. F. p. 109. De καθάρσει cf. I. 2. 3. 4. I. 6. 7. VI. 7. 36.

p. 562, 1. Τὴν μὲν δὲ οὐσίαν τὴν νοητὴν] Quod in sequentibus materiam quoque pati negat Plotinus, hoc nomine reprehenditur a Petro Petito in Miscellann. Observatt. II. 11. disputat etiam de his philosophi nostri placitis *Tiedemannus* in *Geist der spekulativen Philosophie* III. p. 286. sq. De *ente* et *non ente* philosophorum sententias recenset Aristoteles de Generat. et Corrupt. I. 1. et cap. III. Physicc. Auscultt. I. 5. de Cœlo c. 1. Platonis placita quod attinet continentur ea potissimum in Parmenide, Sophista, Timæo. Procli Inst. Theol. c. XIV. sq. Cf. etiam Hermetis disputationem ap. Stob. Eclogg. Physs. I. 43. p. 750. ed. Heeren. Consulendus autem de his Moshemius ad calc. *Cudworth.* Syst. intell. p. 964. sqq.

— 10. τοῦτο δὲ, ὃ μηδὲν ἀποστατεῖ τοῦ εἶναι] Non dixerim, an Ficinus legerit ᾧ. Vulgatam

ita exprimas: *Hoc vero, quod nihilo abest* (recedit) *ab esse.* Exemplis, quæ Stephani Thes. p. 4569. ed. Valpy exhibet, adde Plutarch. Symposiacc. I. 1. p. 613. B. p. 475. sq. Wytt. *ἣν (φιλοσοφίαν) οὔτε τινὸς παιδιᾶς οὔτε τινὸς ἡδονῆς ἀποστατεῖν εἰκὸς, ἀλλὰ πᾶσι παρεῖναι.* cf. Sympos. VII. p. 702. Plutarch. Amator. p. 758. B. p. 39. Wytt. *οὐ μὴν οὐδὲ νοσοῦντος ἀνθρώπου θεὸς ἀποστατεῖ—ἀλλ' οὐδὲ ἀποθανόντος.* Plotinus ipse p. 437. B: *τὸ δὲ μὴ εὐθὺς ἀλλ' ὕστερον οὐκ ἀποστατεῖ τῆς φύσεως.* Idem infra p. 357. E: *ἄλογον γὰρ καὶ ἀνόητον πάντη, καὶ πολὺ τοῦ ὄντος ἀποστατοῦν.* Unde satis firmatur vulgata loci nostri lectio.

p. 563, 9. *ἀλλ' εἶναι τούτοις τὸ εἶναι, τὸ μὴ οὖσιν εἶναι*] Similiter Proclus Instit. Theol. c. L. p. 80: *τοῦτο δέ ἐστιν ἐν τῷ μὴ εἶναι τὸ εἶναι ἔχειν.*

—9. *ἡ τῶν σωμάτων φύσις*] De hac periphrasi supra dictum ad pag. 50. C. Nunc hoc unum addam: ab hac formula non multum discrepare illam: *τὸ χρῆμα τῆς ἀρετῆς—τῆς ἡδονῆς* et similes; de quibus exposuit doctissimus Baguet ad Dion. Chrysost. VIII. p. 92. sq. In sequentibus Plotinus colorem duxit e Platonis Sophista p. 246. a. p. 190. Bekk.: *οἱ μὲν εἰς γῆν ἐξ οὐρανοῦ καὶ τοῦ ἀοράτου πάντα ἕλκουσι, ταῖς χερσὶν ἀτεχνῶς πέτρας καὶ δρῦς περιλαμβάνοντες· τῶν γὰρ τοιούτων ἐφαπτόμενοι πάντων διισχυρίζονται τοῦτο εἶναι μόνον ὃ παρέχει προσβολὴν καὶ ἐπαφήν τινα, ταὐτὸν σῶμα καὶ οὐσίαν ὁριζόμενοι, τῶν δ' ἄλλων εἴ τίς φησι μὴ σῶμα ἔχον εἶναι, καταφρονοῦντες τοπαράπαν καὶ οὐδὲν ἐθέλοντες ἄλλο ἀκούειν.* Cf. etiam Theætet. p. 155. e. p. 204. Bekk. et Plotin. supra p. 229. C. D. et Porphyr. Sententt. XXXV. XXXVI.

p. 564, 3. *ἀηδέστερα—εὐχαριστότερα*] Inter se opposita. De hoc v. Pierson. ad Herodian. Gramm. p. 441. Phrynich. p. 18. ib. Lobeck. Sturz. Lex. Xenoph. II. p. 424. sq. Schleusner. Lex. N. T. in *εὐχάριστος* et Valckenaerii Scholl. in N. T. II. p. 44.

p. 565, 4. *Καὶ γὰρ τὸ τῆς αἰσθήσεως ψυχῆς ἐστιν εὐδούσης.*] Cf. supra p. 175. C. ibique annott. et ad p. 307. G. Ceterum de nostro loco cf. Var. Lect. Si *ἐνεργῇ* vel *ἐνεργεῖν* retines, ita hæc vertenda sunt: *Ea efficacia* (s. *efficere, operari*) *opinantur, quæ esse vident, cum somnia sint.* Vereor ut locus sanus sit.

— 12. *Ἀλλ' ἐπανιτέον ἐπὶ τὴν ὕλην*] Quod Fic. in Lemmate hujus capitis Porphyrium laudat, monendum est, esse locum e Sententiis c. XXI. Tu confer, quæ supra posuimus ad initium libri *περὶ ὕλης* II. 4. 1. p. 159. Fons autem universæ hujus disputationis de Materia et in nobilissimo loco Timæi Platonici p. 49. sqq. p. 57. sqq. Bekk.

p. 566, 18. *ἀμενηνὰ γὰρ καὶ ἀσθενῆ*] Cf. VI. 6. 8. VI. 6. 18. Olympiodor. in Alc. pr. p. 217. sq.: *Οὐ γὰρ οἴεται αὐτὸς ὁ Πλάτων ἀμενηνὰς καὶ ἀσθενεῖς καὶ ἀδρανεῖς, ἀλλ' ὑποστάσεις βούλεται αὐτὰς εἶναι.* ubi hæc posui, quæ pariter ad Plotinum faciunt. " Proclus in hunc Dialogum p. 164: *πᾶν γὰρ τὸ ἔνυλον ἀδρανές ἐστι καὶ ἀσθενὲς* (i. e. segne, nervos non habens et infirmum.) *ἀμενὴς* sive *ἀμενηνὸς* et ipsum explicatur: *ἀσθενές.* Hesych. I. p. 271. Alb.: *Ἀμενηνὰ ἀσθενῆ, κατὰ στέρησιν τῆς δυνάμεως· μένος γὰρ ἡ δύναμις. ἢ ἄψυχα.* Adde eundem in *ἀμενήνωσεν,* ubi Heliodorus in Odyss. *κ.* 521. *ἀμενηνὰ* explicat *ἀδιανόητα.* Cf. interprr. Apollonii Lex. Hom. p. 104. et p. 228. Tollii Heynii Obss. ad Iliad. *ε.* 887. In Odyss. *τ.* 562. pro *ἀμενηνῶν ὀνείρων* Suidas et Photius exhibent *ψευστάων.* Vid. Porson. ad eum locum. Adde Orionis Etymolog. p. 28. Zonar. Lex. p. 142. Sed simplicior et omnibus Homeri aliorumque locis accommodatior est altera etymologia, quam refert Etymolog. M. p. 81. 83: *ἢ παρὰ τὸ μένω μενηνός, ὡς πέτω πετηνός.* Qua in re plane me cum facit qui hujus vocabulorum generis origines significatusque docte persecutus est *Doederleinius* meus in Lectionum Homericarum Specim. III. pag. 3—8. Hinc nomina Deorum Palicorum apud Siculos. Illorum enim alter *Amenanus* alter *Adranus.* Vid. Plutarchi Timol. 12. Annot. meas in Cic. de N. D. III. 22. p. 601—603. et *Phil. Car. Hessii* Obss. in Plutarchi Timol. p. 59. sq." Philostrat. jun. XVII. p. 139. ed. Jacobs. et Welcker. de Philoctete—*ξυννεφῆ ὀφρῦν ἐπὶ τὼ ὀφθαλμὼ ἐφέλκων, κάτω που καὶ ἐν βάθει ὄντας καὶ ἀμενηνὸν ὁρῶντας.*

p. 568, 3. *Μαρτυρεῖ δὲ καὶ ἡ λεγομένη πυρὸς φθορὰ—εἰς στοιχεῖον ἄλλο*] Theophrastus De Igne I. p. 705. Schneideri: *τὸ δὲ πῦρ γεννᾷν καὶ φθείρειν πέφυκεν αὐτό· γεννᾷν μὲν, τὸ ἔλαττον τὸ πλέον, φθείρειν δὲ, τὸ πλέον τὸ ἔλαττον κ. τ. λ.*

Illæ autem *πυρὸς τροπαὶ* Heraclito, tanquam auctori ejus rationis, tribuuntur, indeque ad Stoicos translatæ. De igne, ut principio secundum Heraclitum. vid. Plat. Cratyl. p. 413. b. Aristot. Metaphys. I. 3. p. 8. Sylb. Diog. Laert. IX. 7. 8. ibiq. Menag. Add. Wyttenb. ad Plut. *περὶ πολυφιλίας* p. 661. sq. qui p. 662. in Diogene l. l. emendat *πυκνούμενον γὰρ τὸ πῦρ ἐξαιροῦσθαι κ. τ. λ.* Cicero d. N. D. III. 14. ita: "Sed omnia vestri, (Stoici,) Balbe, solent ad igneam vim referre, Heraclitum, ut opinor, sequentes.—Vos autem ita dicitis, omnem vim esse ignem: itaque et animantes, cum calor defecerit, tum interire: et in omni natura rerum id vivere, id vigere, quod caleat." Stob. Eclogg. Physs. I. p. 314. Heer.: *Τριχῶς δὲ λεγομένου κατὰ Χρύσιππον τοῦ στοιχείου, καθ' ἕνα μὲν τρόπον τοῦ πυρὸς, διὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ τὰ λοιπὰ συνίστασθαι κατὰ μεταβολὴν, καὶ εἰς αὐτὸ λαμβάνειν τὴν ἀνάλυσιν.*

p. 568, 6. *καὶ τούτῳ τὸ φθείρεσθαι, ᾧ καὶ τὸ πάσχειν. Τὴν δὲ ὕλην φθείρεσθαι, οὐχ οἷόν τε κ. τ. λ.*] Adhibe huic universæ disputationi Aristotelem de Generat. et Corrupt. I. 7. 8. qui ita ib. p. 24. Sylb.: *ἡ δὲ ὕλη, ᾗ ὕλη, παθητικόν· τὸ μὲν οὖν πῦρ ἔχει ἐν ὕλῃ τὸ θερμόν· εἰ δέ τι εἴη χωριστὸν θερμὸν, τοῦτο οὐδὲν ἂν πάσχοι· τοῦτο μὲν οὖν ἴσως ἀδύνατον εἶναι χωριστόν.* Porphyr. Sentt. XXII. p. 227: *οὔτε οὖν ἴσως ἡ ὕλη πάσχει, ἄποιος γὰρ καθ' ἑαυτήν.* Contra Alexander Aphrodis. in Aristot. de Anima I. c. 29. Materiam in omnibus rebus id esse dicit, quod patiatur. Hinc intelligitur, in his et sequentibus contra Peripaticos haud pauca disputari a Plotino.

p. 569, 8. *Τί δ' ἂν γραμμὴ πάθοι ὑπὸ χρώματος;*] Aristot. de Gen. et Corrupt. c. 7. p. 22. Sylb.: *οὐδὲν γὰρ ἂν πάθοι λευκότης ὑπὸ γραμμῆς, ἢ γραμμὴ ὑπὸ λευκότητος, πλὴν εἰ μή που κατὰ συμβεβηκός, οἷον εἰ συμβέβηκε, λευκὴν ἢ μέλαιναν εἶναι τὴν γραμμήν κ. τ. λ.* Multa enim in illis Aristoteleis ad hunc librum Plotinianum faciunt, quæ si omnia describere velim, annotationis modus non sit. Ac semel monitum velim lectores: propterea a nobis in limine singulorum Plotini librorum *fontes* indicari, ut ne ubivis sigillatim scriptorum locos adscribere cogamur; quod multis in libris, ut dixi, infinitum sit.

— 11. *Εἰ δέ τις καὶ τὰ κάτοπτρα λέγοι καὶ ὅλως τὰ διαφανῆ ὑπὸ τῶν ἐνορωμένων—πάσχειν κ. τ. λ.*] Plato in Timæo p. 46. A. p. 52. Bekk. *τὸ δὲ περὶ τὴν τῶν κατόπτρων εἰδωλοποιΐαν, καὶ πάντα ὅσα ἐμφανῆ καὶ λεῖα, κατιδεῖν οὐδὲν ἔτι χαλεπόν κ. τ. λ.* Ad quem locum adhibe Alcinoum de Doctr. Plat. 18. p. 498. et Chalcidium in Timæum p. 333. sq. [p. 365. sq. ed. Fabric.] *Jac. Carpentar.* in Alcinoum p. 416: "Quamquam non omnes hanc rationem eorum; quæ in speculis apparent, admittunt: sed, ut ait Seneca c. 5. lib. I. Naturalium Quæstionum, omnino de illis duæ opiniones sunt. Alii enim in iis simulacra cerni putant i. e. corporum nostrorum figuras a nostris corporibus per aërem sparsas et in illis exceptas. Alii cum Platone aiunt nullas re vera imagines in speculo esse, quemadmodum, neque in iride colores, sed ipsa adspici corpora, oculorum acie retorta et in se rursus reflexa. Quam sententiam sequitur Alexander Problemate 129. lib. I. "Tum refert de loco Aristotelis Meteorol. c. IV. lib. III. In eandem mentem Platonis sententiam explicabant Theophrastus, Iamblichus, Proclus, Priscianus. Cf. Ficinum in Timæi locum laud. cap. 30. Contra eos insurgit Olympiod. in Alc. pr. p. 217.: *ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ τῶν ἐν τοῖς κατόπτροις φαινομένων εἰδώλων γέγονεν ὁ λόγος, οὐ δεῖ οἰηθῆναι, καθὼς ὁ φιλόσοφος Πρόκλος οἴεται, τόν Πλάτωνα δοξάζειν, ὅτι ἀνακλάσεις εἰσίν. Αὗται γὰρ Περιπατητικαὶ καὶ μηχανικαί εἰσιν ἔννοιαι, τὸ λέγειν τὰς σκιὰς δι' ἐπιπρόσθησιν σώματος γίνεσθαι.* Tum monstrare studet: *τὰς σκιὰς* esse *ὑποστάσεις*, fierique eas *δι' ἀπορρύοιῶν* proficiscentes sive effluentes *ἐκ τῶν αἰσθητῶν*, suæque sententiæ patronum Damascium citat philosophum. Vides autem ex his, iniquiorem in Peripateticos esse Olympiodorum. Contra Alcinous l. l. *ἀνακλάσεις* in hac re et ipse agnoscit.—Speculorum similitudinem p. 316. D. et infra VI. 2. 22. p. 615. C. (ubi item materiæ mentio fit) rursus usurpat philosophus noster; ad quem locum alia adponemus. Integer autem locus infra p. 316. D.—G. cum nostro loco est componendus. De vocibus *κλάσις, ἀνάκλασις, διάκλασις κ. τ. λ.* exposuit Schneiderus ad Eclogas Physicas II. p. 243. sq. et consule ibi Euclidis Catoptrica Vol. I. p. 391. sqq.

— 14. *ἔτι μᾶλλον ἀπαθέστερον*] De hac redundantia et alibi me ad Plotinum monere me-

mini, et ad Proclum in Alcib. pr. p. 225. ad Olympiod. in eundem p. 97. et ad Procli Inst. Theol. p. 74. cf. p. 244. Videtur autem hic Pleonasmus his Platonicis scriptoribus familiarior esse. Neque ipsi Platoni ignotus. Vid. Heindf. ad Charmid. §. 15. p. 81. sq.

p. 570, 1. *Τί γὰρ εὐωδία γλυκύτητα ἐργάσαιτο; κ. τ. λ.*] Hæc exempla recurrunt infra VI. 7. 12. p. 705. C. D. Atque hos locos respicere videtur David Armenius philosophus Commentar. mscr. in Aristotelis Categorr. (Cujus excerpta e cod. Vaticano nr. 1023. mecum communicavit Hieron. Amatius, e Monacc. codd. nr. 99. et 399. Krabingerus; e Pariss—Regiis nr. 1937, 1938, 1939. Sahunius) Ita enim ille: *Εἶτα φασὶν* (alii *φησίν*) *ὅτι* (al. *καὶ ὅτι*) *δύναται χωρὶς ὑποστῆναι* (*ἀποστῆναι* al. male) *συμβεβηκὸς. ἰδοὺ γὰρ ἡ εὐωδία τοῦ μήλου συμβεβηκὸς οὖσα καταλείψασα τὸ μῆλον μένει ἐν τῷ αἰσθητηρίῳ ἢ τῷ κιβωτίῳ. Λύουσι τοῦτο διάφοροι· ὁ μὲν Πλάτων, ὅτι οὐκ ἐχωρίσθη τοῦ ὑποκειμένου· μετά τινων γὰρ λεπτῶν ἀπορῥοιῶν χωρεῖ πρὸς ἡμᾶς, ὡς δηλοῖ ἡ κατὰ μέρος αὐτοῦ ἴσχνανσις* (al. *ἴσχανσις*) *ἐν γὰρ τῷ δένδρῳ οὐκ ἰσχναίνεται* (al. *ἰσχνένεται.* al. neglexerunt *οὐκ*, male.), *διὰ τὸ πλείονα εἶναι τὴν εἰσροὴν τῆς ἐκροῆς. Ὁ δὲ Ἀριστοτέλης τὸ διακονικὸν αἰτιᾶται τοῦ ἀέρος, ὅτι ᾧ λόγῳ ἐστὶ διορατικὸς καὶ διηχὴς, τουτῷ καὶ δίοσμος* (al. *καὶ διοχὴς* al. *καὶ εἰδεχθεὶς* al. *διοιχὲς* itemque al. *ἡδίοσμος*, al. *ἡδυοσμός.*) *Ὁ δὲ Πλωτῖνος τὰ Ἀριστοτέλους καὶ Πλάτωνος συναγαγὼν φησιν, ὅτι μεταβάλλεται μέρος τοῦ ἀέρος ἐν τῇ εὐωδίᾳ· ἡ γὰρ εὐωδία μείνασα ἐν τῷ μήλῳ γεννᾷ ὁμοίαν* (al. *ὁμοίως*) *ἑαυτῇ ἑτέραν ποιότητα μεταβάλλουσαν μέρος τοῦ ἀέρος ἧς αἰσθανόμεθα.*—Deinde, postquam nec Platonis nec Aristotelis sententiam, solam veram esse dixit, ita pergit: *Οὐδὲ τὸ τοῦ Πλωτίνου* (al. *οὐδὲ τοῦ Πλ.* al. *οὐδὲ τὸ Πλ.* al. *Πλουτίνου* sic.) *μόνον ἀληθὲς, τὸ ποιοῦσθαι ὅλον τὸν ἀέρα. Πλασματῶδες* (*πλαστῶδες* al.) *γὰρ τὸ λέγειν ὅλον τὸν ἐν μέσῳ ἀέρα ποιοῦσθαι ἐπὶ τῶν γυπῶν τῶν αἰσθανομένων τῶν ἐν ἄλλαις πόλεσιν ἀτάφων σωμάτων.*

p. 572, 1. *ἀναλλοίωτον αὐτὸ τὸ εἶδος*] Nicolaus Methonensis adversus Procli Inst. Theol. c. 15. p. 30: *ἡ ἀναλλοίωτος καὶ ὑπερούσιος ἐξουσία.* Alia collegit Suicer. in Thes. Eccles. I. p. 283.

—3. *Ὅθεν δὴ καὶ τὸν Πλάτωνα—τὰ δὲ εἰσιόντα καὶ ἐξιόντα τῶν ὄντων μιμήματα μὴ μάτην εἰρηκέναι·*] Plato in Timæo p. 50. p. 60. Bekk. *ὁ αὐτὸς δὴ λόγος καὶ περὶ τῆς τὰ πάντα δεχομένης σώματα φύσεως· ταὐτὸν αὐτὴν ἀεὶ προσρητέον· ἐκ γὰρ τῆς ἑαυτῆς τοπαράπαν οὐκ ἐξίσταται δυνάμεως· δέχεταί τε γὰρ ἀεὶ τὰ πάντα καὶ μορφὴν οὐδεμίαν ποτὲ οὐδενὶ τῶν εἰσιόντων ὁμοίαν εἴληφεν οὐδαμῇ οὐδαμῶς· ἐκμαγεῖον γὰρ φύσει παντὶ κεῖται, κινούμενόν τε καὶ διασχηματιζόμενον ὑπὸ τῶν εἰσιόντων· φαίνεται δὲ δι' ἐκεῖνα ἄλλοτε ἀλλοῖον· τὰ δὲ εἰσιόντα καὶ ἐξιόντα τῶν ὄντων ἀεὶ μιμήματα, τυπωθέντα ἀπ' αὐτῶν τρόπον τινὰ δύσφραστον καὶ θαυμαστόν, ὃν εἰσαῦθις μέτιμεν.*

— 5. *ἀλλὰ βουλόμενον ἡμᾶς συνεῖναι ἐπιστήσαντας τῷ τρόπῳ τῆς μεταλήψεως*] Speciosum est *ἀπιστήσαντας*, quod habet Vat., neque vero necesse. Verto: *Sed volentem nos intelligere animum advertentes* (s. animum adplicantes) *ad rationem participationis.* In *ἐπιστήσαντας* enim inest vis intentioris diligentiæ, quam alicui rei adhibemus, unde propemodum adjuncta ei verbo vis *hærendi, dubitandi.* Vid. Schneiderum in Lex. in *ἐφίστημι* et in *ἐπίσταμαι* accurate exponentem, et quæ supra p. 265. F. adposui ad verba *ἐπίστασιν καὶ ἀπορίαν.* Et nostro loco sequitur continuo *τὸ ἄπορον*, quæ lectio inde quoque firmamentum lucratur. Forma autem *συνεῖναι* pro *συνιέναι* ipsi Platoni non ignota. Vid. Legg. III. p. 683. b. *εἴ τι ξυνεῖναι δυνάμεθα.* Cratyl. p. 413. D. *μηδ' ἂν ἕνα ἀνθρώπων συνεῖναι, ὅ,τι ποτὲ βούλεται τὸ ὄνομα.* Cod. Darmst: in Schedis meis: *ἄνθρωπον συνιέναι τὰ ὀνόματα.* Sed vide de illa Verbi forma Heindorf. ad l. l. p. 105. ab eoque laudatum Dorvill. ad Chariton. p. 278. Amst.

p. 573, 9. *ὥστε οὐχ οὕτως ἡ μετάληψις, ὡς οἷόν τε παθούσης· ἀλλ' ἕτερος τρόπος οἷον δοκεῖν.*] Solus Cod. Ciz. idque ex correctione habet *ὡς οἴονται.* Possit huic lectioni verisimilitudo videri accedere ex antecedentibus p. 313. D. *ὃ οἱ πολλοὶ ὠήθησαν*, et illam expressit Fic. eumque secutus Taylor, qui hunc locum ita reddit: "*Hence it does not participate in such a way as some fancy it does, viz. by being passive, but after another manner, which is that of appearing to participate.*" Ego scripsisse Plotinum arbitror: *ὡς οἷόν τι παθούσης*, "quasi *quale quid* passa sit." Cui respondet alterum membrum: *οἷον δοκεῖν*, nisi ma-

lueris vulgatam retinere, cui patrocinari videndentur verba infra posita, extremo hujus paginæ margine, *ὡς οἱόν τε τῆς ἀπαθείας, καὶ τῆς οἷον— παρουσίας.*

p. 574, 2. *Ὥστε εἴτις τὴν ὕλην λέγοι κακὴν κ. τ. λ.*] Cf. supra I. 8. 10. fin. p. 79. E. ibiq. annot.

— 5. *Ὁ δέ γε Πλάτων*] In Timæo p. 50. sqq.

— 15. *τὸ μένον ταύτης ταύτην ἐνδείκνυται*] Sic Ed. Ego non dubitavi cum Ficino ponere *ταύτῃ* Ita enim legisse oportuit eum interpretem.

p. 575, 12. *Τὸ γὰρ—δεχομένην, ἀπαμβλύνει μὲν τὸ πυρουμένην*] Plato de Republ. IV. p. 442. p. 208. Bekk. *μή πῃ ἡμῖν ἀπαμβλύνεται* (al. *ἀπαμβλύνηται*) *ἄλλο τι δικαιοσύνη* (al. *δικαιοσύνην*) *δοκεῖν* (al. *δεῖν*, al. *δεῖ*, al. *δὴ*, Ast. *δοκοῦν*) *εἶναι ἢ ὅπερ ἐν τῇ πόλει ἐφάνη*; Schneiderus Suidam secutus (explicantem *ἀπαμβλύνει· ἐκκαθαίρει σκότους καὶ ἀλλοιώσεως*) vertit: "Ne justitia *e tenebris evoluta et in luce collocata* appareat diversa esse nunc ab ea, quam in republica vidimus." Obloquitur Ast. in Comment. p. 503. vertens: "Num quid in nobis *tam cæcum est et dubium* cet." Ficin.: "Estne aliquid, *quod hanc nostram usque adeo sententiam interturbet.*" Quæritur igitur, utrum privationis an perfectionis et intentionis potestas in eo verbo insit. Atque hoc magis quæri videtur posse in loco Plotini, quod fortasse eundem respexit Suidas l. l. et sequitur *δηλοῖ τε* (vel fortasse *δηλοῖ δὲ*). Neutrum tamen crediderim: sed veram duco Ficini interpretationem, quam etiam adoptavit Taylor, vertens: *mitigates*. Eodem significatu sæpius occurrit illud Verbum, v. c. ap. Plutarchum II. p. 786. E: *τὰς περὶ πόσιν καὶ βρῶσιν ἐπιθυμίας ἀπημβλυμένας τὰ πολλὰ καὶ νωδάς*, libidines hebetatas et edentulas. Idem in Cicerone cap. 5. init.: *Ὁ γοῦν Κικέρων ἐλπίδων μεστὸς ἐπὶ τὴν πολιτείαν φερόμενος, ὑπὸ χρησμοῦ τινος ἀπημβλύνθη* (ita recte ex libris MSS. suadente Reiskio, Wyttenb. et Coraius, pro *ἀπημβλύθη*) *τὴν ὁρμήν*. Et quoniam Ciceronis mentio facta, in libris de Republica Platonis locum laudatum ante oculos habuit Tullius, ut ad cap. 38. libri I. p. 155. ed. Moseri annotavi. Respicit autem nostro loco Plotinus hæc in Platonis Timæo p. 52. P. 65. Bekk. *τὴν δὲ γενέσεως τιθήνην ὑγραινομένην καὶ πυρουμένην καὶ τὰς γῆς τε καὶ ἀέρος μορφὰς δεχομένην, καὶ ὅσα τούτοις ἄλλα πάθη ξυνέπεται πάσχουσαν, παντοδαπὴν μὲν ἰδεῖν φαίνεσθαι κ. τ. λ.*

p. 577, 5. *ἡ γὰρ ὑποδοχὴ καὶ τιθήνη*] Cf. Plato in Timæo p. 49. a. p. 58. Bekk. Alcinoum de Doctr. Plat. c. 8. p. 472. inf. p. 473. supr. Adde Plat. Tim. p. 50. p. 61. Bekk. Porphyrii Sententt. c. XXI. p. 226. et vide Wyttenbach. ad Plutarch. Vol. VI. 2. p. 661. sq. Proclum in Alcib. pr. p. 318. et infra IV. 7. 3. p. 458. A. ubi Noster *ὕλη καὶ ἄποιον.*

— 10. *καὶ χώραν εἶναι καὶ ἕδραν—ὡς τόπον εἰδῶν λέγοντος*] Ed. male *ὡς τὸ πᾶν εἶδος λέγοντος*. Restitui Plotini germanam scriptionem ex libris nostris. Respicit autem Platonica in Timæo p. 52. p. 64. Bekk. hæc: *τρίτον δὲ αὖ γένος ὂν τὸ τῆς χώρας ἀεὶ φθορὰν οὐ προσδεχόμενον, ἕδραν δὲ παρέχον ὅσα ἔχει γένεσιν πᾶσιν, αὐτὸ δὲ μετ' ἀναισθησίας ἁπτὸν λογισμῷ τινι νόθῳ, μόγις πιστὸν, πρὸς ὃ δὴ καὶ ὀνειροπολοῦμεν βλέποντες καὶ φαμὲν ἀναγκαῖον εἶναί που τὸ ὂν ἅπαν ἔν τινι τόπῳ καὶ κατέχον χώραν τινὰ, τὸ δὲ μήτε ἐν γῇ μήτε που κατ' οὐρανὸν οὐδὲν εἶναι.* Cf. Plotinum nostrum supr. p. 164. E.

p. 578, 8. *οἷον καὶ εἰς τὸ κάτοπτρον*] Cf. supra p. 312. et infra p. 615. C. et quæ ibi annotavimus. Hunc totum locum in compendium redegit Porphyrius in Sentent. XXI: *οἷον γὰρ παίγνιόν ἐστι φεῦγον εἰς τὸ μὴ ὄν. ἡ γὰρ φυγὴ οὐ τόπῳ, ἀλλὰ τῇ ἐκ τοῦ ὄντος ἀπολείψει. ὅθεν καὶ τὰ ἐν αὐτῷ εἴδωλα ἔστιν ἐν εἴδωλῳ χείρονι, ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ τὸ ἀλλαχοῦ ἱδρυμένον, ἀλλαχοῦ φανταζόμενον.*

p. 579, 3. *αἰτιωμένους τῆς φαντάσεως τὴν τῶν ὄντων ὑπόστασιν.*] Taylor Ficinum secutus vertit: "*The cause of this appearance, likewise, must be ascribed to the hypostasis of beings.*" Fortasse autem Fic. scripserat *substantiæ*. Certe loci sententia hæc est: Cum dicimus, causam substantiæ rerum (cur res subsistant) inesse in apparentia. *Αἰτιᾶσθαι* philosophis ipsique Platoni sæpe est simpliciter causam alicujus rei aliquid ponere, alicui aliquid tribuere, prædicare aliquid de aliquo. Vid. Valcken. ad Herodot. VI. 115. Heindorf. ad Platon. Gorg. p. 194. Ast. Comm. in Remp. p. 613. Vox autem *φάντασις*, quæ infra p. 319. D. recurrit, addenda est Lexicis. Cæterum ad loci nostri sententiam adhibenda sunt, quæ supra ad p. 312. B. in Annotatione posui.

p. 579, 7. *Τί οὖν μὴ οὔσης οὐδὲν ὑπέστη ἄν*;] Fic. addit: *Nihil præter entia:* et Taylor: "*Nothing except beings.*" Atque hic ex ordine excidisse putat verba *οὐδὲν παρὰ τὰ ὄντα.* Libri MSS. nostri nihil amplius suppeditant.

— 12. *τῷ οὐκ ἐλθόντι*] Hanc ego scriptionem recepi e libris bonis, pro *τῷ οὐκ ἐθέλοντι*, et illud expressit Fic. Quod vero, haud dubie Ficini versione commotus, Taylor necesse esse dicit legi: *παρέχων τῷ ὄντως οὐκ ἐλθόντι*: libri exhibuerunt *παρέχον*, non exhibent *ὄντως*, ac sæpe monuimus, pleniorem esse multorum locorum Ficini versionem, quam ut inde textum refingere possis sine codicum suffragio.

— 15. *ὁ μὲν μῦθος κ. τ. λ.*] Apud Platonem in Symposio p. 203. p. 429. sq. Bekk. Quam fabulam supra tractavit Plotinus p. 296. sqq. Cum proximis confer hæc Porphyrii Sentt. XXI. fin. *καὶ πιμπλάμενον, ὡς δοκεῖ, καὶ ἔχον οὐδὲν, καὶ δοκοῦν τὰ πάντα.* Quod deinde Noster *Πόρου* itemque *κόρου* mentionem facit, hic admonet Heraclitei placiti. Philo Jud. Leg. Allegorr. III. p. 89. Mang. p. 248. Pfeiff. *Ἡρακλειτείου δόξης ἑταῖρος, κόρον καὶ χρησμοσύνην καὶ ἓν τὸ πᾶν καὶ πάντα ἀμοιβῇ* (Mang.: fort. *ἀμοιβήν*. Jer. Markland *πᾶν τὸ ἓν ἀμοιβῇ*·) *εἰσάγων.* Quo in decreto *κόρος* respondet *Πόρῳ*: *χρησμοσύνη Πενίᾳ* apud Platonem, licet nemo dixerit eandem plane Heracliti atque Platonis fuisse sententiam. Heraclitea hæc memoravimus supra ad p. 75. E.

p. 580, 1. *τὸ—συγγίγνεσθαι—τῇ σοφίᾳ τοῦ φαντάσματος*] Hæc verbotenus comparare quispiam possit cum Gnosticorum decretis *περὶ Σοφίας*: ad sententiam nemo comparare disjunctissima instituat. Nam qui *adversus Gnosticos* librum Plotini legerit, is certe intelligat necesse est, quanto intervallo hujus Philosophi ratio distet a ratione Gnosticorum.

— 8. *γειτνιάσεως*] Cf. supra ad p. 15. A.— Ad v. *ἀπολισθαίνει* cf. Var. Lect. et vid. supra ad pag. 108. B.

— 16. *οἷον ὅσα πρὸς ἥλιον πῦρ ζητοῦντες λαβεῖν ἱστᾶσι λεῖα κ. τ. λ.*] Hic locus iis addendus, qui apud veteres scriptores exstant de speculis ustoriis. Vid. Anthemii Fragmentum *περὶ παραδόξων μηχανημάτων* p. 8—16. (in *Schneideri* Eclogg. Physs. I. 19. p. 402. sqq. ubi de Archimedis speculis, indeque in Tzetz. Chiliadd. II. 35. sqq. Zonaræ Annall. Vol. III. p. 46. ubi de Procli speculo. Cf. *Ger. Jo. Vossii* Opus de Mathesi III. 24. (Opp. T. III. p. 95.) et *Schneider.* ad Eclogg. Physs. II. p. 259. sq. ibiq. laudd. ubi tamen ejusmodi testimonium desidero, quod aquæ huc adhibitæ mentionem habeat. Hoc præstat hic locus Lactantii de Ira Dei c. X. §. 19. p. 1073. ed. *Bunemanni:* "Orbem vitreum plenum aquæ si tenueris in sole, de lumine quod ab aqua refulget, ignis accenditur, etiam in durissimo frigore. Num etiam in aqua ignem esse credendum est? atqui de sole ignis ne æstate quidem accendi potest." Similia recentioribus tentata esse et alibi proditum reperias et in Mém. de Paris ann. 1774. p. 62.

p. 582, 8. *ὡς ἐγὼ ἐνταῦθα.*] Quod Fic. addit: "*quamvis minime videar*," quoniam in Græcis non legitur, Taylor uncinis inclusit. Multo autem plura includenda forent uncinis, si distinguere velis quæ ille interpres perspicuitatis causa contextui Latino interposuit.

p. 583, 14. *πῶς οὐκ ἔχον μέγεθος μέγα ἔσται κ. τ. λ.*] Etiam sequenti capite: *εἶδος γὰρ τὸ μέγεθος.* Confer cum hac disputatione ea, quæ supra Plotinus posuit II. 4. 8. II. 4. 10. II. 4. 11. et 12, Porphyrius Sentt. XXI. de Materia: *εἴδωλον καὶ φάντασμα ὄγκου, ὅτι τὸ πρώτως ἐν ὄγκῳ, τὸ ἀδύναμον καὶ ἔφεσις ὑποστάσεως, καὶ ἑστὼς οὐκ ἐν στάσει. καὶ τὸ ἐναντίον ἀεὶ ἑαυτοῦ φανταζόμενον· μικρὸν, καὶ μέγα· καὶ ἧττον, καὶ μᾶλλον*; *ἐλλεῖπον καὶ ὑπερέχον.* Atque hoc loco verbo monere liceat, fuisse inter philosophos, quibus Proteus ille (*Πρωτεὺς*) nihil aliud esse videretur, quam *ἡ πρωτόγονος ὕλη*, referente Eustathio ad Odyss. δ. 417. sq., ubi de Proteo:

> *Πάντα δὲ γιγνόμενος πειρήσεται, ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν*
> *ἕρπετὰ γίγνονται, καὶ ὕδωρ καὶ θεσπιδαὲς πῦρ.*

Quem locum alio sensu lepide adhibet Plato in Euthydemo p. 288. C. Facit autem ad universam hanc Plotini disputationem de Materia primarius locus Appulei De Dogm. Platonis p. 572. sq. p. 191. sq. ed. Bosschæ: "Materiam vero improcreabilem incorruptamque commemorat (Plato sc. Ad sententiam confer quæ supra posui ad Titulum libri *περὶ ὕλης* II. 4. 1. p. 159. A.) non ex omnibus primam *figurarum* capacem, factionique subjectam: adhuc rudem, et figurationis qualitate viduatam Deus artifex conformat

universam. Infinitam vero idcirco, quod ei sit *interminata magnitudo.* Nam quod infinitum est, indistinctam magnitudinis habet finem atque adeo cum viduata sit fine, infinibilis recte videri potest. *Sed neque corpoream neque incorpoream esse concedit.* Ideo autem non putat corpus, quod omne corpus *specie* qualicunque non careat. Sine corpore vero esse, non potest dicere, quia nihil incorporale corpus exhibeat: sed vi et ratione sibi eam videri corpoream, atque ideo nec actu solum, neque tamen sola opinione cogitationis intelligi. Namque corpora, propter insignem evidentiam sui, simili indicio cognosci. Sed quæ substantiam non habent corpoream, cogitationibus ea videri, unde adulterata opinione *ambiguam materiæ hujus intelligi qualitatem:*" ubi consule Elmenhorstii annott. Quod materiæ terminos attinet: Platonici, sicuti didicimus, infinitam esse materiam contendebant: Stoici contra *οὐσίαν πεπειρασμένην* (Diog. Laërt. VII. 150.). Quam diversitatem quomodo inter se conciliare studuerit Justus Lipsius, apud ipsum videat, qui volet, in Physiologia Stoicorum lib. II. c. 2. (Operr. T. IV. p. 569.) neque legere quemquam pœnitebit, quæ hanc in rem collegit *Baguet.* de Chrysippo p. 155. sq. *Figuras* autem quas Appuleius dicit l. l. esse *τὰ εἴδη,* non est, quod operose commonstrem: illud hac data occasione addere liceat, a philosophis aliquot hinc explicatam esse illam Protei filiam Idotheam (Odyss. δ. 365. sq.) Εἰδοθέαν, tanquam *τὴν ὕλην εἰς εἶδος θέουσαν: Materiam in formas ruentem.* Vid. Eustath. ad l. l.

p. 584, 5. *καὶ εἴτι μίμημα αὐτῶν*] Taylor, commotus Ficini interpretatione: *entium*, legi jubet *ὄντων.* Libri nostri nihil a vulgata recedunt.

p. 585, 7. *καὶ ἡ ποιότης ἡ ἐνταῦθα ἡ ἐξ οὐ ποιότητος ἔσχε τὴν ἐπωνυμίαν*] Wyttenbachius ad Platonis Phædonem p. 271. sq.: "Ex hac autem communione ideæ rebus sensibilibus et singularibus venit cognomen illius, *ἐπωνυμία*: de qua in Phædone bis alibi, p. 59. et 75. et Phædro p. 341. B. *τούτων τῶν ἰδεῶν ἐκπρεπὴς ἡ ἂν τύχῃ γενομένη τὴν αὐτῆς ἐπωνυμίαν ὀνομαζόμενον τὸν ἔχοντα παρέχεται,* ibid. p. 346. E. 358. A. Theæt. 132. E." Tum laudatur hic ipse locus Plotini.

— 17. *Ὕλη γάρ ἐστι καὶ τοῦτο καὶ οὐ τούτου τι*] Ita ed. Sed Fic. legit *ὕλη γάρ ἐστι καὶ τούτου καὶ οὐ τουτί.* Eadem Taylor expressit: "*Matter, however, being compelled to concur with this attraction, at once imparts itself wholly and every where; for it is the matter of the universe, and not some particular matter.*" Ego locum ex libris nostris correxi.

p. 586, 8. *οὐ δύναται τὸ ἄλλο χωρῆσαι μέγα*] Fic expressit *οὐ—χωρῆσαι τοῦτο τὸ μέγα.* Taylor etiam: "*nothing else* [*besides matter*] *is able to receive this magnitude.*" Libri nostri nihil variant. Vulgata vertenda est:—"*non potest reliquum magnum capere.*"

— 15. *προσῆλθέ τε*] E bonorum librorum vestigiis restitue: *προσῆλθε θέου τε,* et ita legisse videtur Ficinus; qui in apodosi *καὶ* non legisse videtur, quod sane constructionem turbat.

p. 588, 4. *Ζώου γὰρ ὕλη—τὸν λόγον.*] Taylor: "*For the matter of the animal nature is distributed in conjunction with the division of the animal into parts. For if this were not to be the case, nothing would have been produced besides reason.*"

p. 589, 3. *ἡ δὲ μήτηρ—ἐπεὶ καὶ ὅσον σῶμα τοῦ γινομένου, ἐκ τῆς τροφῆς—ἀλλ' ὅτι καὶ εἶδος.*] Ita ex libris nostris et Ficini versione restituimus. Ad sententiam loci hujus eorumque, quæ sub finem capitis leguntur, tenendum est, fuisse antiquos inter philosophos hanc quæstionem agitatam, quam Censorini verbis (De Die Natali c. 5. p. 26. ed. Havercamp.) declarare juvat: "utrum ex patris tantummodo semine partus nascatur, an etiam ex matris, quod Anaxagoræ et Alcmæoni, nec non Parmenidi, Empedoclique et Epicuro visum est." Empedoclem quod attinet ita Aristoteles de Generat. Animall. I. 18. ita: Ἐμπεδοκλῆς—*φησὶν ἐν τῷ ἄρρενι καὶ ἐν τῷ θήλει οἷον σύμβολον εἶναι, ὅλον δ' ἀπ' οὐδετέρων ἀπιέναι·*

ἀλλὰ διέσπασται μελέων φύσις ἡ μὲν ἐν ἀνδρὸς—

alio loco (ejusd. libri IV.) addit: *ἡ δ' ἐν γυναικός.* Atque hanc sententiam Stagirites uti non ex omni parte comprobat, ita tamen universe veriorem ceteris judicat. Cf. etiam Galenum de Semine II. 7. p. 241. ed. Basil. Ex Joannis autem Philoponi commentario in Aristotelem De Animall. Generat. I. fol. 161. a. discimus, quæ

Platonis etiam in hac causa sententia fuerit:—*ὁ γὰρ δὴ Ἐμπεδοκλῆς ἔλεγεν ἀπέρχεσθαι καὶ ἀπὸ τοῦ πατρὸς καὶ ἀπὸ τῆς μητρὸς μέρη, ἀλλ' οὐχ ὥσπερ ἐκεῖνοι* (Platonem hic intelligit aliosque). *ἐκεῖνοι μὲν γὰρ, ὅτι καὶ ἀπὸ τοῦ πατρὸς πάντα, ὅσα συνίστησι τὸ ζῷον, καὶ ἀπὸ τῆς μητρὸς ὁμοίως τὰ αὐτὰ πάντα. ὁ δὲ Ἐμπεδοκλῆς ἔλεγεν ὅτι τινὰ μὲν ἀπὸ τοῦ πατρὸς, τινὰ δὲ ἀπὸ τῆς μητρός κ. τ. λ.* Cf. Empedocles Agrigentinus ed. Sturz. p. 390—393. Jam quod Plotinum attinet, non ille quidem præcise diserteque hanc litem dirimere hoc loco instituit: hoc tamen nemini obscurum est, eum illuc inclinare, ut in generando partu tam matri quam patri partes efficientes et vires generatrices tribuat, ac proinde in hoc quoque argumento suam sententiam ad Platonem applicare.

p. 589, 8. *Μόνον γὰρ τὸ εἶδος γόνιμον*—*Ἑρμῆν*—*τὸν ἀρχαῖον κ. τ. λ.*] Memorabilis locus; de quo sigillatim videbimus. Ac primum, quid sibi velint illa: *μυστικῶς καὶ ἐν τελεταῖς αἰνιττόμενοι Ἑρμῆν μὲν ποιοῦσι τὸν ἀρχαῖον κ. τ. λ.* docet nos ipse Historiæ pater II. 51. qui ibidem plura et hæc: *ὀρθὰ οὖν ἔχειν τὰ αἰδοῖα τἀγάλματα τοῦ Ἑρμέω, Ἀθηναῖοι πρῶτοι τῶν Ἑλλήνων μαθόντες παρὰ τῶν Πελασγῶν ἐποιήσαντο. οἱ δὲ Πελασγοὶ ἱρόν τινα λόγον περὶ αὐτοῦ ἔλεξαν, τὰ ἐν τοῖσι ἐν Σαμοθρηίκῃ μυστηρίοισι δεδήλωται.* Hunc Pelasgicum priscumque Mercurium, de quo ad Samothracia Mysteria lectores suos amandat Herodotus, idem est atque is, de quo Cicero de N. D. III. 22. 56: "Mercurius unus Cælo patre, Dia matre natus, cujus *obscœnius excitata natura traditur*, quod adspectu Proserpinæ *commotus sit.*" Est Mercurius Ithyphallicus, cujus plura vestigia per veterum monumenta scriptorum. Pausan. VI. 26. p. 519. p. 124. Siebelis. de Cylleniorum diis: *τοῦ Ἑρμοῦ δὲ τὸ ἄγαλμα, ὃν οἱ ταύτῃ περισσῶς σέβουσιν, ὀρθόν ἐστιν αἰδοῖον ἐπὶ τοῦ βάθρου.* Idem est de quo Lucianus Jov. Tragœd. T. VI. p. 275. Bip.: *θύοντες Κυλλήνιοι Φάλητι*, quem locum infaustis conjecturis Critici tentarunt. Eundem Mercurium agnoscit Plutarchus De rep. gerend. p. 797. F., quem locum descripserunt Cornutus de Nat. Deorr. c. 16. et Eudocia in Violario p. 155. Attende vero, quam pure casteque hæc exprimat philosophus noster; *τὸ τῆς γενέσεως ὄργανον ἀεὶ ἔχοντα πρὸς ἐργασίαν.* Non minus pudice ejus alumnus Porphyrius apud Eusebium in Præp. Ev. III. p. 114: *Τοῦ δέ λόγου τοῦ πάντων ποιητικοῦ καὶ ἑρμηνευτικοῦ ὁ Ἑρμῆς παραστατικός· ὁ δὲ ἐντεταμένος Ἑρμῆς δηλοῖ τὴν εὐτονίαν· δείκνυσι δὲ καὶ τὸν σπερματικὸν λόγον τὸν διήκοντα διὰ πάντων. λοιπὸν δὲ σύνθετος λόγος· ὁ μὲν ἐν ἡλίῳ Ἑρμῆς. Ἑκάτη δὲ ὁ ἐν σελήνῃ. Ἑρμόπαν δὲ ὁ ἐν τῷ παντί.* Quo in loco Kuhnius ad Pausaniæ l. l. ad vocem *ἐντεταμένος* recte supplevit: *τοῖς μορίοις* i. q. erecto fascino, sive *excitata natura.* Universum autem Porphyrii locum male accepit Vigerius. Quocirca interpunctionem emendavi. Argumentum quod attinet, primum teneamus hæc Proclo ap. Joann. Lydum de Menss. Romm. p. 101. Ei Mercurius dicitur *λόγος ὁ διὰ πάντων διήκων.* Ibidem Aquilino Mercurius est *λόγος ὁ διὰ πάντων πεφυκώς.* Idem *Ἑρμῆν* filium dicit *τῆς νοητῆς ὕλης*, et omnia ex *Materia* (*ὕλης*) et *specie forma*, (*εἴδους*) constare. Alia non addo, quæ ad locum Ciceronis laudatum posui, nisi hæc, quæ ad Plotini nostri sequentia: *τὸν γεννῶντα τὰ ἐν αἰσθήσει δηλοῦντες εἶναι τὸν νοητὸν λόγον*, itemque ad verba Porphyrii modo citata pertinent. Videlicet Mercurius Ithyphallicus est ratio seminalis (*σπερματικὸς λόγος* Porphyr. l. l.) et effectrix, cum generatione rerum, plantarum, animalium cet. tum cogitatione et loquela. In utrovis negotio Mercurius effectas præstat perennes rerum formas s. ideas. Jam hæc ratio seminalis et effectrix adsciscit sibi rationem receptricem et genetricem. Ille est mas; hæc femina: ille sol; hæc luna. Nam, inquit Plutarchus de Isid. et Osir. p. 367. D. et De facie in orbe lunæ p. 943. B., Mercurium in luna locatum fabulantur, quia quæ luna efficit, ea rationis ac sapientiæ operum sunt similia. Vis vegetans et ratio seminalis solis est, et quidquid ejus rationis lunæ impertitur, id ei a sole impertitum significatur. Hæc ad fabulam apud Ciceronem aliosque *de Mercurii natura adspectu Proserpinæ* (Lunæ) *excitata* explicandam h. l. sufficiant. Plura dedi ad Ciceronis l. l. —Plotinus autem, ut illuc redeam, qui Mercurium semper excitatum dicit, accipit eum universe *pro ratione seminali* (*die bildende und gesetzgebende Idee, den in Formen sich ausprægenden Vernunftbegriff:*) eique adeo opponit Materiam (*τὴν ἑτέραν φύσιν*) receptricem illam quidem formarum, sed sterilem et ad gig-

nendum minime idoneam. Nam ita pergit: *τὸ δὲ ἄγονον τῆς ὕλης μενούσης τὸ αὐτὸ ἀεὶ διὰ τῶν περὶ αὐτὴν ἀγόνων δηλοῦντες.* Fic.: "sterilitatem vero materiæ semper idem manentis ostendentes *per illa quæ circa ipsam sterilia disponuntur.*" Taylor item: "*But they indicated the unprolific nature of matter, which always remains the same,* BY THE BARREN SUBSTANCES WHICH WERE PLACED ABOUT IT." Equidem nescio quænam sterilia circa materiam collocentur, sive quæ steriles substantiæ: hoc scio et supra significavi, Plotinum pudico loquendi genere uti solere in rebus obscænis, quales hæ sunt antiquarum religionum fabularumque tesseræ; nec illa verba sejungenda esse arbitror ab his, quæ continuo adjungit philosophus et per particulam causalem connectit cum iisdem: *μητέρα γὰρ πάντων ποιήσαντες κ. τ. λ.* Proinde hos designat Plotinus, qui *ὕλην ῥευστὴν* (fluentem et instabilem materiam) tanquam *Ῥέαν* (*Ῥείαν*) *Rheam omnium matrem* exhibebant colebantque. Plotini autem ætate Rheæ sacra dudum coaluerant cum sacris Cybeles (*Κυβήβης*). Jam qui circum Cybelen sive Rheam erant sacrificuli, eamque tympanorum cornuumque sono, saltationibus aliisque rebus cum furore peractis colebant (cf. Wyttenb. ad Plutarch. de discr. amic. et adul. p. 457—459.) erant *Galli* (Γάλλοι) hoc est *εὐνοῦχοι ἀπόκοποι* sive *ἀποτετμημένοι τὰ αἰδοῖα, σπάδονες* (*σπάδοντες*. vid. Phrynich. Epit. p. 272. sq. ib. Lobeck. et Thom. Magistr. p. 138. sq. ibiq. interprr. Ruhnken. ad Tim. Lex. Plat. p. 11.) de quibus Manetho in Apotelesmm. VI. 297:

κέρσαντες γὰρ ἀχρεῖον ἑοῦ ἀπὸ σώματος αἰδώ.

adeoque *ἄγονοι* i. e. *steriles ad gignendum;* quo sensu Plato in Theæt. p. 150. c. aliique hoc vocabulum usurpant (vid. Hesych. in voc. et I. Fr. Fischeri Indic. in Æschin. Socrat. eodem in vocabulo.) Jam teneto sequentia: *πόῤῥωθεν ὅμως δὲ ὡς ἐδύναντο ἐνεδείξαντο ὡς ἄγονός τε καὶ οὐδὲ πάντῃ θῆλυς* (*ἡ ὕλη* sive *ἡ μήτηρ τῶν πάντων*): "*e longinquo quidem* (adeoque obscure) significabant sterilem esse materiam (sive matrem illam) neque usquequaque feminam." Cogita etiam extrema capitis: *ἀποτετμημένου δὲ πάσης τῆς τοῦ γεννᾶν δυνάμεως.* Hoc ipsum illi Magnæ Matris famuli significatum volebant sua illa exsectione, sive illi Galli qui et ipsi describuntur tanquam *οἱ ἀποτετμημένοι τὰ αἰδοῖα.* Horum igitur Galliambi plane contrarium sonabant atque Ithyphallica carmina Mercurii vatum. Hi celebrabant Pelasgicum Mercurium excitata natura, et ad gignendum semper paratum: illi contra Matrem Deam, neque tamen omnino matrem, sed receptricem duntaxat et *ἄγονον* h. e. ad gignendum non idoneam. Hæc inter se contraria significabantur illis fabulis, tesseris, ritibus. Ac proinde nemini dubium esse arbitror, verba illa, unde profecti sumus, ita accipienda esse: "Sterile vero materiæ semper idem manentis significantes per *steriles qui circa illam versantur.*" Nolui interrumpere hæc *μυθολογούμενα.* Restat ut paucis moneam de verbis: *τὸ τῆς γενέσεως ὄργανον ἀεὶ ἔχοντα πρὸς ἐργασίαν.* Est autem *ἐργασία* h. l. ipse coitus, qui alias est *ἔργον*, ut in legibus Atticis: *λαβεῖν μοιχὸν ἐν ἔργῳ* h. e. adulterum deprehendere in ipsis rebus venereis; sive in ipsa turpitudine. Vid. Brissonium ad Leg. Jul. de Adulteriis c. 3. (in Gronovii Thess. Antiqq. Græcc. Vol. VIII. p. 1363.) Petit. de Legg. Attic. p. 562. ed. Wesseling. Hinc *ἐν ἔργῳ γίγνεσθαι* s. *ἐ. ἐ. εἶναι.* T. Hemsterh. ad Lucian. Deorr. Dialogg. XVII. 2. p. 246. ed. Wetst. Alias *ἐργασία* usurpatur de lucro meretricio. Plene tamen ita Demosthenes contra Neæram Vol. II. p. 1357. Reisk. *ὡς αὐτῇ ἡ ἀπὸ τοῦ σώματος ἐργασία οὐχ ἱκανὴν εὐπορίαν παρεῖχεν.* Cum tamen alibi coitus dicatur *ἔργον Ἀφροδίτης* s. *ἔργον Ἀφροδίσιον* (Antonin. Liberal. XXXVII. et XXXVIII. p. 246. 256. *Verheyk.*) consultum videatur, locutiones, quæ *ἔργον* solitarium habent, Ellipsibus adscribi, adeoque Lamb. Bosii libro adjici debere.

LIB. VII.

p. 595, 7. ΠΕΡΙ ΑΙΩΝΟΣ ΚΑΙ ΧΡΟΝΟΥ] Eadem inscriptio hujus libri quadragesimi et quinti bis legitur ap. Porphyr. de Vita Plot. c. 5. et c. 24. ubi idem causam exponit, cur hoc potissimum loco hunc librum posuerit, qui extremos novem præcedit, igiturque quadragesimus quintus secundum temporis ordinem numeratur, neque dum, eodem judice Porphyrio, ingravescentis ætatis vestigia impressa habet. Argumentum autem ejusmodi est, ut qui hujus doctrinæ origines ab initio repetere instituat, ei

in orientalium populorum religiones, et barbaricæ, quæ vulgo appellatur, philosophiæ primordia redeundum sit. Antiquitus enim hæc quæstio de *aeternitate* et *tempore* conjuncta erat apud Indos, Chaldæos, Persas, Phœnices cum numinum cultu, quæ Græcis Αἰῶνος et Κρόνου nomine vocantur. Quæ religiones juxta philosophorum familias perduraverunt variis vicissitudinibus usque ad extrema imperii Romani tempora, ita tamen, ut subinde e philosophorum decretis haud pauca iis admiscerentur. De his consulendi *Heynius* in Opuscull. Acadd. VI. 227. sqq. *Zoega Bassirilievi antichi di Roma* ad tab. 59. quæ Æonis imaginem habet Tom. II. p. 32. sqq. *Boettiger* in *Ideen zur Kunstmythologie* I. p. 40. et 219. et quæ ipse collegi et disputavi in Meletematt. e discipl. antiquitatis I. p. 44. et in censura *Boettigerani* libri laudati in Annalibus literarr. Heidelbergg. ann. 1827. nr. 34. p. 538 —p. 543. Κρόνου autem et Χρόνου vocabula inter reapse nihil differentiæ esse, putidum sit operose explicare velle. Inde vero partim dicteria proverbiaque in communem sermonem traducta (vid. Platonis Cratylum p. 396. b. p. 45. Heindf. et Euthydem. p. 287. b. p. 351. Heindf. hujusq. Annot.) partim philosophandi materia enata (Cic. de N. D. II. 25: "Κρόνος enim dicitur (Saturnus); qui est idem χρόνος, id est spatium temporis:" cet.) Atque Damascio teste (περὶ ἀρχῶν c. 124. p. 384. ed. *Kopp.* cf. Pherecydis Fragg. p. 42. ed. *Sturz.*) Pherecydes Syrius antiquissimus philosophus χρόνον in rerum principiis collocaverat. Post eum nemo philosophorum a sua ratione hanc de tempore et æternitate quæstionem sejunctam esse voluit. Arguunt excerptæ inde a Thalete et Pythagora sententiæ philosophorum, quas ex parte attingit Plotinus p. 331. sqq. et in compendium redegerunt Plutarchus, qui fertur, de Placitis philosophorum I. 21. et 22. p. 884. p. 556. sq. Wytt. et accuratius Stobæus in Eclogg. Physs. I. 40—45. p. 248—268. Heeren. Adde Jo. Laurent. Lydi libellum de Mensib. Romm. p. 2. p. 110. et p. 208. ed. *Roetheri*, unde Philolai Pythagorei fragmentum lucramur. Chrysippi aliorumque Stoicorum sententias excusserunt *Justus Lipsius* in Physiolog. Stoic. lib. II. Diss. 24. (Opp. T. IV. p. 603.) et F. N. G. *Baguet* de Chrysippo p. 170—172. De Posidonii placito consule Posidonii Rhodii reliqq. doctrinæ p. 51. ed. J. *Bakii.* Plotiniani autem hujus libri fontes primarios si requiras: sunt ii potissimum in Platonis Timæo p. 37. sq. p. 36. sqq. Bekk. itemque in Aristotelis libris Physicc. Auscultt. IV. 10—14. p. 80. sqq. Sylb. Idem temporis notionem attingit in Categorr. IV. p. 31. et in Topp. III. p. 318. Platonis locum in compendium redegit Diog. Laërt. III. 73. his verbis:—*χρόνον τε γενέσθαι εἰκόνα τοῦ ἀϊδίου, τὴν δὲ τοῦ οὐρανοῦ φορὰν χρόνον εἶναι· καὶ γὰρ νύκτα καὶ ἡμέραν, καὶ μῆνα καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα χρόνου μέρη εἶναι· διόπερ ἄνευ τῆς τοῦ κόσμου φύσεως οὐκ εἶναι χρόνον· ἅμα γὰρ ὑπάρχειν αὐτὸν καὶ χρόνον εἶναι.* Ad quem locum Menagius Plotiniani etiam libri mentionem facit; quem eundem laudat Casp. *Barth.* in Adversarr. LIII. 12. p. 2504. Platonis locum expressit Philo Jud. Legis Alleg. I. post init. p. 122—124. Pfeiff. Ab utroque vero, et Platone et Aristotele, copiosarum disputationum argumentum mutuati sunt Platonici deinceps philosophi item Peripatetici, qui probe perspicerent, quam vim hæc quæstio haberet cum ad alios locos philosophiæ, tum præcipue ad locum de Mundo itemque de Anima. Quin etiam Grammatici profecerunt ex principum philosophorum scholis. Sic, ut hoc utar, ad illud Aristoteleum de Cœlo I. 9. p. 25. Sylb. *αἰών ἐστιν ἀπὸ τοῦ ἀεὶ εἶναι εἰληφὼς τὴν ἐπωνυμίαν, ἀθάνατος καὶ θεῖος,* plurimi se applicuerunt. Vid. Etymol. M. p. 540. Sylb. (ubi etiam Chrysippus laudatur:) Etymol. Gud. p. 24. Zonar. Lex. p. 63. sq. ibiq. Tittmann. Maximi Scholia in Dionys. Areop. de divinn. nomm. V. 4. p. 705. et Procli Inst. Theol. cap. LII. p. 82. ed. nostr. Hujus ipsius Procli multæ leguntur disputationes super hoc loco de Æternitate et Tempore, ut ad Timæi l. l. ad Parmenid. passim et p. 98. sqq. Vol. VI. ed. Cousin. (cf. etiam Damascium de Principiis c. 91. sqq. p. 277. sqq. Koppii) in Alcib. pr. 73. p. 236. sq. ed. nostr. et præsertim in Instit. Theol. c. XLVIII. sqq. *περὶ ἀϊδίου* p. 78. sqq. ed. nostr. cap. 53. *περὶ τοῦ αἰῶνος καὶ τῶν αἰωνίων* p. 82. sqq. et c. CXCVIII. p. 294. sqq. denique in Platonis Theologiam I. 13. p. 37. III. 16. sqq. p. 146. sqq. V. 30. p. 311. ubi et Plotini et Theodori decreta attinguntur, et p. 330. Ecclesiæ Christianæ Patrum locos exhibet Sui-

cerus in Thesauro Eccles. I. p. 140. sqq. Adde *Valckenarii* Scholas in N. T. II. p. 369. etiam ex Boëthii libello de Consol. Philos. aliquot locos infra apposui, qui arguunt eum in hac causa agenda a Platone et Aristotele pendere. Subjicio duo testimonia de hoc libro Plotini, alterum Procli, Simplicii alterum. Atque ille in Platonis Theol. III. 18. p. 149: *καὶ ὅ γε* Πλωτῖνος *ἐνθεαστικώτατα τὴν αἰῶνος ἀϊδιότητα κατὰ τὴν τοῦ* Πλάτωνος *θεολογίαν ἐμφανίζων, ζωὴν ἄπειρον ἀφορίζεται τὸν αἰῶνα, καὶ ὁμοῦ πᾶσαν προφαίνουσαν ἑαυτὴν καὶ ἐκφαίνουσαν καὶ τὸ ὂν τὸ ἑαυτῆς.* Hic in Aristotelis Physica p. 187. b. ita: *Ἐν δὲ τοῖς νεωτέροις* Πλωτῖνος *φαίνεται πρῶτος τὸν πρῶτον ἐπιζητήσας χρόνον κ. τ. λ.* Attigerunt autem Platonis Aristotelisque itemque Platonicorum et Peripateticorum disputata de hoc loco *Cudworth.* in Syst. Intell. p. 756. 763. sq. 771. sqq. 779. ibiq. Moshem. nec minus *Tiedemannus*, cujus aliquot locos infra laudabimus, *Tenemannus* etiam in Hist. Philos. VI. p. 138. sqq. hujus libri Plotiniani insigniora excerpsit. Integrum Anglice vertit *Thomas Taylor* in *Select Works of Plotinus* p. 177. sqq.

p. 596, 2. *ἄλλως ἄλλας, τάχα δὲ καὶ ἄλλως τὰς αὐτὰς λαβόντες*] Non hæsitavi in amplectenda lectione Monacensi pro *ἄλλος* quod Fic. cum reliquis habet. Mox observanda est redundantia: *ἐπὶ τούτων ἀναπαυσάμενοι, καὶ αὐταρκὲς νομίσαντες —ἀγαπήσαντες.* De verbo *ἀγαπᾷν* varie constructo adde iis, quæ in novo Thesauro Steph. Londin. congesta sunt, Leopoldi Indic. ad vitas Plutarchi et Jacobs. ad Philostr. Imagg. p. 393. Nostro loco absolute accipiendum est: *contenti.* De *ἀγαπητῶς* supra est monitum ad II. 9. 12. Mox *τινὰς τῶν ἀρχαίων καὶ μακαρίων φιλοσόφων*, quorum decreta paulo ante dixerat: *τὰς τῶν παλαιῶν ἀποφάσεις*, recte accipias de iis philosophis, qui antiquitus inde a Pherecyde Pythagoraque hanc Quæstionem agitarunt. De locutione *μακαρίων* supra vidimus ad p. 204. B. ad verba *ἐκείνου* (Πλάτωνος) *δὲ καὶ τῶν ἄλλων μακαρίων ἀνδρῶν.*

— 10. *καὶ τὸ τῆς εἰκόνος αὐτοῦ* (*τοῦ αἰῶνος*), *ὃν δὴ χρόνον λέγουσιν εἶναι*] De constructione non est, quod multa dicamus. Vid. modo Stallbaum. ad Platon. Phileb. p. 118. et quæ posuimus ad hæc Ciceronis de Legg. I. 7. 22. " animal hoc providum, sagax—*quem* vocamus hominem." Expressit autem h. l. Plotinus verba Platonici Timæi p. 37. sub fin. p. 36. Bekk.: *εἰκὼ δ' ἐπινοεῖ κινητόν τινα αἰῶνος ποιῆσαι, καὶ διακοσμῶν ἅμα οὐρανὸν ποιεῖ μένοντος αἰῶνος ἐν ἑνὶ κατ' ἀριθμὸν ἰοῦσαν ἀιώνιον εἰκόνα, τοῦτον ὃν δὴ χρόνον ὠνομάκαμεν,* Boëth. de Consol. Phil. V. 6: " Hunc enim vitæ immobilis præsentiarium statum infinitus ille temporalium rerum motus imitatur, cumque eum effingere atque exæquare non possit, ex immobilitate deficit immotum (leg. in motum)—quæ (temporalis præsentia) quoniam manentis illius præsentiæ quandam gestet imaginem, quibuscunque contigerit, id præstat, ut esse videatur."

— 17. *ὥσπερ ἂν εἴ τις λέγοι τὸν χρόνον τὸν σύμπαντα οὐρανὸν καὶ κόσμον εἶναι*] Pythagoræ et Pythagoricis hæc sententia attribuitur. Simplicius in Aristotel. Physica p. 165: *Οἱ μὲν τὴν τοῦ ὅλου κίνησιν εἶναι τὸν χρόνον φασὶν — — οἱ δὲ τὴν σφαῖραν αὐτὴν τοῦ οὐρανοῦ, ὡς τοὺς* Πυθαγορικοὺς *ἱστοροῦσι λέγειν, οἱ παρακούσαντες ἴσως τοῦ* Ἀρχύτου *λέγοντος καθόλον τὸν χρόνον διάστημα τῆς τοῦ παντὸς φύσεως.* Atque ex his Simplicii verbis intelligitur, cur Plotinus continuo dubitanter tantummodo de hac sententia referat. Minus accurate hæc Pythagorea tradunt Pseudo-Plutarchus de Placitt. Philosoph. I. 21. et Stobæus in Eclogg. I. p. 248, 250. ubi cf. Heerenii annotatio.

p. 597, 6. *ἡ μὲν γάρ φησι—αἰώνιος*] Vid. Plat. Tim. p. 37. sq. p. 36. sq. Bekk.

— 16. *πρῶτον μὲν—ἔπειτα—εἶτα*] Plato in his enumerandi formulis tertio quoque loco *ἔπειτα* usurpare solet, vel pro eo *ἔτι δὲ καί.* Vid. Heindorf. ad Platon. Phædon. §. 86. p. 89. a. p. 144. Heindf. et cf. Matthiæ Gr. Gr. §. 603. p. 1211. ed. alt.

p. 598, 11. *αἰώνιον καὶ ἀΐδιον*] Cf. infra p. 328. G. et adhibe Olympiodorum in Aristot. Meteor. 4. p. 32; quem locum exhibet Wyttenbachius in Animadvv. in Plutarch. de S. N. V. p. 438. sq. ed. novæ Ox. qui hos binos locos Plotini ad partes vocavit.

p. 599, 8. *αἰῶνα—ζωὴν μένουσαν*] Respicit hæc, et quæ infra p. 336. leguntur, Proclus in Plat. Tim. p. 127. inf. conf. etiam Proclum in Platonis Theol. V. 27. p. 305. et p. 311, ubi *διὸ καὶ*

ὁ Πλωτῖνος μὲν ζωὴν ἀποκαλεῖ τὸν αἰῶνα, τὴν μίαν καὶ ὅλην. Adde p. 330: *ἐπεὶ καὶ ὁ αἰὼν κατὰ τὴν ὁλότητα τὴν νοητὴν τεταγμένος ζωὴ παντελής ἐστι, καὶ πᾶσα ζωὴ κατὰ τὸν Πλωτῖνον.* Cæterum hæc refutare studet *Tiedemannus* in libro: *Geist der spekulat. Philosophie* III. p. 287. sqq.

p. 599, 13. *ὅτι οὐδὲν αὐτοῦ παρῆλθεν, οὐδ' αὖ γενήσεται—ἀεὶ ὄντος*] Boëthius de Consol. Philos. V. 6: "Quod igitur interminabilis vitæ plenitudinem totam pariter comprehendit ac possidet, cui neque futuri quidquam absit, nec præteriti fluxerit, id æternum esse jure perhibetur: idque necesse est, ut sui compos, præsens sibi semper assistere et infirmitatem mobilis temporis habere præsentem." Quæ quomodo a Plotini verbis discrepent, nemo non intelligit.

p. 601, 2. *καὶ ἡ ἀλήθεια δὲ οὐ συμφωνία κ. τ. λ.*] Attigit hæc *Tiedemannus* in libro: *Geist. der spekulat. Philos.* III. p. 382. sq.

p. 602, 11. *αἰὼν γὰρ ἀπὸ τοῦ ἀεὶ ὄντος*] Vid. Aristot. de Cœlo I. 9. p. 25. Sylb. Locum aliosque inde ductos supra laudavi ad hujus libri titulum.

— 12. *Τοῦτο δὲ ὅταν τινὶ προσβαλὼν τῇ ψυχῇ κ. τ. λ.*] Taylor ita: "*He, however, will know, that eternity thus subsists, who by the projecting energies of intellect is able to speak concerning it.*" Nimirum pro *τινὶ* legi jubet *αἰῶνι*. Nullus librorum MSS. nostrorum suffragatur; et hoc loco universe loquitur Plotinus ita: Si quis *quamlibet in rem* intendat animi mentisque aciem, et hoc iterum faciat, neque tamen eam ullo modo mutatam reperiat, inde sempiternam eam esse conjiciat. Ad *προσβαλὼν* idem hanc notam posuit: "*The visive energy is an immediate darting forth as it were to the object of its intuition.*"

p. 603, 2. *τῆς φύσεως ἀγασθεὶς*] Constructio Platoni familiaris. Vid. Ruhnken. ad Tim. p. 8. Pierson. ad Moer. p. 1. cf. Ast. ad Platon. de Legg. p. 554.

— ib. *ἀτρύτῳ φύσει*] Cf. V. 8. 4. Proclus in Plat. Theol. III. 18. p. 149: *τῆς γὰρ ἀνεκλείπτου ζωῆς, καὶ τῆς ἀτρύτου δυνάμεως καὶ τῆς ἀόκνου —ἐνεργείας ὁ αἰών.* Olympiod. in Alc. pr. p. 40: *Τρίτον τὴν δύναμιν θαυμάζει λέγει· ἐπιμελέστατα παρὼν* (sunt Platonis verba in eo dialogo) *ὅπου ἂν ὦ. Τοῦτο δὲ δυνάμεώς ἐστιν ἀγρύπνου καὶ ἀτρύτου· ὅθεν καὶ Ἀτρυτώνη ἡ Ἀθηνᾶ* (Iliad. *β'*. 157. Apollon. Lex. Hom. p. 174. Toll.) Hinc corrigendus alter locus Procli, in Parmenidem T. VI. p. 100. ed. Cousin: *μεταβατικῶς γὰρ νοοῦσα (ἡ ψυχὴ) δύναμιν ἀπταίστου κινήσεως ἔχει, καὶ ἔστιν ἀκίνητος, συνάπτουσα τὰς περιόδους ἀλλήλαις, καὶ ἄτρωτον* (leg. *ἄτρυτον*) *ποιουμένη τὴν ἐνέργειαν, καὶ μίαν ἀεὶ καὶ ἀνέκλειπτον.*

— 8. *ἀϊδιότης δὲ ἡ τοιαύτη—αἰὼν δὲ—ὅθεν σεμνὸν ὁ αἰὼν —ὁ αἰὼν θεὸς κ. τ. λ.*] Ante oculos hic habuit non solum Platonem in Timæi ll. ll. sed etiam Aristotelem in his de Cœlo I. 9. p. 25. Sylb.: *—διόπερ οὔτ' ἐν τόπῳ τάκεῖ πέφυκεν, οὔτε χρόνος αὐτὰ ποιεῖ γηράσκειν, οὐδ' ἐστὶν οὐδενὸς οὐδεμία μεταβολὴ τῶν ὑπὲρ τὴν ἐξωτάτω τεταγμένων φορὰν, ἀλλ' ἀναλλοίωτα καὶ ἀπαθῆ, τὴν ἀρίστην ἔχοντα ζωὴν, καὶ τὴν αὐταρκεστάτην διατελεῖ* (s. *διατελοῦντα*) *τὸν ἅπαντα αἰῶνα· καὶ γὰρ τοῦτο τοὔνομα θείως ἔφθεγκται παρὰ τῶν ἀρχαίων· τὸ γὰρ τέλος τὸ περιέχον τὸν τῆς ἑκάστου ζωῆς χρόνον, οὗ μηδὲν ἔξω κατὰ φύσιν, αἰὼν ἑκάστου κέκληται. κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ λόγον καὶ τὸ τοῦ παντὸς οὐρανοῦ τέλος, καὶ τὸ τὸν πάντων ἄπειρον χρόνον καὶ τὴν ἀπειρίαν περιέχον τέλος αἰών ἐστιν, ἀπὸ τοῦ ἀεὶ εἶναι εἰληφὼς τὴν ἐπωνυμίαν ἀθάνατος καὶ θεῖος.* Proclus in Plat. Parmen. Vol. VI. p. 100. sq. ed. Cousin: *—καὶ οὐκ ἀχρι τούτων μόνων τὸ ἄπειρον, ἀλλὰ καὶ πρὸ τοῦ νοῦ πάντως αὐτὸς ὁ πολυύμνητος αἰὼν ἄπειρος, ὃς καὶ πᾶσαν περιέχει τὴν νοερὰν ἀπειρίαν· πόθεν γὰρ τῷ νῷ τὸ αἰωνίως ζῆν, ἢ ἐκ τοῦ αἰῶνος; οὗτος οὖν ἄπειρος πρὸ νοῦ κατὰ τὴν δύναμιν· μᾶλλον δὲ τὰ μὲν ἄλλα κατὰ τὴν δύναμιν ἄπειρα, ὁ δὲ αἰὼν δύναμις· καὶ γὰρ οὐκ ἄλλο τί ἐστιν ἢ δύναμις ὁ πρῶτος αἰών:—Ὁ μὲν γὰρ αἰὼν, εἰ καὶ διὰ τὸ ἀεὶ ἄπειρος, ἀλλὰ ὡς μέτρον δήπου τῶν αἰωνίων καὶ πέρας ἐστί.* Cf. Procli Inst. Theol. c. 48—54. et in Theolog. Plat. III. 16. qui pariter atque Boëthius de Cons. Phil. V. 6. Aristotelis locum laudatum respicit. Cf. etiam Taylor. p. 189. in not. Quod vero Plotinus h. l. Æonem pulcre dicit deum fortasse appellari, modeste ad eas suæ ætatis religiones videtur respicere, quæ Æonis tanquam dei et imagines effinxerant et cultum sacrum instituerant. Consule, quæ supra hanc in rem monuimus in annot. ad inscriptionem hujus libri p. 325.

p. 604, 8. *Τοῦτο δὴ τό· "μένοντος αἰῶνος ἐν ἑνί"*] Hæc quatuor extrema verba ipsa sunt Pla-

tonis in Timæo p. 37. sub fin. p. 36. Bekk. Proclus in Theol. Plat. III. 16. p. 147: *τὸ μὲν οὖν ὂν τὸ πρώτιστον, ὥσπερ εἴρηται, κινήσεως ὁμοῦ καὶ στάσεως ἐξῄρηται. ὁ δὲ αἰὼν μένει κατὰ τὸν Τίμαιον ἐν ἑνί· διὸ καὶ ὁ χρόνος ἐν κινήσει μιμούμενος τὴν νοητὴν τοῦ αἰῶνος στάσιν· οὐκ ἄρα κατὰ τὸ πρώτως ὂν ὁ αἰὼν κ. τ. λ.* Unde Taylor profecit, qui in nota ad hæc Plotini verba ita: *Plato, however, does not by the one in this place mean the ineffable principle of things, but the one of being, or the summit of the intelligible order, as is shewn by Proclus in the above-mentioned Work.*" Nimirum hoc ipso loco, unde hæc decerpsimus. Adde lib. V. c. 33. p. 311. ubi eadem Platonis verba attingit Proclus Plotinumque citat et præceptorem suum Theodorum (sc. Asinæum): *ὁ δὲ Θεόδωρος στάσιν αὐτὸν (τὸν αἰῶνα) ἐπονομάζει.* Alia ex hoc loco exhibui supra p. 327. A.

p. 605, 8. *πλανῷ ἂν τὴν ψυχὴν, εἰς ἔκβασιν τοῦ πλείονος*] Taylor, qui *πλανῶ* reperisset in Editione, hæret in hoc loco, quem pro lacunoso habet, et se non capere versionem Ficini h. l. dicit. Lacunæ autem indicium in libris nostris nullum. Ac si *πλανῷ*, Optativo, rescribas, hæc enascitur sententia: Sed si illud *ἀεὶ* (*semper*) accipiatur ita, ut declaret incorruptibile, in errorem trahat animam, ut excedat ab illa unitate, quæ in æternitatis notione necessario inest, et evagetur ad pluralitatem (quæ aliena ab æternitatis notione est).

— 13. *ἀλλ' ὅτι τὸ ὑποδυόμενον ἦν φιλοσοφίαν, ἡ προσθήκη τοῦ ἀληθινοῦ ἐγένετο*] Plato Gorg. p. 464. C. *ὑποδῦσα ὑπὸ* (pro eo lacuna in Cod. Darmst. *ἕκαστον τῶν μορίων προσποιεῖται εἶναι τοῦτο, ὅπερ* (omiss. in eod. libro) *ὑπέδυ*· ubi Heindf. p. 59. comparat. Aristot. Rhet. I. 2. (§. 7. p. 31. Gaisford.): *διὸ καὶ ὑποδύεται ὑπὸ τὸ σχῆμα τὸ τῆς Πολιτικῆς ἡ Ῥητορική.* De duplici constructione verbi cum *εἰς* et cum solo Accusativo monuit nuper Jacobs. ad Achill. Tat. p. 617. Thomas Mag. p. 273. Bern. *Εἰσῄει τὸν Ἀγαμέμνονα καὶ ὑπέδυ* (i. e. Agamemnonis personam egit) Ibid. *Λουκιανὸς—ἦν τις ὑποκριτὴς Ἀθηνᾶν, ἢ Ποσειδῶνα ἢ Δία ὑποδεδυκώς.* Unde ejus verbi usus scenicus intelligitur. Dio Cassius LXIII. 6. 9. p. 1032. Reimar. de Nerone imperatore et histrione: *καὶ τὸ προσωπεῖον ὑποδύνων ἀπέβαλλε τὸ τῆς ἡγεμονίας ἀξίωμα*, Dionys. Halicarn. A. R. Excerptt. p. 2320. Reisk. Romani ad Samnites: *ὀνόματι μὲν ὑποδυόμενοι συμμάχων, ἔργα δὲ πράττοντες πολεμίων.* Stephanus scribi jubet *ὄνομα.* Malit fortasse quispiam: *ὀνόματι μὲν ὑποδυόμενοι τὰ τῶν συμμάχων* [Possis fort. etiam *ὄνομά τι.*] Nam Timæus in Lex. Plat. p. 161. Ruhnk.: *καὶ ὁ πιθανότητι ὑποδυόμενος τὴν ἀλήθειαν.* At vero pro Stephano pugnat Plutarchus in Arato c. 9:— *ὑπέδυσαν ἑκουσίως ὄνομα καὶ πολιτείαν τὴν Ἀχαιῶν*, "sponte assumsere nomen remque publicam Achæorum." Sed neutrum fortasse necesse. Nam sæpius etiam cum Dativo jungitur. Sic Plutarch. in Public. 10. fin. *ὑποδυομένου μεθ' ἡδονῆς αὐτῷ τοῦ δήμου.* Cujus usus plura exempla collegit Bæhrius noster ad vitam Alcib. p. 205. sq. cf. eund. ad Philopœm. p. 33. Plotinus simulandi potestate usurpans hoc Verbum Adjectivum ei adjunxit sicut Aristoteles, quem noster ante oculos habuit. Ille tamen aliquanto plenius ita in Metaphyss. III. 2. p. 21. sq. Sylb.:—*οὕτω καὶ τῷ ὄντι, ᾗ ὄν, ἔστι τινὰ ἴδια· καὶ ταῦτ' ἔστι περὶ ὧν τοῦ φιλοσόφου ἐπισκέψασθαι τὸ ἀληθές· σημεῖον δὲ· οἱ γὰρ διαλεκτικοὶ καὶ σοφισταὶ, τὸ αὐτὸ μὲν ὑποδύονται σχῆμα τῷ φιλοσόφῳ (ἡ γὰρ σοφιστικὴ φαινομένη μόνον σοφία ἐστὶ καὶ οἱ διαλεκτικοὶ διαλέγονται περὶ ἁπάντων) κοινὸν δὲ πᾶσι τὸ ὄν ἐστι. διαλέγονται δὲ περὶ τούτων δηλονότι διὰ τὸ τῆς φιλοσοφίας εἶναι αὐτὰ οἰκεῖα. περὶ μὲν γὰρ τὸ αὐτὸ γένος στρέφεται ἡ σοφιστικὴ καὶ ἡ διαλεκτικὴ τῇ φιλοσοφίᾳ. ἀλλὰ διαφέρει, τῆς μὲν τῷ τρόπῳ τῆς δυνάμεως τῆς δὲ τοῦ βίου τῇ προαιρέσει.* Fons distinctionis in Platonis Gorgia. Proclus in Alcib. pr. p. 39. nostr. *πανταχοῦ γὰρ τὸ τελειότερον ὑποδύεταί τι τῶν ἀτελεστέρων. καὶ περισπᾷ τὰς μὴ κατορθωμένας ψυχὰς εἰς ἑαυτὸ καὶ τῶν βελτιόνων ἀφίστησιν. Ὥσπερ οὖν ἐν τοῖς τῆς φιλοσοφίας νοεροῖς θεωρήμασιν ἐμπόδιόν ἐστιν ἡ σοφιστικὴ ζωὴ καὶ ἡ πρὸς ἐκείνην σύνταξις ἐφελκύουσα τοὺς ἀτελεστέρους ἀπὸ τῆς τῶν ὄντων θεωρίας εἰς τὴν σύστοιχον τοῖς γινομένοις καὶ φθειρομένοις φαντασίαν. οὕτω δὴ—τὸν ἀληθινὸν ἐραστὴν ὑποδυόμενον κ. τ. λ.* Vides et hunc cum verbis tum sententiis Platonis Aristotelisque locos imitatum.

p. 606, 13. *Τὸ δ' ἀγαθὸς ἦν, ἀναφέρει*] Plato in Timæo p. 29. extr. p. 25. Bekk. *Λέγωμεν δὴ δι' ἣν τινα αἰτίαν γένεσιν καὶ τὸ πᾶν τόδε ὁ ξυνιστὰς ξυνέστηκε· ἀγαθὸς ἦν, ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς οὐδέποτε ἐγγίγνεται φθόνος.* Sequentia

Platonis habet Proclus in Alcib. p. 126. Ad Plotinum faciunt hæc Boëthii de Consol. Philos. V. 6: " Unde non recte quidam, qui cum audiunt visum Platoni, mundum hunc nec habuisse initium temporis, nec habiturum esse defectum, hoc modo conditori conditum mundum fieri coæternum putant. Aliud est enim per interminabilem duci vitam, quod mundo Plato tribuit: aliud interminabilis vitæ totam pariter complexum esse præsentiam, quod divinæ mentis proprium esse manifestum est. Neque Deus conditis rebus antiquior videri debet temporis quantitate, sed simplicis potius proprietate naturæ."

p. 606, 14. *σημαίνων τῷ ἐπέκεινα παντὶ*] *Significans per universum, quod ultra est;* Ficinus legisse videtur *παντός*. Libri nostri nil variant. Quod vero Plato dicitur illud *ἦν κ. τ. λ. μέμφεσθαι ὕστερον*, consule verba in Timæo p. 38. init. p. 36. Bekk.

p. 608, 3. *Τῶν δὲ κίνησιν λεγόντων—ἢ τῆς τεταγμένης*] Quo, quorum philosophorum sententias hoc loco attingat Plotinus, continuo intelligatur, adscribam Excerpta Stobæi in Eclogg. Physs. I. 248—256: *Πυθαγόρας (τὸν χρόνον λέγει) τὴν σφαῖραν τοῦ περιέχοντος.—οἱ Στωϊκοὶ, χρόνου οὐσίαν αὐτὴν τὴν κίνησιν.—Ξενοκράτης, μέτρον τῶν γεννητῶν καὶ κίνησιν ἀΐδιον. Μέτρον βραδύτητος καὶ ταχύτητος, εἶπε Χρύσιππος. Ἐπίκουρος σύμπτωμα [συμπτωμάτων] τοῦτο δ' ἐστὶ παρακολούθημα κινήσεων. Ἀντιφάνης καὶ Κριτόλαος νόημα ἢ μέτρον τὸν χρόνον, οὐδ' ὑπόστασιν.—Οἱ Ἀριστοτελικοὶ—κίνησιν οὐκ εἶναι τὸν χρόνον, οὐ μὴν ἄνευ κινήσεως.—Ζήνων ἔφησε χρόνον εἶναι κινήσεως διάστημα, τοῦτο δὲ καὶ μέτρον καὶ κριτήριον τάχους τε καὶ βραδύτητος, ὅπως ἔχει.—Ἀπολλόδωρος ἐν τῇ φυσικῇ τέχνῃ οὕτως ὁρίζεται τὸν χρόνον· Χρόνος ἐστὶ τῆς τοῦ κόσμου κινήσεως διάστημα κ. τ. λ.* Aliorum placita philosophorum attigi passim et ad hujus libri titulum p. 325. Archytæ, Aristotelis et aliorum aliquot philosophorum de tempore sententias memorat *Taylor*, in annot. ad h. l. versionis Anglicæ p. 195.

p. 610, 5. *ὥσπερ ὕδωρ ῥέον πάλιν καὶ πάλιν*] Similitudo solemnis. M. Antoninus V. 23. *οἷον ποταμός*. Alii sæpissime: *ποταμοῦ δίκην*. Hujus vero loci Plotiniani non eram memor, cum in Cicerone de N. D. I. 39. init. in verbis: " Tanta est impunitas garriendi. At quam licenter! Fluentium frequenter transitio fit visionum"—conjectarem: " garriendi. *Aquarum instar* fluentium *continenter* (hoc cum Davisio) transitio fit visionum." Vid. Dionysum nostrum I. p. 82. sq. Quibus locis nunc accedat hic ipse Plotinianus. Alium infra p. 351. E. ibidem laudavimus.

p. 611, 9. *καὶ εἴποις ἂν—ἀμφοῖν ὄντα*] Nil variant libri nostri. Extrema verbotenus ita reddenda quasi videlicet aliud sit utrorumque. *Taylor* ita: " *And you may say that the time of each is the same, though its relation to the one is different from its relation to the other.*"

— 13. *Ἀριθμὸς δή κινήσεως ἢ μέτρον*] Stobæus Eclogg. Physs. I. p. 252: *Ἀριστοτέλης δὲ (λέγει) τὸν χρόνον ἀριθμὸν εἶναι κινήσεως κατὰ τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον, οὔτ' ἀρχὴν ἔχοντα οὔτε τελευτήν, ἀλλ' ἀεὶ ὄντα, καὶ ἀεὶ γιγνόμενον· εἶναι δὲ συνεχῆ καὶ διαιρετὸν, λαμβάνεσθαι γὰρ αὐτοῦ τὸ μὲν πρότερον τὸ δ' ὕστερον, ὅρον δὲ ὑπάρχειν τὸ νῦν, τοῦτο γὰρ νοεῖσθαι τοῦ μὲν προτέρου πέρας, τοῦ δὲ μέλλοντος ἀρχήν.* (Conf. Aristot. Physs. Auscultt. IV. 11—13.) Pergit Stobæus: *οἱ Ἀριστοτελικοὶ τὸν χρόνον τῶν κατὰ τὸ νῦν ἀφοριζομένων κινήσεων. τὸ δὲ νῦν εἶναι μονάδα στάσεως ἐν κινήσει.*

p. 614, 5. *ἀλλ' οὖν κατὰ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον μετρῶν, εἴτε σημείῳ κ. τ. λ.*] Posidonius Stoicus ap. Stob. l. l. p. 258:—*τὸν δὲ διορισμὸν σημειώδη εἶναι*, i. e. trium temporum, præsentis, præteriti, futurique, puncti instar esse. Eidem autem Posidonio itemque Chrysippo (p. 260.) attribuitur hæc temporis definitio: *τὸν χρόνον κινήσεως διάστημα εἶναι.*

— 6. *Ἔσται οὖν ὁ χρόνος οὗτος κ. τ. λ.*] Taylor necessario legendum arbitratur *ὁ ἀριθμὸς*. Nullus liber suffragatur ei conjecturæ, neque Aristotelis definitio eam necessario postulat. Dixerat enim ille *τὸν χρόνον ἀριθμὸν εἶναι τῆς κινήσεως* (quibus Plotinus adjicit *ἢ μέτρον*. Vid. supra p. 332. G. ibiq. annot.) *κατὰ τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον.* Proinde de *tempore* metiente quæri potest; et describit h. l. Plotinus illud *νῦν* Aristotelis, quod *τῷ προτέρῳ καὶ ὑστέρῳ* connexum est universo tempori. Ceterum idem vir doctus ibidem Aristotelis eam temporis definitionem cum Platonica congruere dicit, addens: " *In short, time is properly the measure of motion according to the flux of being, which is the peculiarity of* GENE-

RATION OF BECOMING TO BE." Tu vero confer cum hoc loco Plotini hæc Hermetis ap. Stob. p. 256. Heer., ubi de tribus temporibus, præsenti, præterito, futuro: *Ὃς γὰρ οὐχ ἕστηκε ῥοπὴν ἔχων οὐδὲ κέντρου μονὴν χρόνος, πῶς ἐνεστὼς εἶναι λέγεται, ὁ μηδὲ ἑστάναι δυνάμενος; καὶ πάλιν ὁ παρεληλυθὼς, συνάπτων τῷ ἐνεστῶτι, καὶ ὁ ἐνεστὼς, συνάπτων τῷ μέλλοντι, εἰς γίγνεται, οὐ γὰρ χωρὶς αὐτῶν εἰσι τῇ ταυτότητι, τῇ ἑνότητι, τῇ συνεχείᾳ. Οὕτω καὶ συνεχὴς καὶ διεστὼς γίγνεται, εἰς ὢν καὶ ὁ αὐτὸς ὁ χρόνος.*

p. 615, 10. *Τὸ δὲ παρακολούθημα λέγειν τῆς κινήσεως*] Venit ad *Epicuri* definitionem judicandam philosophus noster. Vid. supra ad p. 331. B.

p. 616, 5. *εἰς ἐκείνην τὴν διάθεσιν, ἣν ἐπὶ τοῦ αἰῶνος ἐλέγομεν εἶναι*] Vid. supra c. IV. p. 328. sq. Cf. Proclus in Theol. Plat. III. 18. p. 149. ubi et alia, quæ supra attigimus, et hæc:—*μᾶλλον μὴν κατὰ τὸ ἄπειρον ὁ αἰὼν χαρακτηρίζεται· καὶ γὰρ τὸν ἄπειρον χρόνον ἐν ἑαυτῷ περιέχει κ. τ. λ.* cf. V. 30. p. 311. Locum supra exhibui sub fin. annott. ad inscriptionem hujus libri ad p. 325. A. Idem in Parmenid. T. VI. p. 102. ed. Cousin. *καὶ ὁ αἰὼν ἄπειρος διὰ τὴν πηγὴν τῆς ἀπειρίας, ἣ καὶ οὐσίαις πάσαις καὶ δυνάμεσι καὶ ἐνεργείαις καὶ περιόδοις καὶ γενέσεσιν ἄνωθεν χορηγεῖ τὸ ἀνέκλειπτον· καὶ μέχρι ταύτης ἀνιοῦσι καὶ ἀπὸ ταύτης κατιοῦσιν ἡ τῶν ἀπείρων τάξις.* Boëthius de Consol. Phil. V. 6. post init.: "Æternitas igitur est interminabilis vitæ tota simul et perfecta possessio."

— 8. (*χρόνος—γε οὐκ ἦν*)] Hæc parenthesi includenda duxi, quo, quæ sequuntur, *γεννησόμενον κ. τ. λ.* arcte connecterentur cum superioribus *δεῖ ἀναγαγεῖν ἡμᾶς εἰς—*. Ceterum juvat h. l. apponere annotationem Tayloris: "*Time*," ait ille, "*as well as the world, is said to have been generated, not because it once was not, for it always existed, but because it depends for its subsistence on causes naturally prior to itself.*"

— 10. *ὅπως—ἐξέπεσέ χρόνος*] Qui sequentia deinceps legerit, nullus dubitabit in verbo *ἐκπίπτειν* desciscendi *degenerandique* potestatem h. l. inesse. Qua de significatione plura *Palairetus* in Observv. Philoll. et Critt. p. 522. (ad Apocalyps. II. 5: *μνημόνευε πόθεν ἐκπέπτωκας.*) Philostratus Vit. Apollonii V. 7. p. 193. Olear. de Nerone:—*ἑαυτοῦ δὲ καὶ Ῥωμαίων οὕτως ἐκπίπτειν, ὡς ἀντὶ τοῦ νομοθετεῖν νόμους ᾄδειν, καὶ ἀγείρειν* (ita Olear. ex Codd. pro *φιλοσοφεῖν*. In Cod. Schellershem. cujus lectiones enotatas habeo, a secunda manu scriptum *ἀγείρειν*, deleto *φιλοσοφεῖν*. Est igitur hic locus addendus iis, quos congessit Ruhnkenius ad Tim. Lex. Plat. p. 10.) Ἐκπίπτειν *τῆς εὐδαιμονίας* Noster ipse I. 4. 7. et similia alibi, quæ attigit Coraës in Ἀτάκτοις II. pag. 263. sq.

— 11. *ἀλλ' ἴσως ὃ, εἴπερ ἦσαν καὶ αἱ Μοῦσαι τότε*] Si lectio vera est, fortasse post ὃ cogitandum *ἐγένετο*. Neque sic tamen commodus sensus nascitur. Fortasse legendum: *καὶ ἴσως αὖ* i. e.: Sed *contra* fortasse haud inepte vocabit Musas, siquidem etiam tunc Musæ erant. Musarum autem invocationem h. l. memorari propterea, quod Homerus reliquique vates Cosmogoniam et quæ eam præcedebant, Musarum, Mnemosynes filiarum, ope se canere posse affirmabant, non est quod exponam. *Taylor* ad h. l. dicit: Musas, quatenus in Apolline sint, sive in intellectuali rerum ordine, ante tempus esse: quatenus vero tempus ponatur initium capere, Musas, secundum mundanam ipsarum substantiam, non existere, priusquam tempus genitum sit.

p. 617, 11. *πρῶτον μὲν ἑαυτὴν ἐχρόνωσε* (adde Lexicis), *ἔπειτα δὲ καὶ τῷ γενομένῳ* (i. e. *τῷ κόσμῳ τῷ αἰσθητῷ*) *ἔδωκε δουλεύειν χρόνῳ κ. τ. λ.*] Ad hæc et sequentia facit Proclus in Inst. Theol. LV. p. 86: *τὸ δὲ ποτὲ οὐκ ὄντως ὂν τῷ γενομένῳ ταὐτὸν· οὐκ ἄρα μέσον τὸ ποτὲ ὄν. λείπεται ἄρα τὸ ἀεὶ γενόμενον εἶναι τὸ μέσον ἀμφοῖν· τῷ μὲν γίνεσθαι συνάπτον* (se *jungens*) *τοῖς χείροσι, τῷ δὲ ἀεὶ μιμούμενον τὴν αἰώνιον φύσιν. ἐκ δὲ τούτων φανερὸν, ὅτι διττὴ ἦν ἡ ἀϊδιότης* (Aristoteles de Cœlo II. 1. p. 36. Sylb.) *αἰώνιος μὲν ἄλλη, κατὰ χρόνον δὲ ἄλλη. ἡ μὲν ἑστῶσα ἀϊδιότης, ἡ δὲ γινομένη. καὶ ἡ μὲν ἠθροισμένον ἔχουσα τὸ εἶναι, καὶ ὁμοῦ πᾶν· ἡ δὲ ἐκχυθεῖσα καὶ ἐξαπλωθεῖσα κατὰ τὴν χρονικὴν παράτασιν* (ita legendum pro *παράστασιν*, cf. Aristotel. Metaphys. IV. 16. p. 89. Sylb. Eustath. in Iliad. *α*. vs. 4.) *καὶ ἡ μὲν ὅλη καθ' αὑτήν, ἡ δὲ ἐκ μερῶν, ὧν ἕκαστον χωρίς ἐστι κατὰ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον.* Boëthius de Consol. Philos V. 6. post init.: "Nam quidquid vivit in tempore, id præsens a præteritis in futura pro-

cedit, nihilque est in tempore constitutum, quod totum vitæ suæ spatium pariter possit amplecti; sed crastinum quidem nondum apprehendit, hesternum vero jam perdidit. In hodierna quoque vita non amplius vivitis, quam in illo mobili transitorioque momento. Quod igitur temporis patitur conditionem, licet illud, sicut de mundo censuit Aristoteles, nec cœperit unquam esse, nec desinat, vitaque ejus cum temporis infinitate tendatur, (*παρατείνεται*, vid. proxime ad voc. *παράτασιν*) nondum tamen tale est, ut æternum esse jure credatur. Non enim totum simul infinitæ licet vitæ spatium comprehendit atque complectitur: sed futura nondum transacta jam non habet." cf. supra cap. II. hujus libri p. 327. A.

p. 618, 3. *Εἰ οὖν χρόνον τις λέγοι—ἐξ ἄλλου εἰς ἄλλον βίον ζωὴν εἶναι*] Taylor secutus Ficinum, *actum* dantis, volebat *ἐνέργειαν*. Veram lectionem una cum falsa, quæ editionem occupat, præstant tres libri MSS. *χρόνον ζωήν*. Delevimus prius: posterius retinuimus. Confirmat Simplicius in Aristot. Physs. p. 187. b. ed. Ald. qui hæc Plotiniana verbotenus exhibens *ζωὴν* habet, et in sequentibus rursus ita de hoc loco Plotini refert:—*ἐν δὲ τούτοις χρόνον οἴεται* (Πλωτῖνος) *τὴν μεταβατικὴν τῆς ψυχῆς ζωήν*. Cæterum hæc definitio Græcis, qui inter *ζωὴν* et *βίον* distinguebant, expeditior quam Latinis et nobismet ipsis. Cf. Ammon. p. 30. p. 32. Schæf. ibiq. Aristotelem Differentiam h. l. fortasse declares, si vertas:—animæ vitam (*ζωὴν*) esse, et in motu transitorio ex alia in aliam vitæ actionem (*βίον*). Hæc autem verba Plotini usque ad finem capitis integra exhibet l. l. Simplicius, ita præfatus: *Κάλλιον δὲ ἴσως αὐτῶν ἀκοῦσαι τῶν νοερῶν τοῦ Πλωτίνου ῥημάτων*. Respexit hæc Plotiniana etiam Proclus in Platonis Theologiam III. 18. p. 149, cujus locos supra laudavimus ad p. 325. 328. 333. Taylor et ipse hic Procli l. l. attingit, addens: "*This definition of time by Proclus appears to me to be uncommonly beautiful and accurate.*"

p. 619, 4. *ἀψοφητὶ*] Plato Tim. p. 37. p. 35. Bekk.—*φερόμενος ἄνευ φθόγγου καὶ ἠχῆς*. Sæpius autem *ἀψοφητὶ* usurpat noster, ut III. 8. 4. IV. 4. 14. V. 8. 7. V. 8. 11. Olympiodor. in Alcib. pr. p. 29. ubi lectores amandavi ad Hesych. I. p. 98. not. Etymol. Gud. p. 101. Dorvill. ad Chariton. p. 260. Lips. [p. 101. ed. Amst.] et Theodoret. Vol. I. p. 1104. Schulz. *Ἀψοφία* supra legitur II. 1. 6. p. 100.

p. 620, 2. *Διὸ καὶ εἴρηται*] In Platonis Timæo p. 37. fin. p. 36. sq. Bekk.

— 5. *χρόνους λέγεσθαι αὐτῷ καὶ τὰς τῶν ἄστρων φορὰς κ. τ. λ.*] Plato in Timæo p. 38. et p. 39. p. 37. sqq. Bekk.

p. 621, 5. *Τὸ οὖν μετρούμενον ὑπὸ τῆς περιφορᾶς κ. τ. λ.*] Simplicius in Aristot. Physicc. p. 187. b. Ald.: *προτίθησι δὲ καὶ* (ὁ Πλωτῖνος) *ὅτι οὐχ ὁ χρόνος μετρεῖ τὴν κίνησιν, ἀλλ' ἡ κίνησις τὸν χρόνον, εἴπερ ἀφανὴς μὲν ὁ χρόνος ἐστὶν, ἐμφανὴς δὲ ἡ κίνησις, ἀπὸ δὲ τῶν φανερῶν γινώσκεται καὶ μετρεῖται τὰ ἀφανῆ. λέγει οὖν ὅτι τὸ μετρούμενον ὑπὸ τῆς περιφορᾶς κ. τ. λ.* Subjicit enim Plotini verba usque ad *δηλωθεὶς* sine ulla lectionis varietate.

p. 622, 4. *Διὸ καὶ κινήσεως—κινήσει μετρεῖται*] Habet Simplic. in Aristott. Physs. p. 187. b.

p. 624, 1. *Εἰ δέ τις ἐν οὐχ ὑποστάσει—τὸν χρόνον λέγοι*] Videtur h. l. tangere Antiphanis et Critolai sententias. Vid. supra ad pag. 331. B.

— 16. *Ἆρ' οὖν καὶ ἐν ἡμῖν ὁ χρόνος;*] Operæ pretium sit, hæc Plotini de Tempore decreta comparare cum decretis Kantii Philosophi Regiomontani, qui et tempus et spatium formas esse docuit intuitionis humanæ. Qua de sententia, ut in vulgus nota, non est quod plura adjiciam. Proclus in Alcib. pr. p. 236. sq.: *Διὸ καὶ ὁ Σωκράτης ἀπαιτεῖ χρόνον αὐτὸν εἰπεῖν τῆς οἰήσεως τοῦ μὴ εἰδέναι. Καθάπερ γὰρ καὶ πρότερον ἀνάγκη τὰς τοιαύτας ἁπάσας μεταβολὰς μετρεῖσθαι ὑπὸ χρόνου. Διὸ καὶ ὁ δαιμόνιος Ἀριστοτέλης ἐνταῦθά γε προσίεται τὴν κίνησιν ἐπὶ τῆς ψυχῆς καὶ τὴν κατὰ χρόνον μεταβολήν.* (Vid. Aristot. de Anima I. 3. III. 10. Categor. p. 55. sqq. Sylb. Topicorr. II. p. 296.) *Ἀλλ' ὅτι μὲν ἡ σώματι συνοῦσα καὶ ἀπὸ κακίας εἰς ἀρετὴν μεθισταμένη δεῖται τοῦ χρόνου, παντὶ καταφανὲς δήπου. Ἴσως δέ τινες καθ' ἑαυτὴν οὖσαν τὴν ψυχὴν οὔ φασι δεῖσθαι χρόνου κατὰ τὴν ἐνέργειαν, ἀλλὰ τοὐναντίον αὐτὴν ἀπογεννᾷν τὸν χρόνον. Τοῦτο δὲ οἶμαι δεῖσθαι λόγου τινὸς κ. τ. λ.* Cf. eund. in Inst. Theol. c. 197—200. et in Parmenid. T. IV. p. 103. Cousin. Hæc extrema autem inde a verbis *ἆρ' οὖν* usque ad finem libri rursus exhibet Simplicius l. l.

LIB. VIII.

p. 630, 7. ΠΕΡΙ ΦΥΣΕΩΣ ΚΑΙ ΘΕΩΡΙΑΣ ΚΑΙ ΤΟΥ ΕΝΟΣ] Ita hic liber etiam inscribitur ap. Porphyr. de Vit. Plot. c. 24. sed ibidem altero loco cap. 5. simpliciter: *περὶ θεωρίας*. Vid. Fabric. ad pag. 143. Est autem ex ordine temporis tricesimus. Vid. ibid. *Θεωρίας* autem vocabulum, ut hinc ordiar, late patet per Græcorum scriptorum monumenta. Quam varietatem persequi non attinet: de philosophorum usu primaria tenenda sunt. Ac quod Plutarchus de Musica p. 1140. E. p. 663. Wytt. dicit: *καὶ τὸ θεωρεῖν—ἀπὸ τοῦ θεοῦ τὴν προσηγορίαν ἔλαβε*, hoc deinceps ad postremos usque Grammaticos pertinuit. Thom. Mag. p. 446. Bernard.: *λέγεται δὲ θεωρία καὶ ἡ περὶ τὸν θεὸν σχολὴ, καὶ διηνεκὴς αὐτοῦ φαντασία.* Addit: *ἡ πράγματός τινος κατανόησις.* Atque in his verbis attinguntur præcipui vocis significatus apud philosophos. Nam Pythagoreis usurpatur *θεωρεῖν* de accurata cognitione naturæ universi et eorum, quæ ad sapientiam pertinent, Perictyone in Stob. Florileg. T. I. p. 7. p. 24. ed. Gaisford.: *γέγονε δὲ καὶ συνέστα ὁ ἄνθρωπος ποττὸ θεωρῆσαι τὸν λόγον τᾶς τῶν ὅλων φύσιος καὶ τᾶς σοφίας κ. τ. λ.* Hinc *ἐπιστημονικὴ θεωρία* memoratur in historia disciplinæ Pythagoricæ Iamblicho XVI. de vita Pythag. p. 56. Kust. et *μαθήματα καὶ θεωρία* ibid. p. 62: *καὶ ἄνευ μαθημάτων καὶ θεωρίας*, ubi tamen *καὶ* ab uno ex libris, quorum excerpta habeo, secundo loco abest. Ac cum hi iidem philosophi in geometria mathematicisque disciplinis et astronomia (quam hodie dicimus) operam collocabant, hinc *θεωρία* in eorum scriptis etiam de *contemplatione* (quæ proprie dicitur) et *consideratione*, sive de cognitione astrorum, tanquam sublimi et philosophis digno studio, usurpatur: Perictyone in Stob. Floril. Tit. 79. p. 457. p. 118. Gaisf. *Θείη γὰρ καὶ καλὴ ὄψις γονέων· καὶ ἡ τουτέων ἄψις καὶ θεραπείη, ὁκόση οὐδὲ ἡλίου οὐδὲ πάντων ἄστρων, τὰ οὐρανὸς ἐναψάμενος ἀμφιχορεύει* (Jacobs. ad Anthol. Gr. IX. p. 293: *ἀμφιχορεύεται*) *καὶ εἴ τι ἄλλο δοκέει τις χρῆμα μεῖζον εἶναι καὶ θεωρίην ἐόντων* (Jacobs. l. l. *καὶ θειότερον τῶν ἐόντων*, quod recepit *Conr. Orellius* in Opuscull. Græcorr. sententioss. II. p. 350, neque tamen *Jacobs.* memorat. in Lection. Stobensibus. Cod. A. ap. Gaisford. habet *μεῖζον ἐόντων καὶ θεωρίην*. Ex hac et vulgata lenius efficias: *μεῖζον εἶναι τῶν κατὰ θεωρίην ἐόντων*: et si quis opus majus existimet ex iis, quæ ad contemplationem pertinent.) Platonem autem, ut illuc transgrediar, nemo nescit *θεωρεῖν, θεωρίαν* et *θεωρίας* non minus usurpare cum de altiore investigatione rerum, quas hic mundus cœlumque habet, tum subtiliore cognitione naturæ humanæ, morum, jurium, verum etiam de altiore spectaculo ejus mundi, in quo perennes ideæ splendent. Hinc frequentissima hæc per ejus dialogos: *νοῦς θεατὴς, θεᾶσθαι, θεωρεῖν, ὁ θεωρῶν* (sive *ὁ θεώμενος*) *αὐτὸ τὸ καλὸν, αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν* et similia. Unum locum adjiciam, quando pluribus non opus est, ex libris de Rep. VII. p. 517. sub fin. p. 332. Bekk.: *τί δέ; τόδε οἴει τι θαυμαστὸν, εἰ ἀπὸ θείων, ἦν δ' ἐγὼ, θεωριῶν ἐπὶ τὰ ἀνθρώπεια τις ἐλθὼν κακὰ ἀσχημονεῖ τε καὶ φαίνεται σφόδρα γελοῖος, ἔτι ἀμβλυώττων καὶ πρὶν ἱκανῶς συνήθης γενέσθαι τῷ παρόντι σκότῳ κ. τ. λ.* Quæ respexit Themistius in Orat. de Præfectura c. 30. p. 72. ed. prc. Mediol.:—*ὅτι Πλάτων ἐν Πολιτείᾳ τοὺς ἀπὸ τῆς θείας θεωρίας καταβαίνοντας εἰς τὴν ἀνθρωπίνην ὑποκορίζεται τούτῳ τῷ ῥήματι κ. τ. λ.* Eundem locum expressit Porphyr. de Vita Plot. c. XXIII. p. 138. Alcinous de Doctr. Plat. ita cap. III. p. 453: *ἡ δὲ φιλοσόφου σπουδὴ κατὰ τὸν Πλάτωνα ἐν τρισὶν ἔοικεν εἶναι, ἔν τε θέᾳ καὶ τῇ τῶν ὄντων γνώσει, καὶ ἐν τῇ πράξει τῶν καλῶν καὶ ἐν αὐτῇ τῇ τοῦ λόγου θεωρίᾳ·* cf. eundem c. VII. Aristoteles etiam *θεωρίαν* tanquam *speculationem*, quam nos hodie dicimus et vitam speculativam (*θεωρητικήν*) distinguit a *πράξει, actione*, vitaque activa. Legito modo Ethicc. ad Nicom. X. 7. 8. p. 183. sqq. Sylb. Similiter Eudorus Academicus in Stobæi Eclogg. Physs. et Eth. II. p. 48. Heeren. hæc terna inter se diversa ponit: *τὴν θεωρίαν*, sive inspectionem, *τὴν ὁρμὴν*, appetentiam et *τὴν πρᾶξιν*, actionem. Atque hæc distinctio *θεωρίας* et *πράξεως* ad posteriores quoque philosophos pertinuit, ut ad Philonem Judæum. Vid. Leg. Allegorr. I. p. 152. Pfeiff. Idem tamen ille Stagirites in libris de Anima II. 1. p. 22. Sylb. sejungit *ἐπιστήμην*, scientiam, a *θεωρίᾳ*, speculatione. Ita enim ille de Anima: *ἔστι δὲ ἡ μὲν ὕλη δύναμις· τὸ δὲ εἶδος, ἐντελέχεια· καὶ τοῦτο διχῶς· τὸ μὲν ὡς ἐπιστήμη, τὸ δὲ ὡς τὸ θεωρεῖν.* Sed totus locus inspicien-

dus est.—Etiam subtilis disputatio de qualibet re, adeoque scriptio de eadem, *θεωρία* dicitur. Cicero ad Att. XII. 6. cf. I. A. Ernesti Indic. Græcit. Cicer. in voc. Est etiam institutum, argumentum, v. c. scriptionis, libri cet. docente Toup. ad Longin. de Sublim. XXXIX. 1. atque ut *contemplatio* et *visio* a Latinis nonnunquam pro *specie* et similitudine usurpatur; ita Græcis etiam *θεωρία*, et *θωρία* recentioribus. Unde nil mirum nonnunquam etiam *colorem* significare. Vid. *Salmasii* Exercitatt. Plin. p. 169. 322. 541. et *Boissonad.* ad Herodiani Epimerismm. p. 45. Qui vero philosophi deinceps ad Platonem se applicuerunt: ii *θεωρίας* et cognata vocabula plerumque ad usum Platonis revocarunt, et de rerum divinarum, æternarum, universeque sublimium contemplatione usurpant. Longum est, nec necesse hæc sigillatim persequi. Loquuntur libri Philonis Judæi, Origenis, Clementis Alexandrini, Apponam unum locum Theodori Abucaræ de Unione et Incarnatione p. 71. quo maculam inde abstergam: *ὁ ἡμέτερος νοῦς αὐτὸς ὢν, ὁ διὰ τῶν σωματικῶν ὀφθαλμῶν τῶν ὁρώντων* (leg. *τῶν ὁρατῶν*) *ἀντιλαμβανόμενος, καὶ ἄλλην ὅρασιν ἰδιάζουσαν ἔχει, παρὰ τὴν δι' ὀφθαλμῶν διαρθροῦσαν* (*διαθροῦσαν* correctum: recte) *ἣν καὶ θεωρίαν καλοῦμεν.* Alios locos congessit Suicerus Thes. Eccles. s. v. *θεωρέω, θεωρία,* in his eos, ubi *spiritalis sensus contemplatio* et ipse *allegoricus sensus θεωρία.* dicitur. Proinde *ὑπονοίας* et *ἀλληγορίας* vim induit vocabulum. Quapropter sæpenumero *ἡ κατ' ἀναγωγὴν, κατ' ἀλληγορίαν* sive *κατὰ θεωρίαν ἑρμηνεία* opponitur *τῇ καθ' ἱστορίαν ἑρμηνείᾳ καὶ τῇ κατὰ τὸ κείμενον.* Docet Rittershusius ad Amphilochium in Epistola metrica ad Seleuc. v. 244. p. 768. ed. Orell. Matthæi in annot. 69. ad Quatuor Homilias Joannis Chrysostomi IV. p. 107. Inde eam partem librorum de Hierarchia, quæ in allegorica interpretatione Sacramentorum versatur, *θεωρίαν* inscripsit Dionysius Areopagita. Ex altera parte ii philosophi qui Platonem secuti ethnicas quoque religiones retinuerunt, vocem *θεωρία* partim universe accipiunt de contemplatione, de scientia (Vid. v. c. Plotin. II. 9. 17. p. 216. C.) partim de mentali visione formarum (*τῶν ἰδεῶν* cf. I. 1. 7. p. 4. F.) partim de rerum divinarum scientia, sive de Theologia, præcipue quam Plato tradiderit (Proclus in Platonis Theol. I. 1. p. 1. inf. cf. Longin. ap. Porphyr. de Vita Plotini p. 14.) et in alias quoque partes vocabuli vim convertunt, quæ cum contemplatione ac speculatione, quam nos vocamus, conjunctæ sunt. Jam si quæris, quomodo hoc ipso libro Plotinus accipiat hanc vocem, cum etiam *θεωρίαν γῆς, φυτῶν, δένδρων* agnoscat: actum agerem, si post Marsilii Ficini Commentarium hanc rem recolere vellem. Alia apponam in Annotationibus. Anglice vertit hunc librum THOMAS TAYLOR in libro *Five Books of Plotinus.* Lond. 1794. p. 199. sqq. Germanice ipse verti et cum annotatione exhibui in libro: STUDIEN *herausgegeben von C. Daub und Fr. Creuzer* Vol. I. p. 30—103. (Cæterum quod ea in translatione *θεωρία, θεωρεῖν* ubivis interpretatus eram *Betrachtung, betrachen:* nunc maluerim: *Anschauung, schauen* s. *anschauen.*) Argumentum hujus libri Plotiniani in pronuntiatorum singulorum numerum redegit et (quod in hujus viri scriptis omnibus tenendum est) ad Kantianæ philosophiæ modulum examinavit *Tennemann.* in *Geschichte der Philosophie* Vol. VI. p. 108. sqq.

p. 630, 9. ΠΑΙΖΟΝΤΕΣ *δὴ—σπουδάζειν*] Conferri merentur, quæ de his rebus sibi invicem oppositis sublimiore quodam sensu exponit Noster III. 2. 15. coll. Platon. Phædr. p. 348. Heindf. Tenendum autem apud Plotinum *τὸν σπουδαῖον* eundem esse, qui Socraticis *ὁ καλὸς κἀγαθὸς,* Stoicis *ὁ σοφός.* Cf. Reiz. ad Lucian Icaromenipp. c. 4. Omnino confer Courier. ad Longi Pastorall. p. 206. sq. et Simner in Auctar. Animadverss. ad Long. p. 171.

p. 631, 11. *ἦν ἀφάνταστόν φασι καὶ ἄλογον εἶναι*] Quo sensu intelligendum sit vox *ἀφάνταστος* optime inde disces, si reputaveris, quid Platoni sit *φαντασία.* Qua de re vid. Plat. Sophist. p. 296.

— 13. *Ὅτι μὲν οὖν οὔτε χεῖρες ἐνταῦθα κ. τ. λ.*] Oppugnat in hoc capite Plotinus eorum philosophorum sententias, qui, quæcunque in rerum natura efficerentur, ab elementis et motu quodam, cui nulla superior intelligensque vis ac natura præesset, effici existimarent. Ipse vero, quæcunque fierent in corporibus aut moverentur, effici contendit a natura quadam sive forma incorporea, cui illa subjicerentur, quæ tamen ipsa non aliunde penderet.

p. 631,13. *ἐπακτὸν ἢ σύμφυτον*] Opponit sibi invicem Herodotus *ἐπακτὸν* et *σύντροφον*. VII. 102. conf. etiam Pindar. Olymp. X. 107. ibiq. Scholl. Ad totum locum v. Cudworth. Syst. int. p. 164. ed. Mosh. Alia adposui infra ad p. 380. B.

— 17. *ἢ κοροπλάσται*] Attica hujus vocabuli forma est *κοροπλάθοι*, qua ipse utitur Plato. Vid. Ruhnken. ad Tim. Lex. Plat. p. 149. coll. p. 166. Dicuntur etiam *πηλοπλάθοι*, ut apud Demosthenem in Or. Philipp. I. vid. Wieland. Att. Museum III. p. 468. Ezech. Spanhem. ad Julian. Cæs. (*Preuves des remarques*) p. 107.

p. 632, 5. *καὶ συνεῖναι ὡς μένειν δεῖ*] Fort. leg. *συνιέναι*. Ita correxit Wesseling. ap. Herodot. V. 80. p. 412. ex Codd., ubi erat *συνεῖναι*. cf. ej. annot. p. 11. Sed est *συνεῖναι* ap. Plat. in Cratylo 28. et ap. Antonin. Philos. V. 6. ubi cf. Gataker. Infra tamen c. 3. bis legitur *συνιέναι*.

— 8. *οὐκ ἔσται τὸ κινοῦν πρώτως*] Sensum vocis *κίνησις* apud Platonem, non semper unum eundemque, disces collatis locis Theæt. p. 132. sq. ubi nostrum habes; Tim. p. 301. sq. 348. de Rep. X. p. 298. sq. ubi qualitatum, quas dicunt, mutationem significat; ut apud Plotin. I. 1. 6. ubi *αἴσθησις*: dicitur *κίνησις σώματος*, itemque *ἀλλοίωσις* esse dicitur *γένος κινήσεως*: v. Enn. VI. 3. 21. coll. 23.—Cæterum in verbis *αὐτῆς δὲ οὐδὲν κινούμενον* respicere videtur philosophus noster Platonem in Phædro p. 38. Bekk. p. 244. ed. Heindf., quem locum recepit. Cic. in primum Tusculanarum librum c. 23. 53—55. [et paucis immutatis in librum VI. de Rep. c. 25. 26. (Somn. Scip. VIII.) ubi vid. annot. Moseri p. 504. coll. p. 557—560.] ubi vid. Davisium collata ad Phædrum Heindorfii annotatione.

— 12. *Καὶ γὰρ εἶδος αὐτὴν δεῖ εἶναι*] Quid sit *εἶδος* nostro cognosces ex Platone, quem in hujus vocis significationibus, ut ubique, sequitur Plotinus. Vid. Platon. Sophist. p. 253. Steph. Parmenid. p. 135. Politic. p. 285. (cf. Diog. Laert. II. 19. Aristot. Metaph. I. 6.) Phædon. p. 100. sed adi etiam ipsum nostrum Enn. VI. 3. 9. II. 3. 17. coll. III. 2. 2. et 22. Ad v. *ὕλη* vid. Enn. III. 6. 7. et 9. 10. coll. Plat. Phileb. p. 23. sqq. Tim. p. 50. sqq. A materia universe cogitata distinguitur nostro *ἡ ὑποκειμένη καὶ δημιουργουμένη*. Enn. III. 6. 6. sq. IV. 7. 11.

— 17. *ἐν τοῖς φυτοῖς τοὺς λόγους εἶναι τοὺς ποιοῦντας*] Ita Zeno Stoicus apud Diog. Laërt. VII. 134. *τὸ ποιοῦν (εἶναι) τὸν ἐν αὐτῇ (τῇ ὕλῃ) λόγον τὸν θεὸν—δημιουργεῖν ἕκαστα*. Unde etiam §. 136. dicitur *λόγος σπερματικός*. Cf. Gataker. ad Antonin. p. 141. Est etiam apud Plotinum *λόγος ὁ ἐν σπέρματι*. Enn. III. 2. 2.

p. 633, 2. *ἔσχατος ἤδη καὶ νεκρὸς*] Eodem sensu *νεκρὸν* habes apud Clem. Alex. Strom. IV. p. 633. Inter *εἶδος* et *μορφὴ* distinxerunt etiam antiquissimi philosophi et in primis Aristoteles, quorum loca collegit *Tülleborn. ad* Fragmm. Parmenidis in libro, qui inscribitur *Beitræge Zur Geschichte der Philosophie* VI. 80.

p. 634, 7. *Καὶ εἴ τις δὲ αὐτὴν κ. τ. λ.*] Quæ Iamblichus in Stobæi Eclogis I. 52. p. 880. 882. ex Plotino profert, huc pertinere videntur *Heerenio.* vid. ib. p. 881. not. ej. Cæterum hæc de animæ mundi efficacitate placita suo modo excussit et vero explodere instituit *Tiedemann.* in *Geist d. spekulat. Philosophie* III. p. 323. sqq.

— 12. *ἔχειν—ὑπάρχει*] Eandem constructionem habes apud Xenophont. in Cyrop. IV. 5. 31. cf. Wyttenb. ad Eclog. Hist. p. 381. In seqq. correxi *καί μοι γενομένῃ*. Erat enim sine sensu *γενομένη*.

— 15. *καί μοι τὸ τῆς μητρὸς κ. τ. λ.*] Conf. Enn. II. 9. 2. Ad v. *γεωμέτραι θεωροῦντες* in præcedentibus cf. Diog. Laert. III. §. 84.

p. 635, 7. *καὶ οὐκέτι ἐζήτησεν, ἀλλὰ θεώρημα ἀποτελέσασα*] Velit fortasse aliquis scriptum: *οὐκέτι ἐζήτησεν ἄλλα, θεώρημα ἀποτελέσασα*. Sed neque Codd. addicunt, nec Participii usus pro Indicativo rarus est (vid. *Dorvill.* ad Chariton. p. 624. ed. Lips. Raphel. ad Acta Apost. XXIV. 5.) et Plotinus alibi quoque verbo *ζητεῖν* absolute, quod dicunt, et sine objecto utitur.

— 10. *τὴν τοῦ ὕπνου τοῦ ἐγρηγορότος*] Videtur respicere Plotinus Platonem suum in Tim. p. 52. Conf. Nostrum Enn. II. 5. 3. ibiq. annot. p. 175. C. Lucian. Hermotim. c. 1. Alciphr. Epist. III. 38. ibiq. interprr. Add. Plotin. Enn. III. 6. 6. p. 310. coll. Ficin. p. 340, ubi rem eandem attigi. Conf. et ad p. 307. G. (III. 6. 5.)

— 19. *ἐφιέμενοι δὲ αὐτὸ ἰδεῖν—ὃ μὴ νῷ ἐδύναντο*] Similem differentiam statuit Indorum phi-

losophorum ratio, quæ exponitur in carmine *Bhagavad-Gita*. Etenim ibi (XIV. 5—8.) *Radschas* h. e. terrestris habitus, eorum esse dicitur, qui (cum ad *Sattwa* sive ad veram essentiam ac proinde ad veritatis cognitionem puramque virtutem pervenire nequeunt) ad singulas res delabuntur, rerumque umbras ac species, et agendi studio in varias partes distrahuntur. Vid. *Guil. de Humboldt.* disputat. vernaculam de Carmine *Bhagavad-Gita* in Actis. Societ. Regiæ Berolin. 1826. p. 29. sq.

p. 636, 12. *τὴν ψυχὴν τὴν πρὸ ταύτης*] Tria ponit principia Plotinus, primum *τὸ ἀγαθὸν*, alterum *τὸν νοῦν*, tertium *τὴν ψυχὴν τοῦ παντὸς* s. *τῶν ὅλων*. Qua de re vid. inprimis Enn. II. 9. 1. p. 199. C. coll. III. 5. 3. V. 2. 1. V. 1. 6. V. 1. 3. Hæc est Plotiniana illa Trinitas, quæ apud multos nostro peperit nomen amici Christianorum et Christianismi: quamquam ex eadem ipsa ratione alii eum Tritheismi arguebant. Cæterum confer quæ in Prologomenis 127. V. lit. 6. de Principiis Plotini posuimus.

— 13. *καὶ ἡ ἐξ ὧν ἐγνώκει ὠδίς*] Non semel utitur Noster hac similitudine. Sic Enn. IV. 7. 13. Platonica est. Vid. Sympos. p. 70. Ast. ibiq. laud. Republ. VI. p. 490. p. 285. Bekk.

— 16. *ἐν παιδίῳ, ἴνδαλμα ἔχοντι ἁπάντων*] Respicere videtur Plotinus ad Platonicam de recordatione vel reminiscentia doctrinam, nimirum discere nihil aliud esse, quam recordari (*ἀνάμνησιν*). Vid. Plat. Phædon. p. 72. sq.

p 637, 1. *πρώτῃ μεταλήψει μεταλαμβάνον*] De hoc usu, verbi *μεταλαμβάνειν* vid. *Jacobs.* ad Stobæum p. 256. Ad sequentia *πρόεισιν ἡ ζωή* cf. Enn. II. 9. 2. ubi eadem locutio reperitur. Cæterum hæc omnia sunt Platonica: vide modo de Rep. IV. p. 431. a. cf. Cicer. Tusc. I. 10. Philon. Jud. de victim. offer. p. 858.

— 12. *τῷ ἐξίτηλον καταβαῖνον γίνεσθαι*] De usu vocis *ἐξίτηλος* vario vid. Stephani Thes. L. Gr. s. v. Sturz. in Lex. Xenoph. Wyttenbach. in Selectt. Historr. p. 349. et supra nos ad I. 6. 3. conjunxit autem cum voce *ἀμυδρόν* Basilius Sel. de vita S. Theclæ p. 293. cf. Boissonadii Anecdott. grr. I. pag. 288. Ad v. *ἀψοφητὶ* v. supra ad III. 7. 11. p. 336. F.

— 14. *Καὶ ψυχὴ δὲ ἡ θεωροῦσα*] Pleniorem videri possit habuisse Ficinus hunc locum, siquidem ex ejus versione conjecturam facere licet.

— 17. *ἢ καὶ διὰ τοῦτο πανταχοῦ*] Fic. aliter legisse videtur hunc locum. Legendum fortasse *διὰ τούτου*.

p. 638, 1. *Διὸ ὁ ἡνίοχος τοῖς Ἵπποις δίδωσιν*] Respicit Plotinus tritissimum Platonis locum in Phædro p. 272. Heindf. de auriga duobusque equis diversis. Idque et aliis locis apud Nostrum fit et Enn. I. 6. 8. et 9. ad quos locos vid. Wyttenbach. in Epist. Crit. p. 250. ed. Schæfer.

— 11. *τοῦτο δὲ ποῦ; ἐν ψυχῇ*] Cf. Platon. Phædon. p. 96. p. 83. Bekk. ibiq. Wyttenb. p. 254.

— 16. *εἴσω κεῖται.*] Hic usus vocis *εἴσω* recentioribus scriptoribus familiaris est. Vid. *Valckenaer.* ad Eurip. Phœniss. p. 727.

p. 639, 16. *εἶτ' ἐπανιοῦσα, πάλιν θεωρεῖ*] Cf. Enn. V. 8. 10. I. 6. 9. ubi est *ὄψις ἤδη γενόμενος*. Sed totus locus conferendus.

p. 640, 3. *ἤδη γὰρ οὗτος πρὸς τὸ ἓν*] Conf. Clem. Alex. Strom. IV. 23. ubi de præcepto Pythagorico *ἕνα—μοναδικὸν γενέσθαι*.

— 11. *ποιοῦντα δεικνῦσι*] Ed. *δείκνυσι*. Ego correxi, ad *ὑποστάσεις* referens.

p. 642, 4. *ἡ δὲ ἐναργεστέρα αὕτη*] Ita correxi, motus capite hujus libri tertio p. 346. A.

— 18. *ὡς βέλτιον αὐτῷ*] Fic. legisse videtur *ᾧ βέλτιον*, omisso *αὐτῷ*. Quod ad sententiam commode.

p. 643, 8. *καὶ σωρός τις συμφορητὸς ἔσται*] Eodem sensu vocabulum *σωρὸς* usurpat Plotini discipulus, Porphyrius, ap. Stob. Eclogg. p. 823. Heeren.

p. 644, 1. *δεῖ τὸ πρὸ τοῦ δύο λαβεῖν*] Hæc et sequentia excutere studuit *Tiedemann.* in *Geist. der spekul. Philosophie* III. p. 374. sqq. et p. 386. qui hoc unitatis placitum a Pythagora et Platone sumsisse Plotinum dicit.

— 7. *Τί οὖν τοῦτο, καὶ ποῖόν τι κ. τ. λ.*] Quomodo conveniant *ὁ νοῦς* et *τὸ ὄν* et quid differant ex Plotini sententia v. Enn. V. 9. 2. D. coll. V. 2. 1. V. 3. 13.

— 14. *ἁλίσκοιτο ἐπιβολῇ ἀθρόᾳ;*] Quod h. l. est *ἐπιβαλὴ* Platoni est *ἐπέρεισις*: quo ipso utitur etiam noster paullo superius cum dicit: *ἐρείδοντες τὴν διάνοιαν*. Conf. Ign. Rossi Commentat. Laërt. p. 277. Qui usus est Epicureorum.

Stoicorum ejusdem verbi usum v. ap. Stob. Eclogg. p. 120.

p. 644, 17. *ὥσπερ εἰ φωνῆς*] Similitudinem vocis sectatus est etiam Nicol. Methonensis in Procli Inst. Theol. c. 23. p. 43.

p. 645, 8. *διέξοδος*] De hac voce egimus supra p. 189. B. Add. Clem. Alex. Strom. IV. 25.

— 9. *ἀκριβῶς, καὶ οὐχ ὁλοσχερῶς*] Vid. de hoc usu vocis *ὁλοσχερῶς* Gataker. ad Antonin. p. 11. qui idem ad v. *ἀδιαρθρώτως* conferendus p. 83.

— 11. *καὶ ἀρχὴ ζωῆς*] Ex Platonicis hæc fontibus ducta. Vid. Cratyl. p. 396. Steph. Phileb. p. 26. sq. Conf. Clem. Alex. Vol. I. p. 638. Potter.

p. 646, 15. *ἀφήσουσιν αὐτῶν τὰ ῥεύματα*] Vocem *ῥεύματα* non recte intellexit Fic. Veram significationem exhibet Ammonius s. v. *ῥεῖθρον*. p. 122. Igitur correximus.

— 17. *οἷον ἐν ῥίζῃ ἱδρυμένης*] Eadem comparatione utitur noster etiam Enn. III. 3. 7. Inde correxi in seqq. *ἔμεινε δὲ αὐτὴ* pro *αὖτη*. Illo vero loco ex nostro, vel sine libris, corrigendum fuisset *μενούσης* pro *ἐνούσης*. Vid. quæ ibi annotavimus p. 277. B. C. et infra IV. 3. 4. p. 375. B. et annott. ad p. 390. c. 25. A.

p. 647, 4. *ὃ μὴ πλῆθος ἦν.*] *Brucker.* in Hist. Crit. Philos. II. p. 395. ex hoc loco ita: "Principium omnium non est omnia, sed super omnia et potestas omnium, quæ quidem nisi esset, neque cetera forent. Super—ens nempe, quod neque movetur neque dividitur, neque multiplicatur, licet omnia ex eo prodeant." Deinde conferri jubet locos Plotini V. 1. 7. p. 489. V. 2. 1. p. 493. VI. 2. 9. p. 603. Tum de loco Iamblichi de Mysterr. VIII. 2. p. 158. disputat, partim obloquens *Cudworthoin* Syst. Intell. c. IV. §. 36. p. 732—734. partim cum eo faciens. Cf. eundem *Bruckerum* p. 403. sq.

— 7. *καὶ ἐφ'—εἰς ὃ ἀνάξεις*] Hæc glossam redolent: quare uncinis inclusi; ut in seqq. verba *τοῦτο δὲ ἡ ἀρχὴ μένουσα.*

— 12. *καὶ τὸ τίμιον*] Conf. Platon. Politic. p. 286.

— 15. *μὴ ὄντος, μὴ οὐσίας, μὴ ζωῆς*] Platonem respicit de Rep. VI. p. 509. Steph. p. 320. Bekk.

p. 648, 1. *τῇ προσβολῇ*] Explicat hanc vocem Scholiastes Eurip. ad Medeam p. 271. ed. Beck. voce *θέα*. Hac sententia eodem vocabulo utuntur Plato in Theæteto et Philo Judæus, quamquam ille addit *τῶν ὀμμάτων*, hic *τῆς ὄψεως*. Plane ut h. l. redit apud nostrum Enn. V. 8. 10.

— 2. *μετ' αὐτὸ δι' αὐτὸ οὖσιν*] Legendum videtur *δι' αὐτοῦ*.

— 5. *Ὕλη δὲ ἐν νοητοῖς*] Ante hæc excidit fortasse pars enunciati, quo *μὲν* contineretur, quodque ad *εἶδος νοῦ* pertineret.—Similitudine a videndo ducta explicat Plotinus naturam *τοῦ νοῦ* eodem modo Enn. V. 3. 5. p. 500. *Νοῦς ὁρᾷ* jam erat sententia Epicharmi. V. Davis. ad Cic. Tuscc. I. 20. Jacobs. ad Eurip. Helen. Animadverss. c. X. p. 139.—Disputat de his *Tiedemann* in libro *Geist der spekul. Philos.* III. p. 381. sq. Congruunt autem hæc Plotiniana decreta cum decretis *Unitariorum*, quos dicunt, inter Indiæ philosophos, hoc est eorum, qui in Metaphysicis non admittunt principium summum, quod duplex sit, in ethicis autem neque amori neque odio, nec gaudio nec dolori obnoxii, *non duplices* sunt, *nec in duplicibus versati*; quam unitatem primam virtutem omnium ponit *Bhagavad-Gita*. Vid. *Eugen. Burnouf.* annot. in *Abel-Rémusat Mélanges Asiatiques* Tom. I. p. 454.

— 12. *Φθεγξάμενος οὖν κ. τ. λ.*] Cf. Annot. ad Procli Inst. Theol. c. 8. p. 16.

— 16. *ἀγαθοειδὲς*] Vocabulum *ἀγαθοειδὴς*, adjunctum *τῷ νῷ*, Platonicum est, de Rep. p. 509. a. p. 236. Ast. Conf. Plotin. Enn. VI. 7. 18.

p. 649. 7. *Τοῦ δὴ νοῦ καλοῦ ὄντος*] Platonicum est: de Rep. VI. p. 508. Steph. p. 319. Bekk.

— 8. *ἐν φωτὶ καθαρῷ*] Respicit Platonem de Rep. X. p. 616. St. Coll. Plotin. Enn. V. 3. 8. IV. 5. 7. Philon. Jud. de Victim. off. p. 859.

— 9. *ὁ καλὸς οὗτος κόσμος*] Hujus appellationis auctor fuisse dicitur Pythagoras ap. Diog. Laërt. VIII. Photium Biblioth. Cod. 659.—Conf. Platon. in Gorg. p. 508. a. inprimis in Tim. p. 29. a. unde nostri loci verba sunt hausta.

— 11. *μηδ' ἄμετρον*] Platon. Phileb. p. 66. a. —*ἀλλὰ πρῶτον μέν πη περὶ μέτρον καὶ τὸ μέτριον καὶ καίριον κ. τ. λ.*

— 12. *Θάμβος—ἔχοι*] Homericum est. Iliad. γ. 342. et sæpius.

— 13. *καὶ αὐτοῦ γενόμενον ἕνα*] Ne quis emendatum velit *αὐτῷ*, verbo moneo aliam hujus loci

rationem esse aliam eorum ubi Noster Verbum ἐνοῦσθαι cum Dativo jungit Clem. Alex. Vol. I. p. 635. esse ἐνούμενον ἐν αὐτῷ.

p. 649, 16. τὸν κἀκείνου ποιητὴν] Platonicum hoc est ex Rep. VI. p. 506. St. p. 315. Bekk. et p. 508. p. 318.

p. 650, 1. κόρου—κόρος—κεκορέσθαι] Consulto in his vocabulis ludere Plotinum intelligas comparatis his ejusdem locis III. 6. 14. V. i. 4. V. i. 7. V. 9. 8. Adde de vocc. κόρος, κόρη Corayi Ἄτακτα I. p. 87. sq.

— 3. τοῦ ἀνενδεοῦς] Vetustissimi philosophi (physiologi) τῷ παντὶ et τῷ ὄντι adscripserunt τὸ ἀνενδεές v. c. Parmenides. Vid. Tülleborn. l. c. VI. p. 73. ibiq. Simplicium.

LIB. IX.

p. 655, 7. ΕΠΙΣΚΕΨΕΙΣ ΔΙΑΦΟΡΟΙ] Inter priores libros Plotini referendus, si tempus respicis, quo singuli deinceps scripti sunt. Tenet enim locum decimum tertium. Vid. Porphyr. de Vita Plotini cap. IV. et cap. XXIV. p. 100. et p. 143. ed. Fabric. De singulis quæstionibus, quas hic agitat noster philosophus, dicendi nobis otium fecit Ficinus in suo commentario. Laudat autem hunc ipsum librum Proclus; cujus verba in annotatione ad primi capitis initium adscribentur.

— 10. Νοῦς, φησιν, ὁρᾷ ἐνούσας ἰδέας] Plato in Timæo p. 39. p. 40. Bekk.—ᾗπερ οὖν νοῦς ἐνούσας ἰδέας τῷ ὃ ἔστι ζῶον, οἷαί τε ἔνεισι καὶ ὅσαι, καθορᾷ, τοιαύτας καὶ τοσαύτας διενοήθη δεῖν καὶ τόδε σχεῖν. Locum supra bis attigit Plotinus, p. 200. E. ubi Epicharmi illud, licet aliquanto diversum, Νοῦς ὁρῇ κ. τ. λ. attigimus; et p. 204. A. Quas autem h. l. dicit ἰδέας, eas εἶδη proxime appellat. De quo vide Wyttenb. ad Platon. Phædon. p. 270. et supra p. 58. A.

— 14. τὸ τοίνυν ζῶον αὐτὸ, οὐ νοῦς, ἀλλὰ νοητὸν, αὐτὸ φήσομεν] Legito mihi hæc in libro de Numeris c. VIII. infra p. 678. A: ἐπειδὴ τοίνυν καὶ ζῶον πρώτως ἐστὶ, καὶ διὰ τοῦτο αὐτοζῶον καὶ νοῦς ἐστι καὶ οὐσία ἡ ὄντως. Quam diversitatem etiam indicat Proclus in Platonis Timæum p. 130: τὸ αὐτοζῶον Πλωτῖνος μὲν διχῶς ὑποτίθεται, ποτὲ μὲν τοῦ νοῦ κρεῖττον, ὡς ἐν ταῖς διαφόροις ἐπισκέψεσι, ποτὲ δὲ καταδεέστερον, ὡς ἐν τῷ περὶ ἀριθμῶν, ὁπόταν λέγῃ πρῶτον εἶναι τὸ ὂν, εἶτα νοῦν (f. τὸν νοῦν), εἶτα τὸ αὐτοζῶον. Hæc ille eo in loco. Alia apponam infra ad l. l. libri *de Numeris*.

— 17. ἐκεῖ γὰρ καὶ τὴν ἀλήθειάν φησιν εἶναι ἐν τῷ ὄντι] Platon. Tim. p. 28. p. 22. sqq. Bekk. Phileb. p. 64. de Republ. VI. p. 486.

p. 656, 2. Ὁ γὰρ καθορᾷ—ἐν αὐτῷ κ. τ. λ.] Cf. infra p. 526. E: οὕτω δὴ καὶ νοῦς—θεάσεται οὐκ ἄλλο ἐν ἄλλῳ φῶς, ἀλλ'—αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ μόνον, καθαρὸν ἐφ' ἑαυτοῦ ἐξαίφνης φανέν. Cæterum in his quoque quædam quasi semina agnoscas *Kantianæ* rationis et quæ hanc nuper in Germania secutæ sunt, licet, præter *Schellingium* et *Hegelium*, viros ingeniosissimos, neminem ex his philosophis credam has Enneadas lectitasse.

p. 657, 13. διὸ οὐκ ἐν τῷ σώματι—ἀλλὰ τὸ σῶμα εἰς αὐτὴν] Alcinous de Doctrina Platonis hanc hujus philosophi de anima mundi prodit sententiam cap. XIV. p. 489. ed. Lugd. Bat. 1614: τῆς δὲ ψυχῆς (τοῦ κόσμου) ταθείσης ἐκ τοῦ μέσου ἐπὶ τὰ πέρατα, συνέβη αὐτὴν τὸ σῶμα τοῦ κόσμου κύκλῳ διὰ παντὸς περιέχειν καὶ περικαλύψαι· ὥστε ὅλῳ τῷ κόσμῳ αὐτὴν παρατεῖναι, καὶ τοῦτον τον τρόπον αὐτὸν συνδεῖν τε καὶ συνέχειν. Ceterum Christoph. Contoleon in Excerptis Plotinianis in Cod. Vat. n. 2141. hæc ita profert: Διὸ καὶ Πλάτων καλῶς τὴν ψυχὴν οὐ θεὶς ἐν τῷ σώματι ἐπὶ τοῦ παντὸς, ἀλλὰ τὸ σῶμα ἐν τῇ ψυχῇ.

p. 658, 3. οἷον κενεμβατοῦσα, καὶ ἀοριστοτέρα γιγνομένη] De verbo κενεμβατεῖν adde iis, quæ nuper laudata sunt in Steph. Thes. Valpyano—Londin. Hesych. Phot. Suid. Zonar. Etymol. Magn. Etymol. Gud. in voce. Alex. Mori Comment. ad Coloss. II. 18. Ego adjiciam venustum locum Plutarchi de Fortun. Alex. M. II. p. 336. F. de hujus regis exercitu:—εἶτα ἐκλείποντος εὐθὺς, ὁ Λεωσθένης ἔλεγε τὴν δύναμιν ἐμπλανωμένην ἑαυτῇ καὶ περιπίπτουσαν οἰκείοις τῷ Κύκλωπι μετὰ τὴν τύφλωσιν ἐκτείνοντι πανταχοῦ τὰς χεῖρας, ἐπ' οὐδένα σκοπὸν φερομένας. οὕτως ἐρέμβετο κενεμβατοῦν καὶ σφαλλόμενον ὑπ' ἀναρχίας τὸ μέγεθος αὐτῆς. Locum tractavit Wyttenb. in Animadvv. in Plutarchi Apophthegmm. Regg. p. 1074: de illo verbo nihil monuit; ad cujus usum intelligendum tenendus est hic ipse locus Plotinianus. Stob. Eclogg. Physs. I. 26. p. 534. Heer. Xenophanes de eclipsi solis:—κατὰ δέ τινα καιρὸν ἐκπίπτειν τὸν δίσκον εἴς τινα

ἀποτομὴν τῆς γῆς οὐκ οἰκουμένην ὑφ' ἡμῶν, καὶ οὕτως ὡσπερεὶ κενεμβατοῦντα ἔκλειψιν ὑποφαίνειν. Basilius Cæsar. Homil. XVI. p. 504: Ἄφες σεαυτοῦ τὸν νοῦν δραμεῖν ὅσον βούλεται, καὶ διατεθῆναι ἐπὶ τὰ ἄνω· εἶτα εὑρήσεις αὐτὸν μυρία πλανηθέντα, καὶ πολλὰ κενεμβατήσαντα, καὶ πάλιν ἐπανιόντα πρὸς ἑαυτὸν κ. τ. λ. cf. Suicer. Thes. Eccles. II. p. 85.

p. 659, 5. ταῦτα ἄρα εἶδεν, ὅσα ἐνέργειαι] Fallor, aut hunc locum ante oculos habuit Philoponus, cum hæc scribebat in Aristotel. de Anima fol. 1. p. a: Ἔστι γὰρ ὁ νοῦς οἷον ἕξις τῆς ψυχῆς τελειοτάτη· ὅθεν περὶ τούτου λέγων ὁ Πλωτῖνός φησιν, ὅτι ὅστις δὴ ἐνήργησεν, οὗτος οἶδεν ὃ λέγω. ἅτε δὴ τῆς τοιαύτης καταστάσεως μηδὲ λόγῳ ἑρμηνευθῆναι δυναμένης. Utut est, mihi cum Vaticano libro et Ficino legendum videtur οἶδε vel potius οἶδεν. Proxime e marg. Edit. in ordinem recipiendum videtur, οἱ ὄντες pro οἱ ὄντως, hac sententia: Quod si vero actus sunt intellectus, qui hoc pacto se ipsos intelligunt: intelligibile sumus nos, qui sumus.

LIB. I. ENNEAD. QUARTÆ.

P. 667, 7. ΠΕΡΙ ΟΥΣΙΑΣ ΨΥΧΗΣ] Sequuntur libri *de Anima*, quos omnes in hac quarta Enneade complexus est Porphyrius. Vid. de Vita Plotini c. 25. p. 143. sq. Fabric. Est primus hic libellus ex temporis ordine quartus. Vid. ibid. et cap. 4. p. 100. Turbatum autem esse in his libris arguunt Codices. Vid. Var. Lect. ad finem libri IX. Enn. III. p. 359. B. Plura etiam antiquitus in iis lecta esse, quam hodie in libris MSS. et in Editione comparent, ex altera, Eustochii nimirum, editione Plotinianorum operum ut videtur desumpta, proxime indicabimus ad inscriptionem libri alterius p. 361.

Argumentum horum novem librorum quod attinet conjunctum est illud cum primariis locis Platonis cum in aliis dialogis tum in Phædro p. 247. atque in Timæo p. 34. sqq. (ex quo posteriore etiam Plutarchus conscribendi libri *de Animæ procreatione* ansam arripuit,) cum decretis Aristotelis *de Anima*, præsertim libro II. et III. Neque vero reliquorum quoque philosophorum sententias, non respexit Plotinus. Atque ut strictim tantummodo attingam, quæ principes philosophorum in hac doctrina posuerunt, Ægyptiorum sententiam prodit ipse Historiæ parens II. 123. cui non contradicere ea, quæ Pausanias in Messen. c. 32. de Indorum et Chaldæorum sapientibus memorat, alibi docui, in Commentt. Herodott. I. p. 315. sqq. Duplicem esse animam Ægyptios tradidisse testatur Iamblichus de Mysterr. VIII. 6. p. 162. Gal. Ac sicut alia, ita hanc quoque doctrinam illis communem dicas cum doctrina Pythagoreorum Crito enim sive Damippus ap. Stob. in Florileg. Tit. III. p. 75. p. 106. Gaisf. ita: ἐν δὲ τῷ ἀνθρώπῳ ἁ συναρμογὰ τῷ ἀλόγῳ μέρεος τᾶς ψυχᾶς ποτὶ τὸ λόγον ἔχον, ἀρετά. Plura de Pythagoreorum in hac re decretis vid. ap. Cic. de N. D. I. 11. cf. Diog. Laërt. VIII. 27. et præcipue Alcinoum de Doctrina Platonis, qui tribus potissimum capitibus XXIII—XXV. Platonis de animo placita in compendium redegit. Idem Tullius in Tusculanis I. 10. itemque de Divinat. I. 29. Platonis, in quem Aristoteles de Anima in recensendis antiquorum sententiis iniquior est, distinctionem *triplicis animi*, *rationis*, *iræ*, *cupiditatis*, ut vertit, attigit. De Aristotelis ἐντελεχείᾳ proxime videbimus ad initium sequentis libri. Ad eum in plerisque se applicuit Alexander Aphrodisiensis in duobus libris *de Anima*; de quibus consule Fabricii Biblioth. Gr. Vol. V. p. 660. sqq. ed. *Harles*.—Stoici varias animæ humanæ partes distinguebant, eique, quam præstantissimam censebant, nomine τοῦ ἡγεμονικοῦ principatum deferebant. Atque Chrysippus octo animæ partes dinumerasse dicitur (Galen. de Hippocrat. et Platon. Decretis p. 275. ed. Basil. Marcus Antonin. II. 2. Diog. Laërt. VII. 50. et 110. Tertullian. de Anima c. XVI. Cf. etiam doctissimi *Bagueti* Commentat. de Chrysippo p. 89. sq. p. 181. sqq.) Sed veterum philosophorum de Anima vel somnia et opiniones, vel sen-

tentias et subtiliter excogitata placita, quæ infinita sunt, ab iis scriptoribus tradita in primis sunt, qui *de Anima* libros composuerunt. In his primus est trium Aristotelis, in quo antiquorum decreta philosophorum dijudicari diximus. Sequuntur Theophrastus, Dicæarchus, Alexander Aphrodisiensis aliique Peripatetici. Chrysippi duodecim et fortasse plura exstitisse περὶ ψυχῆς volumina videntur (*Baguet* l. l.), Cicero hunc Historiæ Philosophicæ locum cum alibi attingit, tum præsertim in Tusculanarum Disputationum libri primi capitibus IX. et X. Ex Platonicorum familia, qui multi de Anima commentati erant, ii partim priorum etiam philosophorum decreta memorasse putandi sunt, ut Porphyrius in libris *de viribus animæ* et *de animæ immortalitate*. (Vid. Heeren. de Fontibus Eclogarum Jo. Stobæi §. 53. p. 211.) Iamblichus inprimis, cujus librum περὶ ψυχῆς pro mere historico habet idem vir doctus (§. 44. p. 203.). Atque ex his aliisque scriptis omnia sua consarcinaverunt Plutarchus, qui fertur, de Placitis Philosophorum IV. 2—23, et, qui in hoc loco multo diligentior copiosiorque reperitur, Jo. Stobæus in Eclogis Physicis I. 52. quando de Anima sententiæ ab eo collectæ quartam totius libri Physicorum partem occupant. (Heeren. ad Stob. I. p. 794.). Plotini mentionem idem facit p. 866. 880. 886. 894. 896. (ubi perperam Πλοτίνου impressum) 902. 924. 1056. Heerenii. Idem Stobæus ibid. I. 52. §. 13. sqq. Excerpta Porphyrianarum ἀφορμῶν πρὸς τὰ νοητὰ exhibet; quæ in Porphyrii Opusculis ab *Holstenio* Romæ 1630. emissis et in editione Cantabrigiensi §. 15—23. §. 39. p. 222—228. p. 246. sq. leguntur, et, sicut reliqua ejusdem libri, Plotinianarum disputationum summam continent. Tertullianus etiam de Anima haud pauca habet, unde priorum philosophorum pronuntiata discas, nec minus Nemesius in capite secundo libri de Natura Hominis, quod περὶ ψυχῆς inscribitur p. 67. sqq. ed. Matthæi. Cassiodorius denique, licet sacrorum scriptorum maxime auctoritate usus, nec ipse tamen nihil habet, quod ad veterum doctrinam philosophorum quodammodo facere videatur. Supra profectus sum a Platonis Aristotelisque mentione, quoniam horum duumvirorum sententias potissimum respicit Plotinus in his libris de Anima. Stoicorum etiam admonui lectores nostros, quod eos subinde refutare studet. Etenim Eusebius in P. E. XV. 22. p. 824. locum longiorem, quem ex his Plotinianis libris (infra p. 456. sqq.) desumpsit, ita inscripsit: Πρὸς τοὺς Στωϊκοὺς, ὅτι οὐ δύναται σωματικὴ εἶναι ἡ ψυχὴ, ἀπὸ τοῦ περὶ (ἀθανασίας nimirum) ψυχῆς Πλωτίνου. Hæc Eusebiana memorat etiam *Justus Lipsius* in Physiologia Stoicorum lib. III. Dissert. 13. p. 617. Operum. Plotino rursus oblocuti sunt plures uti Nicephorus Chumnus sive Nathanaël, qui in Antithetico suo, Plotini de Anima sententias primarias diruere studet; itemque Anonymus de Anima. Quos libellos cum aliorum Excerptis huic Enneadum Corpori adjunximus. Atque ex Plotini, Procli aliorumque Platonicorum scriptis Hæreticorum falsas de Anima opiniones repetunt passim Christiani scriptores. De Proclo hoc nomine sæpius conqueritur Nicolaus Methonensis, quem nuper Voemelius noster edidit. Plotinum, quod attinet hæc Nemesius de Natura Hominis p. 9. p. 36. ed. *Matthæi*: Τινὲς μὲν, ὧν ἐστι καὶ Πλωτῖνος, ἄλλην εἶναι τὴν ψυχὴν καὶ ἄλλον τὸν νοῦν δογματίσαντες, ἐκ τριῶν τὸν ἄνθρωπον συνεστάναι βούλονται, σώματος, καὶ ψυχῆς, καὶ νοῦ. οἷς ἠκολούθησε καὶ Ἀπολλινάριος ὁ τῆς Λαοδικείας γενόμενος ἐπίσκοπος. Michaël Glycas Annall. Part. I. p. 70. ed. Paris. p. 54. Venet. item de Apollinarii sententia *duas in homine animas esse* exponens ita pergit: ἀλλὰ καὶ Πλωτῖνος ὁ σοφὸς, ᾧ δὴ καὶ Ἀπολλινάριος ὁ Λαοδικεὺς ἠκολούθησε. Tum Basilii Magni decreto de Anima et Geneseos loco: καὶ ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν, illam sententiam de anima triplici confutare studet. Ex hujusmodi locis conjici licet Plotinum tunc temporis magis lectitatum esse, quam ipsum Platonem; quandoquidem hic philosophorum deus ab eadem culpa non immunis erat.

p. 665, 13. ὁμοῦ δὲ πᾶσαι ψυχαὶ, ἐν ἑνὶ τῷ κόσμῳ, οὐκ ἐν διαστάσει τοπικῇ] Conf. Platonis Phædr. p. 247. et Hermiam in eum p. 142. et Astium in Commentar. p. 301. sq. qui etiam Plotini hunc locum adhibuit Platoni. Ad proxima facit Porphyrius de Gradibus, sive in ἀφορμ. πρ. τὰ νοητὰ ap. Stob. Eclogg. Physs. I. 52. 13. p. 814. Heer. Ἡ μὲν ψυχὴ τῆς ἀμερίστου καὶ περὶ τὰ σώματα μεριστῆς οὐσίας μέσον τι (μέσον ἐστί Holsten.) ὁ δὲ νοῦς ἀμέριστος οὐσία μόνον, τὰ δὲ

σώματα μεριστὰ μόνον (*τὰ δὲ σώμ.—μόνον* desunt ap. Holst.) *Αἱ δὲ ποιότητες καὶ τὰ ἔνυλα εἴδη, περὶ τὰ σώματα μεριστά.* Conferenda autem sunt cum hoc loco, quæ supra p. 216. A. posuit Plotinus.

p. 666, 3. *οὐ γὰρ ὅλη—ἐληλυθός*] In his a Platone dissentire Plotinum monstrare studet ipse cum Platone faciens Hermias in Phædrum cap. 28. p. 147 :—*λάβοις δ' ἂν ἐντεῦθεν, ὅτι κατὰ Πλάτωνα πᾶσα κάτεισιν ἡ ψυχή, εἴγε ὃς ἡνίοχός ἐστιν αὐτῆς τὸ ἀκρότατον ὃν φησι κακύνεσθαι, καὶ οὐχ, ὥς φησι Πλωτῖνος, τὸ μὲν τῆς αὐτῆς κάτεισι, τὸ δὲ μένει ἄνω.* Alia de hac sententia quære infra ad librum sextum hujus Enneadis.

— 5. *ἐκ τῆς ἀμερίστου—μεριστῆς*] Leguntur hæc in Platonis Timæo, et plenius laudantur infra p. 364: D.

LIB. II.

p. 667, 7. ΠΕΡΙ ΟΥΣΙΑΣ ΨΥΧΗΣ [ΟΣ—ΑΝΑΓΙΓΝΩΣΚΕΣΘΑΙ] Liber vigesimus et primus e ratione temporis. Porphyrius de Vita Plotini cap. 25. ita inscribit: *περὶ οὐσίας ψυχῆς δεύτερον.* Alio autem loco, cap. 4., ita: *πῶς ἡ ψυχὴ τῆς ἀμερίστου καὶ μεριστῆς οὐσίας μέση εἶναι λέγεται.* Neutro vero verba agnoscit, quæ nos uncinis inclusimus, quæ nec in libris aliquot Mscrr. leguntur. Videtur tamen hoc ipsum glossema in causa fuisse, cur horum priorum Enneadis quartæ librorum ordo conturbatus sit in aliquot Codd. Qua de re monitum est in Varia Lectione ad finem libri ultimi Enneadis tertiæ. Sed in hujus ipsius libri secundi initio, ni prorsus fallimur, vestigium comparet duplicis recensionis harum Enneadum, Eustochianæ (cujus mentionem facit Scholion infra p. 423. B. in plurimis Codicibus adpositum) et Porphyrianæ. Etenim Eusebius in Præparatione Evang. XV. 10. p. 811. ed. Colon. locum longiorem Plotini nomine exhibet, qui, cum de Entelechia Aristotelea agat, ad hujus libri secundi initium referendus videatur, neque tamen cum iis, quæ in Plotini Codd. MSS. et editione exstant, congruit. Eadem Eusebiana leguntur etiam in Codd. Vindobonn. XI. et XIV. (Vid. Fabricii Bibl. Gr. Vol. V. p. 698. ibiq. Harles.) Accedit et hoc quod Eusebius illa Plotiniana ita infert: *Πλωτίνου, ἐκ τοῦ περὶ ἀθανασίας ψυχῆς δευτέρου, πρὸς Ἀριστοτέλην, ἐντελέχειαν τὴν ψυχὴν φήσαντα εἶναι.* Locus ipse ita incipit: *τὸ δὲ τῆς ἐντελεχείας ὧδ' ἄν τις ἐπισκήψαιτο, πῶς περὶ ψυχῆς λέγεται.* Sequitur accurata disquisitio ipsius placiti Aristotelei, quod in hoc Enneadum loco contra, tanquam falsum nec aptum declarandæ animæ paucis verbis prætermittitur. Jam cum neque exstet secundus Plotini liber de *immortalitate animæ:* merito hæc res mirationi fuit et Fr. Vigerio in Notis in Euseb. p. 77. et J. A. Fabricio in Annott. in Porphyr. de Vita Plotini p. 144. lit. u. Ego, ut meam qualemcunque sententiam explicem, rem ita expediri posse crediderim: Conscripserat reapse Plotinus, quæ apud Eusebium leguntur contra Entelechiam disputata, quæ provide in suam recensionem recepit Eustochius, unde ea Eusebius desumsit. Porphyrius contra, infestior ei doctrinæ, postea vel Plotino persuasit, vel sibi ipse hoc sumsit, ut pro ea Disquisitione, quam Eusebius habet, eam formulam prætermissionis, quam in nostro Enneadum loco legimus, reponeret, præcipue cum a se ipso funditus eversam istam Entelechiam credere posset. Legito mihi caput sequens (XVI.) Eusebii, ubi Porphyrius ipse contra Entelechiam insurgit, in his hæc: (p. 812. C.) *πῶς γὰρ οὐχ αἰσχρὸς ὁ Ἐντελέχειαν τιθεὶς λόγος κ. τ. λ.*; Quod vero *secundum* de immortalitate librum citat Eusebius, qui in Plotinianis non exstat: primum quæritur, utrum re vera Eusebius scripserit:—*ἐκ τοῦ περὶ ἀθανασίας ψυχῆς δευτέρου*: an potius: *ε. τ. π. οὐσίας ψ. δ.* Sed potuit etiam hunc librum *περὶ ἀθανασίας* inscribere vel Eustochius vel Eusebius, quia omnes hi libri hujus Enneadis, certe plurimi, et hic ipse secundus ad quæstionem *de immortalitate animi* pertinent. Ac supra vidimus (ad titulum libri primi p. 360. A.) eundem Eusebium Plotini librum de immortalitate animæ simpliciter laudare (P. E. XV. 22.): *περὶ ψυχῆς.* Neque enim mihi persuaderi patiar: Porphyrianum recensionem caruisse aliquo libro Plotiniano, quem Eustochiana habuerit: Utut est: Nos illa, quæ apud Eusebium leguntur, cum hoc libro conjungenda censuimus, ne Lectores quidquam desiderarent, quod a Plotino profectum sit. Anglice versum hunc librum exhibet Thomas Taylor in *Select Works of Plotinus* p. 309. sqq.

p. 667, 11. *οὐδὲ ἐν ἀσωμάτοις αὖ ἁρμονίαν*] Hæc supra tractavimus ad pag. 307. E.

p. 668, 2. *Λέγομεν δὴ*] His sententiis Plotinum *Scholasticis*, qui dicuntur, philosophis prætulisse arbitratur Tiedemann. in libro: *Geist der spekulat. Philosophie* III. p. 308. Tennemann. autem in *Geschichte der Philosophie* VI. p. 182. sqq. Plotinum dicit luculentius, quam ipsum Platonem, explicasse, animam a materia prorsus immunem, sive ab omni concretione mortali segregatam esse, primumque omnium certis rationibus liquido monstrasse, quomodo inter se differunt animi et corporis naturæ: sed tamen negando magis, quam affirmando hæc docere potuisse Lycopoliten philosophum. Ac ne contraria etiam judicia silentio premere videar velle, Heerenius ad Stobæi Eclogg. Physs. et Eth. I. p. 866. Plotinum in iis, quæ de natura animæ disputat, fluctuare arbitratur.

p. 669, 7. *μεριστὸν γενόμενον οἷα—ποιότητες πᾶσαι*] Cf. Porphyrii sententias XXXIX. p. 247. ed. Cantabr. Idem ibid. ap. Stob. Eclogg. Physs. I. 52. 13. p. 814. Heer.: *Αἱ δὲ ποιότητες καὶ τὰ ἔννυλα εἴδη, περὶ τὰ σώματα μεριστά.* De coloribus locus primarius est in Platonis Timæo p. 67. sq. p. 93. sqq. Bekk.

p. 670, 10. *ἡ δ' ὁμοῦ μεριστή τε—φύσις, ἣν δὴ—Καὶ ὁ—τὴν δύναμιν αὐτῆς κατιδὼν*] Porphyrius in Sententt. XXXIX. p. 246. Cantabr. et in Stobæi Eclogg. Physs. I. 52. 19. p. 822. sq. Heer.: *Ἀπειροδύναμις γὰρ ἡ τῆς ψυχῆς φύσις καὶ καθ' ἕκαστον τὸ τυχὸν αὐτῆς, ψυχὴ, καὶ αἱ* (abest a Stob.) *πᾶσαι, μία· καὶ πάλιν ἡ ὅλη ἄλλη παρὰ πάσας. Ὡς γὰρ τὰ σώματα ἐπ' ἄπειρον τεμνόμενα οὐ καταλήγει εἰς ἀσώματον* (Stob. *ἀσώματα*, quod Heerenius non debebat recipere) *κατ' ὄγκον μόνον* (abest a Stob.) *λαμβανόντων* (*λαμβάνοντα* melius edit.) *τῶν τμημάτων τὴν διαφορὰν, οὕτω ψυχὴ, εἶδος* (abest a Stob.) *οὖσα ζωτικὸν, ἐπ' ἄπειρον* (*ἄπειρα* edit.) *κατὰ τὰ εἴδη συνείληπται, παραλλαγὰς* (*γὰρ* addit edit.) *ἔχουσα εἰδητικὰς, καὶ ὅλη σὺν ταύταις οὖσα, καὶ ἄνευ τούτων.* Tu cf. Procli Instit. Theol. cap. 195. 196. p. 290. sqq. Ad hæc et sequentia Plotini pertinent hæc Iamblichi ap. Stob. Eclogg. Physs. I. 52. 33. p. 888: *οἱ μὲν γὰρ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν πανταχοῦ ψυχὴν διατείνοντες, ἤτοι γένει ἢ εἴδει, ὡς δοκεῖ Πλωτίνῳ, ἢ καὶ ἀριθμῷ, ὡς νεανιεύεται* (ut juveniliter contendit) *οὐκ ὀλιγάκις Ἀμέλιος, αὐτὴν ἐροῦσιν εἶναι ἅπερ ἐνεργεῖ.* Proclus autem in Alcib. pr. p. 211. *ψυχὴν* dicit esse *τὸ τιμιώτατον.* cf. eundem p. 250. sq.

p. 671, 15. *ὡς διαδόσει ἐπὶ τὸ ἡγεμονοῦν ἴασιν αἱ αἰσθήσεις*] Ita nostri libri omnes. Vid. Var. Lect. Cf. Ciceronis hæc Tuscull. I. 20: "Quid? quod eadem mente res dissimillimas comprendimus, ut colorem, saporem, calorem, odorem, sonum, quæ nunquam quinque nuntiis animus cognosceret, *nisi ad eum omnia referrentur*, et is omnium judex solus esset." Plura in hanc sententiam contulimus supra p. 200. E. ad illustrandum illud: *Νοῦς ὁρᾷ, νοῦς ἀκούει κ. τ. λ. Διάδοσις* autem est *traditio*, cum sensus, quæ perceperunt, ad mentem *transdunt*, et Theodorus Metochita loco gemino p. 577. meminit *τῶν δεδομένων* a sensibus. Sed quid ego alia testimonia requiro? Plotinum Plotinus illustrat. Ita enim infra loco gemino p. 462. B: *καὶ ὅλη ἡ ψυχὴ αὐτὸ πάσχει. Πῶς οὖν τοῦτο συμβαίνει; διαδόσει φήσουσι, παθόντος μὲν πρώτως τοῦ περὶ τὸν δάκτυλον ψυχικοῦ πνεύματος, μεταδόντος δὲ τοῦ ἐφεξῆς, καὶ τούτου ἄλλῳ, ἕως οὗ πρὸς τὸ ἡγεμονοῦν ἀφίκοιτο. ἀνάγκη τοίνυν, εἰ τὸ πρῶτον πονοῦν ἤσθετο, ἄλλην τὴν αἴσθησιν τοῦ δευτέρου εἶναι, εἰ κατὰ διάδοσιν ἡ αἴσθησις κ. τ. λ.* Et infra hac ipsa pagina verbum *διαδιδόναι* legitur.

— 16. *Πρῶτον μὲν γὰρ ἡγεμονοῦν ψυχῆς μέρος λέγειν, ἀνεξετάστως λέγεται.*] Tangit Stoicos. Plutarch. de Placitt. Philoss. IV. 21. p. 903. A. B. p. 641. Wyttenb.: *Οἱ Στωϊκοί φασιν εἶναι τῆς ψυχῆς ἀνώτατον μέρος τὸ ἡγεμονικὸν τὸ ποιοῦν τὰς φαντασίας, καὶ τὰς συγκαταθέσεις, καὶ αἰσθήσεις, καὶ ὁρμὰς, καὶ τοῦτο λογισμὸν καλοῦσιν κ. τ. λ.* Cic. de N. D. II. 11: "*Principatum* id dico, quod Græci *ἡγεμονικὸν* vocant:" &c. Cf. Sext. Empir. advers. Logicos §. 228. ibiq. Fabric. p. 417. Diogen. Laërt. VII. 110. ibiq. Menag. Wolf. et Schweighæuser. ad Arrian. Dissertt. I. 20. 11. p. 249. et Bagueti Chrysippum p. 184. Sedem autem illius principatus, sive principalis (*τοῦ ἡγεμονικοῦ*) in corde locabant Stoici: alii philosophi in aliis partibus. Vid. de his sententiis Plutarch. libr. laud. p. 899. A. B. p. 624. sq. Wytt. et Galen. de Hippocratis et Platonis Decretis Tom. II. p. 257. et p. 253. ed Basil.

p. 673, 10. *τοῦτο—ἐστὶ τὸ θείως ἠνιγμένον*] A Platone in Timæo p. 35. A. p. 32. Bekk. Th.

Taylor ad hunc locum Platonis conferri jubet suam Introductionem et translationem ejus libri Platonici.

LIB. III.

p. 687, 7. ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ ΑΠΟΡΙΩΝ ΠΡΩΤΟΝ] Liber vicesimus et septimus ex ordine temporis. Priori loco Porphyriani libri de Vita Plotini, nimirum capite quinto, nullus horum trium librorum, qui sequuntur, vocem *ἀποριῶν* in titulo habet. Contra altero (cap. 25.) hæc vocula in libris et scriptis et editis comparet, Possis conjectare, hanc vocem desumtam esse ab aliquo Grammatico vel librario ex hujus ipsius libri initio: *περὶ ψυχῆς ὅσα ἀπορήσαντας—ἢ καὶ ἐν αὐταῖς ταῖς ἀπορίαις στάντες.* Laudat hunc librum, vel potius ejus locum aliquem, infra cap. XII. p. 381. D. Augustinus de Civitate Dei libr. IX. cap. 18: " Plotinus certe, nostræ memoriæ vicinus temporibus, Platonem ceteris excellentius intellexisse laudatur. Is cum de humanis animis ageret, Pater, inquit, misericors cet." Reliqua infra apponemus ad l. l. Idem contra locus aliique, cum in his libris *ἀποριῶν ψυχῆς*, tum eo, qui inscribitur: *περὶ τοῦ εἰληχότος ἡμᾶς δαίμονος*, et aliis aliquot posterioribus, Plotini reprehendendi ansam præbuerunt. Cujusmodi binos cum hac Enneadum editione conjunximus, videlicet Nicephori Chumni *Antitheticum adversus Plotinum*, jam antehac a nobis editum, et Anonymi *Dialogum* consimilis argumenti nondum editum, ejusdem, ut Hieronymus Amatius arbitratur, auctoris. Impugnat Nathanaël præsertim placitum *præexistentiæ animorum*, quam dicunt. Quod ipsum cum Origenes ille in libris *περὶ ἀρχῶν*, a Platonicis philosophis desumtum, tueri studuerit; et ipsum Nyssenus aliique ecclesiæ Christianæ scriptores refellere studuerunt. Vid. Fabricii Delectum Argumentorum pro Veritate Religionis Christianæ p. 445.—Anglice vertit hunc Plotini librum *Thom. Taylor* in *Select Works of Plotinus* p. 319. sqq.

— 15. *τῷ τοῦ θεοῦ παρακελεύσματι, αὐτοὺς γιγνώσκειν*] Cf. VI. 7. 41. p. 733. B. ibiq. annott.

p. 688, 4. *Ἦν γὰρ καὶ ἐν τῷ παντὶ νῷ τὸ διττόν.*] Videlicet intelligibile et intellectuale. *Taylor.* Proxime: *τὰς ὑποδοχὰς τῶν θεῶν* attigimus supra ad pag. 283. C.

— 12. *καὶ Πλάτωνα τοῦτο δοξάζοντα κ. τ. λ.*] Plato in Timæo p. 30. b. p. 26. Bekk.: *Διὸ δὴ τὸν λογισμὸν τόνδε νοῦν μὲν ἐν ψυχῇ, ψυχὴν δὲ ἐν σώματι ξυνιστὰς τὸ πᾶν ξυνετεκταίνετο, ὅπως ὅτι κάλλιστον εἴη κατὰ φύσιν ἄριστόν τε ἔργον ἀπειργασμένος. οὕτως οὖν δὴ κατὰ λόγον τὸν εἰκότα δεῖ λέγειν τόνδε τὸν κόσμον ζῷον ἔμψυχον ἔννουν τε τῇ ἀληθείᾳ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ γενέσθαι πρόνοιαν.* Cf. pag. 34. sq. et Procli Inst. Theol. cap. CXX. p. 174. sqq. et quos ibi laudavi. Philebus p. 29. p. 81. Stallb. *Πότερον οὖν ἐκ τούτου τοῦ σώματος ὅλως τὸ παρ' ἡμῖν σῶμα ἢ ἐκ τοῦ παρ' ἡμῖν τοῦτο τρέφεταί τε καὶ ὅσα νῦν δὴ περὶ αὐτῶν εἴπομεν, εἴληφε καὶ ἔχει.* Cf. antecedentia ibid. p. 29. p. 79. Stallb. et sequentia p. 30. p. 83—86. Stallb. quem cf. et ab eo laudatt. Xenoph. Memorab. Socr. I. 4. 8. Cic. de N. D. II. 6. 7. III. 11. Senec. Epist. 69. Marc. Antonin. IV. 4.

p. 689, 3. *Καὶ τὸ, ψυχὴ δὲ πᾶσα παντὸς ἐπιμελεῖται τοῦ ἀψύχου.*] Hæc verba Platonis in Phædro p. 246. p. 40. Bekk. jam supra III. 4. 1. p. 283. C. D. laudavit Plotinus; cf. p. 376. F. G. ubi Phædrum diserte nominat Noster, p. 482. A. Adhibe etiam Atticum apud Eusebium in P. E. XV. 9. p. 809. B. cum Plotinianis locis ab Astio p. 293. laudatum. Proxima, *καὶ οὐκ ἄλλο τι ἔξωθεν ψυχῆς καταλείποντος*, ad Platonem referenda sunt intellecto *ἔστι*, nisi forte legendum est: *καὶ ἔστιν οὐκ—ἄλλο τι—καταλείποντος*: et *est* ejus (dictum s. placitum) qui nihil animæ præterea relinquit post animam universi.

— 9. *ἔξω ποιοῦσι τοῦ μέρος εἶναι.*] Exempla constructionis cum Genitivo et Infinitivo collegerunt Boissonad. ad Philostrati Heroica p. 552. et Jacobs. ad Imagg. p. 382. Hic laudans Philostr. Vit. Apollonii II. 28—*καὶ οὐκ ἔξω τοῦ σπουδάζειν.* (Proxime Cod. Schellersh.: *παῖς γάρ τις ὡς ὁ τῶν ὀρχηστρίδων κ. τ. λ.*) Dionys. Halicarnass. Excerptt. Antiqq. Romm. XV. 1. p. 66. ed. princ. *ὥστε τὸν Κέλτον ἔξω γίνεσθαι τῶν φρενῶν.* Formulæ *ἔξω ποιεῖν* et *ἔσω ποιεῖν* similiumque exempla congesserunt Hoogeveen. et Zeunius ad Viger. de Idiot. L. Gr. V. 10. 6. p. 283. Act. Apostoll. V. 34. *ἐκέλευσεν ἔξω βραχύ τι τοὺς ἀποστόλους* (potius *τοὺς ἀνθρώπους*) *ποιῆσαι.* ubi, sive *ἑαυτοὺς* intelligas, Gamaliel jussit *secedere* homines, sive simpliciter: homines *ablegavit, secedere homines* jussit. Vid. Valckenarii

Scholl. in illum locum Vol. I. p. 404. Plotiniani tamen loci similem me legere non memini. Vult autem: Segregant animas nostras ab ea ratione, qua partes sint. Sive: Eximunt animas nostras ex partium numero.

p. 691, 6. *καὶ ὄνομα μόνον ἔσται*] Satis frequens formula, nec Platoni ignota. De Legg. I. p. 626. A. p. 482. Bekk. *ἦν γὰρ καλοῦσιν οἱ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων εἰρήνην, τοῦτ' εἶναι μόνον ὄνομα· τῷ δ' ἔργῳ—πόλεμον ἀκήρυκτον κατὰ φύσιν εἶναι.* Cf. Theæt. p. 177. D. p. 250. Bekk. Sympos. p. 189. sub fin. p. 402. Bekk. Similia multa congessit Lennep. ad Phalarid. Epist. LXVIII. p. 208. sqq. et nuper Boissonad. ad Eunap. p. 420. sq. et p. 424. quem Synesio suo (de Regno p. 19. D.) adhibuit Krabingerus p. 272. In loco Iamblichi de Vit. Pythagor. III. 16. p. 44. Kiessl. recte nunc legitur *καὶ σεμνοτέροις ἤπερ* (antea *εἴπερ*. Cod. Ciz. *ᾗ περι* unde plane ad mentem Boissonadii nuperrimus Editor fecit *ἤπερ*, et ita Cod. Memm. cujus excerpta penes me sunt) *εἰώθεσαν ὀνόμασί τε καὶ πράγμασιν* (libri MSS. plures *γράμμασιν*, quod Kiesslingium fugit, sed Cod. Mon. A. recte tuetur *πράγμασιν*) *ἐχρήσαντο πρός τε ἀλλήλους καὶ πρὸς αὐτόν.* Theodoretus in Epist. ad Ephes. I. 22. p. 408: *καὶ ζητεῖ ὀνόματα δηλῶσαι δυνάμενα τοῦ πράγματος τὸ παράδοξον.* Pro *ὄνομα μόνον* Thucydides usurpat *ὄνομα ἄλλως* lib. VIII. c. 78—*ἀλλὰ τὰς παρὰ Τισσαφέρνους Φοινίσσας ναῦς μένοντες, ἄλλως ὄνομα καὶ οὐκ ἔργον, κινδυνεύειν* (Cod. Cassel. et plures præstantissimi recte *κινδυνεύσειν*) *διατριβῆναι.* ubi vid. Ducker. et cf. C. G. Krüger ad Dionysii Halic. Historiographica p. 263. 265. Similiter *λόγος ἄλλως.* Aristides in Leptin. p. 88. ed. Jacob. Morellii:—*λόγος ἄλλως ἅπαντα ταῦτ' οἶμαι δόξει ὑπὸ τῆς ἄλλης ἀπιστευθέντα κακίας*: " Pie facta antiquorum *nonnisi fabula* videbuntur haud credita propter improbitatem nostram." Cf. Ruhnken. ad Tim. Lex. Platon. p. 199. et Boissonad. ad Basilii Scholia in Gregor. Nazianz. in Notices et Extraits Tom. XI. p. 78. sq. Nonnunquam *μόνον* ad vocem *ὄνομα* subaudiendum est. Eunapius in Proæresio p. 79. Boiss.: *χειροτονηθέντων δὲ τούτων, οἱ μὲν εὐτελέστεροι τὸ ὄνομα εἶχον*—" i. e. tenuiores *nomine tenus tantummodo* Sophistæ erant." Ad quæ Wyttenbach. p. 293. ed. Boiss. primum *μόνον*, deinde e sequentibus *πρᾶγμα* aut *ἔργον* intelligendum esse docet. Cf. etiam infra p. 459. B.—*καὶ ὄνομα τὰ πάντα.*—In proximis variari plurimum arguunt Varr. Lectt. Nos Ficini interpretatione relicta adjecimus versionem alteram. Si hariolari liceat, possis conjicere *εἰ δὴ ἀρχὴν τίς ποτε ἦν οὖσα*: Conficient (Perdent) enim totam animam, et nomen solum reliquum erit, *si videlicet omnino aliqua unquam fuit existens*; ut ironice hæc addita accipias.

p. 692, 15. *πάσας μέντοι—εἰς—μορφοῦσθαι*] Si cum aliquot libris legas *ὡς* pro *εἰς*, hæc sententia prodit: quandoquidem forma (idea) in omnia formari potest. Ficinus ex sequentibus h. l. intellexit: *καὶ ἰέναι εἰς εἶδος—μορφοῦσθαι.* Eum sequitur Taylor. Ad sequentia autem: *τὴν δὲ κρίσιν παρὰ τοῦ αὐτοῦ, οἷον δικαστοῦ—κατανενοηκότος*, vel potius ad universum hunc locum, adhibe Platonem in Theæteto p. 184. C. D. et Aristotelem de Anima III. 1. 2. 3. p. 48. sqq. Sylburg. ubi p. 53. hæc leguntur: *Ἐπεὶ δύο διαφοραῖς ὁρίζονται μάλιστα τὴν ψυχὴν, κινήσει τε τῇ κατὰ τόπον καὶ τῷ νοεῖν καὶ τῷ κρίνειν καὶ αἰσθάνεσθαι· δοκεῖ δὲ τὸ νοεῖν καὶ τὸ φρονεῖν ὥσπερ αἰσθάνεσθαί τι εἶναι· ἐν ἀμφοτέροις γὰρ τούτοις ἡ ψυχὴ κρίνει τε καὶ γνωρίζει τι τῶν ὄντων. καὶ οἵγε ἀρχαῖοι τὸ φρονεῖν καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι ταὐτὸν εἶναί φασιν.* Sequuntur loci Empedoclis et Homeri. Cicero Tuscull. I. 20: " Quid? quod eadem mente res dissimillimas comprendimus, ut colorem, saporem, calorem, odorem, sonum; quæ nunquam quinque nuntiis animus cognosceret, nisi ad eum omnia referrentur, et is omnium judex solus esset." Hic non unicus locus est, in quo Plotinus ad sensum propemodum cum Cicerone consentiat. Quod argumento est, non hunc lectitatum ab illo esse, sed utrumque sæpiuscule ex iisdem fontibus hausisse. Tullianum locum supra adhibui ad p. 200. E. (ubi plura in hanc sententiam congessi) et ad p. 363. E. Ceterum cf. infra p. 388.

p. 693, 10. *Οὐ γὰρ ὥσπερ ἡ ἡμετέρα (ψυχὴ) λέγεται, καταλείπειν τὸ σῶμα κ. τ. λ.*] Ex hoc loco et alio infra p. 639. litem Plotino intendit Cudworth. in Syst. Intell. V. 3. 15. p. 1025. Mosh., quod absurde duplicem animæ vitam attribuat. et quod scholæ suæ nostro in loco positi præcepti: " Animam nostram, tametsi corpus suum

relinquat, nunquam tamen ab omni prorsus corpore separatum iri," immemor sit. Proinde refragari præceptori suo etiam Porphyrium in Sentt. p. 232. Plotino patrocinatur ibidem in annott. Moshemius, qui et alia et hæc: " Duæ igitur inter Platonicos, hæc si absolute spectentur verba, fuerunt hac de re opiniones. Nam quum aliqui animam corpore excedentem omni plane corpore vellent exui, alii e contrario aliquod tamen corpus animæ semper adjunctum manere, tametsi terrenum hoc et ex rerum naturalium initiis concretum corpus deponeret, existimabant. Ipse Plotinus neutri videtur accedere voluisse familiæ. Sed aberrabit tamen, ut existimo, a sententia verborum Plotini, qui hanc illis vim tribuerit. Conveniebat inter omnes Platonicos, animam cælesti quodam corpore vestitam semper esse, tali corpore cinctam in hoc concretum corpus descendere, illud ipsum discedentem inde rursus auferre. Quid ergo sibi vult philosophus? Videtur mihi de eo corpore tantum loqui, quod εἴδωλον vocabant philosophi, quem dicit, quosdam existimare, animam nunquam corpore prorsus liberari et solvi."

p. 694, 9. Τῆς μὲν οὖν ἐοικυίας τῇ ἐμφυτῷ μεγάλῳ ψυχῇ—τῆς ψυχῆς τοῦ παντός.] Recte uncinis inclusit Taylor illa in versione Ficini ed. Basil. " gubernat plantam, [*id est sicut in vulneribus vermes oriuntur.*] Poterat ea jugulare, ut nos fecimus. Neque enim comparent in Edit. principe Florent. 1492. neque proinde Ficini sunt. Cæterum in Græcis quoque hic locus salebrosus est. Libri MSS. non multum opis præstant. Disputationis summa tamen satis liquet. Plantæ arborisque imaginem supra p. 277. B. C. usurpat philosophus noster, et, in consimiliore etiam argumento, p. 351. F. Ibidem p. 350. F. *vocis* similitudinem pariter etiam adhibuit, atque h. l. similitudinem luminis.

— 14. καὶ ταῖς μεριμναῖς πρὸς τῷ φυτῷ γίγνοιτο] Dedimus πρὸς loco præpositionis πρὸ, ex aliquot libris nostris, et proxime legimus: πρὸς ἐκείνοις εἶναι, πρὸς οἷς ἐστιν, et: πρὸς ταῖς τοῦ σώματος θεραπείαις ὄντος, itemque πρὸς τῷ σώματι εἶναι. Est igitur noster locus, si quis alius, frequens hujus constructionis usu. Eadem utitur Plato Phædro p. 249. C.: πρὸς γὰρ ἐκείνοις ἀεί ἐστι μνήμῃ (ita Schleierm. Vulgo μνήμη. Vid. Heindf. p. 160. et ei rationi suffragatur ipse noster locus) κατὰ δύναμιν. Idem in Phædone p. 84. c.: καὶ αὐτός τε πρὸς τῷ εἰρημένῳ λόγῳ ἦν ὁ Σωκράτης: " ipse defixus erat in eorum, quæ disputata erant, contemplatione:" sive: " ipseque habitam disputationem mente secum cogitabat." Cf. Wyttenb. ad h. l. p. 223. et Heindf. p. 122. Alia exempla laudavit ad hæc simillima Plutarchi de rect. aud. rat. p. 40. A: πρὸς οὐδενὶ τῶν εἰρημένων οὖσαν Wyttenb. in Animadverss. p. 330. Nemo vero magis delectatur hac constructione, quam Philostratus. Sic ut hoc utar, de Vit. Apollon. V. 31. p. 213. Olear.: οἱ δὲ ἐγρηγορέναι τε αὐτὸν πάλαι (abest πάλαι a Cod. Schellersh. sed recte additum a doctiore manu secunda) ἔφασαν καὶ πρὸς ἐπιστολαῖς εἶναι. Plura ex hoc scriptore exempla congessit Boissonadius ad Heroica, et quidem ad verba, simillima Plotinianis, πρὸς τοῖς φυτοῖς εἶ, quæ Scholiastes explicat πρόσκεισαι τοῖς φυτοῖς, p. 310. Similiter Plato aliique Dativo cum πρὸς jungunt verbum διατρίβειν aliaque. Vid. ibid. p. 660. Adde Schæfer. ad Julianum p. IV. ubi pariter usurpari docet: εἶναι πρός τι et εἶναι πρός τινι. Idem vir doctus hanc rem attigit ad hæc Dionysii Hal. de Compos. §. 83. p. 142. sq.: σχήμασί τε μὴ τοῖς αὐτοῖς διαμένειν. Sylburg. volebat: ἐνδιαμένειν. Upton. tuebatur vulgatam; Schæferus conjiciebat: προσδιαμένειν. Codex Darmst. ita habet: σχήμασί τε μὴ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἀεὶ μένειν. Plane denique ut Plotinus Arrianus in Epictett. II. 18. 21. et II. 19. 6. γίνεσθαι πρός τινι usurpat, ut: οὐ γέγονα πρὸς τούτῳ, " non elaboravi in hac re," ei rei operam non dedi.

p. 695, 4. ἢ ἀπολεῖται οὐδὲν τῶν ὄντων—οἱ νόες οὐκ ἀπολοῦνται.] Cod. Marc. A. οἱ νοῖ antiquiore forma; de recentiore illa vid. Buttmann. Gramm. maj. §. 36. p. 156. Matthiæ Gr. gr. §. 90. ed. alt. et quæ plura laudavi ad Procli Inst. Theol. c. XXI. p. 40. qui locus etiam ad sententiam nostri loci adhibendus est. Fuit autem hæc Platonis præcipue sententia, itemque Platonicorum, nihil ex entibus interire, sed aliam duntaxat formam induere. Cf. Casauboni Exercitatt. Baronn. p. 63. Noster vero locus ejusque similes multi Plotiniani prorsus redarguunt opiniones eorum Zoilorum, qui, cum Plotinum nunquam legerint, ei affingere audent nescio quam

doctrinam, quam Indicam dicunt, de Omni et Uno (*All Eins-Lehre*). Sed non moramur istos homines, qui oderunt, quæ non intelligunt.

p. 696, 9. *οἷον ἀδελφῆς ψυχῆς ἀρχούσης*] De anima mundi, tanquam ceterarum animarum sorore, diximus supra ad II. 9. 18. p. 217. D. ad verba: *ἀπὸ ψυχῆς ἀδελφῆς ἀγαθῆς.*

— 18. *μένουσα οὖν ἐν αὑτῇ* (ita scripsi cum Fic. pro *αὐτῇ*) *ποιεῖ προσιόντων. αἱ δὲ αὐταὶ προσῆλθον κ. τ. λ.*] Taylor: "Abiding, therefore, in itself, it produces [other things] *acceding*. But other souls, which *proceed from the soul*, depart from it into the profundity [of a material nature]." At nostri libri non dant *προῆλθον*, neque aliud præsidium exhibent in h. l. Nec ego volo in eo periclitari, licet etiam Ficinus de *προῆλθον* cogitarit.

p. 697, 2. *τὸ γὰρ δευτέρας καὶ τρίτας—ὑπονοητέον εἰρῆσθαι*] Plato in Timæo p. 41. p. 44. Bekk.: *ταῦτ' εἶπε, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸν πρότερον κρατῆρα, ἐν ᾧ τὴν τοῦ παντὸς ψυχὴν κεραννὺς ἔμισγε, τὰ τῶν πρόσθεν ὑπόλοιπα κατεχεῖτο μίσγων τρόπον μέν τινα τὸν αὐτὸν, ἀκήρατα δ' οὐκέτι κατὰ ταὐτὰ ὡσαύτως, ἀλλὰ δεύτερα καὶ τρίτα.* Unde fortasse in Plotino corrigendum *δεύτερα καὶ τρίτα*, et ita noster infra p. 377. D. Mythologumena veterum populorum de cratere vel potius de crateribus exposui in Dionyso p. 26. sqq. quibus jungenda sunt, quæ doctissimus editor præstantissimi operis *Wartoniani*, the History of the English poetry, Lond. 1824. in Præfatione p. 76. sqq. e medii ævi poetis et scriptoribus copiose contulit, itemque quæ vir celeberrimus *de Hammer* super hoc argumento disputavit in opere: *Fundgruben des Orients* Vol. VI. p. 18. sqq. et p. 80. sqq.

— 4. *οὐχ ὁμοίως πάσαις ψυχαῖς ὑπάρχει τὰ πρὸς τὰ ἐκεῖ*] Non omnibus animabus pariter potestas fit eorum, quæ supra sunt. *ὑπάρχειν* enim sæpius est *contingere*, sæpius etiam *suppetere*. Cf. Plato Hipp. maj. p. 292. D. Xenoph. Cyrop. I. 6. 10. de Redit. III. 12. Dio Chrysost. 29. p. 538. Plura dedi ad Plotin. p. 56. A. præsertim in Ed. pecul. p. 313. Cf. etiam Stallbaum. ad Platon. Criton. cap. IV. (in Platon. Diall. Selectt. I. 1. p. 111.) et Segaar. ad Clem. Alex. Quis dives salv. p. 165.

— 9. *Ἀλλὰ τὸ ἐν Φιλήβῳ λεχθὲν—ἀλλ' ὅπερ ἦν χρήσιμον αὐτῷ τότε* (ita legerim cum Fic. pro *τό τε*)*—ἀψύχου τοῦ παντὸς ὄντος.*] Plato Philebo p. 30. A. p. 81. Stallb.: *Σω. τὸ παρ' ἡμῖν σῶμα ἆρ' οὐ ψυχὴν φήσομεν ἔχειν; Πρω. Δῆλον ὅτι φήσομεν. Σω. Πόθεν, ὦ φίλε Πρώταρχε, λαβὸν, εἴπερ μὴ τόγε τοῦ παντὸς σῶμα ἔμψυχον ὂν ἐτύγχανε, ταῦτά γε ἔχον τούτῳ καὶ ἔτι καλλίονα.* Memorabilis autem hic locus Plotini propterea est, quod ad singulorum dialogorum Platonis aut partium etiam unius dialogi consilia respicere nos debere docet philosophus noster, si recte judicare velimus de vera Platonis sententia. Et tamen recentiorum interpretum nullus, quod sciam, hunc Plotini locum adhibuit. Attigit autem hujus Platonici loci aliam partem supra philosophus noster p. 372. B. C.

— 15. *δῆλον δὲ—ἐν Τιμαίῳ ποιεῖ—ἐκ τοῦ αὐτοῦ μιγνύων κρατῆρος—τὴν δὲ διαφορὰν, δευτέροις καὶ τρίτοις διδούς.*] Timæi locum, p. 41, proxime apposui ad capitis præcedentis finem. Lindau ad Platonis Timæum l. l. p. 65. posteaquam Plotini verba laudavit, hæc addit: "Minus sane obscure vir dixisset: *ὁμοειδεῖς*, i. e. *τὰς ἄλλας ψυχὰς, ποιῶν καὶ τῇ ἄλλῃ* i. e. *τῇ τοῦ παντὸς ψυχῇ*, et mox *δευτέρας καὶ τρίτης* i. e. *τάξεως* s. *μοίρας*. Cf. Lamb. Bos. Ellips. Grr. p. 305. s. S. " Infra noster mixtionis ex altero poculo *ἐκ τοῦ ὑστέρου κρατῆρος*, mentionem facit, p. 473. A. Plato Philebo p. 61. p. 203. Stallb.: *εἴτε Διόνυσος εἴτε Ἥφαιστος εἴθ' ὅστις θεῶν ταύτην τὴν τιμὴν εἴληχε τῆς ξυγκράσεως.* Ad quæ verba Olympiodorus (vel Strato, uti in Cod. Mon. dicitur, teste Koppio ad Damascium p. 174.) ita: *Ὅτι ἐπὶ κράσεως θεοί εἰσι, τῆς μὲν φυσικῆς τε καὶ ἐγκοσμίου, ὁ Ἥφαιστος, τῆς δὲ ψυχικῆς τε καὶ ὑπερκοσμίου ὁ Διόνυσος. ἄρχεται μὲν γὰρ ἄνωθεν ἀπ' αὐτῶν τῶν θεῶν ἡ συγκρατικὴ ἰδιότης, πρόεισι δὲ μέχρι τῶν ἐσχάτων ὑπάρξεων· οἷον ὁ Ἥφαιστος τῆς φυσικῆς κράσεως ἐξάρχων ἐν ἑαυτῷ πρῶτον τὸ ἰδίωμα προεβάλετο· εἶτα ἐν νῷ τῷ βασιλεύοντι καὶ ἀπάσης τῆς φύσεως ἐπιβατεύοντι,* (Ita equidem hanc lacunam expleri posse putaverim) *εἶτα ἐν τῇ ψυχῇ ὁμοίως τῇ τοιαύτῃ, καὶ τέλος ἐν τῷ φυσικῷ κόσμῳ καθ' ὕπαρξιν, ἀλλὰ καὶ ὁ Διόνυσος ὡσαύτως*—Deinde pluribus interpositis pergit: *ἐπὶ τῆς νοερᾶς ἐστι κράσεως ὁ Ζεὺς κ. τ. λ.* atque hinc originem ducit ille crater mentis (*ὁ κρατὴρ τοῦ νοός*) Hermetis, qui fertur. Vide, ut hoc utar, *Francisci*

Patricii librum: *Nova de Universis Philosophia*, ibique Mercurium p. 26. a. b. Platonem autem imitatus est Plutarchus de Fortuna Alexandri p. 329. C. qui ita de Alexandro Magno, Macedonum reliquorumque Græcorum mores cum Persarum aliorumque barbarorum moribus humaniter miscente et utrosque temperante: *ὥσπερ ἐν κρατῆρι φιλοτησίῳ μίξας τοὺς βίους καὶ τὰ ἤθη, καὶ τοὺς γάμους καὶ διαίτας.* Qua de re Arrianus VII. 11. 14: *ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ κρατῆρος αὐτός τε καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν ἀρυόμενοι.* Vid. Wyttenbachii Animadvv. p. 115. qui, Platonicum locum e Timæo postquam apposuit, addit: Item ut legislator civitatem tanquam craterem temperans Legg. VI. p. 623. [p. 773. Steph.] *πόλιν εἶναι δεῖν δίκην κρατῆρος κεκραμένην κ. τ. λ.* Poterat alterum Platonis locum addere vir doctus de Rep. VIII. p. 562. quem Cicero de Republica expressit I. 43. ubi ego illius loci de Legibus mentionem adjeci in Annot. p. 172. ed. Moseri mei.

p. 697, 18. Τὸ δὲ *ἐν τῷ Φαίδρῳ κ. τ. λ.*] Plato Phædro p. 246. b. c. p. 40. Bekk.: *πᾶσα ἡ ψυχὴ παντὸς ἐπιμελεῖται τοῦ ἀψύχου, πάντα δὲ οὐρανὸν περιπολεῖ, ἄλλοτε ἐν ἄλλοις εἴδεσι γιγνομένη, τελέα μὲν οὖν οὖσα καὶ ἐπτερωμένη μετεωροπορεῖ τε καὶ πάντα τὸν κόσμον διοικεῖ* (hanc igitur lectionem firmat etiam Plotinus, quod Heindorfium fugit p. 249. ubi de Stephani lectione *διήκει* recte ceterum judicat) *ἡ δὲ πτεροῤῥυήσασα φέρεται κ. τ. λ.* Hujus loci partem jam supra attigit Plotinus. Vid. p. 283. C. et p. 372. D. ibique annot. Alia dabimus infra ad p. 470. C. *Πτεροῤῥύησις* frequenter memoratur ex illo loco Platonis. Adde Proclum in Alcib. pr. p. 20. et Olympiodor. in eund. p. 5.

p. 698, 7. *Ἱκανὴ γὰρ ψυχὴ καὶ παρὰ φύσεως τόπων πολλὰ ἀπομάττεσθαι.*] Ficinus vertens *propulsare*, *ἀπομάττεσθαι* h. l. accepit pro *ἐκβάλλειν*, *abstergere*; atque hanc vim hujus verbis multis in locis esse nemo negabit. Contra Taylor: "From soul is sufficiently able *to represent many things in itself*, from the nature of places, and water, and air." Quæ mihi ratio verior videtur, cum quia præcessit: *καὶ παρὰ φύσεως τόπων*, tum quia in sequentibus demum alteram illam vim, nimirum resistentem naturalibus rebus, memorat: *ἀλλ' ἀντετίθεμεν ἄλλην ψυχὴν κ. τ. λ.* De utraque illius verbi potestate dictum est supra ad librum de Pulcrit. p. 54. F. (præsertim in ed. peculiari p. 257. sqq.) ad verba: *ὃ παρὰ τοῦ πηλοῦ ἢ βορβόρου ἀπεμάξατο*, "quod a limo in se ipsum cœnoque contraxit." Ad extrema capitis—*τὴν ἐπεισιοῦσαν* (uti ex omnibus libris dedi pro *ἐπιοῦσαν*) "and which accedes to it externally—" Taylor in annotatione hæc posuit: "i. e. It has a rational soul different from that of the mother. It is better, however, to say with Proclus, that as nature does nothing in vain, the presence of the rational soul to the fœtus in the womb would be useless, as it could not then energize; but that it becomes united to the irrational soul in the very moment, in which the infant leaves the womb."

p. 699, 5. *Κατὰ γὰρ τοὺς προβεβιωμένους, φησὶ κ. τ. λ.*] Plato de Rep. X. p. 619. fin. et 620. A. p. 513. Bekk.: *ταύτην γὰρ δὴ, ἔφη, τὴν θέαν ἀξίαν εἶναι ἰδεῖν, ὡς ἕκασται αἱ ψυχαὶ ἥροῦντο τοὺς βίους· ἐλεεινήν τε γὰρ ἰδεῖν εἶναι καὶ γελοίαν καὶ θαυμασίαν. κατὰ συνήθειαν γὰρ τοῦ προτέρου βίου τὰ πολλὰ αἱρεῖσθαι.* Quo loco etiam Plotiniani loci lectio *ταῖς ψυχαῖς* confirmatur. Mox: *ἐν οἷς καὶ δεύτερα καὶ τρίτα ἐλέγετο* pertinet ad locum Timæi Platonici p. 41; de quo vidimus ad p. 376. D.

— 18. Τοῖς *μὲν γὰρ—τὸ εἶναι κατ' εἶδος ἀεὶ ὑπάρχει μιμήσει τῶν ὄντων κ. τ. λ.*] Hæc copiosa disputatione persequitur Diotima ap. Platon. in Conviv. p. 207. sq. p. 436. sqq. Bekk. Unde hæc tantummodo delibo: *τούτῳ γὰρ τῷ τρόπῳ πᾶν τὸ θνητὸν σώζεται, οὐ τῷ παντάπασι τὸ αὐτὸ ἀεὶ εἶναι ὥσπερ τὸ θεῖον, ἀλλὰ τῷ τὸ ἀπιὸν καὶ παλαιούμενον ἕτερον νέον ἐγκαταλείπειν οἷον αὐτὸ ἦν· ταύτῃ τῇ μηχανῇ, ὦ Σώκρατες, ἔφη, θνητὸν ἀθανασίας μετέχει, καὶ σῶμα καὶ τἆλλα πάντα· ἀθάνατον δὲ ἄλλῃ*, ubi nondum me meæ conjecturæ pœnitet: *ἀδύνατον δὲ ἄλλῃ*, quæ aliis etiam probatur. Vide paullo ante: *δύναται δὲ ταύτῃ μόνον τῇ γενέσει.* Platonica hæc respicit Clemens Alexandr. Strom. V. p. 552. B. p. 653. Potter. Eandem doctrinam binis locis explicat Aristoteles, de Generat. Animall. II. 1. et de Anima II. 4. Cf. etiam Philo Judæus de Cherubim Tom. II. p. 4. ed. Pfeiff.

p. 701, 15. *ἣν δὴ μετενσωμάτωσιν κ. τ. λ.*] Cf. supra p. 203. G. ibiq. annott.

p. 702, 5. *Δεῖ δὴ τῷ λόγῳ—διδασκαλίας καὶ τοῦ σαφοῦς χάριν, γίγνεσθαι νομίζειν κ. τ. λ.*] Sententia hujus loci est: Oportet autem credere hic verbis explicari ingressum animæ (mundi) in corpus (mundanum) hujusque animationem tantummodo doctrinæ atque perspicuitatis gratia: reapse nullo non tempore ejusmodi ingressum et animationem factam esse. Comparandus est cum nostro loco similis VI. 5. 8. p. 665. A. ubi in explicanda conjunctione formæ (sive speciei) et materiæ similiter monet lectores suos Plotinus, non reapse loco temporeque sejunctas eas cogitari debere, sed verbis tantummodo sejungi in doctrina, quo intelligentia discentium adjuvetur. Sunt ejusmodi monita omnino tenenda omnibus, qui Metaphysicæ recte operam dare instituant. Cf. annot. nostram ad p. 473. B. supra. Ceterum Bruckerus in Hist. Crit. Philos. II. p. 407. posteaquam hanc sententiam Ficini verbis apposuit, ita pergit: " Incipit hic Plotinus audaciores gressibus a Platone deficere, ut syncretisticum Systema eo magis fulciret. Ex Platonis enim systemate notum est, placuisse ei materiam informem et inordinato brutoque motu animatam jacuisse, donec voluntaria accessione Deus demiurgus eam conderet, immissaque anima formaret et ordinatum quidem motum imprimeret. Valde hoc refragabatur Aristoteli, æternum absque ulla generatione vel formatione sibi mundum concipienti, multo vero magis Christianorum Systemati, duplex, quod Plato supponebat, principium valde exagitanti debellantique; utrique vero ex consilio Ammonii Plotini reliquorumque Alexandrinæ philosophiæ conditorum attemperanda erat Platonica doctrina, reformanda itaque erat, et deserendum quidem duplex illud principium, materiam vero ab æterno ex deo emanasse generatione divina pronuntiandum.—Ita vero desideratam iniri posse concordiam sperabant homines nugacissimi." Talia exempli causa hinc inde apponere nobis placuit, cum in gratiam historiæ philosophiæ studiosorum, tum ne nimium studere videamur his Alexandrinis philosophis, si ejuscemodi recentiorum convicia silentio transierimus. Cæterum de his et sequentibus disputat etiam Tiedemann. in libro: *Geist der speculativen Philosophie* III. p. 309. sqq. comparans locum Enn. IV. lib. 5. c. 7. IV. 4. 23. 24. IV. 4. 26. Qui idem ibidem p. 312. Plotinianum de animæ essentia decretum cum *Cartesiano* comparat. Cf. eundem p. 320. sqq. ubi suo modo hæc Plotiniana decreta examini subjicit.—Ceterum de Mundo sempiterno vid. philosophorum sententias ap. Wyttenbach. ante Phædon. p. XXII.

— 7. *οὐδ' ἐνῆν ὅτε—ὑφειστήκει*] Addenda hæc constructio verbi *ἐνεῖναι* illis est, quas hujus verbi alias congessere viri docti in Stephan. Thesaur. ed. Lond. Valp. p. 3585. sq. et nuper Krügerus in Indic. Græc. Dionys. Historiograph. p. 475. Admonet autem illa sententia loci Platonis in Cratylo p. 399. E: *οἶμαί τι τοιοῦτον τοὺς τὴν ψυχὴν ὀνομάσαντας, ὡς τοῦτο ἄρα ὅταν παρῇ τῷ σώματι αἴτιόν ἐστι τοῦ ζῆν αὐτῷ* (*αὐτὸ* Cod. Darmst.) *τὴν τοῦ ἀναπνεῖν δύναμιν παρέχον καὶ ἀναψῦχον· ἅμα δὲ ἐκλείποντος* (*ἐκλιπόντος* Darmst.) *τοῦ ἀναψύχοντος τὸ σῶμα ἀπόλλυταί τε καὶ τελευτᾷ. ὅθεν δή μοι δοκοῦσιν αὐτὸ ψυχὴν καλέσαι.* Eandem etymologiam sequitur Chrysippus ap. Plutarchum de Stoicorr. repugnn. p. 1052. F. p. 290. Wytt. De animæ tamen essentia cum Anaxagora Chrysippus fecisse videtur Bagueto de Chrysippi Reliqq. p. 182. Cf. etiam infra Plotinum *περὶ ἀθανασίας ψυχῆς* ap. Euseb. ibiq. annot. ad IV. 7.—Expressit eadem illa Platonis verba Plutarchus in fragm. de Anima p. 133. ad calc. de S. N. V. cf. Plutarchi Opera Morall. Tom. V. part. II. p. 427. ed. Wytt. Origenes de Principiis libr. II. c. 8: " Videndum ergo est, ne forte, sicut diximus ex ipso nomine declarari, *ab eo, quod refrixerit a fervore* justorum et divini ignis participatione, *ψυχὴ*, id est *anima*, appellata sit." Vides in diversam plane partem excurrere istud etymologiæ studium. Cf. eundem Origenem in Exhortat. ad Martyrium T. I. p. 282. B. ed. Ruæi, et Tertullian. de Anima cap. XXV. p. 283. ed. Rigalt.

— 15. *ὅπερ ἰδοῦσα ἡ ψυχὴ—ἐμόρφωσεν αὐτό*] Brucker. Hist. Philos. II. p. 408: " Notabilis locus hic est: ex eo enim dispalescere putamus, Ammonium Plotinumque hanc mundi ex anima Genesin habuisse ab Ægyptiaca disciplina, qualis eo tempore viguit, cum Judæi eam quoque reciperent et Cabbalisticum systema fingerent, &c."

— 18. *γενόμενος δὴ οἷον οἰκός τις καλὸς καὶ*

ποικίλος,] Cf. Cic. de N. D. I. 8. et 9: "Quid autem erat, quod concupisceret Deus mundum signis et luminibus, tanquam ædilis, ornare? si ut [deus] ipse melius habitaret cet." ubi vid. Davis. et reliqq. interprr. Philo Jud. de Somn. p. 648. Mang.: *τοῦτο δὲ τὸ δεικνύμενον καὶ ὁρατὸν, ὁ αἰσθητὸς οὐτοσὶ κόσμος, οὐδὲν ἄρα ἄλλο ἐστὶ ἢ οἶκος θεοῦ, μιᾶς τῶν τοῦ ὄντως θεοῦ δυνάμεων* (Lege ex codd. Mang.: *μιᾶς τῶν τοῦ ὄντος δυνάμεων*) *καθ' ἣν ἀγαθὸς ἦν.* Idem de Monarchia I. p. 217: *Τὸν οὖν ἀφικόμενον εἰς τὴν ἀληθῶς μεγαλόπολιν, τόνδε τὸν κόσμον—οὐκ εἰκότως μᾶλλον ἢ ἀναγκαίως ἔννοιαν λήψεσθαι δεῖ τοῦ πατρὸς καὶ ποιητοῦ καὶ προσέτι ἡγεμόνος; Οὐδὲν γὰρ τῶν τεχνικῶν ἔργων ἀπαυτοματίζεται· τεχνικώτατος δὲ καὶ ὁ κόσμος, ὡς ὑπό τινος τὴν ἐπιστήμην ἀγαθοῦ καὶ τελειοτάτου πάντως δεδημιουργῆσθαι.* Dio Chrysost. Orat. Borysthenitica (XXXVI.) p. 448. p. 91. Reisk. —: *ὥστε ταύτῃ γε οὐδὲ οἶκον δοκοῦσί μοι ὀκνῆσαι ἂν ἀποφήνασθαι τοῦ Διὸς τὸν ἅπαντα κόσμον· εἴπερ ἐστὶ πατὴρ αὐτῶν ἐν αὐτῷ* (non male Reisk.: *πατὴρ πάντων τῶν ἐν αὐτῷ*). Idem sub finem orationis (p. 454. p. 100.): *ὁ δὴ σύμπας οὐρανὸς τε καὶ κόσμος, ὅτε πρῶτον συνετελέσθη, κοσμηθεὶς ὑπὸ τῆς σοφωτάτης τε καὶ ἀρίστης τέχνης, ἄρτι τῶν τοῦ δημιουργοῦ χειρῶν ἀπηλλαγμένος, λαμπρὸς καὶ διαυγὴς, καὶ πᾶσι τοῖς μέρεσι παμφαίνων.* Hæc extrema etiam propterea apposui, quo firmamentum accederet conjecturæ Marklandianæ, qui in loco corrupto Philonis (p. 648. Mang.) de Mundo intelligibili, pro: *τὸν ἐκ τῶν ἰδεῶν συσταθέντα ἐν τῷ χειροτονηθέντι κατὰ τὰς θείας χορηγείας, κόσμον νοητὸν,* legendum viderat: *χειροτεχνηθέντι κατὰ τὰς θείας χειρουργίας.* Quam emendationem cum Mangeyus acceptam referret magni illius Critici beneficio, ut sæpius facit, ipse tamen aliud excogitare maluit.

p. 703, 5. *Κεῖται γὰρ ἐν τῇ ψυχῇ*] Taylor ad h. l. comparat versiculos de animabus humanis, ex Oraculis Chaldaicis, qui ita incipiunt:

Ἐν δὲ θεῷ κεῖνται—

Omitto enim reliqua, utpote ad hunc locum, in quo *Animæ mundanæ* ratio explicatur, nihil facientia. Ceterum ad eorum versuum sententiam adhibe Pselli Scholia in Oracula Chaldaica Tom. I. p. 104. ed. Gallæi.

p. 704, 15. *μηχαναῖς πολλαῖς εἰς εἰδώλων φύσιν προσχρωμένη*] Videri possit Ficinus legisse *ποίησιν*: sed libri nihil variant. Sæpius autem Naturæ opificium cum artificum opificio ita comparant philosophi et ipse noster, ut differentiam utriusvis demonstrare studeant. Cicero de N. D. I. 8. p. 32. sq.: "Quibus enim oculis intueri potuit vester Plato fabricam illam tanti operis, qua construi a deo atque ædificari mundum facit? quæ molitio? quæ ferramenta? qui vectes? quæ machinæ? qui ministri tanti operis fuerunt?" Cf. Musonii Rufi fragmentum in Wyttenb. Philomath. II. p. 5. ibique hujus annot. Nostri locus in hanc rem classicus est. III. 8. 1. fin. p. 344. A. cf. V. 9. 6. p. 560. D. (*φύσις*) *—ἐμόρφωσε τὴν ὕλην, οὐκ ὠθοῦσα, οὐδὲ ταῖς πολυθρυλλήτοις μοχλείαις χρωμένη, δοῦσα δὲ τῶν λόγων* (vel *τὸν λόγον*).

p. 705, 13. *ὧν τοὺς λόγους ἔχει· ἔχει δὲ καὶ θεῶν.*] Taylor: "Soul, likewise, comprehends in itself the productive principles of Gods"—et in not. i. e. of divine souls, each of which is a God according to participation. Tum laudat suam translationem Procli in Platonis Theolog. libr. I. —Cum iis, quæ de Deorum imaginibus hoc capite et sequenti sentit Plotinus, confer Iamblich. de Mysterr. I. 19. p. 33. Gal.: *λέγω δὲ οὖν, ὡς ἀπὸ τῶν νοητῶν θείων παραδειγμάτων ἀπογεννᾶται* (Cod. Gothan. *ὑπογ.*) *τὰ ἐμφανῆ τῶν θεῶν ἀγάλματα, γενόμενά τε παντελῶς ἐν αὐτοῖς ἵδρυται, καὶ πρὸς αὐτὴν* (fort. *αὐτά*) *ἀνήκουσαν ἔχει τὴν ἀπ' αὐτῶν ἀποτελεσθεῖσαν εἰκόνα. ἑτέρως τε τὰ αὐτὰ ἄλλην διακόσμησιν δεδημιούργηται, συνεχῆ τέ ἐστι τὰ τῇδε πρὸς ἐκεῖνα κατὰ μίαν ἕνωσιν· καὶ τὰ μὲν παρόντα θεῖα νοερὰ εἴδη* (Goth. *ἤδη*) *τοῖς ὁρωμένοις σώμασι τῶν θεῶν χωριστῶς αὐτῶν προϋπάρχει. τὰ δὲ ἄμικτα καὶ ὑπερουράνια αὐτῶν νοητὰ παραδείγματα μένει καθ' ἑαυτὰ ἑνὶ* (Cod. Vindob. *ἐν ἑνὶ*, recte) *ὁμοῦ πάντα κατὰ τὴν διαιωνίαν* (Goth. male *διάνοιαν*) *αὐτῶν ὑπερβολήν.* Quæ quantopere cum proximis Plotini cap. XI. consentiant, non est, quod commonstremus. Peculiarem autem librum *περὶ ἀγαλμάτων* conscripserat idem Iamblichus, cujus consilium et summam nobis aperit Jo. Philoponus ap. Phot. Cod. CCXV. p. 173. ed. Bekkeri. Qui locus item cum Plotiniano comparari debet. Omitto alios, quos indicavi in annot. in Cicer. de Nat. Deorr. II. 17. p. 273. Hic alia nonnulla adscribam huc facientia: Proclus in Scholiis in Cratylum §. 51. p. 21. Boissonad.:

ὅτι μὲν οὖν ἐστί τις ἐν ψυχῇ εἰκαστικὴ δύναμις, δῆλον (καὶ γὰρ ἡ ζωγραφία καὶ αἱ τοιαῦται [f. addendum τέχναι] ταύτης ἐξήρτηνται τῆς δυνάμεως) ἀφομοιωτικὴ οὖσα τῶν δευτέρων πρὸς τὰ κρείττονα, καὶ τῶν ἐν συνθέσει φερομένων εἰδῶν πρὸς τὰ ἁπλούστερα.—ἀλλὰ καὶ τὰ δεύτερα ἐξ αὐτῆς ἢ ἀφ' ἑαυτῆς ἐξομοιοῖ πρὸς ἑαυτὴν διὰ τῆς αὐτῆς δυνάμεως, καὶ ἔτι πρὸς τὰ κρείττω ἑαυτῆς· διὸ θεῶν τε ἀγάλματα καὶ δαιμόνων δημιουργεῖ.—καὶ ὥσπερ ἡ τελεστικὴ διὰ δὴ τινῶν συμβόλων καὶ ἀπορρήτων συνθημάτων τὰ τῇδε ἀγάλματα τοῖς θεοῖς ἀπεικάζει, καὶ ἐπιτήδεια ποιεῖ πρὸς ὑποδοχὴν τῶν θείων ἐλλάμψεων, οὕτω δὲ καὶ κ. τ. λ. Unde intelligitur illud consilium Iamblichi ap. Phot. l. l.: ἔστι μὲν οὖν ὁ σκοπὸς Ἰαμβλίχῳ θεῖά τε δεῖξαι τὰ εἴδωλα (ταῦτα γὰρ ὑποβάλλει τῷ ὀνόματι τοῦ ἀγάλματος) καὶ θείας μετουσίας ἀνάπλεα. Neque Plotinus alienus erat ab ea opinione, ex natura imitamenti, quod facile afficiatur a cognata sibi anima, posse deorum vim a simulacris eorum quodammodo recipi. Quam sententiam deinde majorem in modum exornarunt Julianus, Iamblichus, Proclus, Marinus, alii. Convellere studuerunt Ecclesiæ Patres et Judæorum doctores. Tu vide Clementis Alexandrini Protr. p. 49. sqq. Potteri. Unde locum excitat Rich. Bentleius in Epistolis p. 163. Lond. p. 136. Lips. tanquam e *Pædagogo* sumtum. Exstat in *Protreptico* p. 51. infr. Potteri.

p. 706, 1. προσπαθές τι—προσπαθές] Ad repetitum προσπαθές initio hujus capitis, ubi etiam inanimatis attribuitur, adhibendum est Scholion Procli ex Commentariis in Platonis et Aristotelis Politica ap. Wyttenb. ad Plutarch. de Amicorum multitud. p. 645, ubi προσπάθεια tribuitur brutis animalibus: φιλία Deis: utraque hominibus, utpote in medio inter Deos bestiasque constitutis.

p. 707, 3. Ἀνθρώπων δὲ ψυχαὶ, εἴδωλα αὐτῶν ἰδοῦσαι, οἷον Διονύσου ἐν κατόπτρῳ κ. τ. λ.] Pro fontibus universæ hujus disputationis habendi sunt aliquot loci Platonis. Primus est in Timæo p. 43. sq. p. 46. sq. Bekk. cui adhibendus est Proclus in Timæum p. 338. sqq. Idem ibidem p. 163. infr. πάλαι δὲ καὶ τοῖς θεολόγοις τὸ ἔσοπτρον ἐπιτηδειότητος παρείληπται σύμβολον, πρὸς τὴν νοερὰν ἀποπλήρωσιν τοῦ παντός. Διὸ καὶ τὸν Ἥφαιστόν ἔσοπτρόν φασι ποιῆσαι τῷ Διονύσῳ, εἰς ὃ ἐμβλέψας ὁ θεὸς, καὶ εἴδωλον ἑαυτοῦ θεασάμενος, προῆλθεν εἰς ὅλην τὴν μεριστὴν δημιουργίαν. Proditum igitur erat in antiquis Cosmogoniis Dionysum sua ipsum forma, quam in speculo conspexisset, delectatum hujus formæ imitatricem hanc rerum naturam procreasse. Unde consequens erat, ut humanæ animæ dicerentur et ipsæ suam imaginem in hoc Dionysi speculo conspicatæ suaque pulcritudine oblectatæ ad corpora induenda impetum cepisse desuperque lapsæ esse. Conjunctam hanc fabulam esse cum Narcissi fato, alibi commonstravi ad p. 56. F. Speculi autem Dionysiaci antiquam esse tesseram non modo Proclus auctor est, l. l., sed loquuntur etiam priscæ artis monumenta, in primis Vasa picta Græcorum et ipsa specula in religionibus adhiberi solita cum Etruscorum tum Græcorum; de quibus et ipse plura disputavi in Symbolica et Mythologia III. p. 301. p. 392. sq. p. 425. sqq. 497. sqq. p. 556. sq. ed. alter. et nuper exposuit doctissimus *Franciscus Inghirami* in *Monumenti Etruschi* passim et, Plotiniano hoc loco adhibito p. 383. et p. 425. Hinc multi loci Platonicorum explicandi. Sic, ut hoc utar, Proclus in Alcib. prior. p. 108. ed. nostr. ὅτι ἡ πρώτη τῆς οὐσίσεως αἰτία καὶ τοῦ τύφου καὶ τῆς ἀπάτης ταῖς ψυχαῖς τὸ σῶμά ἐστι καὶ ἡ ὕλη, καὶ ἡ περὶ αὐτὴν εἰδωλικὴ σκιαγραφία τῶν εἰδῶν. Olympiodor. in eundem p. 217. Alium ejusdem Olympiodori locum ex Comm. in Phædon. ad hæc Plotiniana adhibuit Platonicorum decretorum intelligentissimus Th. Taylor, unde initium h. l. adscribam: " In order to the soul's descent it is necessary, that she should first establish an image of herself in the body; and in the second place, that she should sympathize with the image according to a similitude of form. For every form hastens into a sameness with itself, through an innate convergency to itself." Cæterum hæc de animarum lapsu et vitarum fluxu attigit etiam Julianus Imp. Orat. IV. p. 222. Spanhem. ubi idem has fabulas tesserasque ad Platonis Plotinique, item Porphyrii et Iamblichi mentem esse explicandas dicit:

—6. κάρα δὲ αὐταῖς ἐστήρικται ὑπεράνω τοῦ οὐρανοῦ] Iliad. δ. 443. de Eride:

Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη, καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει.

Libri autem MSS. nostri omnes habent κάρα, de qua forma Schol. minor in Iliad. π. 392: οὐ λέ-

γει ὁ ποιητής ποτε κάρα. Tamen dicit in Hymno in Cerer. v. 12, sed plurali numero; atque *capita* etiam in Plotino accipere queas. Potius tamen crediderim eum Atticam formam esse secutum. Vide Apollon. Lex. Hom. in *κάρη* p. 383. Tollii.

p. 707, 9. *Ζεὺς δὲ πατὴρ ἐλεήσας πονουμένας θνητὰ αὐτῶν τὰ δέσμα ποιῶν περὶ ἃ πονοῦνται*] Initium hujus periodi Platonicum colorem habet. Sympos. p. 191. p. 405. Bekk.: *Ἐλεήσας δὲ ὁ Ζεὺς ἄλλην μηχανὴν πορίζεται.* Quod autem *Ζεὺς πατὴρ* dicitur hoc loco: tenenda sunt hæc Procli in Platonis Cratylum §. 149. p. 90. Boisson.—: *καὶ πατρὸς ἔχων λόγον ὁ Ζεύς, ὃς δὴ διὰ τὴν πρὸς τὸν ὅλον δημιουργικὸν νοῦν ἕνωσιν τῆς αὐτῆς ἐπωνυμίας τυχὼν*—et §. 151. p. 92: *Οὐκοῦν ὁ Ζεὺς ἐπιτροπεύει τὴν ζωὴν τῶν πρὸ τῆς γενέσεως ψυχῶν.* Fons autem hujus loci Plotiniani de misericordia et lenitate, de laxatis animorum vinculis cet. est in his locis Platonis: in Cratylo p. 403. (quem respicit etiam Plutarchus de Isid. et Osirid. p. 362. p. 485. sq. Wyttenb. itemque Proclus in Platon. Theolog. V. 3. p. 253. et VI. 11. p. 371.) in Timæo p. 44. p. 48. sqq. Bekk. et in Phædone p. 82. sq. p. 54. sqq. Bekk. Nostrum locum laudat Augustinus de Civ. Dei VIII. 10: " Plotinus certe nostræ memoriæ vicinus temporibus Platonem ceteris excellentius intellexisse laudatur. Is cum de humanis animis ageret: ' Pater,' inquit, ' misericors, mortalia illis vincula faciebat.' Ita hoc ipsum, quod mortales sunt homines corpore, ad misericordiam Dei patris pertinere arbitratus est, ne semper hujus vitæ miseria teneantur. cet." Ceterum ad totum hunc locum de animarum lapsu et descensu adhibe Wyttenbach. ad Plutarch. de S. N. V. p. 113. p. 444. sq. ed. Oxon. (in qua repetita editione vir præstantissimus etiam hujus loci Plotiniani mentionem facit).

p. 708, 3. *καὶ μίαν συμφωνίαν πρὸς τὴν περιφορὰν ποιουμένων, καὶ οἷον μίαν τινὰ φωνὴν ἐμμελῶς ἀφιέναι*] Delevi cum Ficino *οὐκ* ante *ἐμμελῶς*, et in sequentibus quoque nonnulla correxi. Vid. Var. Lect. Ante oculos autem habet Platonis illa in decimo libro de Republ. p. 616. sq. p. 506—508. Bekk. unde adscribo hæc: *ἐπὶ δὲ τῶν κύκλων αὐτοῦ ἄνωθεν ἐφ' ἑκάστου βεβηκέναι Σειρῆνα συμπεριφερομένην, φωνὴν μίαν ἱεῖσαν, ἕνα τόνον. ἐκ πασῶν δὲ ὀκτὼ οὐσῶν μίαν ἁρμονίαν ξυμφωνεῖν.* De Sirenibus apud Inferos comparandus est alter locus in Cratylo p. 403. d. Plura de his fabulis et tesseris disputavi in Commentt. Herodott. p. 311. et p. 347. sqq.

p. 709, 1. *Τὸ γὰρ ἀναπόδραστον καὶ ἡ δίκη οὕτως ἐν φύσει κρατοῦσῃ.*] Supra p. 264. E: *Ὅθεν καὶ θεία φήμη Ἀδράστεια, αὕτη γὰρ ἡ διάταξις, Ἀδράστεια ὄντως καὶ ὄντως Δίκη.* cf. p. 284. F. G. et p. 389. B. infra:—*ἀναπόδραστος γὰρ ὁ θεῖος νόμος.* Ad quos locos consule, quæ apposuimus in annott.

— 9. *οἷον δυνάμεσι μάγων*] Cf. II. 9. 14. IV. 4. 26. IV. 4. 40. et 43. IV. 9. 3. et adhibe dicta ad I. 4. 9. init.

— 12. *ὁρμὰς καὶ ἐπανθήσεις,*] Verbum *ἐπανθεῖν*, Platonem de Legg. IV. 827. F. (173) secutus, aliquoties usurpat Noster, de floribus, luce, pulcritudine. Vid. v. c. V. 8. 10. VI. 2. 21. Similiter Proclus in Platonis Alcib. pr. p. 111. Præcipue Rhetores hoc verbo delectantur. Dionys. Halicarn. de Compos. p. 268. Schæf.: *καὶ αὐτῷ μὲν ἴσως Ἰσοκράτει πολλαὶ* (Cod. Palat. *πολλαῖς.* male) *χάριτες ἐπήνθουν* (*ἄλλαι* addit Cod. Darmst.) *ταύτην ἐπικρύπτουσαι τὴν ἀμορφίαν*: ubi plura collegit Schæfer. Usurpari etiam de interioribus affectibus docet Jacobs. ad Callistrati Statuas p. 708: adde Boissonad. Annott. in Eunap. p. 227. Iamblich. in Protrept. p. 153. Arc. p. 362. Kiessl.: *τὸν δὲ γέλωτα ὑπὲρ πάντων τῶν παθῶν ὠνόμασεν, ὅτι μόνος μάλιστα ἐμφανῶς μηνύεται, ὥσπερ τι ἐπάνθημα* (ita omnes libri mei. Cod. Paris. *ὑπάνθημα.* male) *ὑπάρχων καὶ ἐπίφλεγμα* (*ἐπίφθεγμα* etiam unus ex meis, non melius) *μέχρι προσώπου τῆς διαθέσεως.* Lexicis autem, quæ sine auctoritate exhibent *ἐπάνθησις*, addatur hic locus Plotini.

— 16. *ἢ πρὸς γάμων φυσικὰς προθεσμίας*] Paullo ante *ἐν προθεσμίαις τακταῖς.* Proprie usurpant Oratores Græci, ut Demosthenes p. 269. et sæpius Lysias p. 140. et 264. et ipse Plato de Legg. XII. p. 954. fin. de die præscripto, sive termino a lege constituto. Cf. Ast. ad l. l. in Comment. p. 562. Wesseling. ad Diodor. XXXVI. 1. p. 530. G. O. Reizii Glossar. Theophil. p. 1289. et Dorvill. ad Chariton p. 348. Lips. [p. 245. Amst.] Deinde ad res naturales transfertur. Phalaris Epist. 105: *ὑπομιμνήσκει*

γάρ με (ἡ νόσος) τελευταίαν ἡγεῖσθαι τοῦ ζῆν ἀνθρώπῳ προθεσμίαν τὴν ἐνεστῶσαν ἡμέραν. Idem Epist. 97. *θανάτου προθεσμίαν* usurpat. Vid. Lennep. ad prior. locum p. 301. Chariton. III. 2. p. 59. Lips. [p. 43. Amst.] :—*πείσω δὲ ταύτῃ μᾶλλον καὶ τὸν πενθερὸν, ὡς οὐκ ἀνάξιός εἰμι τῶν γάμων. καρτέρησον, ψυχή, προθεσμίαν σύντομον, ἵνα τὸν πλείω χρόνον ἀπολαύσῃς ἀσφαλῶς ἡδονῆς.* Ex nostra autem lectione hæc sententia existit: vel quemadmodum properare solemus ad naturales terminos nuptiarum i. e. quando matrimonii ineundi ætas (*ὥρα γάμου*) adest. Quo sensu Clearchus ap. Athen. XIII. p. 556. d. (p. 5. Schwgh.) dicit *ἐν ὥρᾳ προσιέναι τοῖς γάμοις.* Sed tamen habet, quo se tueri posse videatur altera lectio a Ficino etiam expressa, *προθυμίας.* Nam primum *προθεσμίας* ex superiore *προθεσμίας* huc traductum dici possit. Deinde *φυσικαὶ γάμων προθυμίαι* oppositæ videri queant *πράξεσι καλῶν* in altero orationis membro, ut sententia fit: instinctu quodam feruntur vel ad explendas cupiditates nuptiarum, vel ad honestas actiones; quamquam ita potius dicendum fuisset *ἀφροδισίων,* quam *γάμων.* Proxime Fic. legisse videtur *πράξεις τινές.* Libri tamen nihil variant.

p. 710, 13. *οἷον εἰκὸς καὶ τὸν μῦθον αἰνίττεσθαι, ὡς, πλάσαντος τοῦ Προμηθέως τὴν γυναῖκα.*] Nemo, qui sciat, quantopere in hac fabula tradenda inter se differant scriptores, mirabitur Plotinum et ipsum, licet Hesiodeum locum attingat, ab hoc tamen poëta ab aliisque discedere. De illa varietate vid. Heynii Obss. ad Apollodor. p. 37. Schütz. Excurs. ad Æschyli Prometh. et Wernsdorf. ad Himerii Eclogg. p. 745. sq. Celeberrima autem Platonis est ejus fabulæ narratio in Protagor. p. 320. sq. p. 170. sqq. Bekk., quem deinde alii sunt secuti Philosophi, quos inducit Wernsdorf. l. l. Ac primum hæc *τοῦ Προμήθεως πλάσαντος τὴν γυναῖκα* abludunt a vulgata forma, quæ Jovis jussu feminam a Vulcano effictam ferebat; sed hujus tamen etiam diversitatis vestigia alio exstant. Vid. ll. ll.—*καὶ οἱ ἄλλοι θεοί.* Igitur etiam Plotino deus est Prometheus, ut Sophocli in Œdip. Colon. 54. sq.: *ἐν δ' ὁ πυρφόρος θεὸς Τιτὰν Προμηθεύς.* Himerius autem Eclogg. XXI. Promethei et Epimethei mentionem *τοῖν δυοῖν δαιμόνοιν* addita appellatione facit. Alia congessit Tib. Hemsterhus. ad Lucian. Vol. I. p. 196. sq. et copiose de hac re disputavit Fr. G. *Welcker.* in libro: *die Æschyleische Trilogie* p. 69. sqq., qui tamen, si Platonis in Politico p. 274. p. 283. Bekk. aliorumque testimoniorum mentionem præmisisset, lenius aliquanto de hoc loco Plotini pronuntiasset.

— 15. *γαῖαν ὗδει* (vel *ὕδατι*) *φύρειν κ. τ. λ.*] Hæc attigimus in Var. lect.

— 18. *τῷ πλάσματι, παρὰ προμηθείας τινὸς γενομένῳ*] Prometheum passim Philosophi pro providentia, quæ mundo humanisque rebus prospicit (*προμηθείᾳ* sive *τῷ προνοητικῷ τῆς φύσεως*) ac *προνοίᾳ* accipiunt. (Vid. Interprr. Græcos in Hesiodi Opp. et Dies 49. sqq. et Nicephor. in Synesii Insomn. p. 404.)

p. 711, 1. Ὁ δὲ Ἐπιμηθεὺς (Ed. *προμηθεὺς* v. Var. Lect.) *ἀποποιούμενος τὸ δῶρον αὐτοῦ—ἀμείνω εἶναι*] Hæc priora ita vertit Ficinus: "Quod autem Epimetheus *ei donum dederit nullum,* quid aliud significat cet." Taylor, notato Ficino, lectionemque Editionis secutus, ita: "But what else is signified by Prometheus warning his brother Epimetheus not to accept the gift (Pandora), than that the choice of that which is in the intelligible, is more excellent [than of that which is in the sensible world?] Deinde Hesiodum laudat l. l. Sed hæc potius periphrasis dicenda est, quam translatio, nec minus tenendum, Hesiodi auctoritatem in his non usquequaque sequi Plotinum. Proinde philosophus noster Epimetheum non pro fatuo vel sero sapienti habet, sed pro eo, qui opus a fratre Prometheo effictum sibique dono missum, justo modo æstimare calleat, neque vero retinere dignetur; similiter atque in Himerii narratione pariter sapientes dicuntur et Prometheus et Epimetheus. Igitur, si plurium librorum et Ficini auctoritatem sequimur, hic locus ita accipiendus est: Epimetheus autem *rejecit* (aspernatus est) *donum ejus* (i. e. Promethei, nisi fortasse pro *αὐτοῦ* malueris *ἀδελφοῦ,* fratris). Loquuntur etiam proxima: *δέδεται καὶ αὐτὸς ὁ ποιήσας*: "Vinctus est etiam ipse, qui fecit (illam Pandoram) cet." Ἀποποιεῖσθαι, *amovere, aspernari, rejicere, repellere,* hac potestate sæpius obvium est. Vide locos in Steph. Thes. Londin.—Valp. p. 7787; adde Schleusner. Nov. Thesaur. Septuag. Interprr. I. p. 186. et Wyttenbach. ad Plutarch. Sept. Sapp.

Conviv. p. 947: quem locum expilavit Scholiast. Hesiodi in Cod. Schellershemiano, sine ulla variante lectione, nisi quod omisit ὅλως inter πάντα et τὰ ἐκτός. Theophylactus in Meursii Opp. Vol. VIII. p. 981. etiam active usurpat; si locus sanus: τί τὴν γλῶτταν ἐπέχεις καὶ ἀποποιεῖς σοῦ τὰ πάτρια; Ceterum hanc fabulam ab aliis quoque ad naturam animarum vicissitudinesque explicandas esse adhibitam arguunt scholia Græca in Hesiodi Ἔργ. v. 47. et sqq. Vid. modo p. 64. ed. Gaisford. Alias explicationes tentarunt Plutarch. de Audiendd. poëtt. p. 23. F. p. 88. sqq. Wytt. Julianus Orat. VI. p. 194. Themistius Orat. XXVII. p. 338. Olympiodor. in Platon. Gorgiam (qui etiam de Animabus accipit. Locum Anglice versum exhibuit Taylor ad h. l. Plotini) alii. Novam autem esse Plotini explicationem intelligas ex epilogo in fine hujus capitis.

p. 711, 8. Ἴασι δὲ ἐκκύψασαι τοῦ νοητοῦ.] In gripho ap. Athen. X. p. 455. E. p. 171. Schwgh.: ὄμματα τ' ἐκκύπτοντα κ' εἰσκύπτοντα. Est foras prospicere, caput oculosque exserere, et prominere. Ac quemadmodum ἀνακύπτειν dicuntur animæ, quæ ex hac rerum sensibilium caligine se in altum tollunt et quasi caput exserunt in veritatis lucem (docente Wyttenbachio ad Platon. Phædon. p. 302. adde Eustath. in Odyss. χ. 235. sq. p. 393. sq. Basil.—: κάτω βρίθοντας καὶ ἀνακύπτειν οὐκ ἔχοντας): ita raro satis usu eædem ἐκκύπτειν dicuntur, quando ex illo penetrali divini domicilii, in quo habitant, foras quasi prospiciunt etiamque procedunt; quæ posterior significatio nostro loco attribuenda est. Ad argumentum cf. III. 9. 2. IV. 2. 1. IV. 3. 20. V. 7. 12. Eadem sententia Noster infra IV. 4. 3. προκύψασα usurpavit. Vid. Annot. p. 399. A. Ceterum hæc et sequentia loci nostri ad Kantianæ philosophiæ normam exigit Tennemann. in Hist. Philosoph. VI. p. 185. sq.

— 12. διὰ βάρυνσιν καὶ λήθην] Artemidorus Oneirocrit. Lib. I. c. 18. p. 21. p. 32. Reiff. jungit βαρύνσεις καὶ ὕβρεις. De animabus autem βάρυνσις idem est, quod βρῖθος seu βριθοσύνη, gravedo, materiæ pondus, quo deorsum trahuntur. Vid. modo laudatum Eustathii locum, ubi κάτω βρίθειν et ἀνακύπτειν contraria sunt.

— 13. ἢ σωμάτων εἰς ἃ ἐνεκρίθησαν] Supra dixerat εἰς σώματα εἰσκρινόμεναι. Utrobique autem est, in corpora ingredi et admitti. Nonnunquam corruptum reperitur illud verbum. Vid. Reisk. et Leopold. ad Plutarchi Lycurg. XVIII. 3. p. 226. Leopold. Corruptelam traxisse videtur etiam in (h. l. Philonis Judæi Leg. Allegor. III. p. 384. Pfeif. Φινεὲς—τὸν σειρομάστην τουτέστι τὸν ζηλωτικὸν λόγον λαβὼν οὐκ ἀποστήσεται, πρὶν ἢ ἐκκεντῆσαι τὴν Μαδιανῖτιν τὴν ἐγκεκρυμμένην θείῳ χορῷ φύσιν, διὰ τῆς μήτρας αὐτῆς, ἵνα μηδέποτε ἰσχύσῃ φυτὸν ἢ σπέρμα κακίας ἀνατεῖλαι· Mangeyus vult ἐγγεγραμμένην, sed et vestigiis scripturæ et vocabulo χορῷ accommodatius videtur ἐγκεκριμένην, *quæ admissa est.*

p. 712, 10. πενίαι, ἢ νόσοι] Cf. II. 3. 8. et præsertim III. 2. 5. ibiq. annot. p. 258. F.

— 18. ἐκ τῶν πρόσθεν ἐχόντων τὴν δικαίωσιν] Cum ex antecedentibus justitiæ opinionem (sive justitiæ excusationem) habeant, i. e. tanquam juste facta defendi possint. De vi vocis δικαίωσις dicendi otium nobis fecit Wyttenbach. quem legito in Animadvv. in Plutarch. de Fortuna p. 679. sqq.

p. 713, 1. κεχαλάσθαι] De hoc verbo adde iis, quæ habet Steph. Thesaurus Valp. p. 10400. sq. annot. nostram in Proclum in Alcib. pr. p. 41. sq. cf. Procli Inst. Theol. c. 122. p. 179. Substantivum χάλασις legitur infra IV. 4. 45.

— 11. Ὅτι δὲ ἐκ τοῦ νοητοῦ εἰς τὴν οὐρανοῦ ἴασιν αἱ ψυχαὶ τὸ πρῶτον χώραν] Singularem exhibuerunt plurimi et optimi Codd. nostri. Atque ubi libri MSS. non diversa cogunt, in Platonicis et in ipso Plotino Singularis οὐρανὸς amplectendus videtur. In Septuaginta interprr., Novo Testamento et scriptoribus Ecclesiasticis Pluralis frequentior. De vocibus οὐρανὸς et κόσμος supra dictum est ad p. 96. A. Quibus adde Dorvill. ad Chariton p. 664. sq. Lips. [p. 759. Amst.] Valckenaerii Scholl. in N. T. Vol. II. p. 91. sq. p. 406. sq. et p. 573. Bibl. Crit. Amstel. X. p. 98. et Suiceri Thes. Eccles. II. p. 519. sqq.—Ad argumentum nostri loci adhibe hos alios locos: V. 5. 7. VI. 7. 41. VI. 8. 18. Bruckerus ex nostro loco ansam arripuit reprehendendorum Platonicorum, quibus hic vir omnino iniquior est, dictitans in Hist. Crit. Philos. II. p. 399. hos philosophos eclecticos neque in principiis inter se consentire, et in reliquis hypostasi-

bus ordinandis inter se valde dissentire. Tiedemannus in libro: Geist. der spekul. Philos. III. p. 415. hæc Plotiniana de animabus decreta cum Cabbalisticis comparat. Attigit nostrum locum etiam Tennemannus in Historia Philos. VI. p. 94.

p. 714, 3. *ἔστι γάρ τι οἷον κέντρον—αὐγῆς ἀλλοτρίας*] Insunt in his Eleaticæ doctrinæ vestigia. Vide quæ v. c. de Parmenide prodit Cicero de N. D. I. 11. p. 49. sq. ibiq. annot. in edit. nostr. et Mos. Cf. Brandisii Commentt. Eleatt. p. 160. sqq. Hæc et similia Eleaticorum et Platonicorum quomodo postea a Gnosticis aliisque varie transmutata sint, monstratum iit Vir doctissimus mihique amicissimus *Josephus de Hammer.* nostri loci non immemor, in opere: *Fundgruben des Orients* (Mines de l'Orient) Vol. VI. p. 51. sqq. et p. 110.—Ad verba *φῶς ἐκ φωτός* Moserus noster confert hæc Nonni in Paraphrasi Evang. Joannis I. 3:

καὶ λόγος αὐτοφύτοιο θεοῦ, φῶς, ἐκ φάεος φῶς.

Cf. etiam infra VI. 4. 9.

— 12. *ὥσπερ χειμαζομένων πλοίων κυβερνῆται ἐναπερείδονται.*] Infra p. 389. A: *ἐκεῖ ἔδει οἷον ἐναπερείδεσθαι τὴν δύναμιν τοῦ τεχνίτου ἐκείνην*, et p. 524. C. *οἷον ἐναπερείσαντος ἐν φθόγγῳ αὐτὸν τοῦ φωνοῦντος.* Plutarchus Morall. p. 236. D. *ἐναπερείδειν τῇ λόγχῃ.* Idem Præcept. Sanit. p. 126. E. p. 497. Wytt.: *ἐναπερειδόμενοι τῇ μνήμῃ*, reluctamur memoriæ, ubi Meziriacus malebat *ἀνταπερειδόμενοι.* Vid. Wyttenb. Animadvv. p. 823. Alia habet Steph. in Thes. L. Gr. Sed *ἐναπέρεισις*, quod infra ap. Plotin. IV. 4. 1. legitur, nemo, quod sciam, in Lexicis consignavit. Gubernationis autem navigationisque similitudines in Socratis et Socraticorum colloquiis frequentatæ. Vide modo Xenoph. Memorabb. I. 7. 3. III. 6. 38. III. 3. 9. Œcon. VIII. 14. Plato, vel quisquis ejus dialogi auctor sit, Alcib. pr. p. 125. C. Nec minus frequentes locutiones a re nautica desumptæ per scripta Platonis v. c. in Symposio p. 197. p. 418. Bekk. de Amore: *κυβερνήτης, ἐπιβάτης, παραστάτης, σωτήρ*;—in Lachete p. 194. p. 237. Bekk. *ἀνδράσι φίλος χειμαζομένοις ἐν λόγῳ βοήθησον*; in Parmenid. p. 137. p. 24. Bekk. de Legg. XI. p. 919. A. Alia cum ex Platone, tum ex aliis scriptoribus collegit Ruhnken. ad Tim. Lex. p. 79. Adde Philon. Jud. De Cherubim Vol. II. p. 22. Pfeif. et Proclum in Alcib. pr. p. 140. sq.

p. 716, 4. *περὶ δὲ δαιμόνων καὶ ψυχῶν ἐν ἀέρι φωνῇ χρῆσθαι, οὐκ ἄτοπον*] Sc. *νομίζειν*, ex Plotiniana brevitate. Laudat memoriter nostrum locum Hermias in Platonis Phædrum p. 94. Astii: *ὅθεν οὖν Πλωτῖνος ἐν τῷ πρώτῳ τῷ περὶ ἀποριῶν ψυχῆς οὐδὲν ἄτοπόν φησι, φωνὴν ἀφιέναι τοὺς δαίμονας ἐν ἀέρι διαιτωμένους· ἡ τοιαύτη γὰρ πληγὴ τοῦ ἀέρος ἐστὶ φωνή.* Tum pluribus hæc prosequitur. Ipse ille Pythagoras dæmonum vocem agnovisse traditur ap. Porphyr. de Vit. Pythagor. §. 41. p. 42. Kust. Postea Socratis Genius hujusmodi disputationibus locum fecit. Plutarchus de Genio Socratis p. 589. C. D. locum venustum integrum adscripsi in annot. in Olympiod. in Alcib. pr. p. 21. Hic vero ita: *Τρίτον, ὅτι (Σωκράτης) ὡς φωνῆς αὐτοῦ (τοῦ δαιμονίου) ἐδόκει ἀκούειν· οὐχ ὅτι ἐκεῖνος ἐλάλει, ἀλλ' οἷον ἔλλαμψίς τις αὐτοῦ ἐγίνετο περὶ τὰ ἀκουστικὰ ὄργανα, καὶ φωνὴν ἐνόμιζεν εἶναι κ. τ. λ.* Eandem quæstionem attigit Mich. Psellus de Operatt. Dæmonum p. 73. ed. Kilon.

— 10. *Ἀμέριστον μὲν οὖν ἁπλῶς εἴρηται αὐτῷ—γιγνομένην μεριστὴν*] Plato in Timæo p. 35. p. 32. Bekk.: *τῆς ἀμερίστου καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ἐχούσης οὐσίας καὶ τῆς αὖ περὶ τὰ σώματα γιγνομένης μεριστῆς τρίτον ἐξ ἀμφοῖν ἐν μέσῳ ξυνεκεράσατο οὐσίας εἶδος, τῆς τε ταὐτοῦ φύσεως αὖ πέρι καὶ τῆς θατέρου, καὶ κατὰ ταῦτα ξυνέστησεν ἐν μέσῳ τοῦ τε ἀμεροῦς αὐτῶν καὶ τοῦ κατὰ τὰ σώματα μεριστοῦ.* Ceterum hæc et sequentia Plotiniana in compendium redegit Porphyrius in Sententiis sive de Gradibus, cap. XXVIII. sqq. et cap. XXXIX. p. 229. sqq. 246. sqq. ed. Cantabrig. Attigit hoc Platonis de tribus principiis placitum et de anima etiam Plutarchus de Iside et Osiride p. 370. E. ad quem locum Wyttenbachius in Animadversionibus et illa Platonis verba adhibuit et alia laudavit p. 240. ed. Oxon. formæ 8væ.

p. 717, 8. *ἐμπόδιον γὰρ τοῦτο (τὸ σῶμα) εἴ τις αὐτῷ ἐν ταῖς σκέψεσι προσχρῷτο*] De hac sententia cf. quæ supra p. 215. F. dixit Plotinus et nos ibi annotavimus.

— 16. *Εἰ δὲ καὶ ἐν τόπῳ ταὐτά τε καὶ τὰ ἄλλα τῆς ψυχῆς λεγόμενα μέρη κ. τ. λ.*] Attigit hæc et seqq. Iamblichus ap. Stob. Eclogg. Physs. I. 52. 36.

p. 908. Heer.: Οὐχ ἡ αὐτή ἐστι πασῶν τῶν ψυχῶν κοινωνία πρὸς τὰ σώματα, ἀλλ' ἡ μὲν ὅλη ὥσπερ καὶ Πλωτίνῳ δοκεῖ, προσιὸν αὐτῇ τὸ σῶμα ἔχει ἐν ἑαυτῇ, ἀλλ' οὐκ αὐτὴ πρόσεισι τῷ σώματι, οὐδὲ περιέχεται ὑπ' αὐτοῦ· αἱ δὲ μερισταὶ προσέρχονται τοῖς σώμασι καὶ τῶν σωμάτων γίγνονται, καὶ ἤδη, κρατουμένων τῶν σωμάτων ὑπὸ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως εἰσοικίζονται εἰς αὐτὰ κ. τ. λ. At vero hanc non usquequaque sententiam ipsius Plotini esse arguunt sequentia hujus libri capita. Cf. etiam Porphyr. de Gradibus XXIX. p. 230.

p. 718, 11. οὐ μὴν οὐδ' ὡς ἐν ἀγγείῳ κ. τ. λ.] Porphyrius de Gradibus c. XXIX. p. 230: τὸ ἀσώματον ἂν ἐν σώματι κατασχεθῇ, οὐ συγκλεισθῆναι δεῖ, ὡς ἐν ξωγρείῳ θηρία. συγκλεῖσθαι γὰρ αὐτὸ οὐδὲν οὕτω δύναται καὶ περιλαβεῖν σῶμα. οὐδ' ὡς ἀσκὸς ὑγρόν τι ἔλκει ἢ πνεῦμα. ἀλλ' αὐτὸ δεῖ ὑποστῆσαι δυνάμεις ῥέπουσας ἀπὸ τῆς πρὸς αὐτὸ ἑνώσεως εἰς τὸ ἔξω, αἷς δὲ κατιὸν συμπλέκεται τῷ σώματι· δι' ἐκτάσεως οὖν ἀρρήτου ἡ εἰς σῶμα σύνερξις. Διὸ οὐδ' ἄλλο αὐτὸ καταδεῖ ἀλλ' αὐτὸ ἑαυτό. οὐδὲ λύει τοίνυν θρανσθὲν τὸ σῶμα καὶ φθαρέν. ἀλλ' αὐτὸ ἑαυτὸ στραφὲν ἐκ τῆς προσπαθείας. Tangere autem Plotinus videtur Epicureos, qui corpus animam tanquam vas aliam materiam continere docebant teste Diog. Laërtio X. 64; ad quem consule Menagium p. 463. cf. Annot. ad proximam paginam nostr. 387. E.

p. 720, 2. οὐκ ἂν ἔφαμεν τὴν ψυχὴν ἐν τῷ σώματι εἶναι.] Cf. annot. ad pag. præced. 386. F. Achilles Tatius Isag. in Arati Phænomm. c. 13: Ποσειδώνιος δὲ ἀγνοεῖν τοὺς Ἐπικουρείους ἔφη, ὡς οὔτε (f. οὐ τὰ Bakius) σώματα τὰς ψυχὰς συνέχει, ἀλλ' αἱ ψυχαὶ τὰ σώματα· ὥσπερ καὶ ἡ κόλλα καὶ ἑαυτὴν καὶ τὰ ἐκτὸς κρατεῖ. Vid. Posidonii Reliqq. Ed. Bakii p. 65. quæ ita vertit et illustrat. Wyttenbachius ibid. p. 273. sq.: "i. e. non corpora animas continent, sed animæ corpora. Et verbum συνέχειν proprium hac in re, *servare*, *continere*, *sustinere*, *ne dilabantur*: et placitum, ut vere Platonicum, a Platonicis celebratum. Maximus Tyrius XV. 5. p. 169: εἰ γὰρ τῷ σώματι τῷ φύσει φθειρομένῳ (ἡ ψυχὴ) παρέχει τὸ μὴ φθείρεσθαι, ἡνίκ' ἂν αὐτῇ συνῇ, πολλοῦ γε δεῖ φθαρῆναι αὐτήν. Ἐν γοῦν τῇ συστάσει τὸ μὲν σῶμα συνέχεται, ἡ δὲ ψυχὴ συνέχει. εἰ δὲ καὶ τὴν ψυχὴν ἑτερόν τι συνέχει, ἀλλὰ μὴ αὐτὴ αὑτήν· τί τοῦτο ἔσται καὶ τίς ἂν ἐπινοήσαι ψυχὴν ψυχῆς; κ. τ. λ." Sequitur hic ipse locus Plotinianus; cui subjiciuntur Porphyrius et Numenius ap. Eusebium in P. E. XI. p. 556. et XV. p. 819; Plutarchus Quæst. Platonn. p. 1002. B. Olympiodor. in Platon. Phædon. Cod. I. p. 74. Augustinus de Quantitate Animæ T. I. p. 322. &c.

p. 720, 11. Ὡς μὲν γὰρ πλωτὴρ—ὡς δὲ κυβερνήτης—ὥσπερ ἡ ψυχὴ ἐν τῷ σώματι.] Taylor: "For the pilot, so far as he is a sailor, will be from accident a pilot in the ship. But if the soul is present with the body in the same manner as the pilot alone with the ship, how is this affected? For the pilot is not in all the ship, in the same manner as the soul is in all the ship." Ego ex probatis libris primum dedi ἐν αὐτῷ pro ἐν αὐτῇ. Atque illud ipsum conjecerat Censor Batavus editionis pecul. Plotini de Pulcrit., qui vir doctus sagaciter hunc locum conjectat restitui posse: ὡς μὲν γὰρ πλωτὴρ κατὰ συμβεβηκὸς ἂν εἴη ἐν αὐτῷ (sc. τῷ σώματι)· ὡς δὲ κυβερνήτης πῶς; οὐδὲ γὰρ ἐν πάσῃ νηὶ ὁ κυβερνήτης, ὥσπερ ἡ ψυχὴ ἐν τῷ σώματι. Quam ego rationem indicavi in versione Latina, ita tamen, ut Ficinianam versionem simul intactam relinquerem.—Sicut autem Aristoteles priores illos modos conjunctionis animæ cum corpore enumerat in Physicis: ita idem de Anima lib. I. cap. 3. p. 9. Sylburgii ita:—διχῶς δὲ κινουμένου παντός· ἢ γὰρ καθ' ἕτερον, ἢ καθ' αὑτό· καθ' ἕτερον δὲ λέγομεν, ὅσα κινεῖται τῷ ἐν κινουμένῳ εἶναι οἷον πλωτῆρες· οὐ γὰρ ὁμοίως κινοῦνται τῷ πλοίῳ τὸ μὲν γὰρ καθ' αὑτὸ κινεῖται, οἱ δὲ τῷ ἐν τῷ κινουμένῳ εἶναι. δῆλον δ' ἐπὶ τῶν μορίων· οἰκεία μὲν γάρ ἐστι κίνησις, ποδῶν βάσις· αὕτη δὲ καὶ ἀνθρώπων· οὐχ ὑπάρχει δὲ τοῖς πλωτῆρσι τότε, διχῶς οὖν λεγομένου τοῦ κινεῖσθαι, νῦν ἐπισκοποῦμεν περὶ ψυχῆς, εἰ καθ' αὐτὴν κινεῖται καὶ μετέχει κινήσεως. Hinc exempli ejus fons intelligitur unde ductus sit. Atque de hoc Aristotelis exemplo multa disputant hujus interpretes. Illud unum addam Simplicii ex proœmio in Comm. librorum de Anima:—ἀλλὰ καὶ τὸ ὄργανον ἕτερον τοῦ χρωμένου. καὶ ἐντελέχεια καὶ τὸ χρώμενον, ὡς ὁ πλωτὴρ τῆς νεώς. διττὴ γὰρ ἡ ἐντελέχεια· ἡ μὲν καθ' ἣν ἐστι ναῦς· ἡ δ' ὡς πλωτήρ. Iamblichus ap. Stob. in Eclogg. Physs. I. 52. 37. p. 916. Heer. posteaquam Plotini, tanquam in prioribus Platonicis censendi, mentionem fecit, ita pergit: ἤδη τοίνυν ἡ χρῆσις τοῦ σώ-

ματος πολλῆς δεῖται διακρίσεως. οἱ μὲν γὰρ προσεοικέναι αὐτὴν λέγουσιν ὡς κυβερνήσει (addendum νεὼς videtur Heerenio) *ἧς καὶ ἀπόλλυσθαι χωρὶς δύναται ὁ κυβερνήτης.* Unde patet, hanc in ea doctrina similitudinem frequentatam esse. Fontes et exempla hujusmodi similitudinum supra indicavimus ad p. 385, A.

p. 720, 15. *οἷον ἐν τῷ οἴακι—ὁ οἴαξ ἦν.*] Fons similitudinis in Platonis Critia p. 109. p. 150. Bekk.—*ἀλλ' ᾗ μάλιστα εὔστροφον ζῶον ἐκ πρυμνῆς ἀπευθύνοντος οἷον οἴακι πειθοῖ ψυχῆς ἐφαπτόμενοι κατὰ αὐτῶν διάνοιαν, οὕτως ἄγοντες τὸ θνητὸν, πᾶν ἐκυβέρνων* (sc. *οἱ θεοί*). Eadem formula Deus *τῶν ἀνθρώπων οἰακοστρόφος* dicitur Cyrillo Alexandrino in cap. IV. Amosi p. 295. Item Philo Judæus de Mundi Opificio Vol. I. p. 28. Pfeiff. *οἷα γὰρ ἡνίοχος ἡνίων, ἢ κυβερνήτης οἰάκων ἐπειλημμένος ἄγει ᾗ ἂν ἐθέλῃ κατὰ νόμον καὶ δίκην ἕκαστα, μηδενὸς προσδεόμενος ἄλλου· πάντα γὰρ θεῷ δυνατά.* Cf. de migrat. Abrah. Vol. III. p. 412. Eodem modo Theodoretus nunc *οἴακας τοῦ κόσμου* usurpat, ut II. p. 468. Schulz. nunc *οἴακας κτίσεως* I. p. 951. Alia ex Ecclesiæ Patribus collegit Matthæi ad Jo. Chrysost. Oratt. selectt. III. p. 6. sq. Proclus in Alcib. pr. p. 78. ed. Francof.—*καὶ εἷς ἐστιν οὗτος* (*ὁ δαίμων*) *ἁπάντων τῶν ἐν ἡμῖν καὶ περὶ ἡμᾶς βασιλεὺς οἰακίζων ἡμῶν τὴν σύμπασαν ζωήν*: ad quem locum plura congessi de verbo *οἰακίζειν*. Alia suppeditat Wyttenbachii *τοῦ μακαρίτου* doctrina in Animadvv. in Plutarch. de Aud. Poett. p. 284, ubi Participium *μετοιακιζόμενος* illustrat. Himerius Orat. XIV. 32. *ὥσπερ τις κυβερνήτης χρηστὸς ὃς πάντας ἀφεὶς τοὺς πλωτῆρας ἀπόνως ἐπὶ τῆς ὁλκάδος φέρεσθαι, μόνος ἐπὶ τῶν οἰάκων ἑστὼς εὐθύνει τὸ σκάφος ἀκύμαντον* (ubi non video cur Wernsdorf. malit *ἀπήμαντον*). Idem in Eclogg. XXXVI. 10. p. 314: *κινδυνεύει μοι πόλις μεγάλη καὶ ἤπειρος ὅλη κυβερνᾶται τοῖς οἴαξι.* Idem Orat. VII. 15. p. 536. Wernsdf. *οὐκοῦν δῆλον ὡς πᾶσα ἀνάγκη τεχνίτην οἰάκων εἶναι [τὸν ἐφιζάνειν] μέλλοντα τοῖς πηδαλίοις τῆς πόλεως.* Alciphron. I. Epist. 10; *πολλάκις οὖν σώζονται ὑπ' ἀσφαλείας προμηθούμενοι* (*προθυμούμενοι* bini Codd. Palatini nostri) *φυλάξασθαι τὸν κίνδυνον. εἰσὶ δὲ οἱ παραδόντες ἑαυτοὺς ἅπαξ τῷ πελάγει, ὑπ' ἀμηχανίας τῇ τύχῃ τοὺς οἴακας ἐπιτρέψαντες* (*ἐπιτρέψαντας* unus Palat.) *φέρεσθαι.* Ubi vid. Bergler. et Wagner.

p. 60. Platonis locum tangit etiam Proclus in Cratylum §. 69. p. 33. Boisson. ita pergens: *τὰ τοίνυν πηδάλια ταῦτα καὶ ὁ οἴαξ τοῦ παντὸς, οἷς ἐποχούμενος ὁ δημιουργὸς διακοσμεῖ τὸ πᾶν, οὐκ ἄλλο τι χρὴ νομίζειν ἢ σύμβολα τῆς ὅλης δημιουργίας. κ. τ. λ.*

721, 12. *διὸ καὶ Πλάτων καλῶς τὴν ψυχὴν οὐ θεὶς ἐν τῷ σώματι ἐπὶ τοῦ παντὸς*] Vid. Platonis Timæum p. 36. sub fin. p. 34. Bekk. et p. 42. p. 45. sq. Bekk.

p. 722, 6. *τὴν μὲν ἐν ὀφθαλμοῖς δύναμιν, τὴν ὁρατικὴν εἶναι—ὄσφρησιν ἐν ῥισί κ. τ. λ.*] Disputat de his sensibus eorumque viribus atque appellationibus, priorum Physiologorum sententias examinans, Aristoteles de Anima III. 2. p. 50. Sylb. Ad argumentum comparandi Xenoph. Memorabb. I. 4. 5. Cic. de Fin. V. 11. 33; de Nat. Deorr. II. 56. et ipse Plotinus IV. 6. 2. VI. 1. 12. VI. 3. 17. VI. 4. 11. Dio Chrysost. Orat. VIII. p. 134. C. D. p. 6. ed. Baguet: (*τῆς ἡδονῆς*)—*διά τε τῆς ὄψεως καὶ ἀκοῆς, ἢ ὀσφρήσεως, ἢ γεύσεως, ἢ ἁφῆς διαφθεῖραι πειρωμένης.* Plutarchus de Fortuna p. 98. F. p. 387. Wytt.—*ἀλλ' ἐν πᾶσι τούτοις ἀτυχέστεροι τῶν θηρίων ἐσμέν. ἐμπειρίᾳ δὲ καὶ μνήμῃ καὶ σοφίᾳ καὶ τέχνῃ κατὰ Ἀναξαγόραν, σφῶν τε αὐτῶν χρώμεθα, καὶ βλίττομεν, καὶ ἀμέλγομεν, καὶ φέρομεν καὶ ἄγομεν συλλαμβάνοντες.* In præcedentibus memoraverat Plutarchus vires mirificas singulorum animalium, et quam utilitatem homines inde percipere soleant, in quo loco etiam *canum* ad custodiam hominum adhiberi solitorum mentionem fecerat. Jam Anaxagoræ sententiam exponit docentis quomodo homines, cum illis viribus minus polleant, quam bestiæ, suo tamen ingenio his ipsis uti calleant. Verba autem illa corrupta sunt. Turnebus: *σφριγῶντι αὐτῶν* vel *σοφίᾳ τε αὐτῶν*. Ex sententiarum argumento et ex variæ lectionis vestigiis: *Ἀναξαγόραν σφῶν τε* vel ΣΦΡΙΓΓΩΝΤΙ vel ΣΟΦΙΑΤΕ legendum conjicio: *κατὰ Ἀναξαγόραν, ὀσφράνσει τε αὐτῶν χρώμεθα*: *et olfactu eorum utimur* (scil. in venatu, quo feras capimus, quibus vescimur). Et reputa sequentia *καὶ βλίττομεν κ. τ. λ.*, quæ singula ad partem corporis animalium pertinent, exceptis extremis: *καὶ φέρομεν*, quæ ad totum corpus. Etiam Cicero in loco Plutarchei simillimo, de N. D. II. 60: " Nos onera quibusdam bestiis, nos juga impo-

nimus, nos elephantorum acutissimis sensibus, *nos sagacitate canum* ad utilitatem nostram abutimur."

p. 723, 6. *ταύτῃ ἐτέθη τοῖς παλαιοῖς ἐν τοῖς ἄκροις τοῦ ζώου παντὸς, ἐπὶ τῆς κεφαλῆς.*] Respicit Platonis Timæum p. 70. A. p. 98. Bekk.: *τὸ μετέχον οὖν τῆς ψυχῆς ἀνδρίας καὶ θυμοῦ, φιλόνεικον ὂν κατῴκισαν ἐγγυτέρω τῆς κεφαλῆς. μεταξὺ τῶν φρενῶν τε καὶ αὐχένος, ἵνα τοῦ λόγου κατήκοον ὂν κοινῇ μετ' ἐκείνου βία τὸ τῶν ἐπιθυμιῶν κατέχοι γένος, ὁπότ' ἐκ τῆς ἀκροπόλεως τῷ ἐπιτάγματι καὶ λόγῳ μηδαμῇ πείθεσθαι ἑκὸν ἐθέλῃ.* Universum hunc locum in divini loquendi generis, quo Plato excellit, exemplis posuit Longinus de Sublim. XXXII. 5. Alcinous de Doctr. Plat. c. XXIII. p. 503. ed. Heins.:—*τὸ θεῖον αὐτῆς* (*τῆς ψυχῆς*) *καὶ ἀθάνατον κατῴκισαν ἐπὶ τοῦ σώματος, ἐπὶ τῆς οἷον ἀκροπόλεως* (fort. *κατῴκισαν ἐπὶ τῆς τοῦ σώματος οἷον ἀκροπόλεως*) *ἄρχον καὶ βασιλεῦον ἀποφήναντες, οἴκησίν τε ἀπονείμαντες αὐτῷ τὴν κεφαλὴν, σχῆμα ἔχουσαν μιμούμενον τὸ τοῦ παντός.* Chalcidius in Platonis Timæum p. 327. " Rationabilem quidem partem animæ ut sapientissimam, principem partem obtinentem, *tanquam totius corporis Capitolium*." Cicero de N. D. II. 56: " Sensus autem interpretes ac nuntii rerum, *in capite*, *tanquam in arce*, mirifice ad usus necessarios et facti et collocati sunt:" ad quem locum alia dabit Davisius. Cui junge præstantissimum Jacobs. ad Philostrati Imagg. p. 525. sq. —Sequentia Plotini, de concupiscentia, iracundia, jecinore et corde apprime congruunt cum Platonis descriptione in Timæi loco laudato p. 70. B. C. cf. Plutarch. de animi generat. in Timæo p. 1025. sq. p. 174. sqq. Wyttenb., qui et alia habet et hæc, ad verba Plotini in seqq.: *αἰσθητικὸν γὰρ, κριτικόν πως καὶ φανταστικὸν, οἷον νοερὸν κ. τ. λ.* pertinentia: *οὐ μὴν ῥᾳδίως ἄν τις οὔτε πάθος ἀνθρώπου παντάπασιν ἀπηλλαγμένον λογισμοῦ κατανοήσειεν, οὔτε διανοίας κίνησιν, ᾗ μηδὲν ἐπιθυμίας ἢ φιλοτιμίας, ἢ τοῦ χαίροντος ἢ λυπουμένου πρόσεστι. Διὸ τῶν φιλοσόφων οἱ μὲν τὰ πάθη λόγους ποιοῦσιν, ὡς πᾶσαν ἐπιθυμίαν καὶ λύπην καὶ ὀργὴν κρίσεις εἶναι,*

p. 724, 15. *Ἀναπόδραστος γὰρ ὁ θεῖος νόμος κ. τ. λ.*] Fons in Platonis Gorg. p. 523. A. p. 163. sq. Bekk. *ἦν οὖν νόμος ὅδε περὶ ἀνθρώπων ἐπὶ Κρόνου καὶ ἀεὶ καὶ νῦν ἔτι ἔστιν ἐν θεοῖς, τῶν ἀνθρώπων τὸν μὲν δικαίως τὸν βίον διελθόντα καὶ ὁσίως, ἐπειδάν τε λευτήσῃ, ἐς μακάρων νήσους ἀπιόντα οἰκεῖν ἐν πάσῃ εὐδαιμονίᾳ ἐκτὸς κακῶν· τὸν δὲ ἀδίκως καὶ ἀθέως εἰς τὸ τῆς τίσεώς τε καὶ δίκης δεσμωτήριον, ὃ δὴ* (fort. *ὃν δὴ*) *Τάρταρον καλοῦσιν, ἰέναι.* Ad quem locum in Cod. Bodleiano quatuor Scholia adjiciuntur p. 93. ed. Gaisford., haud dubie e Procli commentariis desumta. Persequitur eadem, Platonem etiam secutus, Plutarchus de S. N. V. p. 564. sq. p. 273. sqq. Wyttenb. cf. hujus animadverss. p. 435. sqq. Idem Plutarchus ap. Stob. Eclogg. Physs. I. 19. p. 188. Heer.: *διὰ τοῦτο τὴν εἱμαρμένην καὶ Ἀδραστείαν καλοῦσιν, ὅτι πέρας ταῖς αἰτίαις ἠναγκασμένον ἐπιτίθησιν, ἀνέκφευκτος οὖσα καὶ ἀναπόδραστος.* Eodem vocabulo utitur Aristoteles, qui fertur, de Mundo VII. 3. p. 324. Kappii; item Hermias in Platonis Phædrum p. 149. Astii; unde in Scholia transiit p. 63. ed. Siebenkees. Nec minus Eustath. in Odyss. 13. v. 839. p. 269. ed. Basil. et ipse Noster supra p. 382. B. Ad argumentum et sententiarum summam adhibe, quæ supra annotavimus ad p. 264. E. et p. 284. F. G. Plotinianos hos locos ante oculos habet Proclus in Platonis Timæum p. 323, ubi Platonis decreta de ordine divino in rebus mundanis et de vitarum electionibus copiose illustrat: *διότι*, addens, *πλήρης ἐστὶν ἑκατέρα* (*αἵρεσις*, vitarum electio, vel bona vel mala) *τῶν εἱμαρμένων νόμων, καὶ ἄγουσιν ἑαυτὰς ὅπου ὁ ἐν αὐταῖς φθέγγεται νόμος, ὥς φησιν καὶ ὁ Πλωτῖνος.*

— 17. *φέρεται—καὶ αὐτὸς ὁ πάσχων—ἀστάτῳ μὲν τῇ φορᾷ πανταχοῦ αἰωρούμενος ταῖς πλάναις—τὸ ἀκούσιον εἰς τὸ παθεῖν ἔχων.*] Gravissimus locus et qui germanam Platonici philosophi indolem referat. Taylor ex eo, quod Fic. vertit: erroribus *circumactus*, legendum esse dicit *περιαγόμενος* pro *αἰωρούμενος*. Quod viro optimo excidisse nolim. Nam primum libri, excepto uno, qui solennem confusionem habet, nihil variant; deinde verbum *αἰωρεῖσθαι* optime congruit et cum *ἀστάτῳ τῇ φορᾷ* et cum *ταῖς πλάναις*. Quid quæris? Colorem traxit Plotinus ex Platonis Menexeno p. 248. A: *Ὅτῳ γὰρ ἀνδρὶ εἰς ἑαυτὸν ἀνήρτηται πάντα τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν φέροντα ἢ ἐγγὺς τούτου, καὶ μὴ ἐν ἄλλοις ἀνθρώποις αἰωρεῖται, ἐξ ὧν ἢ εὖ ἢ κακῶς πραξάντων πλανᾶσθαι ἠνάγκασται καὶ τὰ ἐκείνου, τούτῳ ἄριστα παρεσκεύασται*

ζῆν, οὗτός ἐστιν ὁ σώφρων καὶ οὗτος ὁ ἀνδρεῖος καὶ φρόνιμος. Eum locum tangit Aristides Oratt. Platon. Vol. II. p. 163. Jebb. expressit autem Cicero Tuscull. V. 12: " Nam cui viro ex se ipso apta sunt omnia, quæ ad beate vivendum ferunt, nec *suspensa* aliorum aut bono casu aut contrario, *pendere* ex alterius eventis et *errare* coguntur:" &c. Consule Gottleber. et Loers. ad Menex. l. l. p. 172. Non repetam, quæ viri docti nuper in Steph. Thes. Lond. congesserunt de hoc verbo: nonnulla alia adjiciam. Plutarch. de Fac. in orbe Lunæ p. 924. B. *ῥεῦμα ἄπαυστον αἰώραν καὶ ἀκατάπαυστον αἰωρούμενον*: libratione libratum indesinente. Cf. Wyttenbach. ad Platon. Phædon. p. 311—313. ubi de motu interiore Terræ *αἰώραν* explicat. Vid. eundem ad Plutarch. p. 837. ubi etiam de altera scriptione *ἑώρα* (de qua adde G. O. Reiz. ad Theophil. Paraphr. Institutt. II. p. 733. Ast. ad Platon. Legg. p. 341. Jacobs. in Lectt. Stobenss. p. 19—21. et Coraÿum in Ἀτάκτοις II. p. 19.) Dionys. Halic. in Excerptt. Antiqq. XII. 20. p. 19. ed. princ. Mediol. de Camillo: *ἔπειτ' ἐνθυμηθεὶς ὡς ἐπὶ μικρᾶς αἰωρεῖται ῥοπῆς ἡ τῶν ἀνθρώπων εὐδαιμονία καὶ βέβαιον οὐδὲν διαμένει τῶν ἀγαθῶν—ηὔξατο*: Ang. Maj.: " Deinde reputans humanam felicitatem ad breve tempus extolli:" Malim: *exiguo momento librari*, s. *tenui momento suspensam esse;* licet non negaverim, alibi etiam esse *extollere*. Xenoph. Cyneg. IV. 4. canes dicuntur *αἰωρεῖσθαι τὴν ψυχὴν*, ubi feram tantum non attingunt. Sed suspensum esse etiam de spe dixit Herodian. Hist. VI. 2. 9: *ματαίαις ἐλπίσι αἰωρούμενον*. Plutarchus in Bruto cap. 37. p. 212. Corai: *σοὶ δὴ καὶ τὸ σῶμα ταλαιπωρούμενον φύσει τὴν διάνοιαν αἰωρεῖ καὶ παραπτέρει*. Hinc *αἰωρεῖσθαι* de iis, qui, navium instar, huc illuc jactantur et animo fluctuant. Quo de usu aliisque plura collegit C. F. Bæhr. ad Plutarchi Alcib. 28. p. 219. sq. et ad Philopœm. c. 16. p. 58.

p. 725, 15. *Περὶ δὲ μνήμης, εἰ αὐταῖς ταῖς ψυχαῖς—μνημονεύειν ὑπάρχει κ. τ. λ.*] Ad hæc et sequentia pertinent, quæ Porphyrius ponit in libello de Gradibus ap. Stob. Eclogg. Physs. I. 52. 19. p. 820. sqq. Heer. in edit. Cantabrig. ejus libelli c. XXXIX. p. 246. sqq. item Iamblichi notationes ap. eundem Stob. ibid. I. 52. 31. p. 880. qui ita: *Πλωτῖνος αὐτῆς (τῆς ψυχῆς) ἀφαιρεῖ τὰς ἀλόγους δυνάμεις, τὰς αἰσθήσεις, τὰς φαντασίας, τὰς μνήμας, τοὺς λογισμούς. Μόνον δὲ τὸν καθαρὸν λογισμὸν εἰς τὴν καθαρὰν οὐσίαν αὐτῆς ἀνατείνει, ὡς ἔχοντα συμφυῆ δύναμιν πρὸς αὐτὴν τῆς οὐσίας ἰδέαν. οἱ δὲ περὶ Πορφύριον καὶ Πλωτῖνον ἑκάστῳ μέρει τοῦ παντὸς τὰς οἰκείας δυνάμεις προβαλέσθαι ὑπὸ τῆς ψυχῆς ἀποφαίνονται, καὶ ἀφιέσθαι μὲν καὶ μηκέτι εἶναι τὰς ζωὰς τὰς ὁπωσοῦν προβληθείσας [οἱ περὶ Πορφύριον καὶ Πλωτῖνον Πλατωνικοὶ] ἀφορίζονται, παραπλησίως τοῖς ἀπὸ τοῦ σπέρματος φυομένοις, ὁπόταν εἰς ἑαυτὸ ἀναδραμῇ τὸ σπέρμα.* Hæc postrema pertinent ex parte ad superiora Plotini p. 351. F. ubi consule annotata et adhibe Porphyr. de Gradibus ap. Stob. l. l. p. 824—826. et p. 247. infr. ed. Cantabr.

p. 726, 2. *τί μὲν γάρ ἐστι μνήμη, εἴρηται ἐν ἄλλοις.*] Nimirum in libro *περὶ αἰσθήσεως καὶ μνήμης* infra IV. 6. Sed quia hic liber *de Sensu et Memoria* post hos libros *de Dubiis Animæ* scripto consignatus est, alios harum Enneadum locos hic respicere putandus est Plotinus, qui haud pauci sunt. Taylor. in Annot. ad h. l. hæc posuit: " Memory is summarily *stability of knowledge;* just as immortality is stability of life, and eternity is stability of being."

— 6. *μνήμην δὴ περὶ θεὸν, οὐδὲ περὶ τὸ ὂν καὶ νοῦν θετέον*] Pro *μν. δὴ οὐ* vel *οὔτε, περὶ θ. κ. τ. λ.* Vid. Schæfer. ad Lamb. Bos. Ellips. p. 777. et Matth. Gr. Gr. §. 609. p. 1227. ed. secund.

p. 727, 2. *καὶ μάλιστα ἐνταῦθα ἡκούσῃ*] Fic. " et maxime huc longe profectam." Taylor: " and especially when it has profoundly descended into body." Ego ita potius hæc accipienda arbitror: et maxime quæ (*modo*, s. nuper admodum) huc advenit. Nimirum Plotinus loqui videtur de animis infantium haud ita multo ante natorum, quæ conturbatæ recenti lapsu et quasi ebriæ minus valent superiores mentis vires explicare sed materiæ et nutritioni magis mancipatæ sunt. Vid. Proclum in Alcib. pr. p. 196. Qua in re Plotinus omnia alia docere videtur quam Hermes, qui fertur, qui in Clave p. 11. a. b. ed. Franc. Patricii infantis animam puriorem prodit, utpote nondum penitus maculatam materiæ sordibus. Proxime ad verba *μνήμην καὶ ἀνάμνησιν* cf. infr. p. 472. E.

p. 728, 1. *οἷον τὸ τρυπᾷν, καὶ τὸ ὑφαίνειν*] Has similitudines a Platone mutuatus est Plotinus, qui in Cratylo hæc ipsa exempla ad copiosam disputationem adhibuit p. 388. sq. cf. Procli Scholia in eum locum §. 47—50. p. 18—21. Boisson.

— 18. *ὥσπερ ἐν οἰνομέλιτος κράσει*] Aristoteles Metaphyss. VII. 2. p. 134. sq. Sylb. *καθάπερ μελίκρατον*. Sext. Empir. adv. Physicc. IX. 154. p. 586. Fabric. *ἀλλ' οὐχ ὁ οἰνόμελι πίνων*, ubi Fabricius loci nostri non est oblitus, nihil tamen de falsa lectione memorans, quam nos ex bonis libris emendavimus. Mœris Atticist. p. 254. *Μελίκρατον, Ἀττικῶς. οἰνόμελι καὶ ὑδρόμελι, Ἑλληνικῶς*: ubi vid. Pierson. Eustathius in Odyss. κ. 519: *Μελίκρατον δὲ οἱ παλαιοὶ μίγμα φασὶ μέλιτος καὶ γάλακτος* (cf. Eurip. Orest. 115. ibiq. Scholiast.) *ἐνταῦθα. οἱ μέντοι μεθ' Ὅμηρον μέχρι καὶ ἐσάρτι κρᾶμα μέλιτος καὶ ὕδατος τὸ μελίκρατον οἴδασι*. De re vide Palladium de R. R. Octobr. XVII. p. 227. Schneideri: *de Œnomelle* " Mustum de majoribus et egregiis vitibus —sumis (*sumes* alii), et si mellis non despumati optimi quintam partem (prius) tritam fortiter donec albescat, admisces cet." Cf. Beckmann ad Aristotel. mirabb. auscultt. p. 52. Fabricium ad Sextum l. l. Tib. Hemsterh. ad Luciani Prometh. c. 5. et Jacobs. ad Meleagri carmm. in Anthol. Gr. Vol. VI. p. 51. Hanc similitudinem philosophis placuisse arguunt Aristotelis et Sexti verba, quæ laudavimus. Eadem autem in explicanda Mundi anima abusus erat, vel certe nimium quantum usus Porphyrius hoc nomine derisus a Proclo in Platonis Timæum p. 218: *ὁ μὲν οὖν Πορφύριος ἐπὶ τὰ αἰσθητὰ φερόμενος καὶ ἐπὶ τὰς μίξεις τὰς ἐνύλας, τὸ μελίκρατον καὶ τὸ οἰνόμελι ἄνω καὶ κάτω θρυλλεῖ*. Tangere etiam videtur Olympiodorus in Platonis Alcib. pr. XXV. p. 207—*λείπεται ἄρα τὴν ψυχὴν ἄνθρωπον εἶναι. οὕτω προελθόντος τοῦ λόγου τινὲς λαμβάνονται αὐτοῦ λέγοντες ὅσον ἐπὶ τούτῳ· ἐπειδὴ τὸ μελίκρατον ὕδωρ ἐστὶ καὶ μέλι ἢ μέλι καὶ ὕδωρ· καὶ μέλι μὲν οὐκ ἔστιν, οὐδὲ* (f. *οὔτε*) *μὴν μέλι καὶ ὕδωρ, ὑπολεῖπον* (vel *ὑπόλοιπον*) *αὐτὸ ὕδωρ εἶναι*. Cæterum cum vinorum vel dulcedine vel austeritate Veteres subinde poëtarum scriptorumque ingenium orationemque comparabant. Diogen. Laërt. IV. 20. de Sophocle: *καὶ ἔνθα ἦν κατὰ τὸν Φρύνιχον·*

οὐ γλύξις, οὐδ' ὑπόχυτος, ἀλλὰ Πράμνιος.

Quæ perperam ad Polemonem Philosophum retulit Suidas III. p. 264. Kust. Tu vide Salmasium in Exercitatt. Plinn. p. 261. Interprr. ad Hesych. I. p. 839. Alberti. Casaubon. et Menag. ad Diogen. Laërt. l. l. Casaub. et Schweigh. ad Athen. I. p. 234. Valcken. ad Act. Apost. II. 13. (in Scholis I. p. 353.) et Boissonad. in Notices et Extraits Tom. XI. p. 195.

p. 729, 4. *ὥσπερ αἱ ἐνσφραγίσεις*] Verbum *ἐνσφραγίζω* consignatum Lexicographis est (Adde Luciani Amorr. §. 5. p. 403. ed. Wetst. et §. 14. p. 412.): Substantivum iisdem ignotum est. Nec magis Substantivum *ἀντισφράγισμα*, apographum impresso sigillo confirmatum; quod item Lexicis addi jubet doctissimus *Letronne* in libello: *Analyse critique du Recueil d'Inscriptions Grecq. et Latines de Mr. le Comte de Vidua*. Paris. 1828. p. 39. *Ἐκσφράγισμα* pro *ἀντιγράφῳ* usurpatum invenias in Marm. Oxon. p. 130.—Gregorius Nazianzen. De Sacro Baptism. p. 245. Basil. Hervag.: *σκόπει δὲ οὕτως· ἔστω χρυσὸς, ἔστω σίδηρος· δάκτυλοι* (leg. *δακτύλιοι*) *δὲ ἀμφότεροι, καὶ τὴν αὐτὴν ἐγκεχαράχθωσαν εἰκόνα βασιλικὴν, εἶτα κηρὸν ἐκτυπούτωσαν. τί διοίσει σφραγὶς αὕτη τῆς σφραγῖδος ἐκείνης; οὐδέν. ἐπίγνωθι τὴν ὕλην ἐν τῷ κηρῷ· κἂν ἧς σοφώτατος, εἰπὲ, τί μὲν τοῦ σιδήρου, τί δὲ τοῦ χρυσοῦ τὸ ἐκσφράγισμα; καὶ πῶς ἔν ἐστι; τῆς γὰρ ὕλης τὸ διάφορον, οὐ τοῦ χαρακτῆρος*. Suidas et Zonaras *ἐκσφράγισμα* explicant voce *ἐκτύπωμα*. Etymolog. Gud. p. 179. vice versa *ἐκτύπωμα* illo vocabulo.

p. 730, 7. *Διὸ καὶ ὁ τῆς Λήθης ποταμὸς οὗτος ἂν ὑπονοοῖτο.*] Macrobius in Somn. Scip. I. 12: " Sed altissima et purissima pars ejus, qua vel sustentantur divina, vel constant, nectar vocatur, et creditur esse potus deorum: inferior vero et turbidior, potus animarum. Et hoc est, quod veteres *Lethæum fluvium* vocaverunt." Hinc *λήθη τῆς ψυχῆς* et *λήθη γενεσιουργός*. Cf. Proclum in Alcib. I. p. 20. 41. 189. 250. 257. 281. et Symbolicam nostram III. p. 394. sqq. Ad oblivionis significationem etiam Latonam revocabant nonnulli. Proclus in Platonis Cratyl. §. 178. p. 111. Boiss.: *Ἄγει γὰρ ἡ μνήμη πρὸς τὸ μνημονευτὸν, φησὶ Πλωτῖνος, καὶ ὥσπερ ἡ Μνημοσύνη τὴν μνήμην τῶν νοητῶν ἀνεγείρει, οὕτω καὶ ἡ*

Λητὼ τὴν Λήθην δωρεῖται τῶν ἐνύλων. Ceterum Plato pluribus locis de λήθῃ disputat, ut in Phædone c. 20. p. 75. D. (ad quem locum adhibe Wyttenbachii Annot. p. 189. et in Philomath. III. p. 92.) in Philebo p. 33; (ubi vid. Stallbaum. p. 95. sq.) in Symposio p. 208. p. 438. Bekk. (quem locum Florilegio suo adjecit Stobæus LXXV. p. 94. Gaisf. in Legg. V. 732. p. 381. Bekk. Cf. etiam Aristotelem in Topicis VII. 2. Philo Jud. Leg. Allegorr. III. p. 296. ed. Pfeiff.—*ἀμείνων μὲν μνήμη, χείρων δὲ ἡ ἀνάμνησις. Ἡ μὲν γὰρ ἐναύλους ἔχει καὶ ἐναργεῖς τὰς καταλήψεις, ὡς μηδ' ἀγνοίᾳ διαμαρτεῖν· ἀναμνήσεως δὲ λήθη πάντως προηγεῖται, πηρὸν καὶ τυφλὸν πρᾶγμα. πρεσβύτερον δὲ τὸ χεῖρον ἡ ἀνάμνησις εὑρίσκεται μνήμης συνεχὲς καὶ ἀδιάστατον.* Mangeyus lacunam agnoscens scribi vult: *τοῦ κρείττονος* * * * *συνεχ. κ. ἀδιαστ.* Fortasse expleas et legas: *τοῦ κρείττονος ὡς* (vel *ἅτε*) *συνεχοῦς καὶ ἀδιαστάτου.* Nisi malueris: *τοῦ κρείττονος ἔδαφος* (sive *στήριγμα*) *συνεχὲς καὶ ἀδιάστατον* (fundus, fundamentum). Nam paucis interjectis ita pergit: *παρ' ὃ καὶ νεωτέρα* (*ἡ μνήμη*), *ὀψίγονος γάρ ἐστι, συνίσταται τῆς ἀναμνήσεως.*

p. 730, 14. *Τὸ γοῦν εἴδωλον ἐν Ἅιδου Ἡρακλέους*] Supra I. 1. 12. p. 7. B. *κωρίζειν δὲ ἔοικεν ὁ ποιητὴς τοῦτο ἐπὶ τοῦ Ἡρακλέους τὸ εἴδωλον αὐτοῦ διδοὺς ἐν Ἅιδου, αὐτὸν δὲ ἐν θεοῖς εἶναι*: ubi consule annot. Ad hunc locum, quem tractamus, hæc apposuit Taylor: "i. e. the irrational, which is the image of the rational soul, is in the obscurity of the sensible life." Recte: at ad sequentia etiam tenenda sunt, quæ supra p. 7. B. C. leguntur: *ὅτι* (*Ἡρακλῆς*) *πρακτικὸς ἀλλ' οὐ θεωρητικὸς ἦν.* Ceterum confer Nostri tertium locum, infra p. 396. C. D. Attigit hæc Wyttenbach. ad Plutarch. de S. N. V. p. 99. p. 427. ed. Oxon.

p. 731, 5. *ἡ γὰρ ἐφελκομένη*] Fic. "Nam anima quidem cum hac simultracta." Melius Taylor: "For the soul, indeed, which is attracted by body." Ego in Medio hæc accipienda arbitratus, refinxi versionem. Contrarium enim est *ἡ ψυχὴ ἀπαλλαγεῖσα.*

— 9. *καὶ ἃ ἐνταῦθα οὐκ εἶχεν ἐν μνήμῃ, ἀναπολήσει.*] A Platone habet Plotinus. Phileb. p. 34. p. 180. Bekk.: *καὶ μὴν καὶ ὅταν ἀπολέσασα μνήμην εἴτε αἰσθήσεως, εἴτ' αὖ μαθήματος, αὖθις ταύτην ἀναπολήσῃ πάλιν αὐτὴ ἐν ἑαυτῇ, καὶ ταῦτα ξύμπαντ' ἀναμνήσεις καὶ μνήμας που λέγομεν.* Ubi vid. Stallbaumii annott. p. 97. sq. Hinc *ἀναπόλησιν λαβεῖν* supra p. 210. E. et *εἰς ἀναπόλησιν ἔρχεσθαι* infra p. 455. D. Uterque locus ad argumentum nostri loci intelligendum facit.

p. 732, 7. *ἀλλ' ὥστε ἀπαρακολουθήτως παθεῖν*] Sed ita pati, ut intelligendo (animadvertendo) non assequatur. Taylor: "but so as to suffer without perceiving what it is." Ἀπαρακολούθητον etiam passive accipitur, *ᾧ οὐ δύναταί τις παρακολουθῆσαι.* Tzetz. in Lycophr. v. 5. p. 279. Muelleri. Ἀπαρακολουθήτως *ἐνεργεῖν* et *εὖ ποιεῖν*, ita agere, ita benefacere cuiquam, quasi nescias, aut non animadvertas, quid agas, ac proinde temere, sine consilio, Casaubon. et Gataker. ad Marc. Antonin. p. 56. et p. 145. Quibus locis addendus est hic Plotinianus.

— 9. *οἷον, εἰ ποιμένος ἰδόντος ἐπὶ ποίμνῃ λύκον κ. τ. λ.*] Admonent hæc proverbii *λύκον εἶδες.* Vid. Theocrit. Idyll. XIV. 22. in eumque locum Scholia p. 175. Gaisford., quod respicit ipse Plato de Rep. I. p. 336. p. 22. Bekk. Et amabant illam fabulam de cane et lupo, *τὸν τοῦ κυνὸς λόγον*, Socratici. Vid. Xenoph. Mem. Socr. II. 7. 13. 14. cf. II. 9. 2. Propterea nil mirum, hujus similitudinis Plotino quoque in mentem venisse. Atque *canum fida custodia* etiam in exemplis Stoicorum memoratur ap. Cic. de N. D. II. 63. Quam in rem alia attigi supra ad hujus libri cap. XXIII. p. 388. A. inf. Hæc vero canis nostro in loco quodammodo dici possit *alienis oculis agnoscere*, uti apud Plinium est H. N. XXIX. 8. Ovium autem gregem intelligi arguunt voces *ποιμὴν* et *ποίμνιον*, quæ proprie de *ovibus* usurpantur. Vid. annotata a me in Commentatt. Herodott. p. 193.—Mox pro *ὁρμῇ* haud dubitavi ex bonis libris recipere *ὀδμῇ*, quæ vox accommodatior est huic loco, ubi *strepitus* igiturque *auditus* memoratur. Nec magis dubitavi sub finem capitis reponere *εἰδυῖαν* pro *ἡδεῖαν*, licet libri nostri in vulgata perseverent. Nam illud et sententiarum nexus postulat, et per est verisimile ita legisse Ficinum.

p. 736, 7. *καὶ τῶν ὧν ἂν καὶ ἀστεῖος οὐκ ἄτοπος μνημονεύων—καὶ τὰ ἀστεῖα τῶν παθῶν τῇ σπουδαίᾳ* (sc. *ψυχῇ*) *κ. τ. λ.*] Ad hunc et similes locos facit Lexicon. Rhetor. in Bekk. Anecdd. Græcc.

I. p. 206. Ἀστεῖος—σημαίνει—καὶ τὸν διὰ ἦθος ἐπαινούμενον i. e. *moribus suis probatum*, adeoque *bonum, probum*. Etymolog. Gudian, aliquanto plenius p. 86. ὁ διὰ τὸ ἦθος χρηστὸν ἐπαινούμενος. Sed quia tamen subjicit: ὡς ἦ τὸ παιδίον ἀστεῖον τῷ θεῷ (quæ verba composita sunt ex Act. Apost. VII. 20. et Hebr. XI. 23.) est potius illo loco: *erat mirum in modum venustus*. Cf. Etymol. M. p. 158. Zonar. p. 313. Suicer. Thes. Eccles. I. p. 557. sq. et Valckenaer. Scholl. in N. T. I. p. 425. Ceterum vid. Platon. Reip. I. p. 349. B. Lysid. p. 204. ibiq. Heindorf. p. 5. Cf. Lexicon aliud in iisdem Bekkeri Anecdd. p. 453. sq. Nolo repetere, quæ alii collegerunt: laudo Wyttenbachii Animadvv. in Plutarch. Consolat. ad Apollon. p. 760. Addo locum Philonis Judæi Legg. Allegorr. lib. III. p. 97. infr. ed. Mang.—τόπον γὰρ οὐδένα ἔχει ἡ τοῦ φαύλου ψυχὴ, ᾧ ἐπιβήσεται, ἢ ἐφ' οὗ ἱδρυνθήσεται. Παρ' ὃ καὶ ἄτοπος λέγεται εἶναι ὁ φαῦλος· ἄτοπον δέ ἐστι κακὸν, δύσθετον. Τοιοῦτος δὲ ὁ μὴ ἀστεῖος, σαλεύων καὶ κλονούμενος ἀεὶ κ. τ. λ. Philostrat. Vit. Apollonii VIII. 19. p. 362. ἀστείου δὲ ἀνδρὸς δέονται: "*probo, bono* viro opus habent." Clemens Alex. Stromat. III. p. 559. Potter.: Δένδρον γὰρ ζωῆς, φησὶν ὁ Προφήτης, ἐν ἐπιθυμίᾳ ἀγαθῇ γίνεται. διδάσκων ἐπιθυμίας ἀστείους καὶ καθαρὰς τὰς ἐν τῷ ζῶντι κυρίῳ. Quocirca Plotini τὰ ἀστεῖα τῶν παθῶν malim verti: *boni, puri affectus*. Taylor: "The passions as are of an elegant nature," quæ vereor ne ambiguitatem habeant. Alia de vocibus ἀστεῖος, ἀστικὸς, ἀστεϊσμὸς, ἀστεΐζεσθαι nuper dederunt Boissonad. ad Aristænet. p. 441. sq. et ad Eunap. p. 404. et Jacobs. ad Philostrati Imagg. p. 376. Cf. etiam Menandrea Meineekii p. 97. 157. 205. 271. In Alciphrone (Epist. II. 4. p. 325. Wagneri) Cod. Palat. Heidelberg. N. 132. retinet ἀττικισμοῖς pro ἀστεϊσμοῖς. quod Hemsterhusii et Ruhnkenii auctoritate nuperrimus editor in ordinem reduxit.

p. 737, 7. Ἐπεὶ καὶ φεύγει ἐκ τῶν πολλῶν—οὕτω γὰρ καὶ οὐ μετὰ πολλῶν, ἀλλὰ ἐλαφρὰ καὶ δι' αὑτῆς.] Hæc extrema quomodo Marsilius dilataverit, arguit ejus versio. Taylor ita: "For thus it will not associate with multitude, but expelling it will live by itself." Et vereor ut recte acceperit illud ἐλαφρὰ Ficinus. Synesius de Insomniis p. 139. Petavii: καὶ ἡ φιλοσοφία συντίθεται παρασκευὰς εἶναι δευτέρων βίων τοὺς πρώτους, τῆς ἀρίστης ἕξεως ἐν ψυχαῖς ἐλαφριζούσης, αὐτὸ (τὸ πνεῦμα τὸ ψυχικὸν) καὶ ἐναπομοργνυμένης κηλῖδα τῆς χείρονος: "cum scilicet optimus animæ habitus (spiritum animalem) subtiliorem reddit." Est autem Synesii disputatio inde a p. 135—142. omnino cum Plotiniana comparanda. Proinde illa Plotini verba ita verterim: "Hoc pacto enim non est etiam (anima) cum multis; sed *allevata* et per se (sola)." Copiose persequitur hoc argumentum Proclus in Alcib. pr. cap. 82. p. 245: Κάτωθεν οὖν ἀρχομένοις φευκτέον τὸ πλῆθος τῶν ἀνθρώπων ἀγεληδὸν ἰόντων, ὥς φησι τὸ λόγιον, καὶ οὔτε ταῖς ζωαῖς αὐτῶν, οὔτε ταῖς ἰδιότησι κοινωνητέον. Φευκτέον δὲ τὰς ὀρέξεις τὰς πολυειδεῖς, αἳ μερίζουσιν ἡμᾶς περὶ τὸ σῶμα κ. τ. λ.

— 11. Καὶ εἴποι ἂν ὁ Ἡρακλῆς ἐκεῖνος ἀνδραγαθίας ἑαυτοῦ—καὶ μετατεθεὶς εἰς ἀγιώτερον τόπον] Haud dubie proxime prægressa Ficinum moverunt, ut priori membro adderet: *in cælis*. Omnia alia Taylor, ita vertens: "And Hercules, indeed, [*when in Hades,*] may speak of his own fortitude; but in the intelligible world he will consider these things as trifling, being transferred into a more sacred place." Non refragor præcise; et vide supra p. 7. B. et p. 392. inf. et 393. Sed tamen hoc loco dubitationem injiciunt proxima illa: ὀλίγα τοίνυν κἀκεῖ τὰ ἐντεῦθεν, καὶ ἐν οὐρανῷ οὖσα πλείω. Ficinianam rationem si sequaris, Hercules quatuor in locis locandus erit: in terris, apud inferos, in cœlis, in mundo intelligibili.

LIB. IV.

p. 738, 7. ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ ΑΠΟΡΙΩΝ, ΔΕΥΤΕΡΟΝ] Secundum temporis rationem liber vicesimus octavus igiturque ordine pariter atque argumento cum proxime præcedente conjunctus. Vid. annot. ad illius libri inscriptionem, p. 371.

p. 739, 10. τὸ μὲν γὰρ ἄνω—διὰ τί οὐκ ἔσται] Parcus fui in corrigendis his et sequentibus, utpote mihi quidem non usquequaque perspicuis. Sequentia quod attinet:—ποικίλην καὶ πολλὴν τὴν νόησιν ἅμα γίγνεσθαι καὶ πολλὰς τὰς νοήσεις, conferas Nostri locos hos: III. 8. 7. III. 9. 3. V. 3. 5. Fons autem horum locorum est in Platonis Timæo p. 28. A. p. 22. Bekk. et p. 30. A.

B. p. 25. Bekk. Unde Proclus in Commentario p. 74. infr. et p. 75. classico loco, sed longiore, quam qui hic apponi possit, de sex generibus (tot enim numerat) *τῶν νοήσεων* disputandi materiam percepit. Ex iisdem locis Platonicis profecisse videtur Philo Judæus Legis Allegorr. I. p. 41. Mang. p. 122. Pfeiff. et lib. II. p. 71. p. 198.

p. 741, 13. *πάντα γὰρ αὐτός ἐστι, καὶ ἄμφω ἕν· ἀλλ' ἡ ψυχή*] Ita dedi plurimorum librorum jussu et propter sequentia: *εἶς τε νοῦν ἐλθοῦσα ἥρμοσται—ἀλλ' ἕν ἐστιν ἄμφω καὶ δύο.* Editio habet: *πάντα γὰρ αὐτός ἐστι. καὶ ἄμφω ἐν ἄλλῃ ψυχῇ ἐν τῷ νοητῷ οὖσα.* Ficinus: "Omnia namque ipse est, atque secundum ambo per aliam animam in mundo intelligibili permanens:" cet. Illa in initio: *πάντα γὰρ αὐτός ἐστι* explicanda sunt ex illa sententia, sæpius obvia in his Enneadibus, *ὅτι ὁ νοῦς, τὰ πάντα.* Vid. I. 8. 2. p. 73. A. III. 3. 3. ibiq. annot. et cf. infra VI. 9. 3. p. 759. D. Cæterum qui inde a quadraginta fere annis philosophiæ per Germaniam persecutus est vicissitudines, is in his Plotini disquisitionibus semina reperiet eorum placitorum, quæ Kantius ejusque sectatores, non consulto Plotino, in medium protulerunt.

p. 742, 7. *καὶ οἷον προκύψασα*] Qui superiora IV. 3. 15. p. 383. D. contulerit, haud ambiget, illic *ἐκκύψασαι* simili sententia de animabus dici, ad deorsum labendum proclivibus. Vid. ibi annot. Contraria est sententia in Lysidis epistola Dorica ap. Iamblichum de Vit. Pyth. XVII. 77. p. 64. Kust. p. 166. Kiessl. *πυκιναὶ γὰρ καὶ λάσιαι λόχμαι περὶ τὰς φρένας καὶ τὰν καρδίαν πεφύκαντι τῶν μὴ καθαρῶς τοῖς μαθήμασιν ὀργιασθέντων, πᾶν τὸ ἄμερον καὶ πρᾷον καὶ λογιστικὸν ταῖς ψυχαῖς ἐπισκιάζουσαι καὶ κωλύουσαι προφανῶς μὲν αὐξηθῆμεν καὶ προκύψαι τὸ νοητικόν.* Ubi vid. Kuster. et Kiessling. Ex libris MSS. quorum varr. lectt. penes me sunt, Vindob. et Mon. B. *λόχμα* vitiose; Deinde idem Vind. confirmat *πεφύκαντι.* Tum *ἄμερον* Mon. A. perperam; nec melius idem et Memm. *τὰς ψυχάς.* Porro omnes mei *προφανῶς αὐξηθῆμεν,* omisso *μέν.* Denique iidem *τὸ νοτιακὸν,* pro quo Kiessling. scriptum vult *νοατικόν.* Mox in loco Plotini librorum aliquot lectio: *μνήμην, ὡς ἔοικε, ἐφεξῆς λαμβάνει,* nescio quomodo, blanditur. Sed Ficinus etiam vulgatam retinuit. Postea e Vaticano libro et Marc. A. addidi *τῶν* ante *ἐν τῷ οὐρανῷ.*

— 17. *ὥστε μὴ διελθεῖν εἰς αὐτήν.*] H. l. videtur legendum *εἰς αὐτὸ,* quod visum etiam Tayloro est, vel delendum *εἰς,* ut *αὐτὴν* referatur ad animam (*ψυχὴν*) et cogitetur *εἰς αὐτό.* Mox pro *εἰς τὰ τρία* eidem Ficinus legisse videtur *εἰς τὰ τελευταῖα.* Fortasse *εἰς τὰ τρίτα* scripsit Plotinus, si cogites, Marsilium non usquequaque verbum verbo reddere solere, ut proinde *τὰ τρίτα* ex rationis Plotinianæ indole accipere potuerit pro postremis.—Taylor in Epistola ad me data hæc de hoc loco: "In this place for *αὐτὴν* it is requisite to read *αὐτόν.* For Plotinus is here speaking of the soul when in the intelligible world, and says that through intellect it perceives and proceeds *to the good.* And in line 4 of the same page for *εἰς τὰ τρία* it is necessary to read, conformably to the version of Ficinus, *εἰς τὰ τελευταῖα.* For frequently in bodies the medium admits of a progression from things that are first to such as are last."

p. 744, 5. *ἀλλ' ἔστι—τὰ ἐκεῖ θεωρεῖν*] Edit.: *καὶ ἐνθάδε οὔσῃ τὸ αὐτὸ λέγεται ὃ δ. ε.* Conjunxi lectiones probatorum librorum et Ficini. De rebus intelligibilibus anima nostra spectandis percipiendisque similiter disputat Oratione quarta Julianus Imperator. Vid. p. 136. B. Spanh. p. 162. Idem p. 163. C.—*καὶ γὰρ οὐδὲ ἀποδείξει χρὴ λαβεῖν αὐτὸ, ἀλλὰ ἐπιβολῇ μόνον· περὶ γὰρ τῶν πρώτων αἰτιῶν ἐστιν ἢ τῶν γε ὁμοστοίχων τοῖς πρώτοις,* et p. 172. C. *δέδεικται καὶ* (*δὲ καὶ* Cod. Voss.) *ἀναγωγὸν φύσει τὸ τῶν ἀκτίνων τοῦ θεοῦ* (Ἡλίου) *διά τε τῆς φανερᾶς ἐνεργείας, καὶ τῆς ἀφανοῦς· ὑφ' ἧς παμπληθεῖς ἀνήχθησαν ψυχαὶ τῶν αἰσθήσεων ἀκολουθήσασαι τῇ φανοτάτῃ καὶ μάλιστα ἡλιοειδεῖ τὴν γὰρ τοιαύτην τῶν ὀμμάτων αἴσθησιν οὐκ ἀγαπητὴν μόνον, οὐδὲ χρήσιμον εἰς τὸν βίον, ἀλλὰ καὶ πρὸς σοφίαν ὁδηγὸν ὁ δαιμόνιος ἀνυμνήσει Πλάτων.* Qua in re tamen etiam diversitatem cognoscat oportet, qui Plotinianam rationem, utpote a sensibus magis remotam, cum crassiore Julianea comparaverit.

— 8. *οἷον εἴ τις ἀνάγων αὐτοῦ τὸν ὀφθαλμὸν ἐπί τινος ὑψηλῆς σκοπιᾶς*] Vox *σκοπιὰ* tam *speculatio* quam *specula.* Vid. Lexic. Xenoph. IV. p. 56. Sed etiam *σκοπὴ* passim specula. Usitatior tamen hoc significatu vox *σκοπιά.* Vid. Hemsterh.

ad Lucian. Diall. Marinn. I. 2. Wyttenbach. ad Plutarchi Apophthegmm. Regg. p. 1078. Car. Frid. Hermann. ad Lucian. Quom. Histor. conscr. oport. p. 188. Perictyone ap. Stob. Floril. Tit. I. p. 7. p. 25. Gaisf. (Archytæ tribuuntur hæc in Iamblichi Protrept. cap. IV. p. 58. Kiessl.) *Ὅστις ὢν ἀναλῦσαι οἷός ἐστι πάντα γένη ὑπὸ μίαν καὶ τάν αὐτὰν ἀρχὰν, καὶ πάλιν ἐκ ταύτας συνθεῖναι καὶ ἀριθμάσασθαι* (cf. Gaisford. Not. Iamblich. *συναριθμήσασθαι*), *οὗτος δοκεῖ καὶ σοφώτατος εἶναι καὶ ἀληθέστατος* (Iamb. *ὁ. δ. μοι κ. σ. ἦμεν.* Bene. *καὶ παναληθέστατος*) *ἔτι δὲ καὶ καλὰν σκοπιὰν ἀνευρηκέναι* (*εὑρηκέναι* Iambl.), *ἀφ' ἃς δυνατὸς ἐσσεῖται τόν τε θεὸν κατόψεσθαι καὶ πάντα τε τὰ ἐν τᾷ συστοιχίᾳ τε καὶ τάξει τὰ ἐκείνου κατακεχωρισμένα* (Iambl. ed. Kiessl. *κ. πάντα τὰ ε. τ. σ. κ. τ. τᾷ ἐκείνω κατ.*) Ælianus in Fragm. librr. de Providentia p. 363. ed. Lips. 1780: *οὐκ ἐπαινεῖ θεὸς οὐδὲ τοὺς τὰ μέτρα πατοῦντας, γλιχομένους γε μὴν τῶν ὑπὲρ ἑαυτούς τε καὶ ὑψηλὰς σκοπιάς.* Sed in verbis Plotini residet quid incommodi, quod scriptor codicis Vat. tollere voluit per suum *αὐτὸν* (leg. *αὐτὸν*) pro *αὐτοῦ*, si nimirum deleas verba: *τὸν ὀφθαλμόν.* Et in lectione Vind. A. latere quid videtur. Ego scripsisse suspicor Plotinum: *οἷον εἴ τις ἀνεγείρων αὐτοῦ τὸν ὀφθαλμὸν ἐπί τινος—σκοπιᾶς.* Deinde dedi *μηδεὶς τῶν οὐ σὺν αὐτῷ ἀναβεβηκότων.* Cum extremis confer Luciani Hermotim. 28: *ἀναβάντα ἐπὶ σκοπήν τινα σκέψασθαι.*

p. 745, 10. *οὐδὲν δὲ κωλύει πάλιν ἐκδῦναι.*] Fons hujus sententiæ est in Platonis Phædone cap. 29. p. 40. Wytt. cujus annot. conferas p. 206. item Cratyl. p. 403. Consule item Plotini supra p. 381. et quæ plura collegi in Commentatt. Herodott. p. 310. sqq. Quod vero Ficinus in hujus capitis argumento Porphyrii Iamblichique et Juliani mentionem fecit: illius locus est in libro de Styge ap. Stobæum Eclogg. Physs. Vol. I. p. 1034. Heer. Iamblichi ibidem p. 1056. sqq. Juliani denique in Oratione IV. p. 136. Spanh.

— 15. *ἄστρων δὲ περὶ ψυχῆς κ. τ. λ.*] Pertinent hæc et sequentia ad illud Pythagoreorum placitum, quod, a Platone eruditum, per manusque quasi traditum, ad extremos Platonicos pervenit, et quod ita explicat Cicero in Somn. Scip. c. III. (de Republ. VI. 14. p. 481. sq. ed. Moser.): " Homines enim sunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum, quem in hoc templo medium vides, quæ terra dicitur: hisque animus datus est ex illis sempiternis ignibus, *quæ sidera et stellas vocatis; quæ, globosæ et rotundæ, divinis animatæ mentibus circulos suos orbesque conficiunt celeritate mirabili:*" cet. Cui adhibe Macrobium et Ang. Maium. Quæ decreta in egregio hymno inclusit Proclus in Solem, in Anthol. Gr. III. p. 148. ed. Jacobs., quem hymnum Anglice vertit et explicuit Vir venerabilis Thom. Taylor, ad calcem Sallustii *On the Gods and the World*, Lond. 1793. in quo carmine etiam ita Solem alloquitur poëta v. 34. sq.:

Ἀλλὰ θεῶν πανάριστε, περιστεφὲς, ὄλβιε δαῖμον,
Εἰκὼν παγγενέτοιο θεοῦ, ψυχῶν ἀναγωγεῦ.

Ad quæ consule Jacobsii Animadvv. Tom. X. p. 280. Fusius autem hanc doctrinam persequitur Julianus Oratione quarta, quam refutare studet Zacharias Mytilenæus in Dialogo. Unde hæc duntaxat excerpta dabo p. 178. ed. Casp. Barth.: *ὅθεν τῷ κείνου (τοῦ θεοῦ) νόμῳ πειθόμενος (ὁ ἥλιος) δίκην τροχοῦ περιπολεῖ τόδε τὸ πᾶν μονοειδῆ μὲν ἔχων τὴν φορὰν καὶ ἀκούσιον ὡς δοῦλος καὶ ἄψυχος, καὶ μηθ' ὅλως ζῶον λογικὸν τυγχάνων, ὡς ὑποτοπάζουσιν οἱ τοῦτον θεολογοῦντες, ἢ πρὸς τὰ δύστηνα τούτων δοξάρια κεχηνότες.* Ad quæ confer Barthii notas p. 279—282. Sequentia Plotini: *τοῦ Διὸς αὐτοῦ τὰς μνήμας πολυπραγμονεῖν*, explicanda sunt ex iis, quæ Noster infra cap. IX. p. 403. sq. de Jove tanquam de omnium rerum rectore et curatore posuit. Et Jovialis ordo (*ἡ Διΐα τάξις*) ex veterum philosophorum sententia, est *ἡ πρακτικὴ καὶ ἡ πολιτική.* Vid. Proclum in Alcib. pr. p. 196.

p. 746, 9. *Ἄλλος—τρόπος τῆς εἰς τὸ πᾶν παρ' αὐτῶν εὐθημοσύνης.*] Aliquot libri h. l. *εὐθυμοσύνης.* Infra p. 752. A: *ἐν τοῖς συνοῦσι κεῖσθαι τοὺς λόγους ἐν μείζονι εὐθυμοσύνῃ ἑστῶτας.* Ita Editio et Codd. ubi item haud dubie legendum: *εὐθημοσύνῃ.* Hesiodeum hoc vocabulum (vid. *ἐργ.* 471. et cf. Pollucem IX. 161. et Grævii Lectt. Hesiodd. p. 564.) in Xenophonte nunc sanum: Cyrop. VIII. 5. 4. (cf. Pauli Leopardi Emendatt. V. 2. in I. Gruteri Thes. Crit. III. p. 88. *ἐπεμέλετο ταύτης τῆς εὐθημοσύνης*: in aliis sæpe corruptum. Plutarch. Sympos. VIII. 3. p. 701. B. p. 886. Wyttenb.: *τὰ δὲ προσκρούοντα τοῖς κέρασι τῶν βοῶν οὐ τυγχάνει τῆς ἀρίστης καθ'*

Ἡσίοδον εὐθημοσύνης, ubi in suo Codice Xylander item reperisse videtur εὐθυμοσύνης. Idem mendum eluendum est ex Proclo in Timæum p. 28. supr. ubi de Apaturiis ita hic philosophus: τὸ δὲ αὖ τῆς ἀπάτης οἰκεῖον τοῖς ἐγκοσμίοις εἴδεσιν ἐξισταμένης (leg. ἐξισταμένοις) ἀπὸ τῶν ἀμερῶν καὶ ἀΰλων λόγων, καὶ φαινομένοις ἀντὶ τῶν ὄντως ὄντων γενομένοις. ἡ δὲ ἐγγραφὴ τῶν παίδων μιμεῖται τὰς τῶν μερικῶν ψυχῶν εἰς τοὺς οἰκείους κλήρους κατατάξεις καὶ τὰς εἰς διαφόρους γενέσεις καθόδους· τὸ δὲ τῆς ἑορτῆς, τὴν ἐν τῷ κόσμῳ διαιώνιον εὐθυμοσύνην (scribe εὐθημοσύνην). Locum autem pœne integrum apposui, utpote cum Plotiniani loci argumento conjunctum. De ejus argumento dixi in Symbolica III. p. 510. sq. quæ huc non pertinent: de vocabulo plura dicam infra ad nostri p. 752. A.

p. 747, 15. εἰ μή τις ἔργῳ οἰκονομοῖτό τι κ. τ. λ.] Sæpe οἰκονομεῖν Dii dicuntur, cum res humanas disponunt et vel materiam ordinant; unde ad artifices quoque transfertur. Alciphron. Epist. II. 4. sub fin.:—ἀλλὰ σοφὸν ἔχω σου τὸν ἔρωτα καὶ ταῦτ' εἰδέναι δύνασαι. σὺ γὰρ μ' ἐδίδαξας εὐφυᾶ γυναῖκα ταχέως παρ' ἐρώντων μανθάνειν, ἀλλ' οἰκονομοῦσιν ἔρωτες (Cod. Palat. n. 132. ὁρᾶτε) σπεύδοντες· αἰδούμεθα τὴν Ἄρτεμιν (idem μὰ τὴν Ἄρτεμιν. optime) ἀνάξιοι ὑμῶν εἶναι μὴ θᾶττον μανθάνουσαι. Vides libro nostro confirmari conjecturam Herelii, quam textui, ut par erat, inferre volebat Wagner. Sed operæ non paruerunt. Vid. Epist. II. 1. 35: ἐμοὶ γὰρ ἐξ ἐκείνου, μὰ τὴν Ἄρτεμιν, οὐδὲ προσέπεμψαν (Cod. Pal. laud. προσέβλεψαν) ἔτι πολλοί. Aristænet. I. 10: Μὰ τὴν Ἄρτεμιν, Ἀκοντίῳ γαμοῦμαι, ubi vid. Boissonadii Annot. p. 364. Medium, ut illuc redeam, usurpat Lucianus de conscrib. Histor. c. 51. p. 62. ed. Amst.: καὶ τοῦτο ἦν ἡ τέχνη αὐτῶν οἰκονομήσασθαι τὴν ὕλην. Ubi C. F. Hermannus noster eam lectionem contra Dorvillium recte tuetur, in Annot. p. 306. De Deo omnia moderante Verbum frequentant Scriptores ecclesiæ, unde ad constructionem insigniores binos locos apponam: Macarius Homil. XXVII: εἰδὼς ὁ θεὸς τὴν ἀσθένειαν, οἰκονομεῖ σε εἰς θλίψεις, quæ Suicerus bene ita vertit:—" ita res tuas dispensat, ut in afflictiones incidas." Theodoretus in 1. Corinth. 13. Vol. III. p. 253. Schulz.: (ἡ ἀγάπη) οὐ ψηλαφᾷ τὰ μέτρα τῆς οὐσίας τοῦ θεοῦ, οὐδὲ ἀνακρίνει, ἐν οἷς οἰκονομεῖ, ὅπερ τινὲς εἰώθεσαν.

p. 749, 17. Καὶ μὴν εἰ καὶ χορείᾳ ἀπεικάσειέ τις τὴν κίνησιν αὐτῶν—ὥσπερ χορδαὶ ἐν λύρᾳ συμπαθῶς κινηθεῖσαι, μέλος ἂν ἄσειαν ἐν φυσικῇ τινι ἁρμονίᾳ] Cf. III. 2. 15. et IV. 4. 4: ἁρμονία μία ἐν τῷ παντί. Pythagoricam originem harum notionum imaginumque, a Platone deinceps ad posteriores traditarum, me alibi et ad Ciceronem de N. D. III. 11. p. 350. sq. ed. nostr. et Mos. indicare memini. Proclus hymn. in Solem 3. 4.

— — — — καὶ ὑλαίοις ἐνὶ κόσμοις
ὑψόθεν ἁρμονίης ῥύμα πλούσιον ἐξοχετεύων.

ibid. v. 8. sqq.

ζωσάμενοι δὲ πλάνητες ἀειθαλέας σέο πυρσούς,
αἰὲν ὑπ' ἀλλήκτοισι καὶ ἀκαμάτοισι χορείαις
ζωογόνοις πέμποισιν ἐπιχθονίοις ῥαθάμιγγας.

Ad quem Jacobs in Annot. in Antholog. Gr. T. X. p. 274. sq. multa similia collegit etiam e Platonicis philosophis. Quibus ego paucula subjiciam. Idem Proclus in Alcib. pr. §. 71. p. 204. sq. Οὐρανὸς συμφωνίας καὶ τῆς ἐν ταῖς κινήσεσι εὐρυθμίας ἀνάμεστος ὤν, ἔπειτα τὰ κρείττονα ἡμῶν γένη ἅπαντα καὶ ταῦτα τῆς ἐκεῖθεν προϊούσης ἁρμονίας ἀπολαύοντα, κατὰ δὲ ταῦτα (alii libri μετὰ δ. τ.) ἡ ἀνθρωπίνη ζωὴ τά τε ἤθη σύμμετρα ποιοῦσα καὶ τὴν ὅλην εὐάρμοστον καὶ εὔρυθμον ἔξιν ἐκεῖθεν παραδεχομένη. Unde intelligitur, quomodo hanc de Mundi harmonia doctrinam ad vitæ morumque emendationem adhibuerint illi philosophi. Similia, sed ad sacri codicis Christianæque rationis normam accommodata, produnt Ecclesiastici scriptores: Theodoret. Therapeut. III. ita de Angelis p. 786. Schulz.:—τῷ τοι καὶ ἁγίους αὐτοὺς ὀνομάζομεν, ὡς γήινον οὐδὲν ἔχοντας, ἀλλὰ τῶν περιγείων παθημάτων ἀπηλλαγμένους, ἔργον δὲ ἔχοντας τὴν ἐν οὐρανῷ χορείαν, καὶ τοῦ πεποιηκότος τὴν ὑμνῳδίαν. Idem de Provident. I. p. 498: Βλέπε καὶ τῶν ἀστέρων τὴν φύσιν, τὴν θέσιν, τὴν τάξιν, τῶν σχημάτων τὴν ποικιλίαν, τὴν χρείαν, τὴν χορείαν τὰς ἐπιτολὰς, τὰς δύσεις. Cf. eund. in I. Corinth. p. 171. med. Philo Judæus de Mundi Opif. p. 29. sq. Mang. p. 84. Pfeiff. in laude numeri septenarii: Λύρα μὲν γὰρ ἡ ἑπτάχορδος, ἀναλογοῦσα τῇ τῶν ἑπτὰ πλανητῶν χορείᾳ, τὰς ἐλλογίμους ἁρμονίας ἀποτελεῖ, σχεδόν τι τῆς κατὰ μουσικὴν ὀργανοποιΐας ἁπάσης ἡγεμονὶς οὖσα. Jo. Chrysost. Homil. III. p. 389. A. p. 16. ed. Mat-

thæi:—*δι' ὃν οὐρανὸς ἐτάθη, καὶ ἥλιος ἀνήφθη, καὶ σελένη τρέχει καὶ ποικίλος καταλάμπει χορός.* ubi cf. Matthæi annot. 50.

p. 750, 13. *Ὁ δὲ δὴ πάντα κοσμῶν Ζεὺς—ψυχὴν βασιλικὴν καὶ βασιλικὸν νοῦν ἔχων.*] Obversatur et hoc loco et aliis (vid. v. c. p. 551. A. med. Plotino Platonis locus in Phædro multorum imitatione frequentatus p. 246. E. p. 251. Heindf. p. 41. Bekk.: *ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν* (extremam vocem omisit Eustathius in Odyss. *μ.* 63. p. 446. Basil. p. 11. Lips.) *ἐν οὐρανῷ Ζεὺς* (addit idem *ὅ ἐστιν Ἥλιος*) *ἐλαύνων πτηνὸν ἅρμα* (*πτ. α. ε.* Eust. et reliqui) *πρῶτος πορεύεται, διακοσμῶν πάντα καὶ ἐπιμελούμενος.* Sequentia Noster e Philebo duxit p. 30. p. 84. Stallb. *οὐκοῦν ἐν μὲν τῇ τοῦ Διὸς ἐρεῖς φύσει βασιλικὴν μὲν ψυχὴν, βασιλικὸν δὲ νοῦν ἐγγίγνεσθαι.* Plotini causa addo verba Onatæ (sive Onati) Pythagorei ap. Stob. Eclogg. I. p. 4. p. 94. Heeren.: *Δοκείη δέ μοι καὶ μὴ εἷς εἶμεν ὁ θεὸς, ἀλλ' εἷς μὲν ὁ μέγιστος καὶ καθυπέρτερος* (fort. *καθυπέρτατος*), *καὶ ὁ κρατέων τοῦ παντὸς, οἱ δ' ἄλλοι πολλοὶ διαφέροντες κατὰ δύναμιν. βασιλεύει δὲ πάντων αὐτῶν, ὁ καὶ κράτει καὶ μεγέθει καὶ ἀρετᾷ μείζων κ. τ. λ.* Qui locus Heerenio l. l. (cf. eundem de Fontibus Stobæi §. 49. p. 207.) ex Platonici Phædri loco ductus videtur: Wyttenbachio contra (ad Plut. de S. N. V. p. 27. ed. pr. p. 336. ed. alt.) Platonicus ex Onateo. Utut est: Onatas l. l. sidera pro diis habet, nec minus is, qui Eustathio illud additamentum suppeditavit: *ὅ ἐστιν Ἥλιος.* Zacharias autem Mytilenæus, quando solem dicit p. 178. Deo unico et sempiterno subjectum esse servireque tanquam mancipium (*δοῦλον*) et qui anima careat (*ἄψυχον*) videtur ejusmodi philosophos tangere voluisse, qui, ut Onatas *βασιλεύειν* dicunt Jovem—Solem, aut qui, ut Plato et Plotinus, *regiam animam regiamque mentem Jovi attribuunt.*

p. 751, 11. *καὶ τὸν Δία λέγοντες ὁτὲ μὲν—ὁτὲ δὲ ἐπὶ τὸ ἡγεμονοῦν τοῦ παντός*] De duplice Jove, vel Jovis certe nomine Platonis exstat testimonium in Cratylo p. 396. A. p. 29. Bekk. Extrema adscribam, licet locus non usquequaque congruit Plotiniano:—*οὐ γὰρ ἔστιν ἡμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν, ὅς τίς ἐστιν αἴτιος μᾶλλον τοῦ ζῆν ἢ ὁ ἄρχων τε καὶ βασιλεὺς τῶν πάντων. συμβαίνει οὖν ὀρθῶς ὀνομάζεσθαι οὗτος ὁ θεὸς εἶναι, δι' ὃν ζῆν ἀεὶ πᾶσι τοῖς ζῶσιν ὑπάρχει. διείληπται δὲ δίχα, ὥσπερ λέγω, ἐν τὸ ὄνομα, τῷ Διΐ καὶ τῷ Ζηνί.* Ad quem locum multa disputat Proclus in Scholiis §. 94—102. p. 51. sqq. Boisson. Varie autem Joves distinxerunt antiqui philosophi. Vid. annot. Davisii et nostram in Ciceron. de N. D. III. 21. p. 584. ed. nostr. et Moseri.

p. 753, 8. *αἱ δὲ ἔπονται—ὡς αἱ ἐν κλάδοις, τῇ τοῦ ὅλου φυτοῦ* (sc. *φύσει*)] Nos interpunctione huic loco consuluimus. Nam nisi virgula interponeretur post *κλάδοις*, Genitivus requireretur propter *ἐξηρτημέναι* et *ἐκφῦσαι*. Ad argumentum loci et ad exemplum plantæ, quod in hac disputatione sæpiuscule usurpat Plotinus, vid. supra IV. 8. 9. ibiq. Annot. ad p. 351. F.

p. 754, 1. *οἷον—γενείων, μαζῶν αὐξήσεις*] Plato de Legg. VIII. p. 833. C. *ἐν μὲν παιδικῶν, ἐν δὲ ἀγενείων, ἐν δὲ ἀνδρῶν.* Unde intelligitur *τους ἀγενείους* medios inter pusiones et viros esse. Qua in re sibi constat Plato. Cf. Sympos. c. 7. p. 17. Astii de Achille: *καὶ ἔτι ἀγένειος* (quem locum viri aliquot docti immerito in suspicionem adduxerunt:) cf. ibid. c. 9. p. 20. *ἀλλ' ἢ ἐπειδὰν ἤδη ἄρχωνται νοῦν ἴσχειν. τοῦτο δὲ πλησιάζει τῷ γενειάσκειν.* Plutarch. de frat. amore p. 484. A. p. 970. Wytt. *ὁ δὲ Ἀθηνόδωρος ἦν μὲν ἔτι μειράκιον οὐδέπω γενειῶν.* In *μαζῶν* etiam viros cogitavit Plotinus, si fides Grammaticis sit. Sed horum distinctio inter *μαζοὶ* et *μαστοὶ* valde lubrica est. Vid. annot. nostram in Porphyr. de Vita Plotini c. 3. p. 96. ed. Fabric.

— 12. *Ἔστι δὲ τοῦτο ἀνθρώπων—ἢ τὸ ἐφίεσθαι εὑρεῖν φρόνησιν.*] Hæc conjuncta sunt cum his sententiis: *θεῶν οὐδεὶς φιλοσοφεῖ*, ut Diotima docet in Symposio Plat. c. 29. p. 64. Ast. et, *οὔτε γὰρ σοφοῦ τὸ φιλοσοφεῖν*, ut est apud Proclum in Alcib. pr. p. 189. ed. nostr. Cf. Musonii Rufi Fragment. in Wyttenbachii Philomathia I. p. 161. sqq. et Plotinum ipsum VI. 7. 38. et VI. 9. 10. sqq.

p. 755, 15. *οὐδὲν ἀμφίβολον οὐδὲ ἀμφιγνοούμενον*] Cf. Lexic. Xenoph. in *ἀμφιγνοεῖν*. Tom. I. p. 168. et Zonaræ Lex. Græc. cum Tittmanni Annot. p. 162.

— 19. *οὐδὲ πρός τι βλέπων ποιήσει—ἢ ὡς οἷον* (Fort. inserendum *τε*, ut sit *ἢ ὡς οἷόν τε*) *τὸ ἐν αὐτῷ παράδειγμα ἔχει.*] Ducta hæc sunt e Platonis Timæo p. 28. p. 23. sq. Bekk.:—*τόδε δ' οὖν*

πάλιν ἐπισκεπτέον περὶ αὐτοῦ, πρὸς πότερον τῶν παραδειγμάτων ὁ τεκταινόμενος αὐτὸν ἀπειργάζετο, πότερον πρὸς τὸ κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχον, ἢ πρὸς τὸ γεγονός. εἰ μὲν δὴ καλός ἐστιν ὅδε ὁ κόσμος, ὅ, τε δημιουργὸς ἀγαθὸς, δῆλον ὡς πρὸς τὸ ἀΐδιον ἔβλεπεν. Cf. quæ posuimus supra ad pag. 175. sqq. et adhibe luculentum locum Plotini de Providentia, p. 260. B.

p. 756, 8. οὐδ' ἔχειν πράγματα ὥσπερ τινὲς ᾠήθησαν κ. τ. λ.] Epicurei, quos hoc nomine sæpius tangit Plotinus, ut de Providentia III. 2. adversus Gnosticos, Vid. p. 213. F. Erat enim in κυρίαις δόξαις Epicuri illud: "Quod æternum beatumque est, id nec habet ipsum negotii quicquam, nec exhibet alteri." τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει, οὐδὲ ἄλλῳ παρέχει. Diog. Laërt. X. §. 139. cf. Cic. de N. D. I. 17. I. 30. I. 40. et 41. et quæ ibi Davisius aliique interprr. apposuerunt, quæque ipsi posuimus cum ad illos locos, tum ad Plotinianos.

p. 757, 5. ὃ γὰρ ἔχει τῷ ἐφεξῆς διδοῦσα κ. τ. λ.] Ita scripsi cum Vaticano libro et Ficino; sed fortasse potior est lectio Medicei B. omittentis τὸ ante ἐφεξῆς. Tunc est: *nulla interposita mora, nihil hæsitans*, quasi cum levi quadam reprehensione, cui aptum est sequens ἀπροαιρέτως. Dativi autem sequuntur post vocem δύσιν. De illo significatu aliisque particulæ ἐφεξῆς bene exposuit Wyttenbach. ad Plutarch. de Aud. Poëtt. p. 288—290. Oxon.

p. 758, 5. οἷον οὐ κιρνάμενος] Ita dedi cum Ficino, flagitante sententia, pro οἷον ὁ κιρνάμενος, quod in Editione est.

p. 759, 8. περιέχειν γὰρ δεῖ τὸν χρόνον τὸ ἐν χρόνῳ, ὥσπερ, φησὶ, τὸ ἐν τόπῳ καὶ ἐν ἀριθμῷ.] Plato in Timæo. Cf. Proclum in eum p. 303. eundem in Theolog. Plat. II. 11. p. 107. in Institut. Theolog. cap. 48. sqq. p. 78. sqq. et cf. Plotinum ipsum p. 96. sqq. p. 325. sqq. et p. 553. sq.

— 11. κἂν εἰ—ποιεῖ καὶ νεύει] Edit. utrobique Conjunctivum habet: ego Indicativum reduxi ex libris plurimis et optimis. In Platonis Republ. IX. p. 579. sub fin. in Editione Bekkeri legitur: κἂν εἰ μή τῳ δοκῇ, ubi unus Cod. omisit κἂν (Vid. Varr. lectt. ed. Bekker. Vol. II. p. 99.). Astius dedit δοκεῖ. Et vero, si Stallbaumium audias ad Philebum §. 136. p. 193, κἂν εἰ semper aut Indicativo aut Optativo, nunquam Conjunctivo jungitur. Cf. Heindorf. ad Sophist. p. 386. et Buttmann. ad Menon. §. 4. p. 313. Similiter in Procli Comment. in Alcib. pr. §. 71. p. 217. ed. nostr. Cod. E. habet: κἂν εἰ τὸ οἰκεῖον ἦν: reliqui καὶ τὸ οἰκ. ἦν. Ubi vid. Annot.

p. 760, 11. Οὕτω γὰρ ἔχει ἕκαστα· εἰ δὲ τἀγαθόν τις κατὰ κέντρον τάξειε, τὸν νοῦν κ. κ. ἀκίν.] Ita dedi ex optimis libris, Margo Edit. et bini Codd. habent: εἰ δὲ θᾶττόν τις, sed in uno a secunda manu emendatum. Cudworth. in System. Intell. p. 698. sq. ed. Moshem.: οὕτω γὰρ ἔχει ἕκαστα εἰ τ' ἀγαθόν (perperam, ut Ed. pro τἀγαθόν) τις καὶ τὸ κέντρον τάξειε, omisso δέ. Idem vir doctus ad hujus et Platonici loci in Philebo p. 30. argumentum addit: "Ergo omnia si recte ponderemus et perpendamus, tres illæ Platonis hypostases nullæ videntur esse, quam infinita bonitas, infinita sapientia et infinitus amor agens seu potentia. Verum hæc minime spectantur ut proprietates et qualitates hac in causa, verum ut naturæ consistentes, seu personæ, quæ, tametsi gradu differant, unum tamen conjunctim, τὸ θεῖον, unam divinitatem conficiunt, non aliter atque locus medius in sphæra, immobilis distantia et mobilis circumscriptio unam sphæram constituunt." Ad quem locum Moshemius, uti solet, in egregium Britannum invehitur, quod in hac quoque disputatione Plotini auctoritate usus sit. Hoc nimirum est sapere!

p. 761, 1. τοῦτο δὲ περιπτύξασθαι, καὶ περιελθεῖν πάντη ἑαυτῷ.] Virgulam apposui post περιπτύξασθαι, ne hoc verbum sequenti Dativo jungeretur, admonitus magni Hemsterhusii præceptis ad Lucian. Diall. Mortt. XX. 2. p. 414. Adde iis, quos Schæferus in Stephani Thes. Lond. p. 8024. sq. ad hoc verbum laudavit, Cl. Jacobsium ad Achill. Tatium V. 8. p. 774. et ad Philostrati Imagines II. 25. p. 538. Theodoretus Epist. LX. p. 1113: θαῤῥῶ διὰ γραμμάτων τὴν ἱεράν σου καὶ θεῷ φίλην περιπτύσσασθαι (leg. περιπτύσσεσθαι) κεφαλήν. Idem Epist. CLIV. p. 1319: ἵνα μηδὲ εὔξασθαι τοῖς βουλομένοις ἐξῇ τοῖς μακρὰν μὲν πορείαν πεποιημένοις, ἐφιεμένοις τε πάσας τὰς τῶν ἁγίων καὶ καλλινίκων μαρτύρων περιπτύξασθαι λάρνακας. Quæ Plutarchi admonent, qui ita de Iside p. 357. D. p. 465. Wytt. circa

Osiridis arcam trepidante:—*ἀνοῖξαι τὴν λάρνακα, καὶ τῷ προσώπῳ τὸ πρόσωπον ἐπιθεῖσαν, ἀσπάσασθαι καὶ δακρύειν.* Activum in simili scena describenda usurpat Bion de Venere Adonidis cadaver amplexante: Idyll. A. v. 44: *ὥς σε περιπτύξω καὶ χείλεα χείλεσι μίξω.* Passivi exemplum dabit ipse Noster infra Enn. VI. 9. 9. p. 768. E: *οὐ περιπτυσσόμενον σαρξὶν ἔξωθεν*: sed paulo post: *ἵνα τῷ ὅλῳ αὐτῶν περιπτυξώμεθα*, legendum videtur *αὐτόν*.

p. 761, 15. *ὁ θυμὸς—εἰς ἄμυναν παρακαλῶν*] Cf. infra p. 702. A. cap. 10: *τί γὰρ κέρατα ἐκεῖ πρὸς ἄμυναν*; Philostrat. jun. Imagg. p. 869: *ὁ δ' ὑπὸ τὴν πρώτην ἀγγελίαν σπασάμενος τὸ ξίφος εἰς* (*ἐς* ed. Jacobs.) *ἄμυναν ὁμοῦ ἐπέστη τοῖς δρωμένοις.* Plutarch. Thes. cap. 29. p. 74. ed. Leopold. *ἐτράποντο πρὸς ἄμυναν οἱ Λαπίθαι.* Timæus Lex. Platon. *Ἄμυνα. καὶ ἐπὶ ἀμοιβῆς καὶ ἐπὶ εἰσπράξεως δίκης.* Quod si igitur huic Lexicographo credas, Plato hanc vocem usurpavit. Sed eam "frustra quæras in *Ἀττικωτάτῳ* Platone." Ruhnken. ad h. l. p. 26. Qui si nostri loci et alterius, quem laudavimus, meminisset, haud dubie pariter ex Plotino interpolatum Timæum pronuntiasset, atque ex Porphyrio eum interpolatum suspicatur in Præfat. p. XIII. sq. et in annot. p. 202. Neque magis cognita illa vox reliquis Atticis est, licet ejus semina in Attica reperiantur. Vid. Ruhnken. ad Hesych. in *χειμάμυναι* p. 1546. (cf. Lexicon Sophocleum ed. Oxon. 1826. II. p. 150.) Interprr. ad Moer. p. 80—82; ad Thom. Magist. p. 42. Wernsdorf. ad Himer. p. 142. Lobeck. ad Phrynich. p. 23. Quod vero Havercamp. in Ind. Græcit. Josephi *ἀμύνη* laudat ex loco de Bello Jud. II. 13. 5. p. 177: *καὶ πᾶς ὁ δῆμος συνεφήψατο τῆς ἀμύνης*: de Ionica forma Josephus ne somniavit quidem. Etymol. Gud. p. 47. 6: *ἄμυνα, ἡ ἐκδίκησις. τοῦτο παρὰ μύνη ἡ πρόφασις. μετὰ τοῦ ἐπιτατικοῦ α ἀμύνω* (fort. *ἀμύνη*. Cæterum, utut est, cf. Odyss. *φ*. vs. 111, ubi Apollonius in Lex. Hom. p. 465. Toll. *μύνησι* item explicat *προφάσεσι*: adde Eustath. ad eum locum p. 748. Basil.) Simili cum verbo atque Plotinus Substantivum junxit Plutarchus in Cæs. c. 44. p. 305. Coraii: *πρῶτον ὁρᾷ ταξιαρχῶν ἄνδρα τινὰ πιστὸν αὐτῷ καὶ πολέμων ἔμπειρον, ἐπιθαρσύνοντα τοῖς ὑφ' αὑτῷ καὶ προκαλούμενον εἰς ἄμυναν ἀλκῆς.* ubi libri aliquot MSS. et Reiskius: *προσκαλούμενον.* Illud verum est, et fortasse in Plotino etiam sic scribendum quis conjiciat: *προκαλῶν.* Sine libris equidem mutare nolui.

p. 762, 9. *Καὶ ἔστιν ἐν μὲν τῷ φαυλοτάτῳ ἀνδρὶ τὸ κοινόν.*] Fic. legisse videtur *ἀνδρί τι κοινόν.* Libri nil variant. Mox e margine retraxi jubentibus libris fere omnibus *χρηστόν τι.* Editio habet *κρεῖττόν τι—.* Deinde pro *καὶ τοῖς ἀμείνοσι διδόντος* exspectares *δουλεύοντος*, sed intellige *ἑαυτὸ* ad *διδόντος*. Postremo: *τῆς μὲν ἄνω, τῆς δὲ τῶν κάτω.* In alio scriptore proclive erat: *τῆς μὲν τῶν ἄνω*: in Plotino, elegantiæ minus studioso, non item. Argumentum autem et comparationis exempla plane ex locis Platonis ducta sunt. Vide Politicum p. 300. sqq. p. 341—346. Bekk. (Hunc posteriorem locum respexit Scholiastes mscr. Paris. Æschinis Orator. fol. A. p. 2: *οὐκ ὀρθῶς Αἰσχίνης τὴν τυραννίδα πολιτείαν ἐκάλεσεν· ἡ μὲν γὰρ πολιτεία ἐκ νόμων συνέστηκεν. ἐν δὲ τυραννίδι οὔκ εἰσι νόμοι, ἀλλὰ παρανομίαι. ἐκ τούτων δὲ δῆλον ὅτι οὐδὲ ἦσαν Πλάτωνος. οὗτος μὲν γάρ φησι, τρεῖς εἶναι πολιτείας. Πλάτων δὲ καὶ δύο καὶ πέντε καὶ ἑπτά.*) De Republ. VIII. p. 562. unde Plotinus illud *οὐκ ἀκράτου οὔσης* sumsit. De Legg. III. p. 689. p. 304. Bekk. itemque p. 699. sq. p. 324. sq. ed. Bekk.; unde ad Plotinianum *θορυβούντων καὶ βοώντων* tene p. 325: *τινὲς ἄμουσοι βοαὶ πλήθους*: item de Legg. VI. p. 773. p. 454. Bekk. Præcipue autem huc faciunt Platonis disputata de Republ. IV. p. 440. sqq. p. 203—206—208. Bekk.; unde Cicero quoque profecit de Republ. I. 38: "Ergo Archytas iracundiam, videlicet dissidentem a ratione seditionem quandam animi vere dicebat, et eam consilio sedari volebat. Adde avaritiam, adde imperii, adde gloriæ cupiditatem, adde libidines; et illud vide, si in animis hominum regale imperium sit, unius fore dominatum, consilii scilicet: (ea est enim animi pars optima:) consilio autem dominante nullum esse libidinibus, nullum iræ, nullum temeritati locum."—Scip. "Sub regno igitur tibi esse placet omnes animi partes et eas regi consilio?" "Cur igitur dubitas, quid de re publica sentias?" p. 155—157. ed. Moseri. Vid. etiam Proclum in Platonis Alcibiadem pr. p. 56. sq. præcipue p. 255. sq.: *ὁ δέ γε δῆμος ἐπιστήμην οὐ πέφυκεν ἴσχειν, οὐδὲ κατ' ἐπιστήμην ζῇν, ὥστε οὐδὲ δημοκρατία ἂν γένοιτό*

ποτε σπουδαία. Olympiodor. in eundem p. 215. sq.: δεινὸς γὰρ διδάσκαλος ὁ δῆμος.

p. 764, 18. πάλιν αὖ] Disjunctim et inverso ordine Plato Apolog. Socr. p. 27. p. 111: Bekk.:—θεοὺς οὐχ ἡγεῖσθαι φάναι ἐμὲ θεοὺς αὖ ἡγεῖσθαι πάλιν. Sophocles in Peleo ap. Clem. Alex. Strom. VI. p. 748: πάλιν γὰρ αὖθις παῖς ὁ γηράσκων ἀνήρ (cf. Fragg. p. 57. ed. Oxon. noviss.) Cf. etiam Segaar. ad Clem. Alex. Quis Dives salv. §. 27. p. 259. Lucian. Necyomant. §. 4. Vol. I. p. 461. Amstel. ὁ δέ τις αὖ πάλιν ἀγαθὸν εἶναι καὶ τὸν πλοῦτον αὐτὸν ἀπεφαίνετο. Cf. Hoogeveen. de Particull. p. 518. ed. Schutz. alt. Weiske de Pleonasmm. p. 142. Rhoer. ad Porphyr. de Abstinent. II. 40. p. 179. et Schæferi Meletemm. p. 39. Plotinus iterum p. 414. B: καὶ πάλιν αὖ λέγων, et sæpissime in reliquis libris, ut putidum sit hujus redundantiæ exempla cumulare. Pro eo etiam αὖθις αὖ cum a poëtis, tum a profanis scriptoribus usurpari docet Jo. Davisius ad Max. Tyr. XXV. 1. p. 593.

p. 765, 3. ἡ δὲ ἀγανάκτησις κατὰ τὸν ὄγκον] Cf. infr. p. 421. D: ζέσις ἂν ἐγένετο μόνον καὶ οἷον ἀγανάκτησις ex Platonis Phædro p. 251. C: —κνῆσίς τε καὶ ἀγανάκτησις περὶ τὰ οὐλα—. ζεῖ τε καὶ ἀγανακτεῖ καὶ γαργαλίζεται φύουσα τὰ πτερά. Alterum Plotini locum si cognosset Pierson. ad Moer. p. 41. certe in loco Platonico abstinuisset a conjectura: ξεῖ τε καὶ ἀδακτεῖ.

p. 766, 3. De his et quæ deinceps sequuntur, disputat Tiedemannus in libro Germanico *de causis Philosophiæ contemplativæ* III. p. 348. sqq.

p. 767, 2. τὴν τρανὴν ἐπιθυμίαν,] Cf. supra I. 4. 2. et 3. cf. Procli Inst. Theol. c. CXLV. p. 216. ibiq. Annot.

p. 768, 11. ὡς ἂν αὐτὴν τῷ παρὰ φύσιν καὶ κατὰ φύσιν ἐπιστατοῦσαν] Ita correxi ex duobus Codd. —Edit. τὸ. Vid. Matthiæ Gr. Gr. §. 402. d. Plotinus ipse infra p. 659. d: οὐδενὶ δὲ ἐπιστατοῦσα (ἡ ψυχή): qui locus etiam ad argumentum nostri loci comparandus est.

p. 769, 8. Πλάτων—ἢ πάλιν αὖ λέγων κ. τ. λ.] Plato in Timæo p. 40. p. 41. Bekk. de terra:—φύλακα καὶ δημιουργὸν νυκτός τε καὶ ἡμέρας ἐμηχανήσατο, πρώτην καὶ πρεσβυτάτην θεῶν, ὅσοι ἐντὸς οὐρανοῦ γεγόνασι. Ad quem locum adhibe Proclum in Commentar. p. 281. sq. Chalcidium p. 214. Simplicium in Aristotel. de Cælo fol. 125. sqq. Turnebi Adversarr. XVI. 18. et Cudworthii Systema Intellect. p. 483. ed. Moshem.

p. 771, 11. Disputat de his Plotini decretis etiam Tiedemannus in libro: *Geist der spekulativen Philosophie* III. p. 348. sqq.

p. 772, 12. ὁμοιοπαθὲς] Vid. supra ad p. 13.

— 16. μέσον ἀνάλογον] i. e. ἀνὰ λόγον, *eadem proportione*. Ita sæpius Plato et Platonici. Docet Wyttenbach. ad Phædon. p. 307. Cf. Procli Instit. Theol. c. 164. et 185. ibiq. Annot. p. 242. cf. etiam Celeb. Hasæum ad Leon. Diacon. p. 187. sq. Eadem formula infra recurrit p. 440. D. p. 675. B. Eunapius in Excerptis Histor. in Juliani rebus IX. (in Nova Collect. scriptorum Vett. Vaticana ed. Angel. Maii Tom. II. p. 257.): οὕτω—αἵ τε πράξεις ἐπὶ πολὺ προίεσαν καὶ ὁ τῶν συνισταμένων ὄχλος ἀνάλογος ἠκολούθει ταῖς πράξεσι:—"ita—plura jam facinora edebantur, et jam conspirantium turba factis *par* sequebatur." Imo ἀνάλογον, ut est in Codice scriptum: "ita et res majorem in modum succedebant, et conspirantium multitudo *eadem proportione* res sequebatur," i. e. et quo magis res gerendæ succedebant, eo plures quotidie confluebant, qui et ipsi rebus interesse cuperent.

p. 773, 10. Ὁ γὰρ κανὼν τῷ εὐθεῖ τῷ (margo: τὸ εὐθὺ τὸ)—καὶ τῷ ἐν τῷ ξύλῳ—τεθεὶς, τὸ κρίνειν τῷ τεχνίτῃ—ἔδωκεν.] Ita ex bonis libris hæc verba interpolata hinc inde et corrupta emendavimus. Ad argumentum adhibe superiora I. 6. 3. p. 52. D. ibiq. annotata.

p. 775, 11. ἀλλ' ὀμμάτων, φησὶν, οὐκ ἐπεδεῖτο.] Plato in Timæo p. 33. p. 30. Bekk. Λεῖον δὲ δὴ κύκλῳ πᾶν ἔξωθεν αὐτὸ ἀπηκριβοῦτο, πολλῶν χάριν· ὀμμάτων τε γὰρ ἐπεδεῖτο (ἐπιδεῖται unus Codex, sed Plotiniani vulgatam confirmant:) οὐδὲν, ὁρατὸν γὰρ οὐδὲν ὑπελείπετο ἔξωθεν, οὐδ' ἀκοῆς, οὐδὲ γὰρ ἀκουστόν (alius Cod. ὑπέλειπτο. Voluit ὑπελέλειπτο, ut plurimi libri Plotiniani). Lindavius ad Platon. Tim. p. 39, Plotini non oblitus, de proximis Plotini verbis ita: "quibus (nimirum præcedentibus) idem (Plotinus) adjicit: ἀλλ' ἔνδον γε ἦν καὶ ἑαυτὸν οὐδὲν ὁρᾷν ἐκώλυσεν. Quæ quorsum spectent, divines. Significatus vero verbi λείπειν fert, ut tempora ejus inter se permutentur."

p. 776, 8. ἀλλ' οὔτε ὄψιν—ἐνδεοῦς] Ficinus

non videtur: legisse *οὔτε*. Libri in hoc loco, quem vitiosum esse jam vidit Marsilius, nil juvant. Mox *περιελκυσμοὺς* tenendum est tanquam unicum exemplum Pluralis. Singularis ex uno loco consignatus in Thes. Steph., non in Schneideri Lex. —Mox *ὁρᾷν καὶ ἀκούειν δὲ* libri nostri aliquot. Tum in margine: *εἰ δὲ δεῖ καὶ ἐπιστρέφεσθαι*, pro *εἰ δὲ δὴ κ. ε.* Sed Infinitivus pendet ex antecedente *ἄν τις θεῖτο*.

p. 777, 1. *καὶ ἐν ταῖς μάγων τέχναις.*] Cf. I. 4. 9. p. 35. ibiq. annot. In seqq. ubi Plotinus de corpore terræ dicit, *οὔτε γε ἀκίνητον*, cave ne hanc sententiam confundas cum sententia, aliquot Pythagoreorum et maxime Philolai: *τὴν γῆν οὐκ ἀκίνητον εἶναι.* (Plutarch. in Numa c. XI. De Placitt. Philoss. III. 13. Diog. Laërt. VIII. 85. Cic. Acadd. IV. 39.) Etenim Plotinus de eo h. l. disputat, utrum terra sensum habeat adeoque affici (*κινεῖσθαι*) possit. *Κινεῖν* enim et *κινεῖσθαι* hac vi sæpe a philosophis usurpari, non est, quod operose firmemus. Nec magis quæ in sequentibus Plotinus de *spiritu* (*πνεύματι*) ponit, confundenda sunt cum Pythagoreorum decreto, qui mundo, tanquam animali, respirationem attribuebant. Vid. Aristotelis Physicc. IV. 6. et Stob. Eclogg. I. 19. 1. p. 380. Heeren.: *εἶναι δέ φασιν οἱ Πυθαγόρειοι κενὸν, καὶ ἐπεισιέναι αὐτῷ τῷ οὐρανῷ* (i. e. mundo) *ἐκ τοῦ ἀπείρου πνεύματος, ὡς ἂν ἀναπνέοντι.* Cf. Boeckhii Philolaum p. 108. sqq.; licet hæc et similia comparare cum Plotinianis non inutile sit, et in universo decreto, *mundum esse animal*, usquequaque consentiant cum Pythagoricis Plato et Platonici atque ipse Plotinus.

— 14. *κατὰ τὰς τῶν χυλῶν ὀσμάς.*] In Vaticano Cod. a prima manu erat *χυμῶν*. sed hoc vocabulum proprie de gustu usurpatur. Cf. Plutarchi Quæstt. Naturr. c. 5. ubi octo saporum species enumerat, p. 913. B. p. 690. Wytt. De discrimine, quod inter *χυλὸς* et *χυμὸς* intercedat, est Orionis locus in Etymolog. p. 163. sed corruptior. Cf. Schneider. Indic. ad Theophrasti Opera p. 546. sq. *Χυμοὶ* sæpius legitur apud Plotinum. Vid. II. 4. 12. VI. 3. 17. et 18. et de gustu in hoc ipso libro IV. 4. 25. supra p. 418. A: *καὶ γεύεσθαι χυμῶν.*

p. 779, 11. *εἶτα τὴν ἄλλην ψυχὴν καὶ νοῦν, ἣν δὴ Ἑστίαν καὶ Δήμητραν ἐπονομάζουσιν ἄνθρωποι.*] Cf. infr. p. 423. C: *οἷον Δήμητρος καὶ Ἑστίας, γῆς τε οὔσης.* Respicit nostrum locum Proclus in Timæum p. 282: *ἄλλοι δὲ εἰς τὸ γόνιμον αὐτῆς (τῆς γῆς) ἐπιδόντες Δήμητραν προσεῖπον, ὥσπερ δὴ καὶ Πλωτῖνος, τὸν μὲν νοῦν αὐτῆς Ἑστίαν καλῶν, Δήμητραν δὲ τὴν ψυχήν.* Vides igitur, mentem terræ Vestam: animam ejusdem Cererem h. l. appellare interprete Proclo Plotinum. Recte: et utinam Procli commentarios in has Enneadas hodieque usurpare liceat! De Vesta autem et Cerere disputationum multarum argumentum desumserunt philosophi maxime ex binis locis Platonis: in Timæo p. 40: *γῆν δὲ τροφὸν μὲν ἡμετέραν κ. τ. λ.* (nam reliqua supra posui ad p. 414. B.) et in Phædro p. 246. extr.: *μένει γὰρ Ἑστία ἐν θεῶν οἴκῳ μόνη.* Chalcidius in Timæum p. 269. ed. Meurs. [p. 344. ed. Fabric.]: "Solam siquidem Vestam manere ait (Plato) in sua sede; Vestam scilicet, animam corporis universi, mentemque animæ ejus, moderantem cœli stellantis habenas, juxta legem a Providentia sanctam. Philo Jud. de Cherubim p. 143. Mang. p. 14—16. Pfeiff.: *ἡ δὲ (γῆ) μόνη τῶν τοῦ κόσμου μερῶν ἑστῶσα παγίως Ἑστία πρὸς τῶν παλαιῶν εὐθυβόλως ὠνόμασται κ. τ. λ.* Proclus Theol. Platon. VI. 21. p. 401. *ἡ δὲ Ἑστία τὴν γόνιμον καὶ ἀκλινῆ δύναμιν ἐπιλάμπει πᾶσι· καίτοι καὶ Ζεὺς ἐν ἑαυτῷ μένων οὕτως ἐπὶ τὴν νοητὴν ἀνάγεται περιωπὴν, καὶ ἡ Ἑστία διὰ τὴν ἀκλινῆ καὶ ἄχραντον ἐν ἑαυτῇ μονὴν συνάπτεται τοῖς πρώτοις αἰτίοις.* Similia idem dicit in Cratylum §. 138. p. 83. sq. Boisson. Idem ib. §. 178. p. 109: Cererem cum Latona comparans: *ὅτι ἡ Λητὼ πηγή ἐστι ζωογόνος ἐν τῇ Δήμητρι περιεχομένη.* Suam autem ipse sententiam idem in Timæum l. l. ita definit, ut primas harum dearum causas dicat esse intellectuales, geniales ac sejunctas, a quibus in terram descendant illuminationes viresque, ac proinde oriri Cererem Tellurem atque Vestam etc. (*καὶ εἶναι Δήμητραν χθονίαν καὶ Ἑστίαν.*) Quæ comparanda sunt cum altero loco laudato in Theologiam, ubi dicit, omne, quod sit constans et immutabile ad mundanas res omnes ab illa supercælesti Vesta descendere (*ἐκ τῆς ὑπερουρανίου καθήκειν Ἑστίας.*) Alia leguntur apud Hermiam in Platon. Phædr. p. 133. Dionys. Halic. II. 66. p. 376. Reisk.: *Ἑστίᾳ δὲ ἀνακεῖσθαι τὸ πῦρ νομίζουσιν, ὅτι γῆ τε οὖσα ἡ θεὸς καὶ μέσον κατέ-*

χουσα τοῦ κόσμου τόπον, τὰς ἀνάψεις τοῦ μεταρσίου ποιεῖται πυρὸς ἀφ' ἑαυτῆς. Euripides apud Macrobium Saturn. I. 23. (Fragm. n. 178.):

καὶ γαῖα μῆτερ· Ἑστίαν δέ σ' οἱ σοφοὶ
βροτῶν καλοῦσιν ἡμένην ἐν αἰθέρι.

Unde Ovidius Fastor. VI. 267: "*Vesta eadem est, quæ terra.*" cf. 460. Idem vs. 291: "Nec tu aliud *Vestam*, quam vivam intellige *flammam.*" Plutarchus in Numa c. XI. p. 301. Leopold. Vestæ sacra ab illo rege instituta Romæ memorans Pythagoreorum de igne in medio Universi constituto, quam Vestam dicant, sententiam refert. Quæ decreta Pythagorica et præsertim Philolaica an et quatenus in Phædrum Platonis l. l. vim habuerint, examinat *Boeckh.* in libro vernaculo: *Philolaos des Pythagoreers Lehren* p. 104. sqq. Alia, quæ ipse de Vesta et Cerere disputavi in Symbol. et Mythologia Vol. II. p. 622. ed. alter., non attinet hic recolere.

p. 779, 14. *καὶ περὶ τοῦ θυμοειδοῦς ζητητέον*] Fundus in quo hæc disputatio constituitur, est in Platonis Timæo p. 70. A. sqq. p. 89. sqq. Bekk.

p. 781, 17. *αὖ τὴν ψυχὴν*] Ita dedi auctoritate bonorum Codd. Edit. *αὐτήν*. De hac confusione plura Schæfer. in Meletemm. p. 39. et p. 103.

p. 782, 10. *ἧττον κινεῖσθαι πρὸς ὀργὰς* (delevi *τὰς* cum plurimm. codd.) *καὶ ἀλόγῳ ἀπαθείᾳ.*] Ficinus legit *ἀλόγῳ πάθει.* Codd. nihil variant, nisi quod unus dat *ἀπαθία.* Sine libris nolui mutare, sed Plotinus scripsisse videtur *ἀλόγῳ εὐπαθείᾳ.* Nam etsi *εὐπάθεια* ut plurimum idem fere est atque *ἡδυπάθεια*, sive suavis sensus vel animi vel corporis: (Vid. doctam annot. Wyttenbachii ad Plutarch. de Sanit. Tuend. p. 846. sq. Adde Plotinum ipsum infra p. 726. C.) est tamen etiam, ubi ex Adjectivo *εὐπαθὴς* adsciscit vim *irritabilitatis.* Vid. Alexandri Aphrodis. locum Probl. II. in Steph. Thes. Lond. appositum p. 7254.

— 14. *ζέσις—καὶ ἀγανάκτησις*] Cf. supra p. 412. A. ibiq. Annot.

p. 784, 16. *τὴν δὲ ἀντιτυπίαν τὸ ἐκ πάντων οὖσαν μὴ μένειν*] Utrum *τὸ ἐκ πάντων* accipiendum ad analogiam formularum *τὸ παράπαν, τὸ πάμπαν*, an scribendum *τὴν ἐκ πάντων?* Hoc prætulerim ob sequens *οὖσαν*: reponere sine libris nolui. De *ἀντιτυπίᾳ* dictum est supra ad p. 180. G. Proxime Ficinus legisse videtur pro *νόμῳ ὁρᾷν, —ὁμοίως νῷ ὁρᾷν*: et ita legendum judices. Libri nil adjuvant.

p. 786, 2. *καὶ εὐχῶν—ὡς πρὸς ἥλιον ποιούμεθα, καὶ δὴ καὶ πρὸς ἄστρα ἄλλοι τινὲς ἄνθρωποι.*] Antiquitus a Græcis etiam astra esse adorata conjicias ex Platonis Cratyli his p. 397. C. D: *φαίνονταί μοι οἱ πρῶτοι τῶν ἀνθρώπων τῶν περὶ τὴν Ἑλλάδα τούτους μόνους θεοὺς ἡγεῖσθαι, οὕσπερ νῦν πολλοὶ τῶν βαρβάρων, ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ γῆν, καὶ ἄστρα, καὶ οὐρανόν.* Quæ congruunt Herodoteæ narrationi de veterum Persarum religionibus I. 131. Idem ille de Legg. X. p. 887. E: *ἀνατέλλοντος τε ἡλίου καὶ σελήνης καὶ πρὸς δυσμὰς ἰόντων προκυλίσεις ἅμα καὶ προσκυνήσεις ἀκούοντές τε καὶ ὁρῶντες Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων πάντων κ. τ. λ.* Cf. ibid. XI. p. 931. A. Et in Symposio ipse Socrates p. 220:—*εἱστήκει μέχρι ἕως ἐγένετο καὶ ἥλιος ἀνέσχεν· ἔπειτα ᾤχετ' ἀπιὼν προσευξάμενος τῷ ἡλίῳ*; quem Solis cultum suis Platonicisne an civibus tribuit Plotinus: ceterorum astrorum aliis nonnullis. Tu vid. Clement. Alex. Protrept. p. 22. Potteri. Josephi Antiqq. Judd. XV. 10. Zend-avestam II. 3. Cæsar. de Bell. Gall. VI. 21. Tacit. German. c. 40. et confer Ficini argumentum hujus capitis; Turnebi Adversarr. XXIV. 35. *Payne Knight Inquiry into the symbolical Language of anc. Art and Mythology* §. 2. p. 1. et quæ ipse posui in Symbolicæ Vol. I. p. 4. sq. ed. alt. Ad ea, quæ Ficinus in argumento hujus capitis de Platonis super sole doctrina attigit, pertinent hæc Ammiani Marcellini XXI. 1. 11; "Sol enim, ut aiunt Physici, mens mundi, nostras mentes ex sese velut scintillas diffunditans, cum eas incenderit vehementius, futuri conscias reddit." Quæ sequuntur, *καὶ πεπίστευται ὡς δι' αὐτῶν αὐτοῖς πολλὰ τελεῖται, κ. τ. λ.* Villoison. in Anecdott. Grr. II. p. 227. sqq. e duobus Codd. Venett.—Marcc. tanquam inedita exhibuit hac inscriptione et hoc initio: *Πλωτίνου περὶ τοῦ πῶς δρᾷ ἡ οὐρανία διάθεσις εἰς τὸν περίγειον κόσμον. Ἐπειδὴ πεπίστευται, ὡς διὰ τῶν ἄστρων πολλὰ τελεῖται—*

— 10. *καὶ ἀκολάστους συλλήψεις*] *Concubitus* vertit Ficinus; hoc quidem loco non male. Proprie *conceptiones.* Plutarchi Romul. XI. 4. p. 113. Leopold.: *τὴν μὲν ἐν τῇ μητρὶ τοῦ Ῥωμύλου γεγονέναι σύλληψιν ἔτει πρώτῳ τῆς δευτέρας ὀλυμ-*

πιάδος. Ita sæpius LXX. Vid. Biel. Thesaur. V. T. III. p. 351. De verbo vid. Hesych. in συλλήψεσθαι p. 1292. Thom. Mag. p. 816. Hippocrat. Aphorism. V. §. 46. Boissonad. ad Philostr. Heroica p. 385. Idem ad Herodiani Epimerismm. p. 64. sq. idem ad Aristænet. p. 497. ubi ad Plotiniani loci similitudinem hæc verba propius accedunt Severi in Catena ap. Wolf. Anecdd. Grr. IV. p. 57 : ἥτις διὰ τῆς ἀτοπωτάτης ὀρέξεως οἱονεὶ συλλαμβάνουσα καὶ κύουσα τὴν πρᾶξιν τῆς ἁμαρτίας ἀποτίκτει. Cui loco adhibenda sunt, quæ docte disputavit Georg. Joseph. Bekkerus meus in Specim. in Philostrati Vitam Apollonii p. 17. sqq. Ceterum sophisticarum elegantiarum studiosus scriptor scripsisset : θεοὺς συλλήπτορας γίγνεσθαι—πρὸς ἀκολάστους συλλήψεις. Sed ab hujuscemodi flosculis, quibus Gorgiæ alumni, ut Agatho hoc nomine a Socrate derisus, delectabantur, Plotini severitas longissime abhorret. Proxime ad verba Δήμητρος καὶ Ἑστίας confer. annot. ad p. 419. C.

p. 788, 12. Ῥητορείαν δὲ καὶ μουσικὴν καὶ πᾶσαν ψυχαγωγίαν, ἢ πρὸς τὸ βέλτιον ἢ πρὸς τὸ χεῖρον ἄγειν ἀλλοιούσας.] Extremum verbum ita vertit Fic.: "quæ potissimum inter se discrepant." Fortasse hæc sententia est: "*eo quod diverso modo hominum animos afficiunt, vel quod aliter atque adhuc affecti erant animi, eos afficiunt.*" Ceterum hæc Plotiniana et verbis et sententiis Platonis alumnum arguunt. Tu vid. Platonis Gorgiam p. 453. sqq. cf. Aristidis Orat. Platon. I. p. 47. Sext. Empir. II. 2. p. 288. Quintilian. Inst. Orat. II. 15. 4. Plato de Republ. II. p. 365. extr.: εἰσὶ δὲ πειθοῦς διδάσκαλοι, σοφίαν δημηγορικήν τε καὶ δικανικὴν διδόντες. Nam ἡ ῥητορεία et ἡ δημηγορία sæpe pro synonymis usurpantur, nec minus ἡ σοφιστεία. Diod. Sic. XX. init. Diogen. Laërt. II. 20. Consule Chr. Theoph. Ernesti Lexicon Technol. Græc. Rhetor. p. 300. sq. Krüger. ad Dionys. Halic. Historiograph. p. 518. Hinc ῥητορεύειν et ῥητορεία etiam futilem et garrulam sermocinationem designant. Vid. Dorvill. ad Chariton. p. 507. ed. Lips. et cf. C. Fr. Hermann. ad Lucian. de conscr. Hist. p. 162. Ad vocis ψυχαγωγία vim intelligendam consule Platonem de Legg. X. p. 908. extr. 909. A. et Astii animadvv. in eum locum p. 505.

p. 790, 9. πρῶτον τοίνυν θετέον ζῶον ἓν κ.τ.λ.] His nihil novi argumenti addi a Plotino judicat *Tiedemann.* in: *Geist der spekulativen Philosophie* III. p. 289. Quæ deinceps sequuntur, ea cum Stoicorum aliorumque antiquiorum philosophorum decretis comparat Idem ibid. p. 326. sq.

p. 791, 1. Συμπαθὲς δὴ πᾶν τοῦτο τὸ ἕν.] Idem argumentum tractat Iamblichus de Myster. IV. 8. p. 112; unde hæc appono: καὶ δῆτα (καὶ addit Cod. Vindob.) εἰς τὰ μέρη καθήκει (καθίκει idem) τις (ἐνέργεια) ἀπὸ τῶν ὅλων, ἡ μὲν συμπαθὴς καθ' ὁμοιότητα τῶν δυνάμεων, ἡ δὲ κατ' ἐπιτηδειότητα τοῦ ποιοῦντος πρὸς τὸ πάσχον πολυειδὴς ποίησις. εἰ μὲν οὖν (Goth. Monac. Vindob. οὐκοῦν) σωματικαῖς ἀνάγκαις συμβαίνει τινὰ περὶ τὰ μέρη κακὰ καὶ ὀλέθρια· ὡς μὲν πρὸς τὰ ὅλα καὶ τὴν ἁρμονίαν τοῦ παντὸς ὄντα σωτήρια καὶ ἀγαθὰ, τοῖς δέ μέρεσιν ἀναγκαίαν φθορὰν ἐπάγονται (Mon. et Leid. Codd. φορὰν. Vindob. ἀναγκαίαν τινὰ φθορὰν ἐπάγονται. Adde participium ἐπάγοντα ex Goth. et Monac. et habes veram lectionem) ἢ τῷ μὴ δύνασθαι φέρειν τὰς τῶν ὅλων ἐνεργείας, ἢ ἄλλῃ τινὶ συμμίξει καὶ κράσει τῆς ἀφ' ἑαυτῶν ἀσθενείας, ἢ τὸ τρίτον ἀσυμμετρίᾳ τῶν μερῶν πρὸς ἄλληλα.

— 11. καὶ οὐ προσηνὲς τὸ πάσχον ἴσχει] Vid. supra p. 38. B. p. 52. E. et cf. Olympiodor. in Alcib. pr. p. 122.—διὸ καὶ τοὺς προσηνεῖς ἡμῖν καὶ ἀγαθὰ ἡμῖν θέλοντας εὔνους ἡμῖν φαμεν.—Quod proxime in aliquot libris legitur: ἐπεὶ καὶ χολὴ καὶ ὠθισμὸς ἄλλο—πιέζει καὶ κεντεῖ, admonet hæc lectio eorum, quæ supra p. 205. F. leguntur: οὐδὲ ἔξωθεν πιέζουσαν εἰς τὸ εἴσω ὠθεῖν, ubi confer annot. Ceterum plurimi Codd. nostri itemque bini Veneti apud Villoison. in Anecdd. Grr. II. p. 228. consentiunt in lectione ὁ θυμὸς, quæ etiam proximis verbis confirmatur.

p. 794, 8. καὶ τὰς διαφόρους αὐτῶν θέσεις ἐπόμενα καὶ τὰ ἄλλα, ὡς ζῴου ἑνὸς κινουμένου παρέχεσθαι·] Eandem imaginem saltationis ad mundi motum concinnum declarandum supra adhibuit Lycopolites philosophus p. 267. E. F. cf. etiam p. 372. B. C. et quæ ibi annotavi. Etenim universi hujus loci et similium fons est in Platonis Timæo p. 30. extr. p. 26. sq. Bekk.: τῷ γὰρ τῶν νοουμένων καλλίστῳ καὶ κατὰ πάντα τελέῳ μάλιστ' αὐτὸν (τὸν κόσμον) ὁ θεὸς ὁμοιῶσαι βουληθεὶς ζῷον ἓν ὁρατὸν, πάνθ' ὅσα αὐτοῦ κατὰ φύσιν ξυγγενῆ ζῷα ἐντὸς ἔχον ἑαυτοῦ, ξυνέστησε. Diogenes Laërt.

III. 71. hoc in Platonis placitis ponit: *ἔμψυχόν τε εἶναι (τὸν κόσμον) διὰ τὸ κρεῖττον εἶναι τὸ ἔμψυχον τοῦ ἀψύχου.* Ad quem locum Menagius p. 164. nostrum locum adhibens ita: "Videatur Plotinus IV. 4. 33. ubi mundus animal unum ratione musica saltans et saltando consequenter una secum omnia varians dicitur." Platonis verba ita expressit Cicero in Fragmento de Universo c. 4: "Quod enim pulcerrimum in rerum natura intelligi potest, et quod ex omni parte absolutissimum est, cum Deus similem mundum efficere vellet, animal unum adspectabile in quo (*jam* addit Cod. meus, antea Uffenbachiorus) omnia animalia continerentur, effecit:" in quo loco, ut sæpius facit, hoc sibi indulsit Tullius, ut prætermitteret integram sententiam, nimirum h. l. illam: *ὅσα αὐτοῦ κατὰ φύσιν ξυγγενῆ.* Ceterum cf. illa Ciceronis vel potius Stoici apud Ciceronem de N. D. II. 12:—"Ex quo efficitur animantem esse mundum." Pomponius Mela III. 1. 15. sqq.: "Neque adhuc satis cognitum est, anhelitune suo id *Mundus* efficiat, retractamque cum spiritu regerat undam undique, si (ut doctioribus placet) *unum animal est*:" ad quæ Isaac. Vossius p. 780. ed. tert. Abr. Gronov. lectioni *unum* pro *vivum* patrocinium quærit ex doctrina Platonis et ex his ipsis Plotini nostri locis. Ceterum Proclus in Timæum p. 131. sqq. cf. p. 93. sq. Plotini, Attici, Amelii, Porphyrii, Iamblichique de Anima mundi et opifice, itemque de mundo animante sententias fuse refert et dijudicat. Quæ vero Plotinus nostro in loco continuo subjicit, ea valde congruunt cum Indorum decreto, mundi opificem pertransire mundana omnia. Vide Guil. ab Humboldt. Dissert. de Bhagavad-gítá. Berolin. 1827. p. 26. ibiq. laudatt. et cf. Guigniaut in Religions de l'Antiquité IV. p. 4. n. 18.

p. 795, 2. *ὥσπερ οἱ ἔμφρονες τῶν θητευόντων—ἅτε μὴ ἀνδράποδα ὄντες.*] Verbum *θητεύειν* in Platonis Euthyphrone obvium p. 4. C. p. 26. sq. Stallb.: *πελάτης τις ἦν ἐμὸς, καὶ ὡς ἐγεωργοῦμεν ἐν Νάξῳ ἐθήτευεν παρ' ἡμῖν.* Ad quem locum adhibe Pollucem III. 82. VI. 196. Ruhnken. ad Tim. Lex. Platon. p. 211. sqq. De differentia mercenariorum et servorum et de diversa utrorumque conditione apud Græcos et Romanos vid. Petiti Legg. Attice. p. 249. sqq. ed. Wesseling. Cf. etiam Boeckhii Œconom. Athenienss. I. p. 128. sq.

p. 796, 7. *οἷον χειρὸς τὰ συνθλιβόμενα*] Cod. Marc. *χεὶρ ὁστᾶ συνθλιβόμενα.* Unde fortasse scripsisse Plotinum conjicias: *χειρὸς ὁστᾶ συνθλιβόμενα.*

p. 797, 1. *ἡ διέξοδος τῆς ζωῆς*] Cf. supra p. 189. B. Enn. II. 8. 1. ubi explicavi.

p. 799, 13. *οἷον καὶ λίθων φύσεις καὶ βοτανῶν ἐνέργειαι θαυμαστὰ πολλὰ παρέχονται.*] Hæc et similia decreta multis diversissimæ ætatis scriptionibus argumentum suppeditarunt; quæ volumina, vel carmine vel soluta oratione composita, passimque antiquissimis sacerdotibus adscripta, sub Hermetis, Orphei, Kyrani aliisque nominibus feruntur. Sic, ut hoc utar, hic in antiqua nostra Palatina, nunc Romæ in Vaticana, asservatur "Hermetis Trismegisti liber de herbis septem planetarum ad Asclepium" teste Frid. Sylburgio in Catalogo Codd. Grr. Bibl. Palatinæ Heidelbergensis n. 226. p. 69. inf. In Triartei autem Regiæ Bibl. Matritensis Codd. Grr. p. 431. sq. cum aliæ hujusmodi notitiæ exstant, tum hæc: *ἐν τῇ βίβλῳ καλουμένῃ Κυρανίδι ἐγράφη περὶ λίθων κδ', καὶ πτηνῶν κδ', καὶ ἰχθύων κδ', καὶ βοτανῶν κδ'.* Cf. Tyrwhitt. ad Orphei, qui falso dicitur, *λιθικὰ*, præsertim ad argumentum Græcum p. 360. sq. ed. Hermann. adde Fabricii Bibl. Gr. Vol. I. p. 70. sqq. ed. Harles. et p. 156. sqq. et Symbolicam nostram Tom. I. p. 396. ed. alt. Simile opusculum, quod item Hermetis Trismegisti nomen mentitur, nuper admodum Jo. Laurentii Lydi Fragmentis de Mensibus editioni Roetheri nostri adjecimus p. 312—339. Inscribitur autem *περὶ βοτανῶν χυλώσεως*, habetque notitias præceptionesque, quo sidere ad medicinæ usum plantæ et colligi et artificiose tractari debeant.

p. 800, 10. *τῷ μὴ αἰσθητῶς παρ' αὐτοῦ κινουμένους.*] Ita scripsi plurium Codd. auctoritate et maxime Marciani unius. Editio ita habet: *τὸ μὴ αἰσθητῶς παρ' αὐτῷ κινούμενον*: Ficinus: "quod inter hæc non manifeste per se moveri nobis apparet." Idem Marcianus liber in extremis verbis hujus capitis dat: *διὸ καὶ πολλὰ δουλεύει αὐτοῦ ταῖς δυνάμεσιν*: quæ ita fortasse vertenda sunt: *Propterea multa quoque serviunt ejus* (scil. Universi) *viribus.* Ac nescio quomodo hæc sententia placet.

p. 803, 8. *τὰ δὲ τὴν ὑποκειμένην φύσιν εἰσφέρεσθαι.*] Non hæsitavi, quo minus *φύσιν* reponerem cum Ficino pro *πίστιν*. Illud flagitat disputationis ratio; et legito paullo superius hæc: *καὶ δεῖ καὶ τὸ πάσχον ὑποκειμένην τινὰ καὶ τοιάνδε φύσιν ἔχειν.*

— 11. *ἀρετὴ δὲ ἀδέσποτον.*] Vid. supra II. 3. 9. et infra VI. 8. 5. et 6. Olympiodorus in Alcib. pr. §. 28. p. 226: *τοῦ παλαιοῦ λόγου λέγοντος τὴν ἀρετὴν ἀδέσποτον καὶ ἐλευθέραν*: ubi cf. annot. Mox bini Marciani non habent verba: *τῶν ἐν τῷδε τῷ παντὶ τοῖς θειοτέροις.* Si germana sunt, ita sunt accipienda, uti accepit Ficinus, nimirum ut cogites *τῶν ὄντων ἐν τοῖς θειοτέροις τοῖς οὖσι τῷδε τῷ παντί.*

p. 804, 2. *παρὰ τοὺς σπερματικοὺς αὐτοὺς λόγους·*] Marc. Antonin. IV. 14: *ἐννπέστης ὡς μέρος. ἐναφανισθήσῃ τῷ γεννήσαντι· μᾶλλον δὲ ἀναληφθήσῃ εἰς τὸν λόγον αὐτοῦ τὸν σπερματικὸν κατὰ μεταβολήν.* Cf. ibid. §. 21. et 23. Diog. Laërt. VII. 136. de Zenone Stoico: *ὥσπερ ἐν τῇ γονῇ τὸ σπέρμα περιέχεται, οὕτω καὶ τοῦτον σπερματικὸν λόγον ὄντα τοῦ κόσμου.* Erat enim Stoicorum hæc potissimum doctrina et loquendi formula, ab aliis deinceps etiam frequentata et ab ipso Plotino nostro; cujus non immemor fuit Mericus Casaubonus in egregia annotatione in Antonin. l. l. p. 397. in Operib. Th. Gatakeri ad calcem Antonin. qui fusius de hac formula dicendi mihi otium facit. Vid. etiam annotat. Wyttenbach. et nostr. in Cic. de N. D. II. 22. et 32. p. 291. et 757. ed. Moser. et cf. Baguet. ad Chrysippi Fragg. p. 93.

— 4. *ἀλλὰ μᾶλλον ἂν ἐοίκοι ὁ λόγος τοῦ παντὸς κατὰ λόγον τιθέντα κόσμον πόλεως.*] Stoicis præcipue hæc sententia placuit. Cic. de N. D. II. 31. itemque II. 62: "Est enim mundus quasi communis Deorum atque hominum domus, aut urbs utrorumque." Idem de Legg. I. 7. 23: "ut jam universus hic mundus una civitas sit communis deorum atque hominum existimanda:" ubi vid. Wyttenbach. p. 58. ed. Moser. et Turneb. p. 551. et p. 758. sq. [add. Cic. de Rep. I. 13. p. 58. ed. nostr. *Moser.*] Et *κόσμος ordo, dispositio.* Herodot. VII. 36: *κόσμῳ θέντες τὴν ὕλην.* II. 52. Dii (*οἱ θεοὶ*) nominati sunt, *ὅτι κόσμῳ θέντες τὰ πάντα πρήγματα.* Plura dabit Schweigh. Lex. Herodot. in voc. Cf. etiam Wyttenb. ad Plutarch. de Sent. Profect. in Virt. p. 558.—Deinde in fine hujus periodi teneamus verba *πάντων ὁδῷ οἷον αὐτομάτῃ εἰς συμφωνίαν χωρούντων.* De tralato usu vocum *ὁδὸς* et similium non est quod dicamus post elegantissimum Heusdium in Specim. Platon. p. 130. sq. et Wyttenbachium ad Phædonem p. 155. (et quæ ipse posui ad Cic. de N. D. II. 22. init. ad verba: *progredientem via* (*ὁδῷ βαδίζοντα*). Sed quem hic ipse laudavit locum Platonis in Politico p. 170. (p. 258. Steph. p. 247. Bekk.): *τὴν οὖν πολιτικὴν ἀτραπὸν πῇ τις ἀνευρήσει*; is nos admonet loci Plutarchei initio libelli de Capienda ex inimic. Utilit. p. 86. B. p. 331. Wytt.: *ὁρῶ μὲν ὅτι τὸν πρᾳότατον, ὦ Κορνήλιε Πούλχερ, ἄτερ πολιτείας ἤρησαι τρόπον, ἐν ᾧ μάλιστα τοῖς κοινοῖς ὠφέλιμος ὢν, ἀλυπότατον ἰδίᾳ τοῖς ἐντυγχάνουσι παρέχεις σεαυτόν.* Vitiosum esse locum confitentur omnes Critici (vid. varr. lectt. ed. Wyttenb. et hujus animadvv. p. 614.) Fallor, aut Platonis locum laudatum ante oculos habuit Plutarchus. Proinde legerim: *ὁρῶ μὲν ὅτι τὴν πρᾳοτάτην, ὦ Κορνήλιε Πούλχερ, ἀτραπὸν πολιτείας ἤρησαι, ἐν ᾗ*—expuncto *τρόπον.* Nisi malueris:—— *ὅτι τὴν πρᾳοτάτην—ἀτραπὸν πολιτείας ἤρησαι καὶ τρόπον, ἐν ᾧ μάλιστα κ. τ. λ.*] Quod interpretamentum vocis *ἀτραπὸν* e margine textui illatum reliquis mutationibus locum fecit. Adjectivum autem *πρᾷος* ad vocem *ἀτραπὸς* et ratio admittit et scriptoris usus tuetur, qui alibi dixit: *πρᾷον βάδισμα, πρᾳότης πορείας* et similia. Proclus in Platonis Parmenid. I. p. 47. ed. Cousin.: *τὴν οἷον εὐθεῖαν ἀτραπὸν ἐπ' αὐτὸ τὸ ἀληθὲς φέρουσαν.* Idem in Alcib. pr. p. 306. ed. nostr. usurpat *τὰς διαλεκτικὰς ἀτραπούς.*—Ut vero ad Plotinum revertar: Scripsi *αὐτομάτῃ* plurimorum Codd. jussu pro *αὐτομάτῳ*, quod in Ed. legitur.

p. 805, 14. *καὶ γὰρ ὅτι ἐρᾷν πεφύκασι, καὶ τὰ ἐρᾷν ποιοῦντα ἕλκει πρὸς ἄλληλα, ἀλκὴ ἐρωτικῆς διὰ γοητείας τέχνης γεγένηται.*] Codd. Marcc. utrobique: *δρᾷν* pro *ἐρᾷν*, deinde editio *ἐκεῖ* pro *ἕλκει.* Eadem *ἀλκῇ*, Marcc. *ἀλκῇ.* Med. B. *ἀλκῆς.* Villoison legi jubebat *ἀλκῇ ἐρωτικῇ.* Ego cum Ficino reposui *ἀλκὴ ἐρωτικῆς.* Verba et sententias quod attinet confer infra p. 438. B: *ἢ ἑλκόμενος οὐ μάγων τέχναις, ἀλλὰ τῆς φύσεως τῆς ἀπάτης δούσης καὶ συναψάσης ἄλλο πρὸς ἄλλο οὐ τοῖς τόποις, ἀλλ' οἷς ἔδωκε φίλτροις*; et I. 4. 9. p. 35. D. et quæ ibi

apposui, item II. 3. 7. IV. 3. 12. Fons autem omnium horum locorum similiumque inest in his Platonici Symposii p. 202. extr. et p. 203. p. 428. 430. Bekk. de Amore: *ἐν μέσῳ δὲ ὂν ἀμφοτέρων συμπληροῖ, ὥς τε τὸ πᾶν αὐτὸ αὑτῷ ξυνδεδέσθαι. Διὰ τούτου καὶ ἡ μαντικὴ πᾶσα χωρεῖ καὶ ἡ τῶν ἱερέων τέχνη τῶν τε περὶ τὰς θυσίας καὶ τὰς τελετὰς καὶ τὰς ἐπῳδὰς καὶ τὴν μαντείαν πᾶσαν καὶ γοητείαν.* Deinde idem Amor dicitur *δεινὸς γόης καὶ φαρμακεὺς καὶ σοφιστής.* Qui loci quot interpretes et imitatores per Græciam invenerint, longum est enarrare, et alibi ex parte attigi in Symbolica III. p. 65. sqq. E recentioribus nominasse sufficiat Cudworthum in System. Intell. p. 174. sqq. ed. Moshem. Sydenhamum ad Convivii l. l. Mosen Mendelsohn. in Operr. Philoss. T. I. p. 148. Tennemann. in Hist. Philos. VI. p. 155. et Schelling. in Brunone p. 188. sq. et Heusdium in Initiis Philos. Platon. I. p. 120; qui etiam fabulam de Amoris ortu ap. Platon. l. l. explicavit.

p. 806, 9. *Πέφυκε δὲ καὶ ἐπῳδαῖς τῷ μέλει*] Villoison vult *καὶ τῷ μέλει*, et ita expressit Fic. Contra proxima verba *ἀλλ' ἡ ψυχὴ*, quæ item expressit Ficinus, exhibentque libri nostri reliqui, non habent bini Marciani Villoisonis.

— 13. *Καὶ οὐ θαυμάζεται ἡ γοητεία ἡ τοιαύτη, καίτοι φιλοῦσι κηλούμενοι*] Proprium hoc verbum de vi musices, cantus, orationis, similium. Plato Conviv. p. 215. p. 482. de Marsya tibicine: *ὁ μέν γε δι' ὀργάνων ἐκήλει τοὺς ἀνθρώπους τῇ ἀπὸ τοῦ στόματος δυνάμει.* Protagor. p. 315. p. 160. Bekk.: *κηλῶν τε φωνῇ ὥσπερ Ὀρφεύς, οἱ δὲ κατὰ τὴν φωνὴν ἕπονται κεκηλημένοι*, ubi cf. Heindf. p. 482. cf. etiam Menex. p. 235. a. p. 378. Bekk. et vid. Valckenaer. ad Euripid. Hippolyt. v. 303. Plutarchea aliaque exempla collegit Wyttenbach. ad Plutarch. p. 844. qui idem docet, tralate hoc verbum usurpari de omni ratione demulcendi per voluptatem animi. Jungitur etiam cum *ᾄδειν* et cum *ἐπᾴδειν* docente Jacobsio in Additamm. Observatt. in Athenæum p. 264. Lucianus in Herodoto p. 833. ed. Wetsten.: *ᾄδων τὰς ἱστορίας καὶ κηλῶν τοὺς παρόντας, ἄχρι τοῦ καὶ Μούσας κληθῆναι τὰς βίβλους αὐτοῦ.* Hæc imitatum dixeris Himerium Orat. XIV. 27. p. 658: *Μικροὶ δέ μοι λοιπὸν Ἕλλανικοί τε καὶ Δούριδες ἔτι τε ἡ τοῦ Ἁλικαρνασσέως ποίησις* (Herodoti nimirum cujus Orat. VII. 11. p. 530. ita mentionem fecerat: *ἡ μὲν οὖν Καρίνη Μοῦσα, τὴν Ἡροδότου λέγω) καὶ ὅσοις λόγῳ γράψαι τὴν οἰκουμένην σπουδὴ ἐγένετο, πρὸς ἐκείνας τὰς ἴυγγας αἷς οὕτω κατακηλεῖ* (Hermogenes) *τοὺς ἀκούοντας.* Inde etiam *κηλεῖν* est *incantationis quadam vi aliquem defigere.* Vid. Lucian. Imagg. 14. p. 473: *παρεστήξῃ γὰρ εὖ οἶδ' ὅτι κεκηλημένοις*: qui locus ex Platonico Convivio p. 216. p. 454. Bekk. imitando expressus est. Ceterum cf. Jacobs. ad Achill. Tat. p. 643. sq. infr. Plato Republ. II. p. 358. p. 59. Bekk.: *Θρασύμαχος γάρ μοι φαίνεται πρωϊαίτερον τοῦ δέοντος ὑπὸ σοῦ ὥσπερ ὄφις κηληθῆναι* (ubi vid. Astii Comment. p. 389. sq.) Plutarch. Catone minor. c. 56. p. 86. Coraii de Psyllis: *—αὐτὰ δὲ τὰ θηρία κατεπάδοντες ἀμβλύττουσι καὶ κηλοῦσιν.* Philostratus Vit. Apollonii de Indis III. 8. p. 100: *ὕπνον ἐγγοητεύσαντες* (Cod. Schellersh. *γοητεύσαντες*), nimirum draconibus. Conjungit hæc verba Dio Chrysostomus Orat. XVI. p. 244. B. 457. Reisk.: *κηλούμενοι γὰρ καὶ γοητευόμενοι παρὰ ταύτῃ* (*τῇ ἡδονῇ*) *μένουσι*: qui locus non effugit Bagueti diligentiam ad ejusdem scriptoris Orat. VIII. p. 88. sq. de voce *γοητεύειν* docte agentem. Clemens Alex. Pædagog. II. 4. p. 192, Potteri: *καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς ἀποπεμπτέα τὰ ὄργανα ταῦτα* (*σύριγξ καὶ αὐλὸς*) *νηφαλίου συμποσίου, θηρίοις μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις κατάλληλα, καὶ ἀνθρώπων τοῖς ἀλογωτέροις. τὰς μὲν γὰρ ἐλάφους ταῖς σύριγξι κηλεῖσθαι παρειλήφαμεν, καὶ ἐπὶ τὰς ποδάγρας πρὸς τῶν κυνηγῶν θηρευομένας ἄγεσθαι τῷ μέλει.* Ejusmodi narrationes librariis obversatas crediderim cum alius scriberet in Plotiniano loco *ἄνθρωπος ὄφεις*, aliis *ὄφιν ἄνθρωπος*, quod posterius tamen in Med. A. correctum a secunda manu. Nos etiam cum bonis libris et cum Ficino amplexi sumus lectionem Editionis, quam unice veram esse sequentia arguunt, et aliæ narrationes confirmant: Apud Aristotelem, qui fertur, in Mirabill. Auscultt. c. 162. Thessala venefica serpentem variis artificiis incantare instituit, at bestia recanit (*τὸ δὲ θηρίον ἀντᾴδειν*) et femina nihil *sentiens* vixdum somno abstinere potest, nec multum abfuit, ni adstans filius matrem expergefecisset, quin illa in somnum letiferum delaberetur. Plinius Hist. Nat. XXVIII. 2. p. 446. Hard.: " non pauci etiam (credunt) *serpentes ipsas recanere, et hunc unum*

illis esse intellectum." Cf. Bochart. Hierozoic. II. p. 384. sqq. et Beckmann. ad Aristotel. l. l. p. 334. sq. Alia ipsi congessimus ad Olympiodor. in Alcib. pr. p. 219. ubi hyæna fertur canem incantare posse; ubi in annot. tolle operarum vitium *Michael* Phil. et scribe *Manuel.*—In fine capitis Marciani habent ᾠδ' ἠΰξατο et Villoison legi vult ἐλθέ τι pro ἦλθέ τι. Sed libri nostri reliqui non suffragantur. Quod reliquum est: cum hac universa disputatione Plotini comparari debent Iamblichianæ disputationes de Mysteriis Ægyptiorum Sect. V. c. 14—27. p. 77—97. Galei.

p. 807, 6. Ὁ δὲ ἥλιος κ. τ. λ.] Zacharias Mytilen. Dialog. p. 178. ed. C. Barth. de sole orbem lustrante: ἀλλὰ *κηρύττων μετὰ τοῦδε τοῦ παντὸς φιλίᾳ τε καὶ συμπνοίᾳ καὶ εὐφωνίᾳ τὸν δημιουργόν*: ad quem locum Barthius p. 282. nostri loci admonet. Mox de chordis in lyra cf. Aristotelis Problem. XIX. 36. p. 139. Sylb. locum certe ad verborum usum comparandum.

— 7. *ὥσπερ ἐν μιᾷ νευρᾷ τεταμένῃ* κ. τ. λ.] Cf. Aristidem Quintilianum de Musica II. p. 107: *ἐν τῇ κιθάρᾳ εἴ τις δύο χορδῶν ὁμοφώνων ἐς μὲν τὴν ἑτέραν σμικρὰν ἐνθείη καὶ κούφην καλάμην, θατέραν δὲ πόρρω τεταμένην πλήξειεν, ὄψεται τὴν καλαμηφόρον ἐναργέστατα συγκινουμένην.*

— 13. Καὶ ὅσα λωβᾶται ἀνθρώποις] Bini Marciani aliique Codd. *ἀνθρώπους*. De hac discrepantia monitum est supra ad p. 54. D.

— 15. *οἷον εἰ πῦρ τις ἐκ πυρὸς λαβὼν—μετηνέχθη*] Intactum reliqui locum, utpote haud dubie conturbatum. Ficinus legisse videtur *οὐ μηχανησάμενος* vel *μὴ μηχαν.* et deinde *μετατεθέν τι.* Cod. Med. dat *μεταθέντι.* Marciani verba *μὴ ἐλθεῖν* rejiciunt post verba *ἐκεῖνος ποιεῖ.* Unde hæc ita emendanda arbitror: *οἷον εἰ πῦρ τις ἐκ πυρὸς λαβὼν ἔβλαψεν ἄλλον, ἢ ὁ μηχανησάμενος ἢ ὁ λαβὼν ἐκεῖνος ποιεῖ ἐλθεῖν, τῷ δεδωκέναι γοῦν τι οἷον μετατεθὲν ἐξ ἄλλου εἰς ἄλλο, καὶ τὸ ἐληλυθὸς δὲ (ποιεῖ* sc.) *εἰ μὴ μετηνέχθη*: Quemadmodum si quis ignem ab igne cum rapuerit, læserit alium, vel qui machinatus est (i. e. qui ignem primus accendit) vel ille qui (alterum ignem ab altero) rapuerit facit, ut veniat (ignis) eo quod aliquid dedit, quasi translatum aliud ex alio, verum etiam ignis adgressus facit (i. e. agens est), si, in quem transfertur (ignis), non valet illum recipere.

p. 808, 7. *ἀλλὰ καὶ μετ' εὐχῆς γίγνεσθαί τι δοτέον, καὶ εὐχῆς ἄνευ* κ. τ. λ.] Iamblichus de Mysteriis V. 26. p. 141: *φημὶ δὴ οὖν, ὡς τὸ μὲν πρῶτον τῆς εὐχῆς εἶδός ἐστι συναγωγόν. συναφῆς τε τῆς πρὸς τὸ θεῖον καὶ γνωρίσεως ἐξηγούμενον. τὸ δ' ἐπὶ τούτῳ* (*ἐπὶ τούτων* Vindobb. et Goth. Codd.) *κοινωνίας ὁμονοητικῆς συνδετικὸν, δόσεις τε προσκαλούμενον* (*προκαλούμενον* Vind. recte) *τὰς ἐκ θεῶν καταπεμπομένας πρὸ τοῦ λόγου καὶ πρὸ τοῦ νοῆσαι τὰ ὅλα ἔργα ἐπιτελούσας.* Ad quem locum Galeus ex aliis scriptoribus, Platonicis maxime, in notis adposuit, quæ huc faciunt, p. 280. Cui tamen miror non in mentem venisse hæc Plotiniana; quæ etiam admonent disputationis Socraticæ in Alcibiade secundo; quo in dialogo Stoicæ rationis vestigia sibi reperisse videtur Boeckh. (neque vero in Alcibiade priore, uti falso scripsi in Proœmio ad Procli Comment. in Platonis Alcib. pr. p. XIII.) In illo igitur altero Alcibiade p. 143. A. p. 281. Bekk. illa poëtæ haud dissimilia occurrunt:

Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις ἄμμι δίδου, τὰ δὲ δεινὰ καὶ εὐχομένοις ἀπάλεξον.

Quæ paullo aliter exhibet Anthologia Græca in ἀδεσπότοις nr. CCCCLXVI. p. 217. Jacobsii; quem consule in Animadvv. T. XII. p. 137. Simillima Pythagoræ præcepta prodit Diodorus Siculus in Excerptis lib. VIII—X. nr. 39. in Scriptorum Vett. Collect. Vaticana ed. Ang. Maii T. II. p. 32. Plura in hanc rem ipse posui in Symbolica Vol. I. p. 164. sqq. ed. alt. Sed, quod ibi non posui, hic certe uno verbo attingam. Nimirum ne quis dubitet, germanis in dialogis Platonem tam sana de precibus votisque præcipere, quam illa superiora sunt, legat Cratylum p. 400. D. Theæt. p. 112. C. Philebum p. 12. C. et de Legg. VII. p. 801. A—C; ubi Plato de vulgaribus poëtis conqueritur, qui indignas diis preces in usum religionum publicarum conscribant. Quam et mentis et orationis sanitatem comprobavit nuper etiam Socraticorum scriptis erudita et vere philosopha matrona Wyttenbachia in luculento dialogo, qui Theagene inscribitur.—Christianorum doctorum de precibus votisque sententias qui discere cupiat, is, plura h. l. ne proferam, consulat quæ Suicerus in Thesauro Ecclesiastico sub voce Εὐχὴ congessit. [De precibus et Platonicorum et alio-

rum veterum sententias collegit in libro bonæ frugis plenissimo T. Pfannerus System. Theologiæ Gentilium purioris (4to. Basil. 1779) p. 361—392. Mr.]

p. 810, 6. *Ὥσπερ δὲ ἐπῳδαῖς τὸ ἄλογον πάσχει, οὕτω καὶ αὐτὸς ἀντᾴδων καὶ ἀντεπᾴδων—ἀναλύσει.*] Similiter atque Plotinus Scholiastæ Aristophanis Thesmoph. 1068. utrumque vocabulum conjungunt. Vid. etiam Hesych. I. p. 191. init. Noster autem locus hoc magis addendus est Lexicis, quod vel in tertia editione Schneiderus prioris verbi vim magicam ignoravit, alterum autem dubium esse prodit. Aristotel. Auscultt. Mirabb. c. 162.: *εἶτα μιμεῖσθαι τὴν ψυχὴν τοῦ θηρίου* (serpentis) *τὸ δὲ ἀντᾴδειν καὶ προσιέναι, ᾄδοντος δὲ καταδαρθεῖν τὴν γυναῖκα*, nimirum Thessalam istam veneficam, de qua vidimus proxime ad p. 435. A.

— 10. *δαίμονες δὲ οὐκ ἀπαθεῖς οὐδ' αὐτοὶ τῷ ἀλόγῳ·*] Hæc non refragantur iis, quæ alibi produnt Platonici, v. c. Proclus in Alcib. pr. p. 54. nostr.; *οὐδὲ γὰρ πάσχειν τὸ θεῖον καὶ τὸ δαιμόνιον πέφυκε τὰ πάθη τῶν μερικῶν ψυχῶν.* Ad hæc enim pertinent illa Socratis ap. Platonem in Apologia p. 27. p. 111. Bekk.:—*εἰ μὲν θεοί τινές εἰσιν οἱ δαίμονες κ. τ. λ.* At hoc loco aliisque ex multis geniorum generibus eos describit, qui inferiores censentur, de quibus Olympiodorus in Alcib. pr. p. 18. ita: *οἱ δὲ πρὸς τὴν τῶν οὐρανίων* (adde *φύσιν*. cf. supra ad Plotin. p. 231. D.) *συνάπτοντες ἡμᾶς ἄλογοι.* Adde Olympiodor. p. 20. ibiq. annot. et cf. Wyttenbach. ad Eunap. p. 38. Boisson. Huc faciunt Chamæleontis verba ap. Athenæum XI. p. 461. b. c. p. 191. Schwgh.: *εἰ μή τις ἄρα φήσειεν, διὰ τὴν ὀξύτητα τῆς ἐπιφανείας τῶν δαιμόνων καταδειχθῆναι τοῦτο. χαλεποὺς γὰρ καὶ πλήκτας τοὺς ἥρωας νομίζουσι, καὶ μᾶλλον νύκτωρ ἢ μεθ' ἡμέραν.* Mox *κατακούειν*. De hoc verbo vidimus supra ad p. 229. B.

p. 811, 5. *Ὅθεν καὶ τὸ, εὐπρόσωπος γὰρ ὁ τοῦ μεγαλήτορος Ἐρεχθέως δῆμος*] Sunt verba Socratis in Platonis Alcib. pr. p. 132. A. p. 365. Bekk. unde hæc appono utpote ad Plotiniani loci intelligentiam necessaria: *καὶ νῦν γε ἂν μὴ διαφθαρῇς ὑπὸ τοῦ Ἀθηναίων δήμου, καὶ αἰσχίων γένῃ, οὐ μή σε ἀπολίπω. τοῦτο γὰρ μάλιστ' ἐγὼ φοβοῦμαι, μὴ δημεραστὴς ἡμῖν γενόμενος διαφθαρῇς· πολλοὶ γὰρ ἤδη κἀγαθοὶ αὐτὸ πεπόνθασιν Ἀθηναίων. εὐπρόσωπος γὰρ ὁ τοῦ μεγαλήτορος δῆμος Ἐρεχθέως. ἀλλ' ἀποδύντα χρὴ αὐτὸν θεάσασθαι. εὐλαβοῦ οὖν εὐλάβειαν ἣν ἐγὼ λέγω.* Locum laudat etiam Plutarch. de Glor. Athenienss. p. 346. B. ad quem vid. Wyttenb. in Animadvv. p. 139. item Athenæus XI. p. 506. D. p. 383. Schwgh. Vid. etiam Olympiodor. in Alcib. pr. p. 221. unde profecit Scholiastes Platonis p. 82. Ruhnken. p. 390. Bekk. Cf. etiam Heynii Observv. in Iliad. ad laudata verba poëtæ β. 547.

— 6. *Τί γὰρ παθών τις πρὸς ἄλλο ἔχει;*] Miretur fortasse quispiam, me intactam reliquisse Editionis lectionem, tametsi quinque optimæ notæ Codices offerant *μαθὼν*, et Jacobsius, vir ingeniosissimus, de hoc loco ita pronuntiarit in Additamm. Animadvv. in Athenæum p. 327: "In eundem errorem incidit vir Græce doctissimus Villoison in Anecdott. T. II. p. 235, qui in Plotini Diatrib. *τί γὰρ παθών τις πρὸς ἄλλο ἔχει* corrigit, pro *τί γὰρ μαθών* . . . . quod omnino sincerum est." Hæc ille. Sed Villoison ignorabat tunc, hæc capita jam in editis legi, ignorabat in editione ex quatuor libris MSS. legi *παθὼν*, ignorabat Cizensem, Darmstadinumque librum item retinere *παθὼν*, ignorabat Ficinum, qui in binis Mediceis reperisset *τί μαθὼν*, tamen reposuisse: "*quidnam passus.*"—Et recte hic. Nam in toto loco disquiritur, quidnam extrinsecus accidat, ut precum, votorum, incantationum illecebris trahantur homines et genii; et verba *κινεῖσθαι* et *πάσχειν* pluries repetuntur. Atque continuo post illa *τί παθὼν—ἔχει*; sequuntur hæc: *ἢ ἑλκόμενος οὐ μάγων τέχναις.* Quid quæris? Totius loci argumentum, ubi animæ patientis et impatibilis mentis differentia attingitur, requirit, quod recte auguratus est Villoison, *τί παθών*: Contra verissime idem Jacobsius ibidem judicavit de loco Philostrateo in vita Apollonii I. 28. p. 36, ubi etiam Cod. Schellershem. exhibet *μαθών*. Quapropter etiam Bekkerus meus in Specim. Philostrat. p. 90. recte se ad Jacobsii auctoritatem accommodavit. Quam alteram formulam in Platonis scriptis raram egregie, uti solet, ex Comicorum locis confirmavit Clarissimus Heusdius in Specim. Crit. in Platon. p. 57.—Proxima *μάγων τέχναις* attigimus supra ad p. 434. B.—Pro *τῆς φύσεως τῆς ἀπάτης δούσης* idem Villoison conjicit *δεούσης* vel *συνδεούσης*, quod recepissem, si unus

liber addiceret; nam *συναψάσης*, quod idem suasit, a vulgata nimis discrepat.

p. 812, 7. *ὅσα γὰρ ἀνθρώπους δελεάζει, ἡδέα γενόμενα ταῖς ἐπιθυμίαις*] Xenoph. Memorabb. II. 1. 4: *τούτων γὰρ δήπου (τῶν ζώων) τὰ μὲν γαστρὶ δελεαζόμενα—ὅμως τῇ ἐπιθυμίᾳ τοῦ φαγεῖν ἀγόμενα πρὸς τὸ δέλεαρ ἁλίσκονται*, ubi proprie usurpantur hæc vocabula. Tralatus usus latissime patet. Plato Euthydem. p. 272. D. p. 395. sq. Bekk.: *ἴσως δὲ δέλεαρ ἄξομεν αὐτοῖς τοὺς σοὺς υἱέας*, ubi Cod. Bodlei. et duo alii Bekkero inspecti: *αὐτοῖς ἕξομεν*. Et erat, cum hanc potiorem arbitrarer lectionem. Nam bestiæ *ἄγονται πρὸς τὸ δέλεαρ*, ut in loco Xenophontis, vel homines bestias *θάλλῳ ἄγουσι* sive *ὑπὸ θαλλοῦ περιάγουσι* (vid. Ruhnken. ad Tim. p. 136. et Euripides in Erechtheo Fragm. I. v. 18. p. 442. sq. Beckii: *τῆς γε* (vel *τῆς γῆς*) *δέλεαρ ἔχοντες*. Idem in Andromacha v. 262. (264. ed. A. Matthiæ) *τοιόνδ' ἔχω σου δέλεαρ*. Sed tamen in Platonis loco Socrates Critoni persuadere studet, ut secum ad Sophistas ventitet: *καὶ σὺ τί συμφοίτα*, et filios quoque suos secum ducat, eosque tanquam essam secum adferat illis sophistis. Proinde bene habet illud: *ἴσως δὲ δέλεαρ ἄξομεν αὐτοῖς τοὺς σοὺς υἱεῖς*, eodem fere modo, quo Xenophon in Hellenicis V. 4. 4. dicit: *γυναῖκας ὑπισχνούμενος ἄξειν αὐτοῖς καλλίστας*, de scortis perducendis ad viros. Redeo ad verbum; de cujus tralato usu haud pauca congessere interpretes ad hæc Jacobi Epist. I. 14: *ὑπὸ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας ἐξελκόμενος καὶ δελεαζόμενος*. (Vide præsertim. Wetsten. ad eum locum, et cf. Hemsterhus. ad Lucian. Dialogg. Mortt. p. 359. Wyttenb. ad Plutarch. de S. N. V. p. 52.—Adde locum Josephi de bello Jud. III. 5. 6. p. 228. Haverc.: *ὡς τοῦ μὲν αὐτομάτου καλοῦ δελεάζοντος εἰς ἀπρομήθειαν*. Irmisch. ad Herodian. I. 12. 10. Philo Jud. Legg. Allegorr. II. p. 220. sqq. Pfeiff. menti comparat virum: sensum mulieri: voluptatem serpenti: *πολύπλοκος γὰρ καὶ ποικίλη ὥσπερ τοῦ ὄφεως ἡ κίνησις οὕτως καὶ ἡδονῆς.—ὅτι* (*ἡ ἡδονὴ*) *περὶ πάντα τὰ τοῦ ἀλόγου τῆς ψυχῆς εἰλεῖται*. Hæc præmisi Theodoreti caussa, qui ita Epistol. 145. p. 1257. Schulz.: *τοῦτο καὶ ἡ Αἰγυπτία πεποίηκε. τὴν γὰρ τῆς αἰσχρᾶς ἐπιθυμίας δουλείαν ἀσπασαμένη, καὶ τὴν ἀνδραποδώδη κολακείαν προσενεγκοῦσα τῷ σώφρονι* (Josepho), *εἶτα μὴ δελεάσασα μηδὲ ταῖς τῆς ἡδυπαθείας περιπείρασα πάγαις, ἀλλοτρίας εὐνῆς ἀπεκάλει λῃστὴν τῆς σωφροσύνης τὸν ἐραστήν*. Lege *περισπειράσασα*. Nam *περισπειρᾶν* proprie de serpentibus dicitur, (Wesseling. ad Diodor. I. p. 291. Heyn. ad Apollodor. p. 140. ed. alter.) Deinde ad alia quoque transfertur (Plutarch. Agesil. XXXI. ubi vid. doctissimum Coraium p. 355.) *πάγαις* autem proprie utuntur aucupes, et meretrices, tralate Comicis dictæ *παγίδες τοῦ βίου*. Idem vitium in Luciani libello: Quomodo Hist. conscr. sit. c. 29. p. 39. dudum emendarunt Critici. Idem Theodoretus, vel ejus interpolator, in Histor. Religiosa seu Philotheo p. 1114. Schulz. de Arrianis: *ἦσαν γὰρ ὀλίγοι τινὲς, οἱ τἀναντία μὲν ἐφρόνουν, γυμνοῦν δὲ τὴν σφῶν οὐκ ἐθάῤῥουν ἀσέβειαν, ἀλλὰ δελεάσμασί τισι συνεκάλυπτον, οὐ πᾶσι μὲν γνωρίμοις, τοῖς δὲ ἀκριβέσι τῆς ἀληθείας μύσταις καὶ μάλα δήλοις*.

p. 813, 3. *Δοκεῖ γὰρ εὔλογον ἴσως, μὴ ἐξάγειν ἑαυτόν*] De hac sententia et formula exposuimus supra ad I. 9. 1. p. 85.

— 13. *τούτων οὐδὲν ἀγαθὸν λέγει εἶναι*, (ita nostri omnes fere pro ε. λ.) *ὧν ἐκεῖνα λέγει*] Ita plurimi, exceptis Med. A. et Vat., qui *ὡς ἐκεῖνα λέγει*, quod verum videtur. *Ille* alter autem est, qui modo dicebatur, specie Boni deceptus.

p. 814, 13. *ἐν τῷ δαιμονίῳ τόπῳ*] Cf. supra IV. 3. 18. p. 385. Fons hujus doctrinæ est in Platonis Timæo p. 90. in Politico p. 171. in Republica. Confer Proclum in Alcib. pr. c. 23. p. 74. nostr.: *οὕτω γὰρ οἶμαι, καὶ ὁ ἐν Πολιτείᾳ Σωκράτης δαίμονας ἐκάλεσε τοὺς εὖ βεβιωκότας καὶ ἐς ἀμείνω λῆξιν μεταστάντας καὶ τόπον ἀγιώτερον*. Ubi de *λήξεσι* (sedibus) dæmonum plura laudavi in annot. De vi dæmonum in loca, alio loco, de Legg. V. p. 750. p. 411. Bekk. disputat ipse Plato. Adde Damascium in Parmenid. p. 63. ed. Kopp.

— 21. *ὥσπερ ἐκ μηρίνθων ὀλκαῖς τισι φύσεως μετατιθεμένων*] Locus cum verbis tum sententiis Platonis imitatione compositus. Ita enim ille de Legg. I. p. 644: *θαῦμα μὲν ἕκαστον ἡμῶν ἡγησόμεθα τῶν ζώων θεῖον, εἴτε ὡς παίγνιον ἐκείνων, εἴτε ὡς σπουδῇ τινι ξυνεστηκός. οὐ γὰρ δὴ τοῦτό γε γιγνώσκομεν. τόδε δὲ ἴσμεν, ὅτι ταῦτα τὰ πάθη ἐν ἡμῖν οἷον νεῦρα ἢ σμήρινθοί τινες* (ita Boeckh. ad Platon. Min. p. 119. et Bekker. in sua edit. pro *μήρινθοι*) *ἐνοῦσαι σπῶσί τε ἡμᾶς καὶ ἀλλήλαις ἀν-*

θέλκουσιν ἐναντίαι οὖσαι ἐπ' ἐναντίας πράξεις, οὗ δὴ διωρισμένη ἀρετὴ καὶ κακία κεῖται. Aliorum imitationes indicavit Ruhnken. ad Tim. Lex. Platon. p. 141. Ad argumentum autem adhibendus est Theodoretus in Therapeut. lib. V. p. 825. sqq. Schulz. qui etiam Platonis locos et alios et illum ipsum pertractavit.

p. 815, 1. *γιγνομένων ἁπάντων ἀψόφῳ κελεύθῳ κατὰ δίκην*] Sumsit Plotinus ex Euripidis Troasi v. 848. (v. 880. Matthiæ):

Ζεὺς, εἴτ' ἀνάγκη φύσεως, εἴτε νοῦς βροτῶν
Προσηνξάμην σε· πάντα γὰρ δι' ἀψόφου
Βαίνων κελεύθου, κατὰ δίκην τὰ θνήτ' ἄγεις.

Vid. Wyttenb. ad Plutarch. de S. N. V. p. 17. p. 323. ed. nov. Oxon. qui Plotiniani loci non immemor fuit. Themist. Orat. XV. p. 196. D. Hard.: "*καὶ διὰ τοῦτο αὐτῷ πολλὴ ῥᾳστώνη καὶ ῥᾳίονι διαφόρους κελεύθους (δι' ἀψόφου κελεύθου* Toup. in Suid. 104. Valckenaerius in nota Mscr. ad marg. exempli mei. Cf. idem in Diatrib. Euripid. p. 186. et Matthiæ, V. Cl., ad Eurip. l. l.) *κατὰ δίκην τὰ θνητῶν ἄγειν.*" In Fragmento Euripideo ap. Plutarch. l. l. dicitur *Δίκη σῖγα καὶ βραδεῖ ποδὶ στείχουσα.* Unde, ni fallor, lux accenditur his I. L. Lydi de Ostentis p. 190. Hasei: *ταῦτα* (terræ motus) *μὲν ἄν τις, πρὸς τὰς φυσικὰς ἐννοίας ἀφορῶν, εἰκονίσῃ· προνοίᾳ δὲ ὅμως καὶ ἐπισκοπῇ τῆς δίκης πάντα γίνεται. Οὐ γὰρ εἰκῇ. ἐπεὶ τόδε τὸ πᾶν νόμοις μὲν φυσικοῖς συγκροτεῖται, προνοίᾳ δὲ θεοῦ καὶ λόγῳ σιγῆς ἐπέκεινα διοικεῖται.* Ubi præstantissimus Haseus *σιγῆς*, in quo Codd. conspirant, recte intactum reliquit: in animadvv. p. 324: tantummodo dubitans: "Num, *λόγῳ τύχης*; *δίκης*; Ego hæc explicanda crediderim ita: quandoquidem hoc (quod hic intuemur) universum legibus quidem naturalibus compositum est, sed tamen dei providentia et ratione silentii (i. e. silentis justitiæ), quæ illic est, administratur. Philo Jud. ap. Euseb. Præp. Ev. VIII. 14. p. 111. ed. Venet. Aucher. item de terræ motu: *θεὸς γὰρ οὐδενὸς αἴτιος κακοῦ τοπαράπαν, ἀλλ' αἱ τῶν στοιχείων μεταβολαὶ ταῦτα γεννῶσιν, οὐ προηγούμενα ἔργα φύσεως, ἀλλ' ἑπόμενα τοῖς ἀναγκαίοις καὶ τοῖς προηγουμένοις ἑπακολουθοῦντα.* Dionysius ap. Stob. Eclogg. Physs. I. 4. 19. p. 114. Heeren.:

Ὁ τῆς Δίκης ὀφθαλμὸς, ὃς δ' ἡσύχον
Λεύσσων προσώπου, πανθ' ὅμως ἀεὶ βλέπει.

Illud autem *ἄψοφον* et similia Platonis imitatione alibi etiam frequentare Plotinum supra vidimus ad p. 100. et p. 360. E.

— 7. *Ἐν δὲ τῷ ἐν ᾧ κ. τ. λ.*] Pro *ἐν ᾧ* Villoison scribi jubet *οὐρανῷ, in cælo*, utpote ex scribendi compendio orta depravatione: *οὔνῳ*. Sed cum nullus librorum, quorum lectiones novimus, eam lectionem vel compendium agnoscat, nec necessaria sit emendatio, a novando abstinuimus. Mox cum melioribus libris dedi pro *ταττόμενος δὲ ἀνάλογον ὧν ὂν ἔπαθον, ἀνάλογον ὧν ἔπαθον* i. e. *ἀνὰ λόγον τούτων ὧν ἔπαθον, secundum proportionem eorum, quæ passæ sunt*; de quo loquendi usu supra dictum est ad p. 416. B. Mox ex libris nostris fere omnibus adjecimus *ποδῶν*.

LIB. V.

p. 817, 7. ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ ΑΠΟΡΙΩΝ ΤΡΙΤΟΝ, Η ΠΕΡΙ ΟΨΕΩΣ.] Est hic liber undetricesimus (Vid. Porphyr. de Vita Plotini cap. 25. p. 144. Fabric.) igiturque post præcedentem scriptus adeoque illius quasi quædam continuatio. Post hos Plotinus eam disputatiunculam scripsit, quæ Enneadis secundæ librum octavum constituit, et *περὶ ὁράσεως* inscribitur. Vide quæ ad illius libri titulum annotavimus p. 189. supr. Conferas etiam, quæ supra posuimus ad p. 312. B. Nostrum librum quod inprimis attinet, hæc de visione quæstio mature agitata est a Græcis philosophis, Pythagoreis, Empedocle, Democrito, aliis. Empedoclis decreta de visu ipse Plato attigit in Menone p. 76. C. D. et verbis ejus etiam appositis Aristoteles de Sensu et Sensil. c. 2. p. 4. sq. Sylb. Theophrastus de Sensibus p. 18. sqq. p. 694. sqq. ed. Schneider. Cf. Plutarch. de Placitt. Philoss. IV. 13. p. 633. sq. ed. Wytt. et adhibe Empedoclem Sturzii p. 348. sqq. et p. 416—420. Argumentum autem hujus libri Plotiniani inprimis ductum est ex primario loco Platonis in Timæo p. 45. sq. p. 50. sqq. Bekk. item ex Aristotelis l. l. et de Anima c. 7. p. 34. sqq. Sylb. ubi Platonis etiam in Timæo prolata sententia attingitur. Cum his comparandi duo alii loci Aristotelis, primum in Problemm. XIV. 14. et de Generat. Animall. V. 1. Cf. Galenus de Usu Partium lib. X. p. 273. ed. Basil. (quem locum Schneider. Eclogis suis physicis inseruit p. 361. sqq.) Idem Galenus harum disquisitio-

num et difficultatem et vero necessitatem quoque indicat in libro adversus Julianum Tom. V. p. 340. Bas.—ἀλλ' ὦ γενναιότατε σοφιστῶν, οὐδ' ὅτι ψυχὴν ἔχομεν, ἢ αἴσθησιν, ἢ νοῦν, ἢ λογισμὸν, ἢ μνήμην ὁ τοιοῦτος λόγος ἐπιτρέψει γιγνώσκειν, ὡς ἑκάστου γε καὶ τούτων δύσγνωστος ἡ οὐσία, καὶ τί θαυμαστόν; κ. τ. λ. Alexander Aphrodis. in librum de Sensu et Sensil. fol. 97. sqq. Idem in Aristotel. de Anima lib. II. c. 12. Jo. Philopon. in Aristotel. de Generat. Animm. V. 1. fol. 105. Platonis Aristotelisque decreta de visu strictim in suis Eclogis refert Stobæus I. 55. p. 1108—1110. Heeren. Democriti Epicurique et horum sectatorum sententiam explicat et ad Platonicæ potissimum doctrinæ regulam dijudicat Macrobius in Saturnall. VII. 14. Locum in Timæo attigit etiam Alcinous de Doctrina Platonis cap. 18. p. 497. sq. itemque Nemesius de Natura Hominis in capite περὶ ὄψεως p. 180. ed. Matth. Cæterum de lumine, visu, reliquisque sensibus ad Plotini mentem disputat *G. A. Heigl* in libello, qui inscribitur: *die Plotinische Physik*. Landshuti 1815. p. 128. sqq. sed ita, ut plurima et ipsa interpretationis lucem desiderare videantur.

p. 817, 10. *τοῦ λεγομένου διαφανοῦς σώματος*] Quid sit τὸ διαφανὲς ex suæ rationis decretis explicat Aristoteles de Sensu et Sensil. c. 3. p. 7. Sylb. Cf. de Anima cap. 7. p. 36. ubi Stagirita etiam Empedocli obloquitur, qui opinatus sit: εἰ γένοιτο κενὸν τὸ μεταξὺ, ὁρᾶσθαι ἂν ἀκριβῶς, καὶ εἰ μύρμηξ ἐν τῷ οὐρανῷ εἴη: si vacuum fuerit, quod medium est, accuratissime perspici posse, vel si formica in cœlo esset. Hæc attigimus supra ad II. 9. 2.

p. 818, 19. *ἐπεὶ οὐδ' ὁ κάλαμος ὁ μεταξὺ τῆς νάρκης καὶ τῆς χειρὸς, ὃ πάσχει ἡ χείρ*] Exemplum desumsit a Platone in Menone p. 80. A: καὶ δοκεῖς μοι παντελῶς, εἰ δεῖ τι καὶ σκῶψαι, ὁμοιότατος εἶναι τό, τε εἶδος καὶ τἆλλα ταύτῃ τῇ πλατείᾳ νάρκῃ τῇ θαλαττίᾳ. καὶ γὰρ αὕτη τὸν ἀεὶ πλησιάζοντα καὶ ἁπτόμενον ναρκᾷν ποιεῖ. καὶ σὺ δοκεῖς μοι νῦν τοιοῦτόν τι πεποιηκέναι, ναρκᾶν. De hoc pisce vid. Aristot. Hist. Animm. IX. 36. (25. ibiq. Schneideri Annott. T. II. p. 170.) I. A. Fabric. ad Sext. Empir. Pyrrhonn. Hypot. I. 14. 93. p. 26. et Jo. Beckmann. ad Antigon. Caryst. c. 54. p. 97. qui plura veterum recentiorumque scriptorum testimonia laudarunt. Ego duos locos philosophorum adscribam. Alexander Problemm. Proœm. p. 249. Sylburg.: οὐδεὶς δὲ καὶ τὴν θαλασσίαν νάρκην ἀγνοεῖ, πῶς διὰ τῆς μηρίνθου τὸ σῶμα ναρκοῖ· τρίγλη τε κρατουμένη ἀντιπαθεῖ τῇ νάρκῃ. Chalcidius in Platonis Timæum p. 331. Meurs.: "Sentire porro mentem putant, perinde ut eam pepulerit spiritus, qui id, quod ipse patitur ex visibilium specierum concretione, mentis intimis tradit. Porrectus siquidem et veluti patefactus candida esse denuntiat, quæ videntur. Confusus porro et confæcatior atra et tenebrosa significat: similisque ejus passio est eorum, qui marini piscis contagione torpent, siquidem per linum et arundinem perque manus serpat virus illud, penetretque intimum sensum." Ac fortasse Chalcidius, qui hanc similitudinem similiter ac Plotinus in loco de visu adhibuit, nostrum philosophum ante oculos habuit.

p. 819, 14. *εἰ καὶ νῦν—τὸ τῶν ὀμμάτων πρόσθεν κείμενον*] Intactum reliqui locum fortasse non sanum. Quomodo eum Ficinus acceperit, arguit versio. Nolo igitur decernere, utrum recte verterit, an extrema potius vertenda sint: *quod ante oculos positum est*. Proxima: καὶ οἱ ἐκχέοντες δὲ τὰς ὄψεις Platonicæ orationis elegantiam referunt. Sunt enim efficta ad illud in Theæteto p. 181. a: τοὺς ῥέοντας, *eos, qui rerum omnium fluxum contendunt*, at οἱ τοῦ ὅλου στασιῶται "qui universum immobile esse dicunt" et τοὺς τὸ πᾶν κινοῦντας, "qui universum moveri putant." Vid. Heindorf. ad eum locum p. 419. et, ut exemplum addam ex eadem re ductum, Plutarchus Quæst. Symposiacc. I. 8. 2. p. 529 Wytt.: ἕτεροι δὲ τοῖς συμβάλλουσι τὰς αὐγὰς προσεῖχον. "alii in eorum sententiam concedebant, qui radios visus concurrere arbitrantur:" i. e. qui συναύγειαν Platonicam adoptabant. Ejusdem breviloquentiæ exemplum, hoc solo diversum, quod pro Participio Verbum cum Pronomine habet, offert locus Plotini infra V. 8. 12. p. 85. B: διὸ καὶ οὐκ ὀρθῶς (sc. δοκοῦσιν) οἳ φθείρουσι (sc. τὸν κόσμον τὸν αἰσθητὸν) τοῦ νοητοῦ μένοντος, καὶ γενῶσιν οὕτως κ. τ. λ. i. e. qui mundum sensibilem caducum dicunt—atque ita genitum opinantur.

p. 820, 3. Οἱ δὲ *τὴν ἔνστασιν αἰτιώμενοι*] De aliis significationibus vocis ἔνστασις dixi ad Proclum in Alcib. pr. p. 191: hoc loco alia prorsus obtinet e rebus naturalibus repetenda et a Phy-

sicis medicisque usurpata. De hac consulito Foesii Œconom. Hippocrat. p. 130. in voc. *ἐνίστημι* Bernardum in Epistolis ad I. I. Reisk. p. 296. eundem ad Thom. Magistr. p. 313. et Wyttenbach. ad Plutarch. p. 485. Ejusdem Plutarchi, vel ejus, qui Plutarchi nomine fertur, alius locus vel maxime huc pertinet, de Placitt. Philoss. IV. 13. p. 633. Wytt.: *Ἕτεροι κατά τινων ἀκτίνων εἴσκρισιν μετὰ τὴν πρὸς τὸ ὑποκείμενον ἔνστασιν ὑποστρεφουσῶν πρὸς τὴν ὄψιν.* Ad quem locum a Wyttenbachio in Var. Lect. nihil animadversum esse miror. Tib. autem Hemsterhusius ad Thom. Mag. p. 314. pro *εἴσκρισιν* malit *ἔκκρισιν*. Beckius contra ex Galeno in Hist. Philos. *ἔκχυσιν*. Vid. ejus Varr. Lectt. et emendatt. p. 240. Atque huic rationi suffragatur Plotini nostri illud *οἱ ἐκχέοντες*. Plutarchei autem loci hæc est sententia: Alii vero (nos videre putant) secundum (per) quandam radiorum *effusionem*, qui post *renisum* (quem offenderant) in Objecto, rursus revertantur ad oculum. Quæ egregie illustrant verba Plotini. Iamblichus in Protrept. p. 147. Arcer. p. 350. Kiessl.: *ἡ γὰρ τῶν γαμψωνύχων φυσικὴ διοργάνωσις λαβεῖν μὲν τάχιστα καὶ ῥᾳδίως δεδημιούργηται διὰ τὴν ἔνστασίν γε* (*γε* abest a libris meis et Ciz. nec habet Arcer. nec Ti. Hemsterhus. ad Thom. Mag. l. l.) *ἀγκύλων ὄντων τῶν ὀνύχων* (propter *renisum*, cum ungues curvi sint). *ὃν τρόπον καὶ αἱ κράγγαι πεφύκασι ἐπισπᾶσθαι μὲν τάχιστα, ἀφιέναι δὲ δυσχερῶς, εἰ μή τις ἄρα ὑπερεπικλίνῃ αὐτὰς ἀναστρέφων.* (Ed. Arcer. *κράαγαι*. Cod. Memm. et Ciz. *κρεάγαι*. Paris. Regius *κρεάγραι*, probante Hemsterhusio l. l. cujus annotationem non memorat Kiessling. Sed docta manus in exemplo meo ad marg. scripsit: " Lege *κράγγαι*." Et hoc unice verum.) De *κράγγαις*, quæ ad cancros marinos pertinent, vid. Aristotel. Hist. Animall. IV. 2. et Schneideri Annott. in eam p. 191. sq.

p. 820, 4. *Οἱ δὲ τῶν εἰδώλων προστάται*] Sunt Democritus et Epicurus, qui " per imaginum insertiones (*κατὰ εἰδώλων εἰσκρίσεις*) putabant nos videre." ut legitur ap. Plutarch. l. l.

p. 821, 6. *τῇ ἀντιπεριστάσει—τὴν ἀντιπερίστασιν τοῦ ἀέρος*] Vox significat cohibitionem, compressionem undique circumfusam; *der umgebende Gegendruck* vernacule dicatur. Vid. Budæum et Stephanum in Thes. L. Gr. p. 4610. ed. Valpy. et cf. Schneideri Indic. Theophrasti Opp. p. 315. Plutarchus de Placitt. Philoss. IV. 1. p. 621. Wytt.: *καὶ τὴν ἀντιπερίστασιν τῶν ὡρῶν, ὅταν παρ' ἡμῖν εἴη θέρος τοῖς ὑπὸ τὸν θερμὸν τροπικὸν οἰκοῦσιν, τότε τοῖς ὑπὸ τὸν χειμερινὸν τροπικὸν ἀντοίκοις χειμών ἐστι.* ubi est *oppositio* anni tempestatum, sive tempestatum in diversis Zonis *diversa ratio*, uti recte explicatur in Indice. Propius ad nostri loci similitudinem accedit hic ejusdem Pseudoplutarchi ibid. III. 15. p. 611. Wytt. in loco de terræ motibus: *Ἀριστοτέλης διὰ τὴν τοῦ ψυχροῦ πανταχόθεν ἀντιπερίστασιν, κάτωθεν καὶ ἄνωθεν αὐτῇ περιστάντος. τὸ γὰρ θερμὸν ἀνωτέρω γενέσθαι σπεύδει, ἅτε δὴ κοῦφον ὄν· διὰ τοῦτο ἐν ἀπολείψει γινομένης τῆς ξηρᾶς ἀναθυμιάσεως τῇ σφηνώσει καὶ τοῖς ἀντελιγμοῖς διαταράττεσθαι.* Quæ nunc comparanda sunt cum Jo. Laurentii Lydi Fragmento de terræ motibus in libro de Ostentis cap. 53. p. 186—188. Hasei. Plutarchus in Quæstionn. Platonn. p. 1004. D. p. 88. Wytt.: *τὴν ἀντιπερίστασιν τῆς κινήσεως*, ubi Xylander vim vocabuli exprimere studuit vertendo: motus *circumresistentiam*."

— 15. *εἰ δὲ μηδὲ πάρεισιν ὡς ἐν ῥοῇ τὰ εἴδη.*] Tangit Epicurum. Qui ita in Epistola ad Herodot. ap. Diog. L. X. 48: *καὶ γὰρ ῥεῦσις ἀπὸ τῆς τῶν σωμάτων ἐπιπολῆς. συνεχὴς συμβαίνει.* Idem similia profert in papyris Herculanenss. p. 69; unde Rosinius editor lacunosum locum alterum non inepte ita explevit p. 4.: *περᾶν δὴ συνεχῆ τὸν ῥοῦν.* (cf. annot. nostr. in Cic. de N. D. I. 39. p. 178, ubi operæ in loco Diogenis peccarunt.) Inde in Plotino fortasse quispiam tentaverit: *περῶσιν* pro *πάρεισι*, neque tamen necesse. Gellius V. 16: " Epicurus autem affluere semper ex omnibus corporibus simulachra quædam corporum ipsorum, eaque sese in oculos inferre, atque ita fieri sensum videndi putat." Macrobius Saturnn. VII. 14: " Ergo censet Epicurus ab omnibus corporibus jugi fluore quæpiam simulachra manare; nec unquam tantulam moram intervenire, quin ultro ferantur inani figura cohærentes corporum exuviæ, quarum receptacula in nostris oculis sunt: et ideo ad deputatam sibi a natura sedem proprie sensus recurrunt." Epicuri sententiam e Diogene illustravit Ign. Rossi in Commentt. Laërt. p. 262.—Sed tamen fortasse h. l. Plotinus non tam Epicuri sententiam

tetigit, quam Hieronymi (vel Empedoclis, si Wyttenbachii conjectura vera sit, quæ tamen Schneidero ad Eclogg. Physicas parum probatur p. 189.) apud Plutarchum in Quæstionn. Symposs. I. 8. 3. p. 530. Wyttenbachii (cujus Annot. cf. in Varr. Lectt. ad h. l.): *ὅτι τοῖς προσπίπτουσιν ἀπὸ τῶν ὁρατῶν εἴδεσι πρὸς τὴν ὄψιν ὁρῶμεν.* Certe Noster h. l. *τὰ εἴδη* usurpavit.

p. 823, 6. *ἐκ τῶν φρυκτωρίων—καὶ ἐκ τῶν πύργων τῶν ταῖς ναυσὶ σημαινόντων*] Edit. et libri MSS. *φρυκτωριῶν.* Articulum *τῶν* adjeci plurimorum Codd. jussu. Herodianus IV. 15. p. 814. sq. Irmisch. de rogis imperatorum Romanorum: *ἀπεικάσαι τις ἂν τὸ σχῆμα τοῦ κατασκευάσματος φρυκτωρίοις, ἃ, τοῖς λιμέσιν ἐπικείμενα, νύκτωρ διὰ τοῦ πυρὸς ἐς ἀσφαλεῖς διαγωγὰς τὰς ναῦς χειραγωγεῖ. φάρους δὲ αὐτὰ οἱ πολλοὶ καλοῦσιν.* ubi vid. Editoris notas. Aristoteles, qui fertur, de Mundo VI. 10. p. 224. Kappii: *τοσοῦτος δὲ ἦν ὁ κόσμος, καὶ μάλιστα τῶν φρυκτωριῶν κατὰ διαδοχὰς πυρσευνουσῶν ἀλλήλαις ἐκ περάτων τῆς ἀρχῆς μέχρι Σούσων καὶ Ἐκβατάνων, ὥστε τὸν βασιλέα γινώσκειν αὐθημερὸν πάντα τὰ ἐν τῇ Ἀσίᾳ καινουργημένα.* quem locum propterea adscripsi, quia docet, in continente quoque terra hoc genus signorum nocturnorum fuisse usitatum: (Cf. Kapp. ad eum locum:) unde intelligitur, cur Plotinus addat: *καὶ ἐκ τῶν πύργων ταῖς ναυσὶ σημαινόντων*, quæ ad pharos pertinent. Cf. etiam Tzetz. ad Lycophr. 1096. ad verba: *ναυφάγοι φρυκτωρίαι.* Adde Huschkii Analecta Critt. p. 240, Boissonad. ad Philostrati Heroica p. 553. et Blomfield. ad Æschyli Agamemm. 32: *τρὶς ἓξ βαλούσης τῆσδέ μοι φρυκτωρίας* in Glossario p. 160.

— 18. *ἐπὶ τοῖς νώτοις τοῦ οὐρανοῦ*] Poëtica locutio, quam tamen pedestris orationis scriptores posteriores usurpant. Vid. Jacobs. ad Anthol. Gr. IX. p. 248. et ad Philostrati Imagg. p. 326. Clemens Alex. Protrept. 6. p. 59: *ἄνω που περὶ τὰ νῶτα τοῦ οὐρανοῦ.* Synes. de Provid. p. 89. C.: *ἡ δὲ (πηγὴ) τῶν οὐρανοῦ νώτων ἐξῆπται.* Cf. etiam Philo Jud. T. I. p. 44. Pfeiff. et Ast. ad Platon. Phædr. p. 301. et ad calc. Reipubl. in Additamm. p. 657.

p. 824, 5. *τὸ συναφὲς τῇ ὄψει μόριον.*] Non obtemperavi Mediceo alteri, qui dat *συνεχὲς*, etsi illud adjectivum rarum sit et in novissima editione Stephaniani Thesauri uno tantum exemplo firmatum ex Josepho. Tu vid. de Bello Jud. III. 5. 7. p. 228. Havercamp. de acie Romana: *οὕτως αὐτῶν συναφεῖς μὲν αἱ τάξεις*, ubi insuper libri MSS. mirifice variant. Sed Plotinianus usus satis tuetur illam lectionem et editionis et codicum plurimorum. Vid. supra II. 9. 16. IV. 4. 45. IV. 5. 1. IV. 5. 3. Hi proinde loci consignandi sunt in Lexicis.

— 6. *ὅσον καὶ ἡ κόρη τὸ καθ' αὑτὸ μόριον τοῦ ὁρατοῦ δέχοιτο ἄν.*] Olympiodor. in Alcib. pr. p. 223: *ἰστέον δὲ ὅτι κόρη λέγεται ἢ διὰ τὸ πλησιάζειν τῷ κρυσταλλοειδεῖ, καθαρῷ ὄντι.* Ad quem locum quæ laudavi, hic non repeto. Isidor. Origg. XI. 1. "Pupilla:—Vocatur autem pupula, quod sit pura et impolluta puella." Hæc Philonis causa laudavi, qui Leg. Allegorr. II. p. 78. Mangeii (p. 118. Pfeiff.) explicans locum Numerr. XII. 1. sqq. ita de Mose: *ᾧ τὴν Αἰθιόπισσαν τὴν ἀμετάβλητον καὶ κατακορῆ γνώμην, αὐτὸς ὁ θεὸς ἡρμόσατο.—τοῦτο γάρ ἐστιν ἐγκώμιον αὐτοῦ μέγιστον, ὅτι τὴν Αἰθιόπισσαν ἔλαβε, τὴν ἄτρεπτον καὶ πεπυρωμένην καὶ δόκιμον φύσιν. Ὡς γὰρ ἐν ὀφθαλμῷ τὸ βλέπον μέλαν ἐστιν, οὕτως τὸ ὁρατικὸν τῆς ψυχῆς Αἰθιόπισσα κέκληται.* Quo in loco postquam, quæ meridie clariora sunt, se non perspicere fassus est Mangeius, tamen conjectandi periculum facit, pro *κατακορῆ* nobis obtrudere volens *κατάπυρον.* At vero qui Philonis in verbis ludendi licentiam novit, is non ambiget, cum illo *κατακορῆ* alludere voluisse ad *κόρην*, quam deinde his verbis describit: *ὡς γὰρ ἐν ὀφθαλμῷ τὸ βλέπον μέλαν ἐστιν*, in quibus verbis ratio quoque inest cur Æthiopissam huc trahat, i. e. *nigram.* Deinde nec illud verum est, h. l. *γνώμην* et *φύσιν* esse synonyma. Potius credam Philonem scripsisse *φαῦσιν*: de qua voce Alexandrina vide quæ posui ad Nathanaelis Antithet. advers. Plotin. cap. 6. (p. 441. ed. Heidelb. quem locum omnino cum Philoniano conferri velim.) Ita optime sibi respondebunt hæc: *τὴν ἀμετάβλητον καὶ κατακορῆ γνώμην* (immutabilem et *impollutam.*) Verbo *πεπυρωμένην* rursus respicit Philo ad *Αἰθιόπισσαν* i. e. adustam quasi et nigricantem facie.—Revertor ad Plotinum. Ad ejus sententiam confer p. 452. extr. et p. 453. init. et universe adhibe Heliodori (sive Damiani, nam in nomine ambigitur. vid. Schneider. ad Eclogg. Physs. p. 206. et Boissonad.

ad Luc. Holstenii Epistoll. p. 248.) Optica §. 5. sqq.

p. 826, 6. Ἐπεὶ καὶ τὸ τῆς νυκτὸς ὁρᾷν—χαλεπὸν ταύτῃ τῇ ὑποθέσει ἀπευθῦναι.] Locis ad hujus Verbi usum illustrandum congestis adde Dionys. Halicarn. de Compos. XI. 80. p. 134. Schæf. et Photii Biblioth. Cod. 165. p. 108. b. infr. Bekkeri: et cf. P. Wesseling. ad Sophocl. Ajac. v. 72. Sæpius autem usurpatur a Plutarcho in Moralibus; qui ita de Pueror. Educat. p. 2. D. p. 6. Wytt.: *τάς γε μὴν καμπύλας τῶν ὑποκριτῶν βακτηρίας ἀπευθύνειν ἀμήχανον.* Hoc si nostro loco adhibeas, ea hic accipienda sit verbi vis, ut sit *ὀρθοῦν τὰ λοξὰ*, sive, quæ implexa et impedita sunt, dirigere et expedire. Vid. Scholiast. Sophoclis in Œdip. Tyr. v. 104. Tum hæc loci nostri sententia sit: Quando illud—noctu nos videre—difficile est hac hypothesi (hac ratione) explicatu. Sed nescio an magis huc faciat altera illa vis, quam idem Scholiasta prodit: *ἀπευθύνω, καὶ τὸ ἀπὸ εὐθύνης ποιῶ, ἤτοι ἀπεύθυνον.* Hoc si admittas, extrema vertenda sunt: difficile sit secundum hanc hypothesin *excusare* (sive a reprehensione liberum reddere). Nimirum ironice. Et sunt in hac disputatione plura irrisionis vestigia; quod jam vidit Ficinus.

— 18. Περὶ δὲ τοῦ ἀκούειν κ. τ. λ.] Pro fontibus hujus loci Plotiniani habendi Platonis Timæus p. 67. p. 92. sq. Bekk. Aristotelis liber secundus de Anima c. 8. p. 37. sqq. cf. Theophrast. de Senss. p. 19. sqq. Aristotelis Problemm. II. 6. p. 89. sqq. Sylburgii et Alexandri Probll. p. 259. 268. Sylb. Horum aliorumque Philosophorum de Auditu decreta in compendium redegerunt Galenus hist. philos. c. XXVI. Plutarch. de Placitt. Philoss. IV. 16. p. 901. p. 636. sq. Wyttenb. Stobæus Eclogg. Phys. I. 56. et 57. p. 1110. 1112, Heer. et Nemesius de Natura Hominis cap. 10. p. 199. sq. ed. Matthæi. Cf. etiam: Aristotelis de soni et vocis humanæ natura atque ortu) theoria exp. Kreyssig. Lips. 1793. et Schneideri Animadvv. in Eclogas Physicas ab ipso editas p. 168. sqq. Qui tamen hic non magis, quam in loco de visione, Plotiniana curavit. Neque qui proprie hodie dicuntur, Physici reliqui, quod sciam, Plotini de visu audituque et reliquis sensibus decreta cum recentiorum vel inventis vel sententiis compararunt.

p. 829, 2. ἀλλ' εἰ μὲν ποιότης μόνον—ἀνάγκη, καὶ τὸ φῶς ζητεῖν, ἐν ᾧ ἔσται σώματι.] Proclus in Platonis Timæum p. 141: *πάντα γὰρ τὰ χρώματα ἔγγονά* (leg. *ἔκγονά*) *ἐστι φωτός.* Cf. supra p. 52. F. et p. 166. sq.

— 16. ἀλλ' ὥσπερ ζωὴ—ψυχῆς ἐστιν ἐνέργεια.] Cf. infra p. 458. B. et ibi annot.

p. 830, 12. Εἰ δέ ἐστιν ἐνέργεια — ἐπεβάλλετο.] Locus mihi quidem subobscurus, et fortasse non sanus. Ficinus legisse videri possit: *καὶ εἴχετο εἴσω* pro *ἐχεῖτο* (*profunderetur*). In Codd. nihil auxilii. Proinde locum intactum reliquimus.—Ceterum quod Tiedemannus in libro: *Geist der Spekulativen Philosophie* III. p. 409, Aristotelicam dicens hanc sententiam: *actum* (*ἐνέργειαν*) *esse lumen*, non tamen confirmari addit eam recentiorum Physicorum examinibus: nondum noverat ille ea, quæ ingeniosorum naturæ scrutatorum philosophorumque acumine nuper explicata sunt, de quibus non nostrum est h. l. exponere.

— 17. Ἐπεὶ καὶ εἰ πολλαπλασία ἡ ἀπόστασις ἦν, ἣ νῦν ἐστι πρὸς ἡμᾶς τοῦ ἡλίου, ἦν ἂν καὶ μέχρι ἐκεῖ φῶς,] Suspiceris: *ἡ τοῦ ἡλίου*: sed in talibus elegantiam in Plotino sæpe desideres. Etiam de varietate hic breviter monendum esse admonent hæc Platonis in Phædone p. 61. e. ubi etiam solis mentio fit: *ἀλλ' ἐν τῷ μέχρι ἡλίου δυσμῶν χρόνῳ*, ubi Heindorf. p. 24: *μέχρι* pro vulgato *μέχρις* ex Grammaticorum præcepto cum Codd. Aug. et Tub. (adde Paris.) dederat jam Fischerus." Cf. eundem ad Gorg. p. 137. et p. 180. Atque in Symposio Bastius et Bekkerus librorum auctoritate p. 210. dederunt *μέχρι ἐνταῦθα*. Similiter Stallbaum in Philebo p. 18. p. 39. e Stobæo *μέχρι ἑνὸς* pro *μέχρις*. Atque idem vir doctus ad Phædonem p. 183. licet hinc inde omnes libri mss. Platonis *μέχρις* offerant, in hoc tamen scriptore vel ante Vocalem pro *μέχρι* et *ἄχρι* pugnat. Diversam plane sententiam amplectitur Loers. ad Menexenum p. 155. Et vere mihi pronuntiasse videtur Lobeck. ad Phrynichi Eclogg. p. 14. sq. vel in Atticis scriptoribus " utri prærogativa debeatur, in ambiguo relinquendum"—nedum in recentioribus scriptoribus. Proinde, licet hoc loco et aliis Cod. Ciz. et Vatic. qui *μέχρις* dant, fortasse Plotini manum

præstent, noluimus tamen ab editionis et plurimorum librorum lectione recedere.

p. 831, 12. *Ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ ὀφθαλμῶν ἰδεῖν ζώων λαμπόντων τοῖς ὄμμασι κ. τ. λ.*] Huc pertinent, quæ passim veteres tradunt, ut Diogenes Apolloniat. ap. Theophr. de Sensibus p. 29. Steph. Aristotel. de Generat. Animall. V. 1. ad quem adhibe Jo. Philoponum fol. 105. et cf. Empedoclem Sturzii p. 418—420. Alexander in Problemm. 20. (78.) Plutarchus in Symposs. I. 8. 4. p. 626. D. p. 533. Wyttenb. Ego locum luculentum adscribam Sexti Empir. in Pyrrhonn. Hypotypp. I. 14. 45. p. 13. sq. Fabric.: *ἐπεὶ οὖν καὶ τῶν ζώων τινὰ φύσει λαμπηδόνα ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἔχει, καὶ φῶς λεπτομερές τε καὶ εὐκίνητον ἀπ' αὐτῶν ἀποστέλλει, ὡς καὶ νυκτὸς ὁρᾷν, δεόντως ἂν νομίζοιμεν, ὅτι μὴ ὅμοια ἡμῖν τε κἀκείνοις τὰ ἐκτὸς ὑποπίπτει.* Sed hominibus etiam aliquot contigisse idem tradit ibid. Sect. 84. et aliorum exempla, ut Scaligerorum etc. congessit ad eum locum Fabricius, quem consule, itemque Schneiderum in Animadvv. in Eclogg. Physs. p. 201. ibiq. laudatam Priestleii Optic. I. p. 150. ed. Klügelii et hujus annot. p. 154.

— 14. *ταῖς ἀνοιδάνσεσιν*] i. e. ubi oculi *turgescunt* s. *insurgunt*. Contrarium sequitur: *ἐν ταῖς συστολαῖς*, ubi *marcescunt* s. *resident*. Vox *ἀνοίδανσις* addenda est Lexicis. Verbum satis frequens. Alciphron. Epist. I. 1: *καὶ ἐπεφρίκει μὲν πόντος* (*ὁ πόντος* Cod. Palat. noster n. 132.) *μελαινόμενος, τοῦ ὕδατος δὲ ἀφρὸς ἐξηνθήκει, πανταχοῦ τῆς θαλάσσης ἐπ' ἀλλήλων* (*ἐπ' ἀλλ.* idem Cod.) *ἐπικλωμένων τῶν κυμάτων, τὰ μὲν γὰρ ταῖς πέτραις προσηράσσετο, τὰ δὲ εἴσω ἀνοιδοῦντα ἐῤῥήγνυτο* (*ἐῤῥήγνυντο* idem) Plutarch. de Placitt. Philosoph. III. 17. p. 615. Wytt.: *ἀνοιδεῖν τὴν Ἀτλαντικὴν θάλασσαν.* Etiam de iratis usurpatur. Philostratus Vita Apollonii VII. 33. p. 313. Olear.: *ἀνοιδήσας δ' ὁ βασιλεὺς* (Cod. Schellersh. *ἀνοιδήσας ὁ β.*) *ὑφ' ὧν ἤκουσε συκοφάντην με οὖν εἶπεν* (*μὲν οὖν εἶπε*, idem, sed correctum a secunda manu) *ἐπ' αὐτοῖς εἴληφας.* De hac vi verbi vid. interprr. ad Herodot. p. 261. et p. 529. Wesseling. et adde Jacobsii annot. in Philostrati Imagg. p. 592.

p. 833, 8. *ἢ εἰ τὸ συμπαθὲς—τοῦδε τοῦ ζώου*] Secundum eam distinctionem, quam adoptavi, hæc sententia prodit: " Aut, si compatiens, qui unius animalis est, sensualia, sensibilia et " sensus sunt, hoc pacto non (cerneret hic mundus illud corpus) nisi hoc corpus externa pars hujusce animalis esset."

p. 834, 3. *δέδεικται*] Utitur nostro loco ad hanc formulam illustrandam et aliis Wyttenbach. ad Platonis Phædon. p. 160. sq. Cf. infra p. 464. A. et quæ plura posuimus ad I. 6. 1. p. 50. B.

— 9. *μὴ τῶν ἐν αὑτῷ, τῶν δὲ ὁμοίων τοῖς ἐν αὑτῷ, ἢ μὲν ζῶον ἀντιλήψεται*] Ita ex melioribus libris dedi pro *ἡ μὲν ζῶον.* Post verba *μὴ τῶν ἐν αὑτῷ* cogitandum est *μόνον.* De qua omissione vide Davis. ad Cic. de N. D. II. 64. p. 479—481. ed. nostr. et Moseri, et quod editores laudant ad L. Bos. de Ellipss. p. 307—310. Schæf. Sæpius omittitur sequente *ἀλλὰ καί*: verum tamen etiam, ubi *δὲ* est in altero membro. Lucilius Epigr. XII. 4. (p. 319): *οὐ κυσὶν ἄγνωστος, τῇ δὲ πόλει γέγονας.* Ad quem locum vide Jacobsii Comment. in Anthol. Tom. IX. p. 319.

LIB. VI.

p. 836, 7. ΠΕΡΙ ΑΙΣΘΗΣΕΩΣ ΚΑΙ ΜΝΗΜΗΣ.] Hic libellus in eorum numero est, quos Plotinus propemodum senescens conscripsit, utpote, si ordinem temporis respicis, quadragesimus primus. Vid. Porphyr. de Vita Plotini c. XXV. p. 144. Fabric. Tractat autem idem argumentum, quod Plato attigit in Timæo p. 45. et p. 65. sqq. itemque in Menone, Phædone, Philebo, de Legibus et aliis in dialogis: (Cf. quæ supra laudavimus ad p. 392. D.) quam doctrinam deinde erudiit Aristoteles in libello *περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν*, item *περὶ μνήμης καὶ ἀναμνήσεως*, et de Anima lib. II. cap. 6. sqq. nec minus Theophrastus in opusculo *περὶ αἰσθήσεως καὶ περὶ αἰσθητῶν.* Reliquorum philosophorum de sensu et memoria sententias exhibent Galenus in Hist. Philos. c. XXIV. Plutarchus de Placitt. Philoss. IV. 8—11. p. 626—629. Wyttenb. (cf. eundem Plutarchum de Solertia Animalium p. 960. sqq. p. 896. sqq. Wytt.) Diogen. Laërt. VII. 51. sqq. X. 31. sqq. et passim. E recentioribus Græcis Latinisque scriptoribus cum alii hunc locum attigerunt, tum Nemesius de Natura Hominis cap. 13. *περὶ τοῦ μνημονευτοῦ* et in antecedentibus capitibus, quæ supra memoravi

VI—X. itemque Boëthius de Consolat. Philosoph. libro V.

p. 836, 9. ΤΑΣ *αἰσθήσεις οὐ τυπώσεις οὐδ' ἐνσφραγίσεις λέγοντες κ. τ. λ.*] Ad verba et sententiam confer, quæ supra disputat noster philosophus p. 305. B. 391. G. et quæ infra p. 461. F. Reprehendit autem in his et sequentibus Aristotelem. Qui ita in libello *περὶ μνήμης καὶ ἀναμνήσεως* c. 1. p. 29. Sylb.: *Δῆλον γάρ, ὅτι δεῖ νοῆσαι τοιοῦτον τὸ γινόμενον διὰ τῆς αἰσθήσεως ἐν τῇ ψυχῇ καὶ τῷ μορίῳ τοῦ σώματος τῷ ἔχοντι αὐτήν· οἷον ζωγράφημά τι τὸ πάθος, οὗ φαμεν τὴν ἕξιν εἶναι μνήμην· ἡ γὰρ γινομένη κίνησις ἐνσημαίνεται, οἷον τύπον τινὰ τοῦ αἰσθήματος, καθάπερ οἱ σφραγιζόμενοι τοῖς δακτυλίοις. διὸ καὶ τοῖς μὲν ἐν κινήσει πολλῇ διὰ τὸ πάθος ἢ δι' ἡλικίαν οὖσιν οὐ γίνεται μνήμη, καθάπερ ἂν εἰς ὕδωρ ῥέον ἐμπιπτούσης τῆς κινήσεως καὶ τῆς σφραγίδος· τοῖς δὲ, διὰ τὸ ψύχεσθαι (φθίνεσθαι marg. ed. Basil.) καθάπερ τὰ παλαιὰ τῶν οἰκοδομημάτων, καὶ διὰ σκληρότητα τοῦ δεχομένου τὸ πάθος, οὐκ ἐγγίνεται τὸ πάθος.* Unde etiam quispiam patrocinium repetat Vaticanæ lectioni in Plotino: *κατοχὰς παθημάτων.* Ego cum Ficino vulgatum retineo. Porphyrius apud Stobæum Eclogg. I. 52. p. 830. Heer. in referenda et judicanda Aristonis sententia ita scribit: *αἴσθησις γὰρ οὐσίας οὐκ ἀντιληπτικὴ, ἀλλὰ μορφῆς καὶ πλάσεως, ὅτι δὲ ἄνθρωπος ἢ ἵππος, ἄλλου ἡ ἀντίληψις.* (ita hunc locum e libris explevit Heeren. Plura vero ex conjectura addere non necesse.) *Διάφορον οὖν τῆς ἀντιλήψεως τὸ κίνημα· ἡ μὲν γὰρ τυπτομένη ἔοικεν, ἡ τῆς αἰσθήσεως, καὶ ἔξω ἑλκομένη ἐπὶ μορφὴν, ἡ δὲ ἀφισταμένη τυπώσεως.* Hac data occasione maculam eluo ex Hermetis fragmento apud eundem Stob. p. 1086: *ὅπως ἡ φύσις τηρῇ καὶ περικρατῇ—τύπου ἐξ ἀρχῆς καταβεβλημένου.* Perperam scriptum erat, pariter atque in multis locis Plotini, *τόπου.* Sentiendi autem rationem similiter fere atque Aristoteles explicare studebant Stoici. Plutarchus de Placitt. Philoss. IV. 11. p. 630. Wytt.: *οἱ Στωϊκοί φασιν· Ὅταν γεννηθῇ ὁ ἄνθρωπος, ἔχει τὸ ἡγεμονικὸν μέρος τῆς ψυχῆς ὥσπερ χάρτης ἐνεργῶν εἰς ἀπογραφὴν* (optime C. D. Beckius e Cod. Moscov. *ὥσπερ χαρτίον ἔνεργον εἰς ἀπογρ.* " ut chartulam, in qua optime et efficacissime scribi possit:" Vid. ejus not. in Varr. Lectt. p. 237.) *εἰς τοῦτο μίαν ἑκάστην τῶν ἐννοιῶν ἐναπογράφεται. Πρῶτος δὲ ὁ τῆς ἀπογραφῆς τρόπος, ὁ διὰ τῶν αἰσθήσεων. αἰσθανόμενοι γάρ τινες οἷον λευκοῦ, ἀπελθόντος αὐτοῦ μνήμην ἔχουσιν.* Hanc Stoicorum sententiam tangit etiam Boëthius de Consol. Philos. lib. V. in Metricis, p. 304. sq.: " Quondam *Porticus* attulit Obscuros nimium senes. Qui sensus et imagines E corporibus extimis Credant mentibus imprimi, *Ut quondam celeri stylo Mos est æquore paginæ, Quæ nullas habeat notas, Pressas figere litteras.* Sed mens si propriis vigens Nihil motibus explicat, Sed tantum patiens jacet, Notis subdita corporum; Cassasque in speculi vicem Rerum reddit imagines, Unde hæc sic animus viget Cernens omnia notio?" Proclus in Alcib. pr. p. 281. eadem similitudine utitur: *καὶ (αἱ ψυχαὶ) οὔκ εἰσιν ἄγραφα γραμματεῖα δεχόμενα τοὺς τύπους ἔξωθεν, ἀλλὰ γέγραπται μὲν ἀεὶ, καὶ ὁ γράφων ἐν ἑαυτῷ ἐστι, γινώσκειν δὲ οὐ πᾶσαι τὰ γεγραμμένα δύνανται.* Plato in Protagora p. 326. D: *ἀλλ' ἀτεχνῶς ὥσπερ οἱ γραμματισταὶ τοῖς μήπω δεινοῖς γράφειν τῶν παίδων ὑπογράψαντες γραμμὰς τῇ γραφίδι οὕτω τὸ γραμματεῖον διδόασι καὶ ἀναγκάζουσι γράφειν κατὰ τὴν ὑφήγησιν τῶν γραμμῶν.* Ubi Heindorfius non magis retinere debebat *γραμμάτιον* (*γραμματεῖον* est etiam in Cod. Bodleiano et reductum est a Bekkero:) quam de significatione *γραμμῆς*, ut *literæ*, dubitare. Maximus Tyrius VIII. 2. p. 132. Reisk. Platonis locum ita expressit: *οἷον καὶ τοῖς παισὶν οἱ γραμματισταὶ μηχανῶνται, ὑποχαράττοντες αὐτοῖς σημεῖα ἀμυδρὰ, οἷς ἐπάγοντες τὴν χειρουργίαν, ἐθίζονται τῇ μνήμῃ πρὸς τὴν τέχνην.* Quam imitationem ignorarunt Maximi interpretes.

p. 837, 3. *Εἰ δ' ἐπὶ τῆς ἐναργεστάτης αἰσθήσεως θεωροῖμεν*] Aristoteles de Anima III. 3. p. 56. Sylb. *ἐπεὶ δὲ ἡ ὄψις μάλιστα αἴσθησίς ἐστι, καὶ τὸ ὄνομα ἀπὸ τοῦ φάους εἴληφεν, ὅτι ἄνευ φωτὸς οὐκ ἔστιν ἰδεῖν.*

—9. *οὐδὲ τῷ σφραγίδα λαμβανούσης—βλεπούσης*] Singularis Participii usus pro Infinitivo (*τῷ λαμβάνειν*) solummodo secundum ordinem Constructionis ex Attractione explicandus. Cf. Matthiæ Gr. Gr. §. 555. sqq., ubi tamen, in multis commode appositis exemplis, geminum, quod sciam, locum non reperias. Ad sententiam similiter Plotinus infra p. 461. F: *ἢ οἷον ἐν κηρῷ ἐνσημανθεῖσαι ἀπὸ δακτυλίων σφραγίδες.*—Mox cum Marg. Med. A.,

vel potius cum Ficino, pro *οὕτως* posuimus *οὔπως*. Sed fortasse etiam hoc loco legendum: *τῷ δὲ δὴ διάστημα προστιθεῖσα τῷ ὁράματι* pro *τὸ δὲ δὴ κ. τ. λ.*

p. 837, 18. *οὐκ ἔσται βλέπειν αὐτὰ ἃ ὁρῶμεν, ἐνδάλματα δὲ κ. τ. λ.*] Cf. Porphyrii locum e disputatione super Aristonis placitis, quem posui ad initium hujus capitis p. 452. A. Sequentia Plotiniani loci quod attinet, idem Porphyrius magistri sui vestigia persequitur in his apud Stobæum Eclogg. Physs. I. 51. p. 780. Heeren.: *πάντη δὲ τὸ αἰσθήσει προσχρώμενον τοῖς ἔξω ἐπιβάλλον θεωρεῖ, οὐχ ἑνούμενον ἐκείνοις ἃ θεωρεῖ, ἀλλὰ μόνον τύπον αὐτῶν ἐκ τῆς πρὸς αὐτὰ προσβολῆς λαμβάνον. Ὅταν οὖν ἴδοι ὁ ὀφθαλμὸς τὸ ὁρώμενον, ἀμήχανον ἐν ταυτότητι γενέσθαι τοῦ ὁρωμένου· οὐ γὰρ ἂν ἴδοι, εἰ μὴ ἐν διαστάσει γένοιτο. Ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ ἁπτόμενον, ἐν ταυτότητι γενόμενον, φθαρείη. Ἐξ ὧν δῆλον, ὅτι ἀεὶ ἥτε αἴσθησις, καὶ τὸ αἰσθήσει προσχρώμενον, εἰς τὸ ἔξω φέρεται, εἰ μέλλει τὸ αἰσθητὸν καταλήψασθαι.*

p. 839, 6. *τὰ δ', ὅσα αἰσθήσεις αὐτῶν καὶ κρίσεις, τῶν παθῶν εἰσι γνώσεις*] Similibus fere vocabulis hæc designant Stoici. Cic. de N. D. II. 56: "Sensus autem interpretes ac nuntii rerum —Nam oculi, tanquam speculatores altissimum locum obtinent—et quod cibi et potionis judicium magnum earum (narium) est &c." Cf. etiam Cic. de Legg. I. 9. init. et ad utrumque locum Davisii nostrasque notas. Adhibe etiam Bagueti librum de Chrysippo §. XXIII. p. 62. Plura hic non addo, quoniam de his jam in antecedentibus annott. ad has Enneadas a nobis expositum est.

p. 840, 4. *ὑπὸ μὲν τῶν εὖ παθοῦσα—ὑπὸ δὲ τῶν* (*τῇ* addidi ex libris nostris plerisque) *ὁμοιότητι ἀπατωμένη, καὶ κατιοῦσα ὥσπερ θελγομένη*] De hoc verbo plura diximus ad Proclum in Platon. Alcib. pr. p. 40. ad oraculi versiculum:

τὰς ψυχὰς θέλγοντες ἀεὶ τελεῶν ἀπάγουσιν,

itemque ad p. 257. Cf. etiam supra p. 435. A. ibiq. annott.—Ceterum hujus capitis summam paucorum verborum ambitu comprehendit Porphyrius de Gradibus §. 16. p. 224. Cf. etiam Alcinoi libellum de doctrina Platonis c. XXV. p. 507. sq.

— 16. *Διὸ καὶ τὰ παιδία μνημονεύειν λέγεται μᾶλλον*] Contra Aristoteles de Memoria cap. 1. p. 326. Erasm. p. 29. Sylb. ita: *διόπερ οἵ τε σφόδρα νέοι καὶ οἱ γέροντες ἀμνήμονές εἰσί. ῥέουσι γὰρ, οἱ μὲν διὰ τὴν αὔξησιν, οἱ δὲ διὰ τὴν φθίσιν κ. τ. λ.* Hanc sententiam vel Platoni vel Plotino ipsi tribuit S. Maximus in Sermonn. Excerptt. LII. Tom. II. p. 654. ed. Combesis qui ita: *Πλάτων ἔλεγε τοὺς μὲν νέους σφόδρα καὶ τοὺς γέροντας ἀμνήμονας εἶναι:* ubi ad marg. legitur *Πλωτίνου* Bal. (i. e. Cod. Ballesdens.) *Πλάτωνος*. In margine autem versionis Latinæ est *Plotini*.—Ita illi. Quæ supra p. 392. D. leguntur Plotiniana, ea quodammodo cum Aristotelea sententia laudata possunt comparari, et vero magis congruunt, ex parte quæ leguntur p. seq. (455. C.)—In his decretis plurima Plotino tanquam inventori deberi, neque ante eum a quoquam prolata esse, arbitratur Tiedemannus in libro germanico De Causis Philosophiæ contemplativæ III. p. 354. sq. Cf. autem cum hoc capite Enn. IV. lib. 3. c. 25. et 26—30. in quibus locis haud pauca ad Cartesii et Leibnitzii placita propius accedunt. Mox: *οὐκ ἂν ἐποίησε τὸ πλῆθος ἧττον μνήμας*: conjicere quis possit *μνήμονας*. Sed non opus est.

p. 841, 6. *δηλοῦσι δυνάμωσιν ψυχῆς τὸ γινόμενον ὑπάρχον*] Hæsitasse in hoc loco libri nostri arguunt, et vocis *δυνάμωσις* nullum exemplum offerunt lexicographi. Nam Schneiderum missum faciamus, qui ipsum Verbum *δυναμόω* in dubiis habuit. (Vid. Annot. nostr. in Procli Instit. Theol. §. LXX. p. 110.) Sed Ficinus etiam expressit *δυνάμωσιν*. Quare intactum reliquimus.

p. 842, 15. *Γίγνονται δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ οὐχ οἱ αὐτοὶ μνήμονες καὶ ἀγχίνοι πολλάκις.*] Aristoteles de Memoria et Reminiscentia c. 1. p. 27. Sylb.: *οὐ γάρ οἱ αὐτοί εἰσι μνημονικοὶ, καὶ ἀναμνηστικοὶ, ἀλλ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ μνημονικώτεροι μὲν οἱ βραδεῖς· ἀναμνηστικώτεροι δὲ οἱ ταχεῖς καὶ εὐμαθεῖς.* An vero in sequentibus: *καίτοι οὐκ ἐκώλυε τὸν ἀστινασοῦν ἔχοντα πλεονεξίας ψυχῆς ἀναγινώσκειν τὰ κείμενα*, Plotinus eos designaverit, quos ideas fixas habere hodie dicimus, quærere malo, quam definire: Nec minus, an proxima: *τὸν ταύτῃ ῥυέντα τὴν τοῦ πάσχειν ἀδυναμίαν κεκτῆσθαι* ex Aristotelis verbis desumserit de Memoria I. p. 29: *διὸ καὶ τοῖς μὲν ἐν κινήσει πολλῇ οὖσιν οὐ γίνεται μνήμη, καθάπερ ἂν εἰς ὕδωρ ῥέον ἐμπιπτούσης*

τῆς κινήσεως καὶ τῆς σφραγίδος. Admonent hæc proverbii Græci: *καθ' ὕδατος γράφειν*, quod in eos dicebatur, qui, quæ fieri nequeunt aggrederentur, ut est apud Lucian. Tyrann. c. 22. ejusque Scholiast. Tom. I. p. 643. ed. Wetst. Porphyr. ap. Augustin. de Civ. Dei IX. 23. init.: "Forte magis poteris in aqua impressis literis scribere."

p. 843, 3. *ἢ ὡς πρόχειροι—ἐπιβολαὶ—ἀπατῶσαι.*] Fic. videtur amplexus lectionem Med. B: *πρόχειρον*. Loci autem sententia videtur esse hæc: et aliter quam subitariæ (adeoque temerariæ, vel subito adeoque temere) impressiones ex rebus sensibilibus in iis (hominibus) gignuntur, quæ similitudinibus decipiunt.

LIB. VII.

p. 844, 7. ΠΕΡΙ ΑΘΑΝΑΣΙΑΣ ΨΥΧΗΣ.] Post primum a Plotino conscriptus, igiturque temporis ratione habita, secundus est hic liber, teste Porphyrio de Vita Plotini cap. IV. cf. c. XXV. Atque priore loco est: *περὶ ψυχῆς ἀθανασίας*. Multo magis discrepat inscriptio hujus libri apud Eusebium in P. E. XV. 22. p. 824. Colon. *Πρὸς τοὺς Στωϊκοὺς, ὅτι οὐ δύναται σωματικὴ εἶναι ἡ ψυχὴ. ἀπὸ τοῦ περὶ ψυχῆς Πλωτίνου.* Sed hæc potius Eusebio vel librariis Eusebianorum librorum deberi videtur, licet hoc fortasse inde colligi possit: fuisse olim simpliciorem titulum hujus libri hunc: *περὶ ψυχῆς*. Idem Eusebius in fine Excerpti p. 835. hæc addit: *ταῦτα μὲν ἀπὸ τῶν Πλωτίνου πρὸς τὴν τῶν Στωϊκῶν περὶ ψυχῆς δόξαν, σωματικὴν αὐτὴν φασκόντων εἶναι.* Sed non Stoicorum solum, verum etiam aliorum philosophorum sententias in hoc libro redarguit Plotinus. Atque ipse Porphyrius libri laud. cap. 4. prodit, varie inscriptos fuisse libros, quos viginti et unum primos composuerat philosophus Lycopolites.

Fontes autem hujus libri argumentumque quod attinet, sunt Platonis loci plures, quos respexisse potest Plotinus; ut illa luculenta narratio in libro decimo Reipublicæ p. 614. sqq. p. 502. sqq. Bekk. de Ere Armenio; unde liquido constat, extitisse antiquitus doctrinam aliquam orientalium populorum, qua per significationem (allegorice vulgo dicunt) traditum fuerit de natura hominis et de immortalitate animæ humanæ ejusque, prouti in vita se gesserit, utravis post mortem fortuna. Nec minus huc pertinet locus primarius in Phædro p. 245. C. sq. cui adhibendus est Hermias in eum dialogum p. 114. sq. Sed tamen inprimis pro fonte hujus libri habendus est Phædo p. 78. sq. p. 46. sqq. Bekker. ad quem ita Wyttenbachius p. 197: "Ab hoc Platonis argumento (corporis compositi et animæ simplicis) profectus Plotinus immortalitatis rationes latius et subtilius persecutus est: ut ad hunc locum docuit Olympiodorus Cod. I. p. 63. et 185. Cod. III. p. 38. et 40. quæ referre longum est. Sedes præcipua argumentationis Plotinianæ est Enn. IV. lib. 7. sed partes ejus sparsim per alios libros occurrunt." Idem in Institutionibus Metaphysicis p. 201: "Ex posteris, ait, Philosophis plurimum *Plotinus* incrementi attulit, rationibus ex communione animorum humanorum ac divinæ naturæ repetendis: tum inprimis accuratius demonstranda animi simplicitate, ex illo argumento, quo efficitur vim actionemque cogitandi in corpoream naturam cadere non posse, Enn. IV. lib. 7: quo valet ejusdem argumentatio adversus Aristotelis *ἐντελέχειαν* servata in Eusebii Præparatione Evangelica XV. 10." (Tu vide eam supra p. 364. b. c.) Cf. etiam Alcinoum de doctrina Plat. c. XXV. Omnino cum hac Plotiniana disputatione comparandum Aristoteleum opus de Anima, inprimis lib. III. c. 4. Huc item facit insignis locus Joannis Philoponi in libris adversus Proclum. Qui quidem ita tradit VII. 4.: *φαίνονται γὰρ ἔτι ἐν τῷ σώματι οὖσαι αἱ ψυχαὶ, ἐπειδὰν τῆς πρὸς αὐτοσχέσεως καὶ προσπαθείας ἀπαλλάξωσι, χωρισταὶ καὶ ἀσχέτους παντὸς σώματος τὰς νοερὰς ἐνεργείας ποιούμεναι. Ποῖον γὰρ μόριόν φησιν Ἀριστοτέλης ἢ πῶς ὁ νοῦς συνέξει χαλεπὸν καὶ πλάσαι. οὐκοῦν ἀνάγκη πᾶσα, καὶ τὴν οὐσίαν τῆς ψυχῆς, ἐξ ἧς ἡ τοιαύτη ἐνέργεια πρόεισι, χωριστὴν καὶ ἄσχετον εἶναι παντὸς σώματος, ὥσπερ οὖν καὶ Πλάτωνι καὶ τοῖς ἀρίστοις ἅπασι τῶν φιλοσόφων ἔδοξεν, ἐντεῦθεν γὰρ αὐτῆς καὶ τὴν ἀθανασίαν ὁ Πλωτῖνος συνελογίσατο, δείξας ἐκ τῶν χωριστῶν αὐτῆς ἐνεργειῶν ὡς καὶ τὴν οὐσίαν αὐτῆς χωριστὴν εἶναι ἀνάγκη καὶ διὰ τοῦτο ἀθάνατον.* Platonis aliorumque philosophorum de hac re sententias enumerat Plutarchus de Placc. philoss. IV. 7. Plotinianam Porphyrius de Gradibus §. 18. sqq. Quod vero Eusebius in P. E. XV. 22.

hanc Plotini argumentationem exhibuit, id nos admonet Ecclesiæ Patrum. E quibus antiquissimi, qui naturæ humanæ trichotomiam statuebant, (cf. infr. p. 467. B. c. 14.) Alexandrini præsertim, Platonis fautores, ita docebant: Corpus (τὸ σῶμα) natura sua esse mortale; animam carnalem (ψυχὴν σαρκικὴν) posse mori et dissolvi (λύεσθαι), neque tamen necessario hoc fieri, sed posse etiam immortalitatis fieri participem. Animam autem spiritualem, mentem, (ψυχὴν πνευματικὴν) natura ipsam sua esse immortalem. (Vid. Tatian. adv. Græcos p. 150. sq. Theophil. ad Autolycum II. p. 101. Justini Dialog. cum Tryphone p. 222. et cf. Herm. Olshausen. Comm. de antiquissimorum Ecclesiæ Græcæ patrum de immortalitate animorum sententiis. Regiomonti 1827.) Nonnulla huc pertinentia ex scriptoribus ecclesiæ nuper admodum e Codd. eruit et in Vaticana Collectione Scriptt. Vett. exhibuit Angelus Maius Tom. I. part. III. p. 76. sqq., Gregorius etiam Nyssenus de Anima p. 91. ed. Paris. ita: *κοινῇ μὲν οὖν πρὸς πάντας τοὺς λέγοντας σῶμα τὴν ψυχὴν ἀρκέσει τὰ παρὰ Ἀμμωνίου τοῦ διδασκάλου Πλωτίνου καὶ Νουμηνίου τοῦ Πυθαγορικοῦ εἰρημένα.* E recentioribus haud pauci nostrum librum attigerunt. E quibus nominasse sufficiat Hugonem Grotium De Veritate Religionis Christianæ I. 23. Cudworth. in System. Intellectt. C. V. Sect. III. §. XLII—XLVI. p. 1110—1114. Moshem. Tiedemann. in: Geist der Spekulat. Philos. III. p. 337. sqq. qui ceterum in Plotinum vituperandum pronior, hoc tamen ei tribuit, ut animæ incorporeæ primarium eum assertorem dicat, et plurima, quæ deinceps a philosophis pro hac causa disputata sint, jam in his Plotini libris parata suppetere, pronuntiet. Anglice vertit hunc librum Thomas Taylor in Select Works of Plotinus p. 221. sqq. Franciscus autem Vigerus Eusebianum textum sæpius ex Plotini editione mutavit, nonnunquam temere.

p. 844, 13. *εἶτ' οὖν ὡς ὄργανον ἡμῖν, εἴθ' ἕτερον τρόπον προσηρτημένον. Ἀλλ' οὖν διηρήσθω γε ταύτῃ, καὶ ἑκατέρου τὴν φύσιν τε καὶ οὐσίαν καταθεατέον*] Ita partim ex Eusebio, partim ex libris nostris locum constituimus: sive igitur tanquam instrumentum sive alia ratione nobis adjunctum est: sed tamen ita distinguendum est, et utriusvis natura essentiaque dispicienda est. De corpore tanquam instrumento animæ vel vehiculo multi multa. Vid. modo Platonis Alcib. pr. p. 130. a. p. 360. Bekk. et Olympiodor. in eum p. 4. sq. et cf. Wyttenbach. ad Plutarch. de S. N. V. p. 97. sq. Addam locum Athanasii Alexandrini ex Orat. contra Gentes Vol. I. p. 35. ed. Colon.: *τί οὖν ἂν εἴη τοῦτο πάλιν, ἡ ψυχὴ λογικὴ καὶ ἀθάνατος; καὶ γὰρ οὐκ ἔξωθεν ἀλλ' ἔνδοθεν αὕτη τῷ σώματι, ὡς ὁ μουσικὸς τῇ λύρᾳ ἐνηχεῖ τὰ κρείττονα.* Deinde hæc latius explicat, ita ut Plotini librum *de sensu* et *memoria* legisse videatur, pergitque: *—ταῦτα γὰρ οὐδὲν ἕτερον, ἢ ψυχὴν λογικὴν ἀποδείκνυσιν ἡγεμονεύουσαν τοῦ σώματος. οὐδὲ γὰρ ἑαυτὸ τὸ σῶμα πέφυκεν ἐλαύνειν, ἀλλ' ὑφ' ἑτέρου ἄγεται καὶ φέρεται, ὥσπερ οὐδὲ ἵππος ἑαυτὸν ὑποζεύγνυσιν, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ κρατοῦντος ἐλαύνεται. κ. τ. λ.* Nam in sequentibus etiam Platonis locum classicum in Phædro ante oculos habuit. Quem eundem imitatus est Basilius Magnus in Constitutt. Vitæ Monasticæ c. II. T. II. p. 670. sq. ed. Paris. 1618.

p. 845, 9. *καὶ ταύτῃ φθορὰν ἂν ὑπομένοι·*] In aliquot libris extrema syllaba præcedentis vocabuli oppressit voculam *ἄν*. Sententia est: *Et ita quoque interitum patiuntur: ταύτῃ* i. e. *τούτῳ τῷ τρόπῳ.* Vid. Hesych. in voc. Cf. Platon. Sympos. p. 208. E. Lexicon Xenophont. III. p. 368. f. et Blomfield. ad Æschyli Prometh. 197. in Glossario.

— 11. *Τὸ δὲ κυριώτατον καὶ αὐτὸς ὁ ἄνθρωπος εἴη ἂν, ἢ κατὰ τὸ εἶδος, ὡς πρὸς ὕλην τὸ σῶμα,*] Liberavi Eusebii et aliquot codicum nostrorum ope Plotini orationem ab inepto additamento. Vidit etiam Vigerius, nisi quod interpunctionem minus commodam invexit.—Mox ad verba: *ἑκατέρως δὲ ἡ ψυχὴ αὐτὸς* tene hæc Eustathii ad Iliad. *α.* v. 4. de usu Homerico p. 19. p. 17. ed. Lips. inf.: *ἰστέον γὰρ ὅτι τὸ αὐτὸς ποτὲ μὲν ἐπὶ μόνου σώματος, ὡς προείρηται, ποτὲ δὲ ἐπὶ μόνης ψυχῆς, ὡς ὅτε φησὶν ἐν Ὀδυσσείᾳ* (X. 601.) *περὶ Ἡρακλέους ὅτι αὐτὸς δὲ μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι τερπόμενος ἔχει καλλίσφυρον Ἥβην* (tu confer Plotinum supra p. 7. C.) *ποτὲ δὲ ἐπὶ τοῦ συναμφοτέρου ἤτοι τοῦ συνθέτου ἀνθρώπου.* De hoc primario placito Platonicorum consule Segaar ad Clement. Alex. Quis dives salv. p. 290. sqq. et annot. nostr. in Olympiodor. in Alcib. pr. p. 171. ubi

Basilii Magni Tom. II. p. 18. C. locum geminum apposui.

p. 845, 14. *ἢ σῶμα μὲν ὂν πάντως ἀναλυτὸν*] Ita scripsi cum Mon. B. et Med. A. licet plurimi libri et ipse Eusebius *ἀναλυτέον*. Edit. habet *ἀναλύον* corrupte. Seager. ad Thesaurum Steph. Londin. p. 5867. D. ex uno Origenis loco contra Cels. IV. p. 169. Spene laudat *ἀναλύτος*. Debebat *ἀναλυτὸς*, ut ibi recte legitur, ratioque postulat. (Vid. Athenæum VIII. p. 338. b. c. p. 246. sq. Schwgh.) Addendus igitur Lexicis est noster locus.

p. 846, 10. *καὶ οἷς γε δοκεῖ εἶναι καὶ στοιχεῖα—ἐλέχθησαν εἶναι.*] Adoptavimus interpunctionem Vigerii ad Euseb. p. 78. extr. qui ita explicat: "Et si quibus, præter hæc, alia quædam elementa esse placet, ea tamen nec animos ipsi vocant, sed corpora, nec vitam ex sese habere volunt." Utrum autem his verbis Aristotelem tangat, qui, præter quatuor illa initia sive elementa, quintam quandam corporis essentiam diviniorem et priorem ceteris statuebat (de Cœlo I. 2. p. 4. Sylb.) quærere malo, quam decernere.

— 12. *Εἰ δὲ ἕκαστον ζωὴν ἔχει κ. τ. λ.*] Vid. Cudworth. Syst. Intell. p. 1110. Tiedemann. in: *Geist. der spekulativen Philosophie* III. p. 309. hæc Plotini disputata non minus nova, quam acuta, dicens, *Spiritualismo*, quem vocant, universo fundamenti usum præstare contendit.

— 14. *Καὶ δὴ καὶ οὐχ ὑπωσοῦν κραθέντα—γίγνεσθαι*] Taylor hæc, uti plerumque facit, ad Ficini mentem expressit, addens notulam: "The words *ἢ νοῦν, ἢ ψυχὴν*, are omitted in the original; but from the version of Ficinus it appears that they ought to be inserted." Sed viro optimo, uti sæpius, ita hic quoque illud fraudi fuit, quod nesciret Ficinum ubi perspicuitati consulere vellet, sua verba, sententiasque adeo, interponere Plotinianis. Nec hoc loco Eusebius aut ullus Codex Plotini illa verba agnoscit.

p. 847, 1. *Εἰ δέ τις μὴ οὕτως, ἀλλ' ἀτόμους κ. τ. λ.*] Suspicor *τῇ ὁμοπαθείᾳ*, quod secunda manus posuit in Vind. A. Ceterum editionis Plotinianæ lectionem, libris nostris confirmatam, Eusebianæ prætuli. Mox Vigerius suspicatur: *ἐκ δὲ ἀμερῶν οὐδὲ σῶμα οὐδὲ μεγεθ' α. γ.* Sed nec Eusebius nec nostri libri adstipulantur, e quibus aliquot offerunt *οὐ μεγ.* Neutrum placet. Supra p. 390: *μνήμην δὴ περὶ θεὸν οὐδὲ περὶ τὸ ὂν καὶ νοῦν θετέον*, ubi de hac Ellipsi dictum est.— Tangit autem Plotinus h. l. Democriti Epicurique de animæ natura sententias, de quibus vid. Aristotel. de Anima I. 2. Plutarch. de Placitt. Philoss. IV. 3. Stobæi Eclogg. I. 52. p. 796. Heer. Diog. Laërt. IX. 44. Cic. Tuscull. I. 9. Idem ibid. 1. 11: "Democritum enim, magnum illum quidem virum, sed levibus et rotundis corpusculis efficientem animum cursu quodam fortuito, omittamus: nihil est enim apud istos, quod non atomorum turba conficiat." Gregorius Nyssenus de Anima et Resurrectione p. 184. sq. ed. Paris. ann. 1638: *ἡ οὖν ψυχὴ μετὰ τοῦτο ποῦ ἔσται; εἰ μὲν ἐν τοῖς στοιχείοις εἶναί τις λέγοι τὴν αὐτὴν εἶναι, τούτοις κατ' ἀνάγκην συνθήσεται* (Leg. *εἰ μὲν ἐν τοῖς στοιχείοις εἶναί τις λέγοι, τὴν αὐτὴν τούτοις κατ' ἀνάγκην συνθήσεται*)· *οὐ γὰρ ἂν γένοιτό τις τοῦ ἑτεροφυοῦς πρὸς τὸ ἀλλότριον μίξις, καὶ εἰ ταῦτα εἴη, ποικίλη τις πάντως ἀναφανήσεται ἡ πρὸς τὰς ἐναντίας μεμιγμένη ποιότητας. τὸ δὲ ποικίλον ἁπλοῦν οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἐν συνθέσει θεωρεῖται πάντως· πᾶν δὲ τὸ σύνθετον καὶ διάλυτον* (Leg. *διαλυτὸν*, cf. supra ad *ἀναλυτὸν*, hac ipsa pagina A.) *ἐξ ἀνάγκης· ἡ δὲ διάλυσις φθορὰ τοῦ συνεστῶτός ἐστι. τὸ δὲ φθειρόμενον οὐκ ἀθάνατον.* Deinde: *καὶ ἡ διδάσκαλος ἠρέμα τοῖς ῥηθεῖσιν ἐπιστενάξασα τάχα που ταῦτα καὶ τοιαῦτά, φησι, πρὸς τὸν ἀπόστολον ἐν Ἀθήναις ποτὲ συστάντες προέφερον στοϊκοὶ* (leg. Στωϊκοὶ) *τε καὶ Ἐπικούρειοι* (Actor. XVII. 18.)· *καὶ γὰρ ἀκούω πρὸς ταῦτα μάλιστα τὸν Ἐπίκουρον ταῖς ὑπολήψεσι φέρεσθαι, ᾧ τυχαία τις καὶ αὐτόματος ἡ τῶν ὄντων ὑπενοήθη φύσις, ὡς οὐδεμίας προνοίας διὰ τῶν πραγμάτων διηκούσης· καὶ διὰ τοῦτο κατὰ τὸ ἀκόλουθον καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ζωὴν* (fort. excidit *ζωπυρεῖσθαι*) *πομφόλυγος δίκην* (cf. Scholion ad h. l. et adhibe Wyttenb. ad Plutarch. de S. N. V. ed. Ox. p. 424;) *ᾧετο πνεύματι τοῦ σώματος ἡμῶν περιτεθέντος ἕως ἂν περικρατῆται τὸ πνεῦμα τῷ περιέχοντι· τῇ δὲ διαπτώσει τοῦ ὄγκου καὶ τὸ ἐναπειλημμένον* (leg. *ἐναπειλημένον*, intus cohibitum s. conclusum) *συγκατασβέννυσθαι.*

— 7. (*ὕλη γάρ, ἄποιον·*)] Plato in Tim. p. 50. p. 61. Bekk. Cf. Wyttenb. ad Plutarch. VI. 2. p. 661. sq. Porphyr. de Gradib. §. XXI. et vid. annott. in Proclum in Alcib. pr. p. 318. et supra ad p. 315. G. Mox cum Euseb. et libris

nostris pæne omnibus dedi *ἐπιφέρειν τὴν ζωὴν* pro *ἔχειν τὴν ζωήν*.

p. 847, 10. *Εἰ δὲ πάθημα τῆς ὕλης, ἀλλ' οὐκ οὐσίαν φήσουσιν εἶναι*] Tangit Aristoxeni et Dicæarchi sententias. De illo supra vidimus ad p. 307. E. Hoc loco obiter corrigam Gregorium Nyssenum de Anima p. 95. ed. Paris. 1638. *ἐπεὶ δὲ καὶ Δείναρχος* (leg. *Δικαίαρχος*) *ἁρμονίαν ὡρίσατο τὴν ψυχήν*. Idem vitium bis eluendum est ibid. p. 90. Accurate examinat hanc sententiam de Anima tanquam harmonia Plotinus apud Eusebium P. E. XV. 22. p. 834. sq. De utroque vid. Cic. Tuscull. I. 10. De Dicæarcho ibidem: " Nihil esse omnino animum, et hoc esse nomen totum inane, frustraque animalia et animantes appellari; neque in homine inesse animum vel animam, nec in bestia; vimque omnem eam, qua vel agamus quid vel sentiamus, in omnibus corporibus vivis æquabiliter esse fusam, nec separabilem a corpore esse; quippe quæ nulla sit: nec sit quicquam, nisi corpus unum et simplex, ita figuratum, ut temperatione naturæ vigeat et sentiat." Cf. c. 22. (ubi etiam de Aristoxeno.) Adde de Dicæarcho Sext. Empir. adv. Math. VII. 349. et Pyrrhonn. Hypotypp. II. 31. ibiq. Fabric. p. 74. Plutarch. de Placitt. Philoss. IV. 2. et Atticum ap. Euseb. P. E. XV. 9. p. 810. A. B.—Mox verba: *δεῖ ἄρα τι εἶναι τὸ χορηγὸν τῆς* (præstat fortasse Eusebii lectio omittentis articulum) *ζωῆς κ. τ. λ.* admonent hujus loci in Constitt. Monast. Basilii Magni c. 2. p. 676: Paris. 1618: *Διττὴν γὰρ οἶμαι τῆς ψυχῆς ἔγωγε εἶναι τὴν δύναμιν, μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς ὑπαρχούσης· τὴν μέν τινα τοῦ σώματος ζωτικὴν, τὴν δὲ ἑτέραν, τῶν ὄντων θεωρητικὴν ἣν δὴ καὶ λογιστικὴν ὀνομάζομεν. ἀλλὰ τὴν μὲν ζωτικὴν δύναμιν, ἐπεὶ συγκεκρατεῖν·* [an *συγκέκραται?*] *τῷ σώματι, ἡ ψυχὴ φυσικῶς διὰ τὴν σύγκρασιν καὶ οὐκ ἐκ προαιρήσεως χορηγεῖ. ὥσπερ γὰρ ἥλιον οὐχ οἷόν τε ἐπιλάμψαντα μὴ φωτίσαι τοῦτο, καθ' οὗ τὰς αὐγὰς ἤνεγκεν, οὕτω ψυχὴν ἀμήχανον μὴ ζωοποιεῖν σῶμα, ἐν ᾧ ἂν ἐγγένηται.* Quæ si cum superioribus Plotini p. 448. D. E. comparaveris, suspiceris Basilium a Plotini lectione recentem hæc scripsisse.

p. 848, 7. *διδοὺς αὐτῷ* (*τῷ σώματι* scil.) *ψυχῆς τάξιν μέχρι τῶν ὀνομάτων ἀέρι καὶ πνεύματι*] Cic. Tuscull. I. 9: " Animum autem alii animam, ut fere nostri: Declarat nomen. (ut fere nostri declarant nomine). nam et *agere animam* et *efflare* dicimus, et *animosos*, et *bene animatos*, et *ex animi sententia*: ipse autem animus ab anima dictus est." Et potuit Plotinus ipse talia cum Romæ ageret audisse.—Cæterum fortasse hanc Plotini disputationem respexit, aut certe similem in his Enneadibus, ubi Plotini mentionem faciens *ζωὴν ῥυεῖσαν καὶ διασπασθεῖσαν* attingit Julianus Imperator Orat. VII. p. 222. ed. Spanh.

— 17. *ἔννουν τὸ πνεῦμα καὶ πῦρ νοερὸν τιθέμενοι,*] Constat aëra Anaximeni, ignem Heraclito postea Stoicis animam dictam. Cic. Tuscull. I. 9. ibiq. Davis. de Nat. Deorr. III. 14. ibiq. interprr. ubi p. 544. hunc Plotini locum attigimus. Diogen. Laërt. II. 3. VIII. 51. sq. IX. 1. cf. et Wyttenbachii Annotat. in Platonis Phædon. p. 254. Adde Baguet. de Chrysippo p. 78. sq. p. 103. 182. 307. sqq.

p. 849, 5. *τί τὸ πολυθρύλλητον αὐτοῖς πως ἔχον,* Ita necessario scribendum fuit pro *πῶς ἔχον*. Tangere autem his verbis videtur illud quartum nomine carens (*ἀκατονόμαστον*), quod in Anima describenda usurpabant Epicurei (Plutarch. de Placitt. Philoss. IV. 3. p. 623. Wytt.) vel illud *τρόπον τινὰ*, quod in eadem re usurpat Chrysippus Stoicus ap. Plutarchum de Stoicorum Repugnantt. p. 1053. C. p. 292. Wytt.—Ad proxima: *φύσιν δραστήριον* adhibe Nostri verba infra p. 592. extr.: *εἰ τοῦτο, μήδ' ὕλην ἔχειν ἤ ποιά. εἰ τοῦτο, ἀσώματα εἶναι καὶ δραστήρια.*

— 12. *καὶ ψυχὴν, καὶ θεὸν, καὶ ὄνομα τὰ πάντα,*] Sic scripsi cum Eusebio ejusque interprete Vigerio. De his formulis, *ὄνομα, ὄνομα μόνον, ὄνομα ἄλλως*, diximus ad pag. 373. E. Mox cum plurimis libris posui *πάλιν αὖ*. De quo vid. supra ad p. 411. extr.

p. 850, 9. *καὶ δὴ καὶ χρόαν.*] Nimirum quatenus animæ vehiculum colores induit. Qua de re exposuit Wyttenbach. ad Plutarch. de S. N. V. p. 111. p. 442. ed. Oxon.

p. 851, 11. *τὸ μέν τι ἀποῤῥεύσεται αὐτοῦ—πῶς οὖν ἡμῖν αἱ μνῆμαι;*] Verbum *ἀποῤῥεῖν* sæpius de memoria usurpatur adjuncto etiam: *τῆς μνήμης*. Vid. Wyttenb. ad Plut. Apophth. Regg. p. 1124. Idem verbum, sed aliter de memoria usurpatum, vidimus supra p. 455. E. Quod deinde addit argumentum ex memoriæ constantia ductum, conjuncta est hæc res cum doctrina Platonica

ἀναμνήσεως, de qua vide Wyttenbachio laudata ad Phædon. Annotat. p. 184. Adde Alcinoum de Doctrina Platonis c. 25. p. 507: *εἴγε μὴν αἱ μαθήσεις ἀναμνήσεις εἰσὶν, ἀθάνατος ἂν εἴη ἡ ψυχὴ*, quæ in sequentibus uberius explicat. Mox pro *φύσις δὲ σώματος μεριζομένη εἰς πλείω* (Euseb. *μεριζομένου*) dedi ex plurimis libris *μεριζόμενον*: natura autem corporis aliquid est, quod in plura distribuatur. Cum iisdem et cum Eusebio ita disposui: *ἕκαστον μὴ τὸ αὐτὸ εἶναι τῶν μερῶν τῷ ὅλῳ* pro *ἑ. τῶν μερῶν μ. τ. α. ἐ. τ. ὁ.*, quæ est Editionis lectio. Tum pro *εἰ οὖν τοσόνδε—ὃ ἐὰν* posui cum Euseb. et plurimis nostris *εἰ τοσόνδε—ὃ ἄν.*—Mox de verbo *ἀποσώζειν* vid. supra ad II. 9. 8. p. 206. E.

p. 852, 11. *καὶ προσέτι, εἰ ψυχῆς ἑκάστης τὸ μέγεθος ὡρισμένον ἔσται ἐφ' ἑκάτερα, ἢ ἐπὶ τὸ ἔλαττόν γε ἢ ἐπὶ τὸ μεῖζον, ψυχὴ οὐκ ἔσται.*] Ita cum Eusebio et Vigerio legendum arbitror: "Porro, si cujusvis animæ magnitudo suis utrimque terminis circumscripta erit vel ad minus quidem, vel ad majus, anima non erit." Ad sequentia: *ὅταν δίδυμα γένηται γεννήματα, ἢ καὶ—πλεῖστα* adhibe ea, quæ posuimus infra ad p. 541. A. sive ad V. 7. 3.

— 17. *τοῦτο ἐν τῇ αὐτοῦ οὐσίᾳ τὸ ποσὸν εἶναι ὑπερβέβηκεν.*] Hanc disputationem, qua Platonis disputatio integratur, paucis verbis comprehendit Porphyrius de Gradibus XVIII. p. 225: *ἡ ψυχὴ, οὐσία ἀμεγέθης, ἄϋλος, ἄφθαρτος. ἐν ζωῇ παρ' ἑαυτῆς ἐχούσῃ τὸ ζῆν κεκτημένη τὸ εἶναι.* Cf. etiam Aristotelem de Anima I. 3. p. 11. med. Sylb. Addam locum Athanasii, cum verbis, tum sententia, haud dissimilem Plotiniani, Contra Gentes p. 36. ed. Colon. 1686: *ἡ γὰρ κίνησις τῆς ψυχῆς οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ ἡ ζωὴ αὐτῆς· ὥσπερ ἀμέλει καὶ τὸ σῶμα τότε ζῆν λέγομεν, ὅτε κινεῖται, καὶ τότε θάνατον αὐτοῦ εἶναι, ὅτε τῆς κινήσεως παύεται. τοῦτο δὲ καὶ ἀπὸ τῆς ἐν σώματι καθάπαξ ἐνεργείας αὐτῆς φανερώτατον ἄν τις ἴδοι. εἰ γὰρ καὶ ὅτε τὸ σῶμα ἐπιβέβηκε καὶ συνδέδεται τούτῳ, οὐ κατὰ τὴν τοῦ σώματος σμικρότητα συστέλλεται καὶ συμμετρεῖται, ἀλλὰ πολλάκις ἐπὶ κλίνης τούτου κειμένου καὶ καὶ μὴ κινουμένου ὡς ἐν θανάτῳ κοιμωμένου* (Leg. *ε. κλ. τ. κειμένου καὶ μὴ κινουμένου καὶ ὡς ἐ. θ. κ.*) *αὕτη κατὰ τὴν ἑαυτῆς δύναμιν γρηγορεῖ, καὶ ὑπερεκβαίνει τὴν τοῦ σώματος φύσιν.*——Nostrum autem locum suis disputationibus adhibuit Cudworth. Syst. Intell. p. 1023. et præsertim p. 1110; quem consulito.

p. 853, 3. *Ὅτι δὲ εἰ σῶμα εἴη ψυχὴ—ἐκ τῶνδε δῆλον. Εἴ τι μέλλει αἰσθάνεσθαί τινος κ. τ. λ.*] Præter locos Platonicos, quos ad proxima capita indicavimus, et infra ad hoc caput indicabimus, adhibendi sunt Aristotelei loci de Memoria Cap. I. p. 28. sqq. Sylb. de Sensu et Sensibil. cap. 6. p. 19. de Anima lib. I. c. 3. Excerpsit autem hoc caput Plotini et explicavit partim vir intelligentissimus harum rerum Cudworth. in System. Intellect. p. 1111. sq. Cujus disputationem nostros lectores hoc magis pertractare velimus, quo minus nobis in hoc annotandi officio licet philosophi partes agere.

p. 854, 18. *οὐκ ἂν ἄλλον τρόπον γένοιτο τὸ αἰσθάνεσθαι, ἢ οἷον ἐν κηρῷ ἐνσημανθεῖσαι ἀπὸ δακτυλίων σφραγῖσες—τῶν αἰσθητῶν ἐνσημαινομένων—ἄλλους (τύπους) ἐνσημαίνεσθαι*] Non recedendum existimavi a librorum nostrorum auctoritate, eaque neglecta h. l. Eusebio obtemperandum. Nunc unum attingam locum Dionis Chrysostomi illuc referendum. Is Orat. XII. p. 214. p. 409. Reisk. de Homero ita: *τὰ μὲν, ἁπλῶς τιθέμενος ὀνόματα τοῖς πράγμασι· τὰ δ' ἐπὶ τοῖς κυρίοις ἐπονομάζων· οἷον σφραγῖδα σφραγῖσιν ἐπιβάλλων ἐναργεῖ, καὶ μᾶλλον εὔδηλον*: ubi haud dubie cum Reiskio legendum *ἐναργῇ*, vitio per Iotacismum orto, etiamsi *σφραγῖδι* pro *σφραγῖσι* non necesse habeas. Videamus de Verbo, quod h. l. ter usurpavit Plotinus. Plato in Cratylo p. 395. a. p. 28. Bekk. *σημεῖον δ' αὐτοῦ* (*δὲ αὐτοῦ* Cod. Darmst.) *ἡ ἐν Τροίᾳ μονὴ τοῦ πλήθους τε καὶ καρτηρίας* (ita Cod. Darmst. et præstantissimus Bodleianus, et ita locum ab Heindorfii mutatione vindicatum exhibuit Bekkerus); *ὅτι οὖν ἀγαστὸς κατὰ τὴν ἐπιμονὴν οὗτος ὁ ἀνὴρ ἐνσημαίνει τὸ ὄνομα ὁ Ἀγαμέμνων.* Similiter Theodoretus Vol. V. p. 94. Schulz. in sententia simili *ἐνσημαίνειν* pro verbo simplici usurpat: *καὶ Ἰωάνιην ἀριδήλως προσονομάζει, ὃ σωτηρίαν τοῖς λαοῖς ἐνσημαίνει καὶ τῶν ἐσομένων ἀγαθῶν μήνυσιν.* Idem p. 96: *ἀλλ' ὥστε τὸν πόθον ἐνδείξασθαι καὶ τὰ τῆς ἡμέρας ἐνσημᾶναι χαρμόσυνα.* Sed Plotinus hic ante oculos habuit alios locos Platonis: de Republ. II. p. 377. B. *μάλιστα γὰρ δὴ τότε πλάττεται καὶ ἐνδύεται τύπος ὃν ἄν τις βούληται, ἐνσημήνασθαι* et præcipue hæc in Theæteto p. 191. d. p. 281.

Bekk.—*ὅτι ἂν βουληθῶμεν μνημονεῦσαι ὧν ἴδωμεν ἢ ἀκούσωμεν ἢ αὐτοὶ ἐννοήσωμεν, ὑπέχοντες αὐτὸ ταῖς αἰσθήσεσι καὶ ἐννοίαις, ἀποτυποῦσθαι, ὥσπερ δακτυλίων σημεῖα ἐνσημαινομένους.* De vi Activi ed. Medii vid. Pollux in Onomast. V. 149. Sturz. Lex. Xenoph. II. p. 192. Valcken. ad Callimach. Elegg. Fragg. p. 212. et Boissonad. ad Philostrati Heroica p. 286. et p. 294. —Quas vero Platonis l. l. imitationes indicaverunt viri docti, Ast. ad Reipubl. l. l. p. 427. Wyttenbach. ad Plutarch. p. 832. et Jacobs. in Lectt. Stobenss. p. 41., eas in ipsorum commentariis sectabitur Græcæ elegantiæ studiosus: ego paucula subjiciam conjunctiora cum loci nostri argumento: Aristoteles de Memoria c. 1. p. 29. Sylb.—*οὗ φαμεν τὴν ἕξιν εἶναι μνήμην· ἡ γὰρ γινομένη κίνησις ἐνσημαίνεται, οἷον τύπου τινὰ τοῦ αἰσθήματος, καθάπερ οἱ σφραγιζόμενοι τοῖς δακτυλίοις.* Scriptor incertus, sub Socratis nomine latens, ap. Stob. Floril. LIV. p. 369. p. 409. Gaisford. de Cornu Amaltheæ: *κατὰ δὲ τὸ κέρας τοῦ βοὸς τοῦ ἐργατικωτάτου ὄντος τὸν ἐργάτην ἐνσημαίνεσθαι.* Quæ eadem leguntur in Arsenii Violeto. Gregorius Nazianz. Orat. II. de Filio p. 216. ed. Basil.: *ἢ πότε τοῦ πατρὸς ταῦτα προενεργήσαντος, ἢ δῆλον ὅτι τῶν αὐτῶν τοὺς τύπους ἐν σημαίνεται* (lege *τοὺς τύπους ἐνσημαίνεται*) *μὲν ὁ πατὴρ, ἐπιτελεῖ δὲ ὁ λόγος, οὐ δουλικῶς, οὐδὲ ἀμαθῶς, ἀλλ' ἐπιστηματικῶς τε καὶ δεσποτικῶς, καὶ οἰκειότερον εἰπεῖν πατρικῶς.* Pythagoras ap. Ovidium Metamorph. XV. 169. sq. in Planudea versione p. 664. ed. Boisson. *ὡς δὲ κηρὸς εὐπειθὴς καινοῖς ἐνσημαίνεται χαρακτῆρσιν ἀεὶ, καὶ οὐ μένει μὲν ὥσπερ δῆτα καὶ ἦν, οὐδὲ τοὺς αὐτοὺς τύπους φυλάττει, ὅμως δ' ὁ αὐτός ἐστιν· οὕτω διὰ παντὸς τὴν αὐτὴν μὲν εἶναι ψυχὴν ἀναδιδάσκω, εἰς διάφορα δὲ μεταφοιτᾷν σώματα.*

p. 856, 3. *τὸ δὲ ἀληθὲς, ἑκάστην ἐκείνων, μὴ* (sc. *αἰσθέσθαι*) *τοῦ ἐν τῷ δακτύλῳ ἀλγήματος, ἀλλὰ τὴν μὲν ἐφεξῆς τῷ δακτύλῳ κ. τ. λ.*] Vigerio, qui mancum Eusebii contextum ex Plotiniano explevit, " Hæc et sequentia satis impedita longe magis intricare Ficinus videtur." Ego nihil magnopere impeditum video, nec, quid intricaverit Ficinus, intelligo. Neque Cudworthus, qui in Systemate Intell. p. 1112. sq. hunc Plotini locum tractavit, quidquam aut de Græcis Plotini aut de Latinis Ficini conqueritur. Cæterum de *διαδόσει* exposui supra ad p. 363. E.; qui universus locus nostro cum capite conferri debet. Hic verbo admonebo illius dubitationis ap. Gregor. Nyssen. de Anima p. 94:—*ἀμφιβάλλεται γὰρ εἴτε τὸ σῶμα μόνον ἐστὶ τὸ ἀλγοῦν, λαβὸν παρὰ τῆς ψυχῆς τὴν αἴσθησιν, αὕτη δὲ μένει ἀπαθής. εἴτε καὶ συναλγεῖ τῷ σώματι.* De quo ibi plura disputantur.

— 12. *δεῖ τοιοῦτον τίθεσθαι τὸ αἰσθανόμενον, οἷον—εἶναι*] Vigerius vertit: " Omnino quippe magnitudinis partes aliæ atque aliæ *cum* (*εἰ* est in Eusebio neque vero in ullo Codice Plotini e nostris), ejusmodi oportet esse quod sentitur, ut unum et idem ubique permaneat"—addens in notis *τὸ αἰσθανόμενον* h. l. active accipi non debere. Infeliciter. Etenim contraria docet totius disputationis nexus et ratio. Tu consule Cudworthum, qui universam hanc argumentationem illustravit, et quem etiam in eo secutus sum, ut verba *παντὸς γὰρ μεγ.—τὸ δὲ ἄλλο ἐστί* in Parenthesi incluserim. Recte etiam Taylor active expressit *τὸ αἰσθανόμενον*: " the power which perceives."

p. 857, 4. *Πῶς οὖν μέγεθος ὂν, τὸ μὴ μέγεθος νοήσει, καὶ τῷ μεριστῷ τὸ μὴ μεριστὸν νοήσει*] Ita plurimi libri nostri et Euseb. In marg. Ed. pro *τῷ μεριστῷ* scriptum est *τὸ μεριστόν*. Sed illud præstat, et retinuit etiam Cudworth; quem consule de hoc quarto Plotini argumento disputantem p. 1113. sq.

— 9. *αὐτὸ ἑκάστου, ἀνάγκη,—γιγνώσκειν.*] Ita libri etiam nostri. Eusebius contra: *αὐτὸ ἕκαστον*, quam lectionem potiorem censet Vigerius et Latina versio Eusebii ita habet: " id etiam quod intelligat, ita demum, si corpore liberum aut sit, aut fiat, cognoscere necesse est." In Eusebio antea legebatur *τὸν νοῦν σώματος καθαρὸν ὄντα, ἐγγιγνόμενον γιγνώσκειν.* Vigerius suspicatur: *τὸ ἐγγιγνόμενον*: *quod ipsa in mente imprimatur.* Male.

— 17. *Πῶς δ' ἂν καὶ σώματος ὄντος τῆς ψυχῆς, ἀρεταὶ αὐτῆς, σωφροσύνη καὶ* (*καὶ* non est in Euseb.) *δικαιοσύνη* (non habet Cod. Ciz.) [*σωζομένης καθ' ὅσον ἂν αὐτοῦ μεταλαμβάνῃ.*]] Libri nostri habent *σωζόμενον*, nisi quod in Medic. A. *σωζομένης* supra lineam posuit secunda manus; quam equidem ipsius Ficini esse arbitror, qui cum laboranti sententiæ succurrere vellet, ita mutare

sit conatus. Ego illud intactum reliqui binis de causis. Nam primum suspicor, hæc *σωζόμενον καθ' ὅσον ἂν αὐτοῦ μεταλαμβάνῃ* pertinere ad finem capitis XIV. p. 467. B. lin. 9. et ibi ponenda esse post verba: *οὐδὲν γὰρ ἐκ τοῦ ὄντος ἀπολεῖται.* Deinde quod Eusebius sententiam, post vocabulum *δικαιοσύνη* abruptam, aptissime continuat: *ἀνδρεία τε, καὶ ἄλλαι; πνεῦμά τι γὰρ, ἢ αἷμά τι, τὸ σωφρονεῖν εἶη κ. τ. λ.* Etenim, judicante Vigero ad Eusebium pag. 79. ex hoc scriptore lucramur insigne supplementum disputationis Plotinianæ, quod per aliquot capita decurrit, et cui omnia ea subjicienda sunt, quæ inde ab initio sequentis capitis noni, inde a verbis Ἡ δὲ *ἑτέρα φύσις* usque ad exitum capitis decimi quarti, h. e. usque ad verba *οὐδὲν γὰρ ἐκ τοῦ ὄντος ἀπολεῖται*, et (si mea me conjectura non fallit) *σωζόμενον καθ' ὅσον ἂν αὐτοῦ μεταλαμβάνῃ* leguntur. Unde nascuntur nobis hæ quæstiones: Primum: sintne hæc reapse Plotiniana. Præcise negat Scholiastes Cod. Barberin. nr. 409, licet alter ibidem inconcinnam, his demptis, Plotiniani loci orationem esse diserte profiteatur. Ita autem se habet scholion Barb. et Marc. A.

λὸ περὶ ἀθανασίας ψυχῆς καὶ ἀϊδιότητος σωφροσύνη καὶ δικαιοσύνη, ἀνδρία τε καὶ αἱ ἄλλαι πνεύματι γὰρ C. [*Hoc rubr.*]

Marg. atram. (ῆαι ἀπὸ τοῦ ἐντεῦθεν ϛιχι πῆ δηλᵀ (Marc. A. σημείωσαι ἀπὸ τοὐντεῦθεν στίχοι πῆ δηλοῦνται) ἀπὸ τοῦ ϐ σημείου ἐρυθροῦ· ὅτι ἔλιπον οἱ στίχοι οἱ πῆ. ἑως ἐκεῖ· οὐκ ἄρα ἡ ψυχὴ ἁρμονία. οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ ἐκεῖσε ἀρχόμενοι εἰσὶν ἐπείσεκτοι (l. ἐπείσακτοι Marc. A.) μέχρι τοῦ· ὅτι μή εἰσιν ἀπολωλυῖαι. καὶ οὐδὲν ἐν αὐτοῖς Πλωτίνου περιέχον ὥς μοι δοκεῖ, ἀλλά τινος ἄλλου. διὸ οὐδὲ χρήσιμοι. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἡ φράσις δείκνυται εἶναι τοῦ σοφοῦ ἀνδρὸς Πλωτίνου: ἄλλως τε καὶ τὸ σωφροπύνη καὶ δικαιοσύνη ἀνδρεία τε καὶ αἱ ἄλλαι, ἑπόμενον τοῦ λόγου: τὸ δὲ σωφροσύνη καὶ δικαιοσύνη σωζόμενον· καθ' ὅσον ἂν αὐτοῦ μεταλαμβάνῃ οὐκ (sic) ἁρμόζει καλῶς:

Deinde; si Plotini hæc sunt, cuinam ista Plotiniani libri detruncatio imputanda sit? Porphyrione, quem supra p. 364. D. in consimilis flagitii suspicionem adduximus? Hoc si posueris; ex Eustochii recensione Plotinianorum operum Eusebius hæc sumsisse putandus sit. Librariisne? Hoc probabilius propterea, quoniam in Plotini Enneadum codicibus aliquot hæc integra leguntur. Utut est: nos ex Eusebio et libris nostris hæc ipsa hoc loco interponenda esse duximus.

p. 858, 1. *ἀνδρεία τε κ. τ. λ.*] Ab hac voce, quæ sequuntur hic apud Eusebium, ad capitis usque finem, apud Plotinum eo loco non reperies, nec Hopperus illa, nec Ficinus repræsentat. Sunt tamen Plotini ex genio, cum superioribus aptissime connectuntur eaque Regii MMSS. et Montac. agnoscunt. Sane quæ apud Plotinum post *δικαιοσύνη* sequuntur, nullo sensu vel dicuntur, vel desinunt. Ita hoc tam insigne fragmentum Eusebius cum iis, quæ hactenus ex Plotino mutuatus erat, non sine fœnore compenabit. *Viger.* Cæterum in his tangere videtur Empedoclis, vel fortasse potius Critiæ, et reliquorum sententias philosophorum; de quibus Cicero in Tuscull. I. 9. ubi vid. Davis. et confer Stobæi Eclogg. Physicc. I. 52. p. 796—798. Heeren. et Gregorium Nyssenum de Anima p. 90. *Cr.*

— 7. *ἀλλ' οὖν*] *οὖν* dedi ex utroque MMSS., non *οὐ*, ut ante. *Vig.*

— 8. *ψύχεος*] Ita regii duo et Montac. non *ψύχους*, Homericum illud spectare visus est Odyss. *κ.* 555. *ψύχεος ἰμείρων κατελέξατο, οἰνοβαρείων. Vig.*

p. 859, 1. *ἀγνοοῦσιν, ὡς καὶ*] Paucula hæc, sed necessaria, ex Montac. codice supplevimus. *ταῦτα*, quod sequitur, melius abesset. *Vig.* Vel legendum *αὐτά. Cr.*

— 2. *ἀσωμάτοις, ταῦτα*] Et hanc utramque vocem cod. ex Montac. addidimus: itemque verba *περὶ ψυχήν. Vig.*

— 8. *ἃ δύναται*] Ex eodem Montac. *Vig.*

p. 860, 3. *ὥς φασιν οὖσαν*] Pro *οὖσαν* legendum *εἶναι. Vig.* Forte interpungendum est— *εἶναι, σῶμα, ὥς φασιν, οὖσαν, διάφορα δέ. Cr.*

— 9. Ἔτι δὲ *κ. τ. λ.*] Rursus videtur tangere Dicæarchi et Aristoxeni sententias; de quibus vidimus supra cap. III. Plotini p. 458. A. *Cr.*

— ib. Ἔτι δὲ *κ. τ. λ.*] Antea legebatur *ψυχὴ δέ εἰ σῶμα οὖσα.* Montac. *ψυχὴ δὲ ἔτι εἰ σ. οὖσα.* Mihi *ἔτι δὲ* probatum est: *ψυχὴ* abundare visum; sequitur enim ex cod. Montac. *ἡ ψυχὴ διῆλθε*, quæ verba deerant in priori editione. *Viger.*

p. 860, 10. *τοῖς ἄλλοις*] Additum ex eod. Montac. *Vig.*

— 11. *οὐδὲν ἐνεργείᾳ εἰσεῖναι*] In priori edit. deerant hæc: *ἐνεργείᾳ εἰσεῖναι.* Montac. legebat *οὐδὲ ἐνέργεια εἰσεῖναι.* Correxi *οὐδὲν ἐνεργείᾳ*, dandi casu. Verbum *εἰσεῖναι* retineri potest; mallem tamen *ἐνεῖναι*, ut paullo post: *ἐνείη τοῖς σωμ.* non *εἰσείη*. *Vig.*

p. 861, 3. *οὐ σώματος*] Fort. *τοῦ* vel *ὅλου*. *Cr.*

— 7. *φύσει μὲν*] Legendum videtur *φύσιν μὲν*, ut paullo post lin. 7. *Viger.*—Tangit Chrysippum, qui ita apud Plutarch. de Repugnantt. Stoicc. p. 1052. F. p. 290. Wytt.: *τὸ βρέφος ἐν τῇ γαστρὶ φύσει τρέφεσθαι, νομίζει* (Χρύσιππος) *καθάπερ φυτόν· ὅταν δὲ τεχθῇ, ψυχούμενον ὑπὸ τοῦ ἀέρος καὶ στομούμενον τὸ πνεῦμα μεταβάλλειν, καὶ γίνεσθαι ζῷον· ὅθεν οὐκ ἀπὸ τρόπου τὴν ψυχὴν ὠνομάσθαι παρὰ τὴν ψύξιν.* Cf. etiam p. 1053. D. et consule Wyttenbach. ad Plutarch. de S. N. V. p. 84. p. 408. ed. Oxon. et Baguet. in Chrysippeis p. 102.—Etymologiam supra attigimus ad p. 379. A. *Cr.*

— 17. *εἰ τὸ δυνάμει,*] Legendum existimo *εἰ γὰρ τὸ δυνάμει*, si *γένοιτο*, quod sequitur, retineri placet. Sin, quod ego mallem, *γένοιτο* delebitur, particula *γὰρ* nihil opus erit: nec quicquam deerit ad loci hujus integritatem. *Viger.*

p. 862, 2. *ὃ οὐ δυνάμει*] Ita recte Montac. In priori edit. *ὃ* et *οὐ* deerant. *Vig.*

— 9. *Ἐπεὶ δὲ*] Ambo MSS. Regii: *ἐπὶ δὲ ἄλλης φύσεως*. recte. Quodsi *ἐπεὶ* retinebitur, sumetur pro *ἔπειτα*, ut supra in Platone et Plutarcho me observare memini: tuncque legendum erit *ἐπεὶ δὲ ἄλλης φύσεως πέρι, δεῖ κ. τ. λ.* Nisi tamen in illo gignendi casu vel *χάριν* vel *ἕνεκα* subaudiri placet. *Viger.*—Hanc sententiam de anima, tanquam *ἁρμονίᾳ*, quod attinet, nota est disputatio in Phædone; ad quem locum consulito Wyttenbach. p. 248. sqq. et eundem in Philomathia III. 70. Cf. quæ supra posuimus ad p. 307. E. et p. 458. A. Platonis Plotinique disputationem, qua hæc sententia refellitur, excerpsit Gregorius Nyssenus de Anima p. 95. seq. (ubi lege *Σιμμίας* pro *Σιμίας*) *Cr.*

— 16. *Ὅτι δὲ ἀδύνατον*] Eandem Harmoniam refellunt Plato in Phædone 388. 390. 391. Aristoteles lib. I. de anima cap. 4. Plotini rationes, si postremam excipias, eædem fere cum Platonicis, sed brevius pressiusque collectæ. *Viger.*

p. 863, 2. *ὑγεία ἂν εἴη*] Aristoteles loco citato: *ἁρμόζει δὲ μᾶλλον καθ' ὑγιείας λέγειν, καὶ ὅλως τῶν σωματικῶν ἀρετῶν, ἢ κατὰ ψυχῆς. Viger.*

— 5. *τὴν ἁρμονίαν*] Trajecta hæc erant in priori editione. Legebatur enim: *ταῖς χορδαῖς λόγον ἔχοντα τὴν ἁρμονίαν παρ' αὐτῷ.* Longe aptior nexus ille, quem ex Montac. restituimus. *Viger.*

— 7. *παρ' αὐτῶν* [Eus. *αὐτῶν*], *οὔτ' ἐνταῦθα*] Hæc etiam ante hiantia Montac. implevit. *Viger.*

— 10. *τὴν τάξιν κ. τ. λ.*] Brevius ac melius, quam ut in Montac. Cod. *καὶ τὴν τάξιν οὐκ ἐκ τῆς ψυχῆς ἀλλ' αὐτὴν ἐκ τῆς αὐτομάτου τάξεως τὴν ὑποστ. εἰληφ. Viger.*

— 17. *Ἀρχὴ γὰρ κινήσεως ἥδε χορηγοῦσα τοῖς ἄλλοις κίνησιν*] Ducta sunt hæc ex nobilissimo loco Platonis in Phædro p. 245. C: *πᾶσα ψυχὴ ἀθάνατος. τὸ γὰρ ἀεικίνητον ἀθάνατον· τὸ δ' ἄλλο κινοῦν καὶ ὑπ' ἄλλου κινούμενον, παῦλαν ἔχον κινήσεως, παῦλαν ἔχει ζωῆς κ. τ. λ.* quæ vertit Cicero in Tuscull. I. 23. et in Somn. Scip. cap. 8. [Cic. de Rep. VI. 25. p. 504. sqq. ed. Moseri. coll. ib. p. 537. sqq.] et multi expresserunt, in his Origenes *περὶ ἀρχῶν* III. 1. p. 108. sq. Ruæi. —Mox formula: *ἦν ἀνώλεθρον καὶ ἀθάνατον εἶναι δεῖ* ex Phædone desumta multos imitatores nacta est. Vid. Phædon. p. 106. B. p. 104. Bekk. Consule Wyttenbach. ad eum locum p. 280—283. et annot. nostram in Procli Instit. Theolog. c. 187. p. 278. sq., ubi etiam de formis *ἀνόλεθρον* et *ἀνώλεθρον* dictum est, et plures philosophorum loci, in his hic ipse Plotinianus, citati sunt.

p. 865, 6. *Λάβωμεν δὲ ψυχὴν, μὴ τὴν ἐν σώματι* (articulum non agnoscunt plurimi nostri) *ἐπιθυμίας ἀλόγους καὶ θυμοὺς προσλαβοῦσαν*] Post vocem *θυμοὺς* in Cod. Vindob. A. sequuntur hæc: *τε δικαιοσύνη ἀνδρία τε καὶ αἱ ἄλλαι ἀρεταὶ κ. τ. λ.* h. e. ea, quæ in aliis Codd. posita sunt ad finem capitis VIII. p. 463. C. et quæ ibidem ex Eusebii P. E. et nostris libris interposuimus. Sed Vindobonensis Codex desinit in verbis: *καὶ ὡς τὰ μὲν ἄρχει τε καὶ ἐπιστατεῖ καὶ μάχεται πολλαχῇ,* (omissis *τῷ σώματι*) quæ leguntur apud Eusebium p. 835. A. lin. 7. et 8.

p. 865, 11. *Εἰ οὖν τοιοῦτον ἡ ψυχὴ—φρόνησις γὰρ καὶ ἀρετὴ ἀληθὴς—ἅτε θεῖον μετὸν αὐτῷ διὰ συγγένειαν καὶ τὸ ὁμοούσιον.*] Ita emendavi vulgatum *μεστὸν* auctoritate plurimorum librorum, e quibus unus *θεῖον μετὸν*. Lucas Holstenius ad Sallustium de Diis et Mundo Plotini locum adhibens (ad cap. 8. p. 121. Orellii) ita scripsit: *ἅτε θείων μεστὸν αὐτῶν*. Non crediderim ex aliquo Codice. Et Ficinus etiam nostram lectionem expressit. Ceterum argumentum quod attinet, comparandi sunt, præter Sallustium l. l. Plotinus ipse supra p. 54. C—F. ibiq. annotata, et Proclus in Platonis Timæum, ubi de differentia animæ divinæ humanæque agit, p. 314.

p. 866, 15. *ὡς πολλάκις αὐτῷ δόξαι τοῦτο δὴ καλῶς εἰρῆσθαι· χαίρετ', ἐγὼ δ' ὑμῖν θεὸς ἄμβροτος,*] Versus Empedoclis ex initio *καθαρμῶν*, quod integrum servavit Diogenes Laërtius VIII. 62. Cf. ibid. §. 54. et §. 66; particulam referunt alii. Videsis Davisium ad Cic. Tuscull. I. 9. Interprr. ad Diog. Laërt. l. l. Fabricium ad Sext. Empir. adv. Mathem. I. §. 302. p. 283. Sturz. ad Empedoclem p. 466. sq. qui diversas lectiones enotavit. Cf. ibid. p. 530. et p. 646. Exhibuit etiam Jacobs. in Paralipomm. ad Antholog. Gr. I. nr. 75. p. 665. et in Antholog. Palatina nr. 569. p. 202. et quidem ita:

ὦ φίλοι, οἱ μέγα ἄστυ κατὰ ξανθοῦ Ἀκράγαντος
ναίετ' ἀν' ἄκρα πόλιος, ἀγαθῶν μελεδήμονες ἔργων,
χαίρετ'· ἐγὼ δ' ὔμμιν θεὸς ἄμβροτος, οὐκέτι θνητὸς,
πωλεῦμαι μετὰ πᾶσι τετιμένος, ὥσπερ ἔοικεν,
ταινίαις τε περίστεπτος στέφεσίν τε θαλείοις.

Cæterum ut Empedoclea oratio universa multa Homerica habet, ita illud quoque *θεὸς ἄμβροτος*. Vid. Scholia in Iliad. ω. 460. Plotiniani vero loci, quod sciam, nemo eorum, qui hæc tractarunt, mentionem fecit. Formulæ autem consimiles obviæ sunt passim in Marmoribus. Sic, ut hoc utar, in inscriptione illa, a Müntero V. Cl. ad Samothracica initia relata, (in Antiquarr. Abhandll. p. 183.) legimus:

Κοῦρος ἐγὼ καλέω σε, θεῷ φίλος, οὐκέτι θνητός.

Item apud Gruter. p. DCCLIX. 4.

πρόσθεν μὲν θνητὴν (θνητὴ Muratorius) *νῦν δὲ θεῶν μέτοχος.*

Apud eundem p. MCXXIII. 7:

Adfinis memorande! quid o me ad sidera cœli
Ablatum quereris? *Desine flere deum.*

Quas inscriptiones Specimini primo *Marmorum Mysticorum* p. 8—11. inseruit et explicavit Bened. Bendtsen [p. 3. 8. 11. Havniæ 1819. 4.]. Cui tamen miror non in mentem venisse Empedoclea illa quæ præ cæteris his inscriptionibus adhibenda erant. Alii docebant *genios* (*δαίμονας*) fieri eos, qui juste et honeste vitam exegerint. Vid. Platon. Cratyl. p. 397. 398. Libanii Declamat. pro Socrat. p. 264. ibiq. Jac. Morelli, et Olympiodor. in Alcib. pr. p. 15. sq.

p. 867, 4. *ὥσπερ ἀγάλματα ἐν αὐτῇ ἱδρυμένα ὁρῶσα—οἷον εἰ χρυσὸς ἔμψυχος εἴη κ. τ. λ.*] Fons hujus loci partim in Alcibiadis oratione ap. Platonem in Convivio p. 216. E. partim in Sophista p. 228. C. Vide quæ supra diximus ad locum Plotini geminum p. 54. F. Cf. etiam infra p. 520. F. ibiq. annot.

— 11. *Περὶ τοιούτου χρήματος—ὡς οὐκ ἀθάνατον*] Vid. Platon. Phædon. p. 105. p. 102. sqq. Bekkeri, ubi Wyttenbach. in annot. p. 279. sq. hunc Plotini locum exhibet hæc addens: " Ergo (Plotinus) eos, qui hujus argumentationis Platonicæ vim repudiant, duobus aliis coercet argumentis. Alterum est: *ἢ ἀναλύσουσιν ὡς σύνθετον—μοῖραν δέχεσθαι·* i. e. *aut animam in partes dissolvent, ut compositam, idque usque eo, donec pervenerint ad unam talem partem, quæ sibi et cæteris imperet, quæ immortalis sit, cui nefas et contra naturæ leges sit, mortem suscipere.* hoc est illud argumentum, quod attigimus Psychologiæ V. VIII. p. LV. Alterum: *ἢ πάθος ἐπακτὸν, ἐνέργεια ζῶσα: aut dicentes vitam esse accidens materiæ, id unde materiæ tale accidens venit, cogentur immortale esse fateri nec capax contrarii ejus, quod ipsa affert,* (i. e. immunis a morte). *Etenim una est natura actu vivens.* Et sic revocat demonstrationem ad illud decretum, unam esse totius naturæ animam, cujus singulares animæ nostræ partes sint. Ad hunc Phædonis locum refert item interpretandum Proclus Instit. Theolog. §. CLXXXVII. et sq." (p. 278. sqq. ed. Francof.) ubi consule annot. nostram. Posterius argumentum *ἢ πάθος—ἄδεκτον ὂν τοῦ ἐναντίου ᾧ ἐπιφέρει* consequens est axiomatis, quod alio consilio adversus Platonicos aliquot tuetur Proclus in Platonis Parmenidem p. 209. ed. Cousin. (Tom. V.) ubi et alia ponit et hæc: *καὶ τὸ ζωῆς αἴτιον ἑαυτὸ πεπλήρωκε ζωῆς· καὶ*

τὸ τελειότητος, ἑαυτὸ τέλειον ἀπεργάζεται. Cæterum hæc Plotini tam ingeniose excogitata et miratur, neque tamen usquequaque comprobat Tiedemann. in libro de causis Philosophiæ contemplativæ. III. p. 365. sqq.

p. 868, 8. Ἔτι εἰ πᾶσαν ψυχὴν φήσουσι φθαρτὴν,] Stoicos et fortasse Epicureos videtur respicere Plotinus. De Epicureis vid. supra ad p. 457. cap. 3. init. De Stoicis Ciceron. Tuscull. I. 32. ibiq. Davis. Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 400. p. 78. ed. Lugd. Ed. Oxon. Van Lynden de Panætio p. 70. Baguet in Chrysippeis p. 101. sq.

— 18. Ψυχὴ δὲ μία καὶ ἁπλῆ ἐνέργεια οὖσα ἐν τῷ ζῆν φύσις, οὐ τοίνυν ταύτῃ φθαρήσεται.] Hæc etiam expressit Marsilius, nisi quod ante ἐν τῷ ζῆν cogitavit καί. Eum secutus Taylor ita vertit: "But soul being one simple energy, and a nature characterised by life, cannot be corrupted as a composite." Codices in vulgata perseverant. Wyttenbachius suspicatur: φύσει ἐστί. Etenim ad Platonis Phædon. p. 197. posteaquam Plotini locum p. 557. A. attigit, ita pergit: "jam illud alterum, διαιρεθῆναι ταύτῃ ᾗπερ συνετέθη, hanc habet vim, ut totum dividatur in eas partes, ex quibus compositum est, et ea ratione, qua compositum est: veluti corpus in quatuor ille elementa quibus constat, et dissolutis vinculis has partes continentibus. Spectat huc Plotinus (sequitur noster locus —: ἐν τῷ ζῆν φύσις F. φύσει ἐστί:) οὐ τοίνυν ταύτῃ φθαρήσεται. Tum diversa compositionis ac dissolutionis genera recenset. Æneas Gazæus p. 66: διαλυόμενον δὲ τὸ σύνθετον οὐκ εἰς ταῦτα πάλιν ἀναχωρεῖ ἐξ ὧν συνετέθη; Sunt enim cohæsionis corporum varia genera, postea a Stoicis celebrata: ut est apud Plutarchum. Præcept. Conjug. p. 142. E. τῶν σωμάτων τὰ μὲν ἐκ διεστώτων, λέγουσιν εἶναι, καθάπερ στόλον καὶ στρατόπεδον· τὰ δ' ἐκ συναπτομένων, ὥσπερ οἰκίαν καὶ ναῦν· τὰ δὲ ἡνωμένα καὶ συμφυῆ καθάπερ ἐστὶ τῶν ζώων ἕκαστον, ubi plura in hanc rem dedimus." (Tu vide animadverss. in eum locum p. 892. ed. Oxon. Adde Olympiodor. in Alcib. pr. p. 25.). Deinde explicationem continuat: "Quod autem velint Platonici σύνθετον, compositum *ex partibus extra partes positis*, ut vulgo dicuntur, spatium implentes, extensas, intelligitur ex frequentia exemplorum: v. c. Plutarchi de Animæ Procreat. p. 1022. E. Adv. Stoicc. p. 1085. C. Plotini p. 160. D. E. 161. C. D. 162. D. 163. E. 165. A. 166. E. 310. C. 313. E. 457. A. 466. A. C. 557. A. Albini Doctrin. Platon. p. 372. D. Æneæ Gaz. p. 59. 66. Zachariæ Mityl. p. 175. Olympiodori in Phædon. Cod. III. p. 40. et alibi sæpe: Cod. I. p. 63. 185." Deinde cum Ficino scripsi: ἀλλ' ἆρα (pro ἄρα) μερισθεῖσα, κερματιζομένη ἀπόλοιτο ἄν; cum signo interrogandi. —Fortasse ante κερματιζομένη excidit insuper καί. Plato autem ita de Rep. p. 395. B. φαίνεταί μοι εἰς μικρότερα κατακεκερματίσθαι ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις. Plutarch. de Animæ Procreat. p. 1020. L. p. 153. Wyttenb.; —εἴτε τέμνοιτο κερματιζομένων εἰς μόρια τῶν μονάδων. Cf. Schleusneri Lex. N. T. in κερματιστής. Plotinus supra ap. Euseb. P. E. p. 833. A: κερματιζομένου δὲ τοῦ σώματος, ἐφ' ἑκάστῳ μέρει ἡ αὐτὴ ποιότης μένει. Cf. Plotin. infra V. 8. 9. VI. 2. 2. VI. 2. 12.—Deinde cum Ficino et cod. Vaticano interrogationis signum sustuli post ψυχή, et posui post φθοράν.

p. 869, 7. Πῶς οὖν—ᾗδε (sic dedi ex Vatic. pro ἡ δὲ) εἰς σῶμα ἔρχεται;] Taylor ad hunc locum versionis suæ exhibet locum Procli in Timæum p. 343. et quidem anglice conversum, quo de animarum descensu loquitur hic philosophus. Sed nos de hac doctrina et supra diximus ad p. 381. sqq. et proxime dicemus ad initium libri sequentis p. 468. A. Proxime pro ὅσος, *quisquis*, Ficinus expressit ὅσον, *quantum*. Libri MSS. illud retinent, et respondet ei in sequentibus ὃ δ' ἄν. Idem mox expressit οἶδεν, *novit*. At plerique libri habent εἶδεν, *vidit*.

— 12. —ὥσπερ κυοῦν ἀπ' αὐτῶν, καὶ ὠδῖνον γεννῆσαι] Platonem imitatur Conviv. p. 206. sub fin. p. 436. Bekk.: ὅθεν δὴ τῷ κυοῦντί τε καὶ ἤδη σπαργῶντι πολλὴ ἡ πτόησις γέγονε περὶ τὸ καλὸν, διὰ τὸ μεγάλης ὠδῖνος ἀπολύειν τὸν ἔχοντα. Cf. de Republ. VI. p. 490. p. 285. Bekk. Tim. p. 86. p. 139. de Legg. IV. 717. p. 357. Epistol. II. p. 313. A. Ad verba et sententias confer Proclum in Alcib. pr. p. 150. Olympiodor. ad eund. p. 7:—ὡς ὠδύνοντα (leg. ὠδίνοντα) πρὸς τοῦτο, *ut qui pronus esset ad illud*. Vid. quæ ibi laudavimus in Annot. et confer ipsum Plotinum supra p. 346. D. Adde Damascium de Principiis p. 79. ed. Kopp.: ὥστε καὶ ὁ νοῦς, ᾗ

νοῦς, τῶν ποιῶν τινων θεωρὸς ὢν, ὠδίνει μὲν τῆς φύσεως ἐκείνης ἔννοιαν, προάγει δὲ αὐτὴν οὐδὲ ἐκεῖνος, ἀλλὰ τοὐναντίον, καὶ συνάγει πρὸς ἑαυτὴν (an *πρὸς ἑαυτόν?*) *τὴν ὠδῖνα—εἴπως δυνηθείημεν—πρὸς τὴν ὠδῖνα ἐκείνην ἀναδραμεῖν.*

p. 870, 7. *Περὶ δὲ τῆς τῶν ἄλλων ζώων ψυχῆς, ὅσαι μὲν—εἰ δὲ ἔστιν ἄλλο τι εἶδος ψυχῆς*] Distinguit Plotinus inter eas brutorum animas, quæ ex corporibus humanis humanæ degeneraverint, easque, quæ, cum nunquam humano in corpore fuerint, animandis brutorum corporibus inserviant. Fons hujus doctrinæ inest in Platonis Timæo p. 42. p. 45. Bekk.—*σφαλεὶς δὲ τούτων εἰς γυναικὸς φύσιν ἐν τῇ δευτέρᾳ γενέσει μεταβαλοῖ· μὴ παυόμενος δὲ ἐν τούτοις ἔτι κακίας, τρόπον ὃν κακύνοιτο, κατὰ τὴν ὁμοιότητα τῆς τοῦ τρόπου γενέσεως εἴς τινα τοιαύτην ἀεὶ μεταβαλοῖ θήρειον φύσιν κ. τ. λ.* Ad quæ haud scio an non Ficinus erraverit, cum Platonem dicat (c. 19.) brutorum animas et anima et corpore caducas statuisse. Utut est: Christiani philosophi longissime ab ea sententia recesserunt, quæ gradu tantum brutorum animas ab humanis differre poneret, illasque prorsus perituras statuerunt. Basilius Magnus posteaquam bestiarum animas sanguine, carne ac proinde terræ ortas posuit, ita pergit in Hexaëm. Homil. VIII. p. 99. B. C:—*μὴ νόμιζε πρεσβυτέραν εἶναι* (brutorum animam) *τῆς τοῦ σώματος αὐτῶν ὑποστάσεως, μηδὲ ἐπισυμένουσαν μετὰ τὴν τῆς σαρκὸς διάλυσιν. φεῦγε φληνάφους τῶν σοβαρῶν φιλοσόφων, οἳ οὐκ αἰσχύνονται τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς καὶ τὰς κυνείας ὁμοειδεῖς ἀλλήλαις τιθέμενοι· οἱ λέγοντες ἑαυτοὺς γεγενῆσθαί ποτε καὶ γυναῖκας καὶ θάμνους καὶ ἰχθύας θαλασσίους κ. τ. λ.* Quæ in Platonem non minus quam in Plotinum conjecta sunt. Suffragantur ei plurimi Ecclesiæ doctores. Antiochus Ptolemæensis in Ang. Maii Collect. Vatic. I. p. 81. sq.: *τὰ μὲν ἄλλα τετράποδα ποιῶν ὁ θεὸς, μετὰ τῶν σωμάτων καὶ τὰς ψυχὰς παρήγαγεν· τὸν δὲ ἄνθρωπον πλάττων πρῶτον κατασκευάζει τὸ τοῦ σώματος ὄργανον· καὶ τότε τὴν ψυχὴν δημιουργήσας ἐνέθηκεν, ἵνα καὶ ἐν τούτῳ δείξῃ τὴν ὑπεροχὴν τοῦ ἀνθρώπου· ἐπειδὴ τὰ μὲν ἄλλα ζῶα καὶ τὰ κτήνη λυόμενα θανάτῳ συναφανίζει τῷ σώματι καὶ τὴν ψυχήν. κ. τ. λ.* In eandem sententiam pronuntiat Photius ad Amphilochium CXLIX. 7. ibid. p. 295. sq. Quod plantis quoque animam vitalem certe attribuit Plotinus, in ea re Aristotelem non minus quam Platonem suum sequitur. Aristoteles de Anima I. 5. p. 19. Sylb. *φαίνεται γὰρ τά τε φυτὰ ζῆν, οὐ μετέχοντα φορᾶς οὐδ' αἰσθήσεως, καὶ τῶν ζώων πολλὰ διάνοιαν οὐκ ἔχειν.* Cf. etiam Tiedemann. *Geist der spekulativen Philosophie* III. p. 367.

— 13. *Εἰ δὲ τὴν ἀνθρώπου ψυχὴν τριμερῆ οὖσαν τῷ συνθέτῳ λυθήσεσθαι,*] Repetendum ex antecedentibus *δεῖ*. Quam Plotini brevitatem cum non intelligerent librarii quidam; mutaverunt: *λυθήσεται*. Argumentum quod attinet, hæc ratio, quæ animam ex tribus partibus compositam (*σύνθετον*) ponit: *λόγῳ, θυμῷ, ἐπιθυμίᾳ,* neque confundi debet cum illa altera ratione, qua ducti philosophi vel dicebant vel negabant animam compositam (*σύνθετον*) esse *ex partibus extra partes positis*, ut vulgo dicuntur, spatium implentibus, extensis, docente Wyttenbachio ad Phædonem p. 197. sq. neque vero magis cum illa Trichotomia sacrorum scriptorum, qua humanæ naturæ tres partes attribuebantur: corpus (*τὸ σῶμα*), anima (*ἡ ψυχή*), mens s. spiritus (*τὸ πνεῦμα*), de qua distributione nuper disputavit Herm. Olshausen in Diatriba: De humanæ naturæ trichotomia N. T. scriptoribus recepta. Regimonti 1826.—Illius *τριμερείας*, quam h. l. attigit. Plotinus, fons est in eodem. Timæo p. 70. p. 98. sq. Bekk. cf. alterum Timæum, Locrum, quem dicunt, p. 556. Galei: junge Rempubl. IX. p. 734. Philon. Jud. Legis Allegorr. III. p. 310. Pfeiff. Plutarch. de Vult. Lunæ p. 943. A. Placitt. Philoss. IV. 4. Diog. Laërt. VIII. 30. Himerium p. 884. ibiq. Wernsdorf. Alcinoum de Doctr. Platon. 24. p. 504. Proclum in Timæum p. 326, in Politiam p. 399. Olympiodor. in Alcib. pr. p. 4. 65. 81. 172. 203. et confer ipsum Plotinum supra p. 398. B. C. D. et p. 420. sqq.—Mox ad verba: *τὰς μὲν καθαρὰς—τὸ προσπλασθὲν ἐν τῇ γενέσει ἀφήσειν.* Cf. Timæi l. l. nimirum p. 42. A. Porphyr. de Abstinent. I. 30. p. 49. Rhoer.: *εἴπερ πρὸς τὰ ὄντως οἰκεῖα μέλλοιμεν ἐπανιέναι* (*δεῖ ἡμᾶς*) *ἃ μὲν ἐκ τῆς θνητῆς προσειλήφαμεν φύσεως, ἀποθέσθαι πάντα μετὰ τῆς πρὸς αὐτὰ προσπαθείας κ. τ. λ.* ubi Rhoerius et alia comparat et verba Apostoli II. Corinth. V. 1. Adde Libanii Declamation. pro Socrate (ad calc. Aristidis advers. Lept. ed. Jac. Morelli) p. 258.

— 17. *οὐδὲν γὰρ ἐκ τοῦ ὄντος ἀπολεῖται*] Post

ἀπολεῖται fortasse ponenda sunt verba, quæ supra p. 463. C. lin. 6. leguntur: σωζόμενον (pro σωζομένης) καθ' ὅσον ἂν αὐτοῦ μεταλαμβάνῃ. Vid. annot. ad eum locum.

p. 871, 2. ἃ δὲ καὶ πρὸς τοὺς δεομένους πίστεως αἰσθήσει κεκραμένης κ. τ. λ.] Non dubitavi cum Vaticano Cod. et Ficino, quem etiam Taylor sequitur, ita scribere pro κεκρατημένης, quod in Editione legitur. Contrarium est sejungere sive *sevocare mentem a sensibus*, ut Tullianum illud usurpem (Tuscull. I. 16. 38.) Cæterum quod demonstrationi (τῇ ἀποδείξει) suæ Plotinus ea subjicit, quæ ex historia desumpta fidem (πίστιν) faciunt: in eo et aliorum auctoritatem philosophorum sequitur et vero ipsius Platonis, quibus etiam se applicuit Cicero in Tusculanis I. 12—16: " Itaque unum illud erat insitum priscis illis, quos *cascos* appellat Ennius, esse in morte sensum, neque excessu vitæ sic deleri hominem, ut funditus interiret: idque quum multis aliis rebus, tum e *pontificio jure et cærimoniis sepulcrorum* intelligi licet," &c. Cf. de ponticio jure et reliquis, quæ huc faciunt, Cic. Topic. XXIII. 90. et de Legg. II. 22. p. 321. ed. Moseri, ibiq. annott. Jam sigillatim videamus de sequentibus: ἔκ τε ὧν θεοὶ ἀνεῖλον—ἱλάσκεσθαι. Oraculorum ejusmodi pleni sunt historicorum aliorumque scriptorum libri, Pausaniæ maxime, Porphyrii, Stobæi, aliorum. Vetustatem hujus rei arguit Homerica νεκυία (Odyss. λ. 23. sqq.) Μαρτυρεῖ δὲ καὶ Ὅμηρος, τὸν Λαέρτου δεικνὺς, κατά γε τὰς ὑποθημοσύνας τῆς Κίρκης, καὶ τὸν βόθρον ὀρύξαντα καὶ τὰς χοὰς ἐπιτετελεκότα. Verba sunt Theodoreti Therapeut. VIII. p. 910. Schulz. Alia exhibet Wyttenb. ad Plutarchi Consol. Apollonii p. 752. Oracula si requiris, adi Porphyrium ap. Euseb. P. E. IV. p. 145—147. et V. p. 230. cf. Pausan. VI. 9. 3. et Ælian. V. H. XI. 3. (ubi de Cleomede ab Astupalæensibus oraculi jussu heroicis honoribus impertito —). Mox τιμάς τε νέμειν τεθνηκόσιν—εἰς τοὺς ἀπεληλυθότας. Plato ap. Diogen. Laërt. III. 83: " Tria sunt justitiæ genera, primum circa deos, alterum circa homines, tertium circa defunctos." De hoc genere ita pergit: οἱ δὲ τῶν μνημείων ἐπιμελούμενοι, δῆλον ὅτι περὶ τοὺς ἀποιχομένους (δικαιοπραγοῦσι). Hinc *justa* apud veteres et *jura Manium*, quæ hoc loco sufficit verbo nominasse. (et cf. Odyss. α. 291; Iliad. ω. 38. cum Scholl. Wasse. ad. Sallustii Jugurth. cap. XI. et Wyttenbach. ad Platon. Phædon. p. 293. Pergit Plotinus: Πολλαὶ δὲ ψυχαὶ—οὐκ ἀπέστησαν τοῦ εὐεργετεῖν ἀνθρώπους. Hesiodus ἐργ. 122. (124. sq.): τοὶ μὲν δαίμονές εἰσι Διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς, Ἐσθλοὶ, ἐπιχθόνιοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων· de animabus eorum, qui bene et juste vitam exegerunt; quos versus paullulum immutatos in suam disputationem convertit Plato cum in Cratylo p. 397. et in Republ. V. p. 469. itemque Olympiodorus in Alcib. pr. p. 16. Conf. Cic. Tuscull. I. 12. 28. ubi de Tyndaridis fratribus: " Qui non modo adjutores in prœliis victoriæ populi Romani, sed etiam nuntii fuisse perhibentur:" Extrema Plotiniani loci: αἱ δὲ καὶ μαντεῖα ἀποδειξάμεναι κ. τ. λ. quod attinet, pertinent hæc ad νεκρομαντείαν, de qua consule eundem Tullium in Quæst. Tusculann. I. 16. 37. et de Divinat. I. 58. p. 286. Ed. Moseri, et utrobique Davisium reliquosque interpretes. Hæc propterea accuratius aliquanto tractavimus, ne, quod vulgo fieri solet, hæc argumenta immortalitatis animorum ex sui sæculi ingenio hausisse, sed Platonis et antiquiorum etiam ad exemplum adhibuisse Plotinum judicemus.

LIB. VIII.

p. 872, 7. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΙΣ ΤΑ ΣΩΜΑΤΑ ΚΑΘΟΔΟΥ ΤΗΣ ΨΥΧΗΣ.] A nonnullis libris abest articulus τῆς ante ψυχῆς: non male. Est hic liber ordine sextus. Vid. Porphyr. de Vita Plotini c. 4. et 25. Sæpius autem hunc locum attingit in his Enneadibus, nec ipsas fabularum delicias detrectans, hac quoque parte Platonis imitator Plotinus. Cf. v. c. quæ supra leguntur p. 381. A. Mythologica hujus loci explicuimus cum in commentatt. Herodoteis p. 307. sqq. tum in Symbolica, præsertim Volum. III. p. 424. sqq. Adde (Th. Taylor) Dissertation on the Eleusinian and Bacchic mysteries p. 9—16. 55. 79. et Bened. Bendtsenii Marmorr. Mysticc. Specim. I. p. 7. sq. Persecutus erat hoc argumentum de Anima in libris *De regressu animæ* (περὶ ἀνόδου τῆς ψυχῆς) uti constat ex Augustini lib. X. c. 29. de Civitate Dei, de quibus consule Luc. Holsten. de vita et scriptis Porphyrii cap. 8. p. 46. sqq. Comparanda etiam sunt, quæ

idem Plotini discipulus posuit in lib. I. §. 30. de Abstinentia p. 49. Rhœrii. Fontes autem hujus libri Plotiniani quærendi sunt potissimum in Platonis Phædro p. 246. sq. in Republ. X. p. 617. sqq. et in Timæo p. 41. sqq. ut alios dialogos omittam. de quibus vide Wyttenbachii Disputat. de placito immortalit. animm. (ante Phædonem) p. XVI. seq. et descensum quod attinet ad Plutarch. de S. N. V. p. 113. p. 444. ed. Oxon. De Aristotele est memorabile testimonium Procli in Timæum p. 338. Posteaquam enim de Platonis disputationibus dixerat, ita pergit:—Ὁ δὴ καὶ Ἀριστοτέλης, ζηλώσας ἐν τῇ περὶ ψυχῆς πραγματεία, φυσικῶς αὐτὴν μεταχειριζόμενος, οὔτε περὶ καθόλων ψυχῆς, οὔτε περὶ λήξεων ἐμνημόνευσεν, ἀλλ' ἐν τοῖς διαλόγοις χωρὶς ἐπραγματεύσατο περὶ αὐτὸν (fort. περὶ αὐτῶν) καὶ τὸν προηγούμενον κατεβάλλετο λόγον. Quod igitur in dialogis suis hæc tractaverat Stagirita, argumento est, eum has disputationes populari duntaxat disciplinæ accommodatas voluisse. Ibidem Proclus hanc dubitationem attingit in philosophorum scholis agitatam: utrum tota descendat anima, nec ne:—ὥστε ὅπερ Πλωτῖνός φησιν, νεώτερος ἂν εἴη λόγος, ὁ μὴ πᾶσαν αὐτὴν (τὴν ψυχὴν) κατιέναι διαταττόμενος. Simplicius Proœm. in Aristotel. de Anima fin.:—δι' ὃ οὔτε μένειν τι αὐτῆς (τῆς ψυχῆς) θησόμεθα κατὰ τὸν Πλωτῖνον ἀεὶ ὡσαύτως καὶ καθαρῶς, οὔτε παντελῶς προιέναι ἐν τῇ εἰς γένεσιν ῥοπῇ. ἀλλ' ὅλη πρόεισι καὶ μένει εἰλικρινῶς ἐν τῇ πρὸς τὰ δεύτερα ῥοπῇ. Eandem sententiam attigit Hermias in Phædrum p. 147. Locum apposui supra ad Plotin. p. 361. A. Cf. autem hujus libri Plotiniani caput ultimum p. 476.

Neque vero Plotinus solum, sed etiam Pythagoras, Plato, reliqui a Christianis maxime scriptoribus certatim impugnati sunt propter illud decretum, unde hæc universa doctrina pendet. Dico προὔπαρξιν animarum, quam *præexistentiam* Scholastici dicunt. Eam cum ex altera parte pertinaciter retinerent Platonis Plotinique sectatores: ex altera vehementer refutarent Christiani doctores, excepto Origine et qui cum eo facerent; exorta inde magna seges est librorum, decretorum, canonum, ad Joannis usque Damasceni et posteriora tempora. Ego pauca tantum delibabo. Clemens Alexandrinus in fragmento octavi libri Stromm. in Ang. Maii Collect. Vaticana T. I. 3. p. 83: Ὁ θεὸς ἡμᾶς ἐποίησεν οὐ προόντας· ἐχρῆν γὰρ εἰδέναι ἡμᾶς ὅπου ἦμεν, εἰ προῆμεν καὶ πῶς καὶ διὰ τί δεῦρο ἥκαμεν· εἰ δὲ οὐ προῆμεν, τῆς γενέσεως αἴτιος μόνος ὁ θεὸς. ὡς οὖν οὐκ ὄντας ἐποίησεν, οὕτως καὶ γενομένους σώζει τῇ ἰδίᾳ χάριτι. Alia hujus rei argumenta profert Antiochus Ptolemæensis ibidem pag. 81: τὰ μὲν ἄλλα τετράποδα ποιῶν ὁ θεὸς μετὰ τῶν σωμάτων καὶ τὰς ψυχὰς παρήγαγεν· τὸν δὲ ἄνθρωπον πλάττων πρῶτον κατασκευάζει τὸ τοῦ σώματος ὄργανον· καὶ τότε τὴν ψυχὴν δημιουργήσας ἐνέθηκεν, ἵνα καὶ ἐν τούτῳ δείξῃ τὴν ὑπεροχὴν ἀνθρώπου κ. τ. λ. Deinde hoc alterum argumentum subjicit:—καὶ οὐ ποιεῖ (ὁ θεὸς) τὴν ψυχὴν πρὸ τοῦ σώματος, ἵνα (ὁ ἄνθρωπος) μὴ γένηται αὐτόπτης τῶν γινομένων (fort. γενομένων)· οὐ ποιεῖ τὴν ψυχὴν παρεῖναι τῇ δημιουργίᾳ, ἵνα μὴ καυχήσηται ὡς συνεργὸς τοῦ θεοῦ. Ejusdem sententiæ pronuntiata Cyrilli, Eleutherii, Eustathii Antiocheni et Petri Alexandrini ibidem exhibentur pag. 76. sqq. ejusdem argumenti exstant Conciliorum Canones V. C. in Synodi Constantinopolitanæ quintæ Canone I. hæc leguntur ap. Fabric. B. Gr. Vol. XII. p. 187. Harles.: εἴ τις τὴν μυθώδη προὔπαρξιν τῶν ψυχῶν, καὶ τὴν ταύτῃ ἑπομένην τερατώδη ἀποκατάστασιν πρεσβεύει, ἀνάθεμα ἔστω. Cf. Canon. II. VII. XV. Atque hæc ipsa doctrina a Damasceno appellatur τὸ τῶν Ὠριγένους ληρημάτων ἀτόπημα. Plotinum denique ipsum hoc nomine reprehendit peculiari Antithetico Nicephorus Nathanael, item in Dialogo sive idem, sive idem sentiens scriptor. Quos libellos his Enneadibus subjiciendos curavimus.

Quod reliquum est, Anglicum fecit hunc Plotini librum Thom. Taylor. in Five Books of Plotinus p. 251. sqq.

p. 872, 9. ΠΟΛΛΑΚΙΣ ἐγειρόμενος εἰς ἐμαυτὸν ἐκ τοῦ σώματος κ. τ. λ.] Admonent hæc Pauli Apostoli 2. Corinth. XII. 2. 3: οἶδα ἄνθρωπον ἐν Χριστῷ—(εἴτε ἐν σώματι οὐκ οἶδα, εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος, οὐκ οἶδα· ὁ θεὸς οἶδεν.) ἁρπαγέντα τὸν τοιοῦτον ἕως τρίτου οὐρανοῦ. Plotinianum hunc locum attigit, ubi de *animo congesto* sive *coacto* agit, Casp. Barth. in Adversarr. XXII. 10. p. 1092.

— ib. καὶ γιγνόμενος—ἐμαυτοῦ δὲ εἴσω] Vid. Valckenaer. ad calc. Hemsterh. Oratt. p. 383. ad illa Actorr. XII. 11: ὁ Πέτρος γενόμενος ἐν ἑαυτῷ

ibiq. laudd. Adde Doederlein. ad Sophocl. Œd. Colon. v. 656. p. 392.

p. 873, 1. *Ὁ μὲν γὰρ Ἡράκλειτος—ὥσπερ καὶ αὐτὸς ζητήσας εὗρεν.*] Libri MSS. nihil opis præstant. Ficinus legisse videtur: *καὶ τὸ μεταβάλλον οὐκ ἀναπαύεται.* Sed tam levi medicamine ægrotans membrum sanari nequit. Distingue et lege: *ὁ μὲν γὰρ Ἡράκλειτος ὃς ἡμῖν παρακελεύεται ζητεῖν τοῦτο, (ἀμοιβάς τε ἀναγκαίας τιθέμενος ἐκ τῶν ἐναντίων, ὁδόν τε ἄνω καὶ κάτω εἰπὼν, καὶ τὸ μεταβάλλον ἀναπαύεσθαι καὶ κάματον εἶναι τοῖς αὐτοῖς μοχθεῖν καὶ ἄγχεσθαι) εἰκάζειν ἔδωκεν, ἀμελήσας σαφῆ ἡμῖν ποιῆσαι τὸν λόγον· ὡς δέον ἴσως παρ' αὐτῷ ζητεῖν, ὥσπερ καὶ αὐτὸς ζητήσας εὗρεν:* Etenim Heraclitus, qui nobis præcepit istud anquirere (vicissitudines necessarias ponens ex contrariis, viamque et supra et infra dicens, et commutans requiescere, et fatigationem esse iisdem laborare et angi) divinandi materiam exhibet, negligens planam nobis facere rationem; ut fortasse apud ipsum quærendum sit, quemadmodum et ipse anquirens invenerit. Iamblichus ap. Stob. Eclogg. I. 52. p. 906. Heeren.: *Ἡράκλειτος μὲν γὰρ ἀμοιβὰς ἀναγκαίας τίθεται ἐκ τῶν ἐναντίων, ὁδόν τε ἄνω καὶ κάτω, τὰς ψυχὰς διαπορεύεσθαι ὑπείληφε, καὶ τὸ μὲν ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένειν, κάματον εἶναι, τὸ δὲ μεταβάλλειν φέρειν ἀνάπαυσιν.* Ibid. p. 894. sq.—: *καθ' Ἡράκλειτον δὲ τῆς ἐν τῷ μεταβάλλεσθαι ἀναπαύλης.* Ubi Heerenius: "Constat tamen ex Diog. L. IX. 7. etc. eum (Heraclitum) omnia mutationi subjecta atque ex ca orta posuisse; nec eum aliter de animæ statuisse, cum eam *τὸ ἀεὶ ῥέον* et *τὸ ἀεὶ κινούμενον* vocaret, testis est Aristoteles de Anima I. 2. Cum itaque conjunctionem ejus cum corpore *ἀναπαύλην ἀπὸ τῆς μεταβολῆς* vocaret, seu potius illam ex hac ortam esse contenderet, non aliter ac Empedocles ad pœnas luendas corpori eam inclusam esse, posuisse videtur." Quod *ἄγχεσθαι* posui pro *ἄρχεσθαι*, moveor cum aliis causis tum hoc loco Hermetis ap. Stob. Eclogg. I. p. 768:— *ἀλλὰ καταλείπεται (ὁ νοῦς) τὴν τῷ σώματι προσκειμένην (ψυχὴν) καὶ ὑπ' αὐτοῦ ἀγχομένην κάτω.* Plura de hoc toto loco Heracliteo dedi in Dionyso p. 83—86. Cf. etiam supra ad p. 97. D. et de obscuritate Heracliti cf. Schleiermacher. in Wolfii et Buttmanni *Mus. de Alterth. Wissensch.* T. I. p. 322. sqq.

— 6. *Ἐμπεδοκλῆς τε—πίσυνος μαινομένῳ νείκει —περί τε πολλῶν ἄλλων.*] Noster infra cap. 5. p. 473. A: *οὐ διαφωνεῖ ἀλλήλοις—οὐδ' ἡ Ἐμπεδοκλέους φυγὴ καὶ πλάνη, οὐδ' ἁμαρτία ἐφ' ᾗ ἡ δίκη, οὐδ' Ἡρακλείτου ἀνάπαυλα ἐν τῇ φυγῇ.* Nimirum Empedocles docebat, animas ob delicta exilio damnari et cœlestia relinquere cogi, adeoque his mortalibus corporibus illigari: Plutarch. de Esu Carnn. I. 7. p. 996. B. 49. Wytt. ubi tamen Wyttenbachius verba Empedoclis ab exceptore omissa esse suspicatur. Iamblichus apud Stob. Eclogg. I. p. 894: *οὗτοι* (Platonici) *προϋποκειμένων τῶν ἀτάκτων καὶ πλημμελῶν κινημάτων ἐπεισιέναι φασὶν ὕστερα τὰ κατακοσμοῦντα αὐτὰ καὶ διατάττοντα, καὶ τὴν συμφωνίαν. ἀπ' ἀμφοτέρων οὕτως συννυφαίνουσι* (fort. *οὕτω συννυφαίνουσι*) *κατὰ μὲν Πλωτῖνον τῆς πρώτης ἑτερότητος· κατ' Ἐμπεδοκλέα δὲ τῆς πρώτης ἀπὸ τοῦ θεοῦ φυγῆς.* cf. Proclus in Timæ. p. 175. et Origenes contra Celsum I. p. 26. qui quidem in hac re similiter atque Plotinus nostro loco Pythagoram et Platonem memorat. Adde Æneam Gaz. in Theophrasto p. 9. et p. 11. Barth. et consule Empedoclem Sturzii p. 452. sqq.

— 17. *ἐν δεσμῷ τε εἶναι, καὶ τεθάφθαι ἐν αὐτῷ τὴν ψυχὴν λέγει,*] Plato Cratylo p. 400. B. C. p. 39. Bekk.: *καὶ νῦν σῆμα* (*τι* addit Cod. Darmst.) *τινές φασιν αὐτὸ (τὸ σῶμα) εἶναι τῆς ψυχῆς ὡς τεθαμμένης ἐν τῷ νῦν παρόντι.* Cf. Gorg. p. 493. Cf. Lambin. ad Lucret. III. 556. et Wyttenb. ad Phædon. p. 139. sq. Adde Libanii Declam. pro Socrat. (ad calc. Aristid. Jac. Morelli) p. 256—*ἐπειδὰν λυθῶμεν ὀστῶν τε καὶ σαρκῶν, καὶ τοῦ παντὸς τούτου δεσμωτηρίου εἴτε σώματος, εἴτε σήματος χρὴ λέγειν.* Pergit Plotinus *καὶ τὸν ἐν ἀπορρήτοις λεγόμενον λόγον μέγαν εἶναι ὃς ἐν φρουρᾷ τὴν ψυχὴν λέγει εἶναι.* Plato Phædone p. 62. p. 12. Bekk.: *ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἐσμὲν οἱ ἄνθρωποι.* Laudat Plotini verba Wyttenbachius ad Phædon. p. 136. quo demonstrat illud *ἐν ἀπόῤῥητοις* et ap. Platonem et alios philosophos *τὰ ἀπόῤῥητα* non esse religiosa et antiquitus tradita mysteria, sed sanctiorem et arcanam philosophi (Socratis, Platonis: cf. Philomath. III. p. 86. sq.) doctrinam. Mihi quidem non usquequaque persuadet. Nam illa sententia de corpore tanquam carcere vel sepulcro in Cratyli loco laudato diserte Orphicis tribuitur. Quocirca malo in Phædonis

loco cum Heindorfio facere (p. 26.), quam cum Wyttenbachio, neque Plotini verba aliter accipienda reor, sive mysteria cogites sive oracula, ut accepit ea verba Ficinus. Apud Wyttenbach. l. l. operarum haud dubie vitio excidit λόγον post λεγόμενον in verbis Plotini.—Addit hic noster: καὶ τὸ σπήλαιον αὐτῷ, ὥσπερ Ἐμπεδοκλεῖ τὸ ἄντρον κ. τ. λ. Porphyrius de Antro Nympharum c. VIII. p. 9. Goens: Ἀφ' ὧν οἶμαι ὁρμώμενοι οἱ Πυθαγόρειοι καὶ μετὰ τούτους Πλάτων ἄντρον καὶ σπήλαιον τὸν κόσμον ἀπεφήναντο. παρά τε γὰρ Ἐμπεδοκλεῖ αἱ ψυχοπομποὶ δυνάμεις λέγουσιν. Ἡλύθομεν τόδ' ὑπ' ἄντρον ὑπόστεγον. Sequitur locus Platonis e libro septimo Reipublicæ p. 514. p. 326. Bekk. Nimirum Empedocles docebat ad pœnas delictorum luendas animas per elementa deorsum quasi detrudi, in hunc mundum, quem ἄντρον et ἀτερπέα χῶρον et Ἄτης λειμῶνα vocabat, quoniam in hoc terrestri humidoque loco velut in antro agant, cujus exhalationibus alas suas perdant et penitus labantur animæ. Vid. Hieroclem in Aur. Carmm. Pythag. p. 355. et cf. Wyttenbach. ad Plutarch. de S. N. V. p. 115. p. 446. sq. Oxon. et Empedoclem Sturzii p. 454. sqq. Plotini nostri hunc locum ante oculos videtur habuisse Æneas Gazæus in Theophrasto p. 10: τόδε τὸ πᾶν Ἐμπεδοκλῆς ἄντρον πεποίηκεν. ἐν Πολιτείᾳ δὲ Πλάτων μεταβάλλων σπήλαιον ὀνομάζει.

p. 874, 3. ἐν δὲ Φαίδρῳ] Vid. Phædrum p. 246. sqq. Proxime dedi αὐτῷ pro αὐτὴν cum optimis libris. Intellige: *ipsi* i. e. apud ipsum (Platonem) uti supra καὶ τὸ σπήλαιον αὐτῷ ὥσπερ Ἐμπεδοκλεῖ τὸ ἄντρον.

— 7. ἐν Τιμαίῳ—ἄνευ δὲ ψυχῆς οὐχ οἷόν τε ἦν τοῦτο γενέσθαι] Plato in Timæo p. 30. a. p. 26. Bekk.: λογισάμενος οὖν εὗρισκεν ἐκ τῶν κατὰ φύσιν ὁρατῶν οὐδὲν ἀνόητον τοῦ νοῦ ἔχοντος ὅλον ὅλου κάλλιον ἔσεσθαί ποτ' ἔργον, νοῦν δ' αὖ χωρὶς ψυχῆς ἀδύνατον παραγενέσθαι τῳ. διὰ δὴ τὸν λογισμὸν τόνδε νοῦν μὲν ἐν ψυχῇ, ψυχὴν δὲ ἐν σώματι ξυνιστὰς τὸ πᾶν ξυνετεκταίνετο, ὅπως ὅτι κάλλιστον εἴη κατὰ φύσιν ἄριστόν τε ἔργον ἀπειργασμένος. οὕτως οὖν δὴ κατὰ λόγον τὸν εἰκότα δεῖ λέγειν τόνδε τὸν κόσμον ζῷον ἔμψυχον ἔννουν τε τῇ ἀληθείᾳ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ γενέσθαι πρόνοιαν. (cf. Plotinum nostrum supra p. 372. B. C. et p. 397. D.) Idem Plato in Timæo p. 34. p. 31. Bekk.:—διὰ πάντα δὴ ταῦτα εὐδαίμονα θεὸν αὐτὸν ἐγεννήσατο. Ad quæ verba Lindau. in annott.: "Hunc locum spectat Plotinus IV. 8. 1: ἐν Τιμαίῳ, inquit, περὶ τοῦδε τοῦ παντὸς λέγων τόν τε κόσμον ἐπαινεῖ καὶ θεὸν λέγει εὐδαίμονα. Quæ verba eam habent gravitatem, ut impediant; quo minus apud Platonem quisquam opinetur rescribendum esse θεός. Mundus enim est e numero deorum, quos a summo creatos opifice infra memorat philosophus."

— 15. Ὥστε ἡμῖν συμβαίνειν—παρ' αὐτοῦ μαθεῖν ζητήσασιν] Pendet hæc disputatio maxime ex loco classico Platonici Timæi de mundo ejusque opifice hujusque ministris et de utraque anima, et universali et singulari, sive de anima mundi et animabus reliquis p. 41. sqq.

p. 876, 2. Διὸ καί φησι καὶ τὴν ἡμετέραν εἰ μετ' ἐκείνης γένοιτο τελέας, τελεωθεῖσαν καὶ αὐτὴν, μετεωροπορεῖν, καὶ πάντα τὸν κόσμον διοικεῖν.] Primum dedi ex optimis libris nostris h. l. τελέας et τελεωθεῖσαν, licet aliis in locis, ubi libri suadebant in nostro retinui τελείας κ. τ. λ. Similiter in Platonis Sympos. p. 208. c. Bekkerus p. 439. dedit τέλεοι pro τέλειοι, uti in Cratylo item variatur p. 403. e. ubi vid. Heindorf. Respicit autem Plotinus hic eundem locum Phædri Platonici, quem supra respexerat p. 376. G. (ubi cf. annot. nostr.) et rursus respicit infra p. 548. F. Repetam verba Platonis p. 246. b. c: ἡ ψυχὴ πᾶσα παντὸς ἐπιμελεῖται τοῦ ἀψύχου, πάντα δὲ οὐρανὸν περιπολεῖ, ἄλλοτε ἐν ἄλλοις εἴδεσι γιγνομένη. τελέα μὲν οὖν οὖσα καὶ ἐπτερωμένη μετεωροπορεῖ τε καὶ πάντα τὸν κόσμον διοικεῖ. Hanc Bekkeri lectionem etiam supra secutus sum p. 376. G. Ceteri μετεωροπολεῖ, sed illam confirmant Codd. ap. Bekkerum plurimi, confirmat etiam optimus Bodleianus. Quid quæris? Etiam Plotinus in suis papyris ita legit. Nam hanc formam agnoscunt codices tribus locis, quos citavimus, et illud alterum μετεωροπολεῖ fortasse natum est ex præcedenti περιπολεῖ. Sed tamen vetustam esse illam varietatem, plura arguunt. Himerius Orat. XIV. p. 630. Wernsdorf. de anima: ἅ ποτ' εἶδεν, ὅτε μετὰ τῶν θεῶν περὶ τὸν οὐρανὸν ἐστρέφετο· κινηθεῖσα δὲ μετεωροπολεῖ τε καὶ τὸν ἐκεῖ τόπον ζητεῖ, καὶ τὰ ὄντα περιεργάζεται· Suidas II. p. 543. Kust.: Μετεωροπολῶν· τὰ οὐράνια σκοπῶν. καὶ μετεωροπορῶν. Extrema bina verba omisit Zo-

naras in Lex. Gr. p. 1354. Philostratus V. Apollon. III. 15. p. 105. Olear.: *μετεωροποροῦντας δὲ ἰδεῖν ἀπὸ τῆς γῆς εἰς πήχεις δύο.* Simplicius in Epicteti Enchir. XXXVIII. p. 243. a. p. 387. Schwgh.: *εἰ γὰρ ἡ ἀνθρωπίνη ψυχὴ τελειωθεῖσα καὶ εἰς θεὸν ἀναχθεῖσα, μετεωροπολεῖν λέγεται, καὶ πάντα τὸν κόσμον διοικεῖν.* Quod dictum Schweighæuserus magniloquentiæ Stoicorum tribuere velit, immemor loci Platonici; cujus si memor erat, abstinebat etiam a conjectura: *διήκειν* pro *διοικεῖν*. Sed de hac lectione supra dixi ad p. 376. G. et dixit Astius ad Phædr. l. l. p. 293; qui tamen Plotinianos aliquot locos cum laudaverit, iisdem non est usus ad lectionis *μετεωροπορεῖν* auctoritatem vindicandam. Ante oculos habet etiam Iamblichus apud Olympiodorum in Alcibiad. pr. p. 60. verba Platonis, licet ea paullo liberius recitet: *ἔλυσε δὲ αὐτὸς παγκάλως λέγων, ὅτι ἐν ἑτέροις φησὶν ὁ Πλάτων, ὅτι αἱ μὲν τελειοτέραι ψυχαὶ συνεπιτροπεύουσι* (adde Lexicis hoc verbum) *τὰ τῇδε τῷ θεῷ καὶ συνδιοικοῦσιν· αἱ δὲ ἀτελέστεραι ὡς ὄργανόν εἰσι. καὶ οὕτως χρῆται αὐταῖς ὁ θεὸς πρὸς τὰ ἐνταῦθα.* De imperio animæ in corpora vide Platonis Phædonem p. 80. A. et in eum Wyttenbach. annot. p. 204.

p. 876, 11. *τὸ πρᾶττον τοῦ πραττομένου τῆς φύσεως ἀναπιμπλᾶσα.*] Ad sensum bene Marsilius: "implet *atque contaminat*": ad elegantiam non item, quandoquidem verbum *implere* polluendi significatum nonnunquam habet. Liv. IV. 30—"contactu morbi—urbs deinde *impletur*." Vid. Ruhnken. ad Tim. Lex. Platon. p. 31. ubi *ἀνάπλεως* et *ἀναπίμπλασθαι* explicat. Cf. Heindorf. ad Phædon. p. 120. Wyttenb. ad Plutarch. p. 293. Adde Apollodori Biblioth. I. 9. 21. p. 89. Heynii de Harpyis et Phineo:—*τὰ μὲν πλείονα ἀνήρπαζον, ὀλίγα δὲ ὅσα ὀσμῆς ἀνάπλεα κατέλειπον, ὥστε μὴ δύνασθαι προσενέγκασθαι.* Adde Procli Instit. Theol. XIII. p. 24. ed. nostr.

— 18. *Τάς τε τῶν ἀστέρων ψυχὰς — εὐδαιμονίαν*] Consului huic loco interposita Parenthesi, quod sæpius fieri debet in Plotiniana oratione. Respicit autem Noster Platonis Timæum p. 41. extr. et p. 42. a: *ξυστήσας δὲ τὸ πᾶν διεῖλε ψυχὰς ἰσαρίθμους τοῖς ἄστροις.*

p. 877, 9. *Οὐδὲν γὰρ δεινὸν, μή ποτε περὶ σώματος προσδοκήσῃ τοιούτου*] De voce *δεινὸς* primaria est disputatio Platonis in Protagora p. 341. A. B. cf. etiam Ast. ad Rempubl. p. 354. Videamus de formulis, quæ huc faciunt. Ac primum Herodotus VII. 245: *οὐδὲν δεινοὶ ἔσονταί τοι, μὴ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ἁλισκομένης ὑπὸ τοῦ πεζοῦ, βοηθέωσι ταύτῃ.* Nihil metuendum est, ne illi—succurrant. (Alter locus I. 155. huc non trahendus erat, uti factum est in novo Thes. Steph.) Ibid. VII. 157: *τοιοῦτον ἤδη δεινὸν γίνεται, μὴ πέσῃ πᾶσα ἡ Ἑλλάς.* Plato Gorg. 520. D: *οὐδὲν δεινὸν αὐτῷ, μήποτε ἀδικηθῇ*, Apolog. p. 28: *οὐδὲν δὲ δεινὸν μὴ ἐν ἐμοὶ στῇ*: "neque adeo metuendum erat, ne illa vis in me deficeret." Wolfius. Vid. Engelhardt. ad eum locum p. 183. Phædon. p. 84. B: *οὐδὲν δεινὸν μὴ φοβηθῇ* "non est periculum, non est timendum, ne timeat." Wyttenbach., quem vid. p. 222. sq. Idem Plotini hæc verba, quæ tractamus, ita vertit: *Non enim periculum esse, ne aliquando tale corpus exspectet.* Quod vero *τούτου* scripsit pro *τοιούτου*, est operarum vitium, non libri ullius lectio.

p. 878, 4. *πολλὰς ἕδει καὶ ψυχὰς καὶ μίαν εἶναι, καὶ ἐκ τῆς μιᾶς, τὰς πολλὰς διαφόρους.*] Respicit hæc et similia in his Enneadibus Iamblichus ap. Stob. Eclogg. Physs. I. 52. p. 902. Heer.: *Πλωτῖνος μὲν καὶ Πορφύριος καὶ Ἀμέλιος ἀπὸ τῆς ὑπὲρ τὸν οὐρανὸν ψυχῆς πάσας ἐπίσως εἰσοικίζουσιν εἰς τὰ σώματα. Πολὺ δὲ διαφερόντως ἔοικεν ὁ Τίμαιος τὴν πρώτην ὑπόστασιν τῶν ψυχῶν ποιεῖν τὸν δημιουργὸν διασπείροντα περὶ πάντα μὲν τὰ κρείττονα γένη, καθ' ὅλον δὲ τὸν οὐρανὸν, εἰς ὅλα τε τὰ στοιχεῖα τοῦ παντός.* Vid. Platonis Timæum p. 42. p. 45. sq. Bekk. Idem Iamblichus ibid. p. 924: *—τοὺς δὲ περὶ Πλωτῖνον τῆς στάσεως προϊσταμένους ἐκείνης τῆς χωριζούσης αὐτὰς (τὰς ψυχὰς) ἀπὸ τοῦ λόγου, ἢ καὶ ἀφιείσης εἰς τὴν γένεσιν ἢ καὶ ἀφαιρούσης ἀπὸ τῆς διανοίας. ἀφ' ἧς πάλιν διττῆς δόξης γίγνεται διάκρισις. Ἤτοι γὰρ λύεται ἑκάστη δύναμις ἄλογος εἰς τὴν ὅλην ζωὴν τοῦ παντὸς ἀφ' ἧς ἀπεμερίσθη ἢ καὶ μάλιστα μένει ἀμετάβλητος, ὥσπερ ἡγεῖται Πορφύριος· ἢ καὶ χωρισθεῖσα ἀπὸ τῆς διανοίας ἡ ὅλη ἄλογος ζωὴ μένει καὶ αὐτὴ διασώζεται ἐν τῷ κόσμῳ, ὥσπερ οἱ παλαιότατοι τῶν ἱερέων ἀποφαίνονται.* Nimirum Ægyptii. Vid. Heeren. l. l. ab eoque citatum Hermetis Fragmentum ap. Stob. ibid. nr. 5. p. 806. sqq. Porphyrii sententiam quod attinet, vide ejus libellum sententiarum sive de Gradibus p. 96. Tertius est locus Iamblichi ap. Stobæum ibid. p. 886: *καὶ Πλωτῖ-*

νός που καὶ Ἀμέλιος ἐπὶ ταύτης εἰσὶ τῆς δόξης. Ἐνίοτε γὰρ ὡς ἄλλην τὴν μεριστὴν ψυχὴν παρὰ τὴν ὅλην, ἐνίοτε δὲ αὐτὴν πρὸς ἐκείνην εἶναι ἀφορίζονται. Ὡς δ' ἂν εἴποι Πορφύριος, πάντῃ κεχώρισται τὰ τῆς ὅλης ψυχῆς παρὰ τὴν μεριστὴν ἐνεργήματα. Vide Porphyrii Sententt. XI. p. 61. et de Plotino et Amelio confer Stobæum ibidem p. 866. et adhibe Plotini locos infra p. 492. et p. 647. cap. IV. A. B.

p. 878, 17. *εἴπερ πᾶν ὃ ἐὰν ᾖ τῶν ὄντων.*] Non dubitavi in ordinem recipere hanc lectionem Ficini, quam secunda manus, sive ea ipsius Marsilii sit, sive alius viri docti, in Cod. Mediceo A. posuit: Editio habet *ε. π. ὃ ἐ. ᾖ, τῶν νοητῶν.* Quod argumentationi repugnat.

p. 879, 5. *Τὰς δὴ καθ' ἕκαστα ψυχὰς, ὀρέξει χρωμένας*] Ita dedi cum melioribus libris nostris pro *χρωμένοις*, et ita Ficinus; quem insuper legisse dicas *χρή*, nisi constaret eum sexcenties breviloquentiam Plotini ejusmodi verbis et additamenmentis, quale hic est repetitum *oportet* adjuvare solere. Cæterum hunc locum similesque respicere videtur Iamblichus ap. Stobæum Eclogg. I. 52. p. 866. ed. Heeren. ubi posteaquam Numenii de animo sententiam exposuit, *οὐ πάντῃ δὲ ὁμολογουμένως Πλωτῖνος.* Cf. Plotinum ipsum VI. 4. 16. p. 659. Porphyrium *ἀφορμ. πρ. τὰ νοητά* §. 32. p. 232. sqq. Cudworth. Syst. Intell. p. 1026. sqq. ed. Mosh. et Bruckeri Hist. Crit. Philos. II. p. 415. qui ita: " Sunt hæc ænigmata obscurissimæ philosophiæ, de descensu animarum, quæ nisi nos fallit obscuritas, eo tendunt: animas, quæ in intellectu divino fuere, sese quasi proripientes, et seorsim existere concupiscentes, quoad illud, quod in descensu illis adnascitur, in statum singularitatis devenisse, sicque deteriores factas esse: intellectu tamen, qui in iis residet, in divinis manente." Eadem hæc Plotiniana placita tractat Tiedemann. in libro *Geist der spekulat. Philos*, III. p. 422. sq.

p. 880, 14. *καὶ ἀναβαίνειν, ὅταν ἀρχὴν λάβῃ ἐξ ἀναμνήσεως θεᾶσθαι τὰ ὄντα—οἷς τὰ ἐναντία ἡ φύσει ἢ τύχῃ ὑπῆρξεν*] De doctrina reminiscentiæ sæpius agit Plotinus. Vide v. c. supra p. 391. A. B. ibiq. annott. et alibi. Hoc loco ante oculos habuit hæc Platonis in Phædro p. 249. fin. 250. A. p. 47. Bekk. *πᾶσα μὲν ἀνθρώπου ψυχὴ φύσει τεθέαται τὰ ὄντα, ἢ οὐκ ἂν ἦλθεν εἰς τόδε τὸ ζῷον, ἀναμιμνήσκεσθαι δ' ἐκ τῶνδε ἐκεῖνα οὐ ῥᾴδιον ἁπάσῃ, οὔθ' ὅσα βραχέως εἶδον τότε τἀκεῖ, οὔθ' αἱ νῦν πεσοῦσαι, ἐντυχοῦσαι, ὥστε ὑπό τινων ἀδικιῶν ἐπὶ τὸ ἄδικον τραπόμενοι λήθην ὧν τότε εἶδον ἱερῶν ἔχειν. ὀλίγαι δὲ λείπονται, αἷς τὸ τῆς μνήμης ἱκανῶς πάρεστιν.*—Hæc Platonis Pythagoræque decrete reprehendens Eustathius Antiochenus in Ang. Maii Collect. Vaticana I. 3. p. 77. ita disputat: *ἀλλ' ἐπειδὴ σαφῶς ἴσασιν ἁλισκομένους, ἐντεῦθεν ἑαυτοὺς μεταβαλλόμενοι πλάττουσι τὸ τῆς λήθης ὕδωρ, ἃ φασι πίνοντας ἑκάστους τὰς τῶν εἰκότων βίων γεννήσεις ἀμνημονεῖν* (" qua epota aiunt singulos oblivisci *præteritarum* vitarum nativitates" (?) An scripsit Eustathius *τὰς τῶν εἰληχότων βίων γενέσεις*, vitarum, *quæ sorte obvenerunt?* quo sensu Plato λαχὼν usurpat. Vid. Ruhnken ad Tim. L. Pl. p. 173. et Ast. ad Plat. Legg. V. p. 272. An forte *αἱρετῶν βίων*, vitarum, *quas singuli sibi elegerunt?* Nam respicit Eustathius locum Reipublicæ p. 617. sub fin. *πρῶτος δ' ὁ λαχὼν πρῶτος αἱρείσθω βίον.* Certe sequentia p. 621. A. ibid. tangit: *πορεύεσθαι ἅπαντας εἰς τὸ τῆς Λήθης πεδίον—μέτρον μὲν οὖν τι τοῦ ὕδατος πᾶσιν ἀναγκαῖον εἶναι πιεῖν.—τὸν δὲ ἀεὶ πιόντα πάντων ἐπιλανθάνεσθαι· ὅτι δὲ ταῦτα μυθώδη καὶ πόρρω φιλοσοφίας ἐστὶν οὐδεὶς τῶν εὖ φρονούντων ἔοικεν ἀγνοεῖν· τί γάρ φαμεν, ὦ Πυθαγόραι καὶ Πλάτωνες, αὐτοὶ τὸ ληθοποιὸν ὕδωρ πεπώκατε λαβόντες; κ. τ. λ.*—Deinde ita perorat: *ἀλλ' εἰς ταύτην βαρβαρώδη δεισιδαιμονίαν ἀτραπέντες ἐσφάλησαν Αἰγυπτίοις χρησάμενοι καθηγεμόσι.* Lege *ἀνατραπέντες*. Sed fortasse etiam *βαρβαρώδη* debetur librariis, qui propter Ægyptios ita mutarent, cum Eustathius scripsisset *βαραθρώδη*. Clemens Alex. Stromm. IV. p. 568—*τάτε ὀργῆς καὶ θυμοῦ βάραθρα.* Libanius de Vita sua p. 4. Reisk.: *εἰς βάραθρον ἀμαθίας πεσεῖν.* Lucian. de Astrologia p. 367:—*ἐξέπεσε τῆς ἀληθοῦς καὶ πάντως ἀπεσφάλη τοῦ λόγου καὶ εἰς πέλαγος κατενέχθη ἀβύσσων πραγμάτων.* Philo Jud. de Agricult. III. p. 64. Pfeiff. *θολερῷ δὲ καὶ βαραθρώδει βίῳ*, nisi ibi legendum est *βορβορώδει*. E quo genere plura reperias in Wyttenbachii animadvv. in Plutarch. de S. N. V. p. 72. p. 392. sq. ed. Oxon. Hactenus de loco Eustathii. Addamus alios ad *reminiscentiam Platonicam* pertinentes. Plato Phædon. p. 72. e: *ὅτι ἡμῖν ἡ μάθησις οὐκ ἄλλο τι ἢ ἀνάμνησις τυγχάνει οὖσα.*

Theodorus Metochita §. πη'. p. 576. Kiessling. Καὶ μήποτ' ἄρα τοῦτο δὴ καθόλου Πλάτωνι καὶ Πλωτίνῳ, καὶ ὅσοι κατ' αὐτοὺς ἔδοξαν, ἀφορμὴν παρέσχετο μὴ εἶναι μαθήσεις τὰς δοκούσας μαθήσεις ἀποφαίνεσθαι, ἀλλ' ἀναμνήσεις τῇ ψυχῇ διὰ τὰς ἑκαστόθ' ὁρωμένας ἀνακαθάρσεις τοῦ λογικοῦ κ. τ. λ. Hæc præmittenda duxi Libanii causa, in Declamat. pro Socrate p. 256. ed. Jacob. Morell. ita: καὶ χρὴ ζῶντας μὲν φιλοσοφεῖν καὶ θανάτου μνήμην (leg. μελέτην: nam ita Macarius Chrysocephalas legit et μελέτη θανάτου nota ex Phædone. Adde Porphyr. de Abstin. I. 30. p. 49—μελετᾷ μὲν ἀποτίθεσθαι πᾶν εἴτε προσέλαβες ἀλλόφυλον· ἐπαναμιμνήσκει δὲ ἑαυτὸν ὧν ἔχων ἐπελάθετο.) ποιεῖσθαι τὸν βίον, ἀναμιμνησκομένους τὰ πολλὰ τῶν ἀρχαίων μαθημάτων, ἐν οἷς ἐνταῦθα δοκοῦμεν μένειν (Jacobus Morellius, vir doctissimus ita edidit, hac adjecta versione: "—animo revolventibus nobis plerasque veterum disciplinas *in quibus heic manere videmur*." Quid hoc est? Lege fidenter: ἐν οἷς ἐνταῦθα μανθάνειν δοκοῦμεν, hac sententia: in iis rebus, quæ hic, in hac vita, discere videmur, nihil aliud facimus, quam recolimus pristinas doctrinas, quæ anima nostra in superiore prioreque vita tenebat.) Cæterum uti hoc *reminiscentiæ* placitum supra ex Ægypto ad Pythagoram Platonemque pervenisse et Eustathius l. l. et alii plurimi tradunt: ita gemina placita offendimus in illo Indorum poemate quod Bhagavad-Gita inscribitur. Namque ita cant. XVIII. 73. sqq. hoc ponitur: intelligentiam τῶν ὄντως ὄντων neutiquam effici per intellectum ope conclusionum dialecticarum, quæ argumentando paullatim et quasi per gradus ad finem tendunt, verum ope ejus contemplationis, quæ a purgando animo incipiens reminiscentiam (τὴν ἀνάμνησιν) excitat. Unde pariter atque Plato et Platonici poëta ille Indicus idemque philosophus statuisse videtur, veritatem ab origine infuisse in hominum animis, postea vero descensu in corpora obscuratam sola reminiscentia denuo illustrari posse. Vide acutissime de hoc placito disputantem Guil. de Humbold. in Comment. *Ueber die Bhagavad-Gita* in Comm. Acad. Scientt. Berolinens. ann. 1826. p. 36. sq.

p. 880, 19. ὅτε διαιρεῖ αὐτὰ ἐκ τοῦ ὑστέρου κρατῆρος] Vid. Platonis Timæum p. 41. sub fin. p. 44. Bekk. et cf. annot. supra ad p. 376. G.—Mox: εἰ δὲ λέγει σπεῖραι τὸν θεὸν αὐτάς. Plato Tim. p. 42. p. 43. Bekk.: ἔσπειρε τοὺς μὲν εἰς γῆν κ. τ. λ.

p. 881, 3. ὥσπερ ὅταν καὶ λέγοντα, καὶ οἷον δημηγοροῦντα ποιῇ] Respicit locum Platonici Timæi p. 41. p. 43. ubi mundi opifex reliquos deos alloquitur: θεοὶ θεῶν κ. τ. λ. quod non assecuti sunt librarii, qui Plotino affinxerunt lectionem δημιουργοῦντα, a quo consilio vel prægressum λέγοντα eos avertere debebat.

— 4. Ἃ γὰρ ἐν φύσει ἔστι τῶν ὅλων, ταῦτα ἡ ὑπόθεσις γεννᾷ τε καὶ ποιεῖ] Sunt similes sententiæ plures in his Enneadibus. Vid. p. 299. B. C. p. 378. G: δεῖ δὴ τῷ λόγῳ τὴν εἴσοδον καὶ τὴν ἐμψύχωσιν, διδασκαλίας καὶ τοῦ σαφοῦς χάριν γίνεσθαι νομίζειν. et præcipue p. 487. B: ἐκποδὼν δὲ ἡμῖν ἔστω γένεσις ἡ ἐν χρόνῳ τὸν λόγον περὶ τῶν ἀεὶ ὄντων ποιουμένοις· τῷ δὲ λόγῳ τὴν γένεσιν προσάπτοντας αὐτοῖς: Unde satis intelligitur, quid hoc loco sit ἡ ὑπόθεσις. De locutione ἡ ὑπόθεσις γεννᾷ, pro: *Ratio ponit opificem generare*, &c. consule quæ supra diximus ad p. 442. B. inf. ad verba: οἱ ἐκχέοντας τὰς ὄψεις. Argumentum autem pertinet ad quæstionem illam primariam, a philosophis certatim agitatam: utrum Mundus factus esset a Deo, et utrum tempore et quodam initio, an ab omni æternitate. Proclus in Platonis Timæum, posteaquam Plutarchi, Attici. Crantoris, aliorum sententias protulit, ita pergit p. 85: Πλωτῖνος δὲ καὶ οἱ μετὰ Πλωτῖνον φιλόσοφοι, Πορφύριος καὶ Ἰάμβλιχος τὸ σύνθετόν φασιν ἐν τούτοις (in Timæo Platonis) κεκλῆσθαι γεννητὸν, τοῦτο δὲ συνυπάρχειν καὶ τὸ ἀφ' ἑτέρας οὐσίας ἀπογεννᾶσθαι. Quam in rem plura collegit Wyttenbach. de Placito immortalitatis animorum (ante Phædonem) p. XXII. sqq. *Plotinum vero recte in iis numerari, qui Animæ et Mundi generationem sine initio esse statuerint, loci laudati dubitare nos non sinunt;* ut qui et hic et alibi hanc universam opificis opificiique mundani historiam solummodo *doctrinæ et perspicuitatis causa* inventam diserte pronuntiat. Itaque Platonem etiam suum interpretatur, neque aliter philosophorum deum sensisse arbitratur, quam Mundum et Animam æternum esse, rationem autem in Timæo institutam intelligentiæ tantummodo adjuvandæ gratia adhibitam esse. Qua in re subtiliter eleganterque judicare Plotinum equi-

dem profiteor. Contra inter recentiores eo delapsi sunt nonnulli, ut cum illud Mundi opificium in Timæo explicatum reliqua cum doctrina Platonis conciliare non possent, primarium illum dialogum Platoni abjudicarent.

p. 881, 7. *ἤτε εἰς τελείωσιν κάθοδος τοῦ παντὸς,*] In caussis descensus animarum in corpora est etiam constitutio universi, eamque causam aliquoties attingit Plotinus in hoc ipso capite. Celsus autem hoc ita declarat ap. Origenem libr. VIII. p. 780. D: *ἐπειδὴ δὲ σώματι συνδεθέντες ἄνθρωποι γεγόνασιν, εἴτ' οἰκονομίας τῶν ὅλων ἕνεκεν, εἴτε ποινὰς ἁμαρτιῶν ἀποτινυύντες, εἴθ' ὑπὸ παθημάτων* (an *ἐπιθυμιῶν?* Wyttenb.) *τινῶν τῆς ψυχῆς βαρυνθείσης, μέχρις ἂν τεταγμέναις περιόδοις ἐκκαθαρθῇ. Δεῖ γὰρ, κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα τρὶς μὲν μυρίας ὥρας ἀπὸ μακάρων ἀλαλᾶσθαι γενομένην παντοίαν διὰ χρόνου ἰδέαν θνητῶν.* Cf. Wyttenb. ad Plutarch. de S. N. V. p. 113. p. 444. ed. Oxon. Adde Empedoclea fragmm. v. 6. ubi tamen Sturz. p. 513. dedit *ἀλάλησθαι.* Designatur autem his verbis *ἡ πλάνη,* quam mox Plotinus ex Empedocleis memorat. De reliquis, quæ ad Empedoclis Heraclitique hæc decreta pertinent, supra vidimus ad p. 468. C. Hanc doctrinam autem descensus animarum supra attigimus ad p. 381. sqq.

— 8. *ἤτε ἀνάγκη, τό, τε ἑκούσιον (ἐπείπερ ἔχει τὸ ἑκούσιον ἡ ἀνάγκη*] De necessitate divina ita disputat Iamblichus de Myster. Ægypt. I. 14. p. 25. *ἔτι τοίνυν αἱ λεγόμεναι θεῶν ἀνάγκαι, τὸ ὅλον τοῦτο, θεῶν ἴδιαι* (*εἰσὶν* Cod. Gothan. et Monac. hic tamen in marg. a rec. m. *ἰδίαν*) *ἀνάγκαι, καὶ ὡς ἐπὶ θεῶν γίγνονται· οὐκ ἄρα ὡς ἔξωθεν οὐδ' ὡς κατὰ βίαν* (κ. *μίαν* uterque Cod. perperam) *ἀλλ' ὡς τ' ἀγαθῶν ὠφέλει ἐξ ἀνάγκης, οὕτως ἔχουσι τῷ* (*τὸ* Goth. Mon. Leidens.) *πάντῃ οὑτωσὶ, καὶ μηδαμῶς ἄλλως διακεῖσθαι. βουλήσει ἄρα ἀγαθοειδεῖ συγκέκραται αὕτη καὶ ἔρωτός ἐστι φίλη ἡ τοιαύτη ἀνάγκη, τάξει τε οἰκείᾳ θεῶν ἔχει τοσαυτὸν* (*τὸ ταυτὸν* cod. Goth.) *καὶ ἄτρεπτον, καὶ ὅτι κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἑνὶ ὅρῳ συνέχεται, ἐμμένει τούτῳ, καὶ οὐδέποτε ἐξίσταται.* ad quem locum vide Galeum p. 198.

p. 882, 9. *Τὸ δὲ τῆς κακίας ἄμετρον εἶδος— τιννυμένων δαιμόνων*] De pœnis animarum dicendi otium mihi facit Wyttenbach. ad Plut. de S. N. V. p. 99. p. 426. Oxon. p. 122. p. 455. sq. Oxon.

p. 883, 2. *μηδέποτε ὄντως οὖσαν*] Suspiceris Marsilium legisse *ὄντως οὕτω οὖσαν,* sed libri MSS. ab editione nil discrepant. Mox in fine capitis— *διὰ τῆς ποικιλίας τῶν ἔξω—τὰ γλαφυρὰ ταῦτα ὁρᾶσαι.* Ficinus *γλαφυρὰ* vertit *varia pulcherrimaque.* Fortasse præstet *pulcra grataque.* De potestate vocis *γλαφυρὸς, γλαφυρία, γλαφυρότης* dicendi otium mihi fecerunt Tib. Hemsterhusius in Anecdott. Vol. I. ed. Jac. Geelii et J. C. Th. Ernesti in Lex. Technol. Græcorr. Rhetor. p. 61. sq. Ego alia quædam exempla subjiciam: Plutarch. de Sanit. tuend. p. 122. E. p. 483. Wyttenb.: *τῶν ἐλευθεριῶν δὲ τεχνῶν ἰατρικὴ τὸ μὲν γλαφυρὸν καὶ περιττὸν καὶ ἐπιτερπὲς οὐδεμίας ἐνδεέστερον ἔχει,* ubi non male *nitore* Xylander. Alia Plutarchea ad hæc in Vita Pyrrhi c. 8. p. 387: *ὡς μαθημάτων βασιλικώτατον, τὰς δ' ἄλλας γλαφυρίας ἐν οὐδενὶ λόγῳ τίθεσθαι,* Bæhrius noster in Annot. p. 182. Himerius Orat. I. 2. p. 324. Wernsdorf. de oratione:—*διὰ γλαφυρῶν ἐπιχειρημάτων τὴν γνώμην ἐμφανίζειν.* Marinus in Vita Procli 13. p. 31. p. 11. Boissonad. *de libro:— ἄλλα τε πολλὰ συνέγραψε καὶ τὰ εἰς Τίμαιον γλαφυρὰ ὄντως καὶ ἐπιστήμης γέμοντα ὑπομνήματα.* Iamblichus in Nicomachi Arithmetica p. 26. ed. Tenullii *de loco alicujus scripti: οὐδὲν ἀκριβὲς ἐν τῷ τόπῳ γλαφυρωτάτῳ παρόντι θεωρήσαντες.* Clemens Alex. Stromm. I. p. 325. Potter. *de Philosophia Ethnicorum: ἁρμόζει δὲ καὶ ἄλλως τῇ τῶν ὑπομνημάτων ὑποτυπώσει τὸ γλαφυρὸν τῆς θεωρίας.* In præcedentibus *τὰ κάλλιστα* ea dixerat, et in sequentibus iisdem tribuit *ἡδυσμα.* Quo pertinet Eustathii in Odyss. *α.* p. 1385. præceptio de hoc vocabulo: *ἡ λέξις μετῆκται καὶ ἐπὶ νοημάτων, καὶ λέγεται νοήματα γλαφυρὰ, τὰ ἔχοντά τι βαθὺ, πλὴν μετὰ καὶ χάριτος καὶ διαφανίας τινὸς καὶ λαμπρότητος, ὡς μὴ πάνυ εἶναι διὰ τὸ βάθος σκοτεινά.*

— 11. *καὶ ἐξελίττεσθαι*] Vid. annot. ad p. 29. C. *Seminis, σπέρματος,* similitudinem de anima similiter usurpavit Proclus in Timæum p. 330. initio.

— 14. *ἦν οὐκ ἔδει στῆσαι οἷον περιγράψαντα φθόνῳ*] *Quam* (potentiam) *non debebat sistere* (quisquam) *quasi qui invidia cohibeat.* Nimirum secundum Platonis sententiam: in Divinis atque Bonis invidiam non esse. Phædr. p. 247. A. Timæo p. 29. sub fin. Quam amplectitur Phi-

losophus noster. Vid. supra p. 216. B. Plato autem, sicut pluribus in locis Herodotum ante oculos videtur habere, ita hac quoque sententia illud patris historiæ I. 32: *τὸ θεῖον πᾶν φθονερὸν* tacite reprehendere putandus est. Vid. Wesseling. ad eum locum p. 15. et Valckenaer. ad III. 40. p. 216. etiam Heindorf. ad Phædri l. l. p. 252.—Ad *χωρεῖν δὲ ἀεὶ* intellige: *ἔδει αὐτὴν*. Mox *καὶ οὐδὲν περιϊδεῖν—δυναμένης*: *et quæ nihil possit, negligere ut sui* (i. e. suæ caussæ) *expers sit.*

p. 884, 11. *Διττῆς δὲ φύσεως ταύτης οὔσης, τῆς μὲν νοητῆς, τῆς δὲ αἰσθητῆς κ. τ. λ.*] In memoriam rediganda sunt h. l. verba in Platonis Timæo p. 35. p. 32. Bekk.: *τῆς ἀμερίστου καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ἐχούσης οὐσίας καὶ τῆς αὖ περὶ τὰ σώματα γιγνομένης μεριστῆς τρίτον ἐξ ἀμφοῖν ἐν μέσῳ ξυνεκεράσατο οὐσίας εἶδος* (cf. de his Plotinum nostrum supra p. 364. D. et p. 385. sq. et inspice infra disputata p. 491. C.) Quæ verba postquam doctissime excussit Proclus in Timæum inde a pag. 185. et insigniorum philosophorum de natura animæ decreta explicavit p. 187. Plotini sententiam ita attingit: *οἱ δὲ φιλοσοφώτερον ἁπτόμενοι τῶν λόγων νοῦ καὶ αἰσθήσεως αὐτὴν (τὴν ψυχὴν) μέσην λέγουσι, τοῦ μὲν, ἀμερίστου, τῆς δὲ, περὶ τοῖς σώμασι μεριστοῖς* (Leg. *μεριστῆς*), *ὡς Πλωτῖνος.* Vides philosophi Lycopolitani placitum de Animæ conditione et indole magis philosophum judicari a Proclo, quam reliquorum placita, quos commemorarat. Ceterum adhibe ad hæc Cudworthi et Moshemii disputata in System. intellect. V. 3. 22. p. 1050. sqq.—1056.

p. 885, 14. *πάλιν ἀναδραμοῦσαν*] Proclus in Timæum p. 330. init.: *μία σωτηρία ψυχῆς αὕτη παρὰ τοῦ δημιουργοῦ προτείνεται, τοῦ κύκλου τῆς γενέσεως ἀπαλλάττουσα, καὶ τῆς πολλῆς πλάνης καὶ τῆς ἀνηνύτου ζωῆς, ἡ πρὸς τὸ νοερὸν εἶδος τῆς ψυχῆς ἀναδρομὴ, καὶ ἡ φυγὴ πάντων τῶν ἐκ τῆς γενέσεως ἡμῖν προσπεφυκότων.*

p. 886, 4. *Καὶ εἰ χρὴ παρὰ δόξαν τῶν ἄλλων τολμῆσαι τὸ φαινόμενον λέγειν σαφέστερον, οὐ πᾶσα οὐδ' ἡ ἡμετέρα ψυχὴ ἔδυ*] Hinc hæc sententia *νεώτερος λόγος* dicitur a Proclo in Timæum. Verba ejus supra apposui ad titulum hujus libri p. 468. itemque Simplicii locum, ubi item hæc Plotiniana attingit. Hinc Hermias in Phædrum p. 147. in ea re vel a Platone dissensisse Plotinum dicit, quod aliquid animæ humanæ in mundo intelligibili remanere statuerat, cum eandem totam descendere posuisset Plato. Damascius contra hanc Nostri sententiam veram esse pronuntiat. Locos exhibui in Annot. in Procli Instit. Theolog. CCXI. p. 314—316. ad hæc verba: *Πᾶσα μερικὴ ψυχὴ ὅλη κάτεισι· καὶ οὐ τὸ μὲν αὐτῆς ἄνω μένει, τὸ δὲ κάτεισιν.* Unde intelligitur, hac in causa Proclum se a Plotini auctoritate sejunxisse et ad Platonis mentem hæc docuisse. Consule etiam Plotinum supra II. 9. 2. p. 201. A. et in eum locum Annotata.

p. 887, 7. *τὸ δέ ἐστι καὶ ἀνήδονον [ὂν] τὰς—ἡδονάς*] Etsi in his Enneadibus satis frequens est *ἔστιν ὂν* et similia: tamen hoc loco suspicor illud *ὂν* ex prægressæ vocis clausula ortum. Quocirca uncinis inclusi.

LIB. IX.

p. 888, 7. ΕΙ ΠΑΣΑΙ ΑΙ ΨΥΧΑΙ ΜΙΑ;] Aliquot libri MSS. *περὶ τοῦ εἰ—μία*; Sed breviorem inscriptionem agnoscit etiam Porphyrius de Vita Plotini cap. IV. et cap. XXV; unde etiam discimus esse hunc librum omnium Plotinianorum octavum ordine temporis. Fontes libri sunt inprimis in Platonis Timæo et quidem iisdem in locis, quos supra sæpius vel citavimus vel attigimus, nimirum p. 30. p. 26. Bekk. p. 35. p. 32. Bekk. p. 41. extr. p. 44. Bekk. (cf. Plotin. p. 364. D. p. 372. B. C. p. 376. C. D. p. 385. sq. p. 397. D. p. 469. 470. 473. 475.) Accedit Aristoteles de Anima II. c. 3. et 4. p. 27. sq. Sylb. Reliquorum philosophorum decreta tractavit Wyttenbachius de Placito Immortalitatis ante Phædon. XV — XLVIII. XLIX. LXIII. idemque ad Plutarch. de S. N. V. p. 104. p. 432. ed. Oxon. et p. 123. p. 456. sq. Ox. adde Baguetii Chrysippea p. 181. sqq. Plotinianæ ipsius doctrinæ summam exhibet Porphyrius de Gradibus ap. Stob. in Eclogg. I. 52. p. 820. Heer. et in Edit. peculiari c. 39. p. 246. ed. Cantabr. Qui locus ita incipit: *οὐ διὰ τὸ πλῆθος τῶν σωμάτων δεῖ νομίζειν πλῆθος τῶν ψυχῶν γενέσθαι, πρὸ δὲ τῶν σωμάτων εἶναι καὶ πολλὰς καὶ μίαν κ. τ. λ.* Iamblichus ap. eundem Stobæum p. 866: *εἰσὶ δή τινες οἳ πᾶσαν τὴν τοιαύτην οὐσίαν* (de anima loquitur) *ὁμοιομερῆ καὶ τὴν αὐτὴν καὶ μίαν ἀπο-*

φαίνονται, ὡς καὶ ἐν ὁτῳοῦν αὐτῆς μέρει εἶναι τὰ ὅλα.—καὶ ταύτης τῆς δόξης ἀναμφισβητήτως μέν ἐστι Νουμήνιος, οὐ πάντη δὲ ὁμολογουμένως Πλωτῖνος, ἀστάτως δὲ ἐν αὐτῇ φέρεται Ἀμέλιος, Πορφύριος δὲ ἐνδοιάζει περὶ αὐτὴν, πῇ μὲν διατεταγμένως αὐτῆς ἀφιστάμενος, πῇ δὲ συνακολουθῶν αὐτῇ ὡς παραδοθείσῃ ἄνωθεν, et p. 886: *Καὶ Πλωτῖνος που καὶ Ἀμέλιος ἐπὶ ταύτης εἰσὶ τῆς δόξης. Ἐνίοτε γὰρ ὡς ἄλλην τὴν μεριστὴν ψυχὴν παρὰ τὴν ὅλην, ἐνίοτε δὲ αὐτὴν πρὸς ἐκείνην εἶναι ἀφορίζονται.* Proclus in Institut. Theolog. §. 184. p. 274. sqq. tria animarum genera ponit: primum divinarum, alterum earum, quæ semper mentem participant, tertium earum, quæ nunc mentis participes sunt, nunc ab ea desciscunt. Unam eandemque omnium esse animam *Manichæorum* sententiam esse dicit Gregorius Nyssenus de Anima I. p. 90. sq. et explicatius p. 103. C. D. ita:—*μίαν δὲ μόνην εἶναι ἁπάντων ψυχὴν (φασὶν οἱ Μανιχαῖοι) κατακερματιζομένην καὶ κατατεμνομένην εἰς τὰ καθ' ἕκαστον σώματα, ἔμψυχα καὶ ἄψυχα· καὶ τὰ μὲν πλείονα* [*πλείονος* Moser.] *αὐτῆς μετέχειν, τὰ δὲ ἐλάττονος· πλείονος μὲν τὰ ἔμψυχα, ἐλάττονος δὲ τὰ ἄψυχα, πολλῷ δὲ πλείονος τὰ οὐράνια ὡς τῆς καθόλου ψυχῆς μέρη τὰς καθ' ἕκαστον εἶναι ψυχάς. καὶ εἰ μὲν ἀμερίστως μερίζεσθαι ταύτην ἔφασκον, ὡς τὴν φωνὴν ἐν τοῖς ἀκούουσι, μέτριον ἂν ἦν τὸ κακόν· νῦν δὲ τὴν οὐσίαν αὐτὴν τῆς ψυχῆς καταμερίζεσθαι λέγουσι, καὶ τὸ πάντων χαλεπώτατον, ὅτι κυρίοις αὐτὴν στοιχείοις εἶναι βούλονται, καὶ συμμερίζεσθαι τούτοις ἐν τῇ τῶν σωμάτων γενέσει, καὶ πάλιν εἰς ταὐτὸν συνιέναι διαλυομένων τῶν σωμάτων, ὡς ὕδωρ μεριζόμενον, καὶ πάλιν συναγόμενον καὶ μιγνύμενον.* Tertullianus autem Adversus Valentinianos c. 29. p. 26. Rigalt. ita prodit *Valentinianos* docere: "sic et animas duplici proprietate discernunt, bonas et malas: secundum choïcum statum Cain (an *ex* C.?) et animalem ex Abel, spiritalem ex Seth. De obvenientia superducunt non naturam, sed indulgentiam, ut quos Achamoth in superioribus in animas bonas depluat, id est animali censui inscriptas. Choïcum enim genus, id est malas animas, nunquam capere salutaria. Immutabilem enim et irreformabilem naturam pronuntiaverunt." Plotinum etiam Valentinianis obloqui supra ad libri *adversus Gnosticos* initium monuimus. Idem Tertullianus De Anima cap. XXV. sqq. ubi varias variorum sententias refert, Platonem de una anima pronuntiantem, refutare studet. Cassiodorius c. 16. p. 355. posteaquam Christianam doctrinam animarum a Deo procreatarum attigit, ita pergit: peractis his, quæ dicenda fuerunt, congruum videtur de animarum signis indiciisque disserere. *Quia, licet earum substantia una esse videatur, longe tamen disparibus qualitatibus* segregatur (in marg. *segregantur*).

p. 889, 7. *ἐχρῆν γὰρ*] Quod Cod. Vatic. ceteroqui in accentibus accuratior aliis h. l. *ἔχρην* habet, vid. Fischer. ad Aristoph. Plut. 406. Matth. Gr. Gr. §. 255. p. 497. ed. alter. ibiq. laud. Goettling. ad Theodos. Alex. Gramm. p. 218. et Buttmanni ausführl. Gr. Sprachl. §. 114. p. 257.

— 16. *ὡς ἄνθρωπος—ἔστὼς ἔσται*] Hic locus ita legendus videtur: *Ὡς ἄνθρωπος ὁ ἐν ἐμοὶ κινουμένῳ· ἐν ἐμοὶ μὲν γὰρ κινουμένῳ κινούμενος, ἐν σοὶ δὲ ἑστὼς ἔσται.*

p. 890, 18. *ἀλλὰ μίαν* (ita pro *μὴν* posui jussu præstantiorum Codd.) *καὶ πλῆθος λέγομεν.*] Eandem sententiam uberius explicat Proclus in Alcib. pr. c. 82. sq. p. 246. sqq. ed. nostr. ubi et alia et (p. 248.) hæc leguntur: *Ἀναβὰς δὲ ἐκεῖ καὶ γενόμενος ἐν τοῖς ἀσωμάτοις ὄψει τὸν ψυχικὸν ἐκεῖνον ὑπὲρ τὰ σώματα διάκοσμον, αὐτοκίνητον μὲν καὶ αὐτενέργητον καὶ ἑαυτῷ καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ τὴν ὑπόστασιν ἔχοντα, πεπληθυσμένον* (ita legendum) *δὲ ὅμως καὶ ἔμφασιν παρειληφότα τοῖς μεριστοῖς περὶ τοῖς σώμασιν οὐσίαις*, (fort. *τῆς μεριστῆς οὐσίας* cf. Var. Lect.) *λόγων σχέσεις παμπληθεῖς καὶ ἀναλογίας καὶ συνθέσεις καὶ ὅλα μέρη καὶ κύκλους ψυχικοὺς καὶ δυνάμεων ποικιλίαν θεάσῃ καὶ τὴν τελειότητα αὐτῶν οὐκ οὖσαν αἰώνιον, οὐδὲ ὁμοῦ πᾶσαν ἑστῶσαν, ἀλλὰ κατὰ κρόνον ἀνελισσομένην καὶ ἐν διεξόδοις ὑφεστηκυῖαν. Τοιαύτη γὰρ ἡ ψυχῆς φύσις. Μετὰ δὲ τὸ ἐν ψυχαῖς πλῆθος ἀνάτεινον σεαυτὸν ἐπὶ νοῦν καὶ τὰς νοερὰς βασιλείας, ἵνα τῆς ἑνώσεως ἀντιλάβῃ τῶν πραγμάτων κ. τ. λ.* Cf. ejusdem Institut. Theolog. c. 62. p. 96. nostr. et Porphyrii Sententt. XV. p. 323. seq. XXXIII. p. 234. et XXXIX. p. 246. sqq. et inspice Plotinum ipsum supra p. 189. B. et præsertim infra p. 757. D. E. p. 761. C. p. 766. E. Adde Iambl. ap. Stob. II. p. 400. in Protrept. p. 33. et Proclum in Timæum p. 329.

p. 891, 12. *τὸ διεστὼς ἀμήχανον ὅσον τόπον.*] Margini, in quo *ὅσων τόπων*, libri non suffragantur. Ratio tamen patitur, si cogites *διάστημα*. Frequentat Plotinus, Platonis exemplum sequens, hanc locutionem. Vid. ad p. 56. E. Plato in Charmid. p. 155. C. p. 703. Bekk. *ἐνέβλεψέ τέ μοι* (Excerpt. Cod. Darmst. *ἀνέβλεψε μέ τι*) *τοῖς ὀφθαλμοῖς ἀμήχανόν τι οἷον* ubi vid. Heindf. p. 61. Phædon. p. 39. Wytt.: *τὸ σῶμα—ὀλίγου ὅλον μένει ἀμήχανον ὅσον χρόνον* (ubi Stobæus extremum vocabulum non habet. vid. Wyttenb. annot. p. 206.

p. 892, 15. *ᾗ οὐδὲν ἔδει πλάττειν*] Recte Ficinus: "cui non opus fuit formare." Constructionis exempla e Xenophonte congessit Sturzius in Lex. Xenoph. I. p. 629. Plato Menon. p. 79. C. p. 50. Stallbaum.: *δεῖ οὖν σοι πάλιν ἐξ ἀρχῆς —τῆς αὐτῆς ἐρωτήσεως.* Cf. Matth. Gr. Gr. §. 391. p. 719. ed. alt. Plotinus supra p. 2. C. *εἴπερ δεῖ χρῆσθαι τῷ ὀργάνῳ γιγνωσκούσῃ* (ita libri fere omnes pro *γιγνώσκουσαν* editionis) *τὰ ἔξωθεν παθήματα ἐξ αἰσθήσεως*, ubi conf. annot.

p. 893, 14. *ὥσπερ εἴδωλον οὖσα—τῆς ἐν ἑνὶ μιᾶς· οἷον εἰ ἐκ δακτυλίου ἑνὸς πολλοὶ κηροὶ τὸν αὐτὸν τύπον ἀπομαξάμενοι φέροιεν.*] Ita dedimus partim ex Ficini versione, partim ex Codd. MSS. Similes loci sunt supra I. 6. 5. IV. 3. 7. IV. 4. 23. Inprimis consule annotata ad IV. 6. 2. p. 305. B.

p. 894, 9. *καὶ τὸ σπέρμα ὅλον—τὸ ὅλον*] Cf. cap. 3. p. 479. C: *καὶ γὰρ ἐν τῷ σπέρματι πλείους αἱ δυνάμεις, καὶ ἓν καὶ ἐξ ἑνὸς τούτου πολλὰ ἔν.* Cf. etiam disputationem Joannis Grammatici in Aristotel. de Generat. Animall. lib. II. c. 1. Pertinet hæc sententia ad doctrinam de rationibus seminalibus (*λόγοις σπερματικοῖς*), de quibus Plotinus pluribus locis, ut II. 3. 17. III. 1. 7. III. 8. IV. 3. 10. IV. 4. 39. (Consule quæ annotavimus ad postremum locum p. 433. B.) et V. 3. 8.

— 12. *Ἀλλ' ἐν τῇ ἐπιστήμῃ, εἴποι τις ἄν, τὸ μέρος οὐχ ὅλον—ἐνδυναμοῦται δὲ, οἷον πλησιάσαν τῷ ὅλῳ.*] Vocem *ἐνδύναμος* Lexicis addi jussit Lobeck. ad Phrynich. p. 605. not. Usurpat etiam Dionysius, qui falso dicitur Areopagita, de Divinn. Nominibb. cap. IV. §. 32. Verbum *ἐνδυναμόω* et *ἐνδυναμοῦμαι*, corroboro, corroboror et invalesco ex LXX. interprett. citant Biel. in Thesaur. I. p. 533. et Schleusner in novo Thesauro II. p. 359. Sed hoc loco peculiarem adsciscit potestatem hanc *potentiale reddi*, i. e. eo pervenire, ut potentia (*δυνάμει*) existimeris; quod recte perspexit Ficinus. Propterea hic locus, tanquam philosophi argumenti unicus vel maxime consignandus in Lexicis est.

Cæterum fallor aut Plotinus in his et sequentibus ad finem usque libri Platonis locos, ubi de *scientiis* (*ἐπιστήμαις*) exponit philosophus, ante oculos habuit; v. c. in Legg. VIII. p. 643. sqq. et præcipue in Philebo p. 55. sqq. p. 177. Stallbaum. Plotinum vero vicissim Proclus habuit ante oculos in Alcib. pr. §. 95. p. 307. sqq. ubi et alia et hæc posuit (p. 308.): *ταῦτα δὲ ἐμφαίνει τὴν οὐσίαν ἡμῶν χωριστὴν οὖσαν σώματος καὶ ἐν αὐτῇ ἑστῶσαν, ὅπου γε καὶ ἡ ἐπιστήμη τελειότης ἡμῶν ὑπάρχουσα τοιαύτην ἔλαχε δύναμιν. Αἱ μὲν γὰρ σωματοειδεῖς δυνάμεις ἐν ταῖς μεταδόσεσιν ἑαυτὰς ἐλαττοῦσιν, ἡ δὲ ἐπιστήμη, μία μένουσα καὶ ἡ αὐτὴ, αὐτάρκης καὶ ἀνελάττωτος ἑνὶ καὶ πολλοῖς ὡσαύτως ἑαυτῆς μεταδίδωσιν. Οὕτω δὴ οὖν καὶ ἡ ψυχὴ παντὶ σώματι πάρεστι καὶ πᾶσι τοῖς μορίοις, καὶ οὐ τὰ μὲν ἄλλως αὐτῆς μετέχει, τὰ δὲ ἄλλως. κ. τ. λ.* Deinde subjicitur exemplum *ἀριθμητικοῦ* (cf. Phileb. l. l.) Definitionem *ἐπιστήμονος καὶ ἐντέχνου* ex Stoicorum ratione proposuit Marcus Antoninus IV. 31. ad quem consule Gatakerum p. 166. Eundem Antonini locum nuper commode adhibuit Cratetis, qui fertur, epistolæ XXIII. doctissimus Boissonadius in Notices et Extraits d. Manuscrits d. l. Bibl. du Roi. Vol. XI. p. 45. Platonis de Scientia sententiam, in Theæteto et alibi expositam, refert Proclus in Euclidis Elemm. Lib. I. c. 4. cf. lib. III. c. 1. Peripatetici etiam statuunt *scientiam* aut *universalem* aut *singularem*, aut *potentia* aut *actu*. Qua in disputatione Joannes Grammaticus in Aristot. de Generat. Animall. II. 1. item, atque Plotinus, Geometræ exemplum adhibet cum dicit: Geometram, quando vigilet, *actu geometram esse*.

Denique in fine capitis:—*καὶ διὰ τὸ σῶμα ἐπισκοτεῖται· ἐκεῖ δὲ φανὰ πάντα καὶ ἕκαστον*: agnosce Platonis lectorem diligentem: Phædr. p. 256. d: *εἰς γὰρ σκότον καὶ τὴν ὑπὸ γῆς πορείαν οὐ νόμος ἐστὶν ἔτι ἐλθεῖν τοῖς κατηργμένοις ἤδη τῆς ἐπουρανίου πορείας, ἀλλὰ φανὸν βίον διάγοντας εὐ-*

δαιμονεῖν. Philebo p. 16. p. 30: φανωτάτῳ τινὶ πυρί. Cujus loci imitationes monstravit Wyttenbachius ad Plutarch. de Fortuna p. 678. sq. (in quibus tamen omnibus corrigendum φανοτάτῳ pro φανωτάτῳ, uti Fischer. Bekker. et Stallbaum. fecerunt in loco Platonis. Similis locus est poëtæ ap. Diodor. Sicul. in Excerptt. Vaticann. Ang. Maii (Collect. Tom. I. p. 124.) ubi sapientia opponitur auro, cui φαννὰν ἀκτῖνα tribuit. Qui locus comparandus erat cum alius poëtæ loco apud Alexandr. Aphrodis. in Problemm. II. p. 300. ed. Sylb. ἥλιος ἔκρυψεν ἀκτῖνα φαεινήν.) Sympos. p. 197. a: ὅτι οὗ μὲν ὁ θεὸς οὗτος διδάσκαλος γένηται, ἐλλόγιμος καὶ φανὸς ἀπέβη, οὗ δ' ἂν Ἔρως μὴ ἐφάψηται, σκοτεινός. Pro eo dicit Iamblichus de Vita Pythag. §. 104. p. 224. Kiessl.: ἐλλογίμων καὶ ὑπερφυῶν ἀνδρῶν. Philo Jud. p. 651. B: τῇ πυρφόρῳ τῶν ὄντων λαμπάδι φανότερον τελούντων. Præcipue de diis et rebus divinis usurpari docuit Dorvillius ad Chariton. p. 597. p. 567. ed. Lips. Heliodor. X. p. 472. p. 394. ed. Coraii: τοῖς καθαρωτάτοις καὶ φανοτάτοις θεῶν Ἡλίῳ τε καὶ Σελήνῃ, ad quem locum vid. Coraii Annott. p. 325. qui tamen perperam retinuit φανωτάτοις. Veram loci lectionem dudum præstiterat Matthæi ad Chrysostomi Homill. Quatuor p. 117. not. 154. ad verba λαμπρὰ καὶ ἡλίου φανότερα. Philostratus Imag g. X. p. 69. ed. Jacobs.: φανότεροι τοῦ πυρὸς, ubi al. cod. φαεροτεροι, al. φανερώτεροι, cujus confusionis plura exempla collegit doctissimus Jacobs. in Annott. p. 460. Ego hac data occasione Iamblicho succurram, qui de Pythagorica docendi ratione agens de Vita Pythag. §. 104. sq. p. 88. Kuster. p. 226—228. Kiessling.:—καὶ διὰ συμβόλων ἐπέσκεπον (ita Kiessling. e Protreptico scripsit, sed cum libri nostri omnes in ἐπεσκόπουν conspirent, nescio an Rittershusii conjectura ἐπεσκότουν, *obscurabant*, probabilior sit:) τὰς πρὸς ἀλλήλους διαλέξεις ἢ καὶ συγγραφὰς—ἐπειδὰν μέντοι κατὰ τὸν τῶν συμβόλων τοῦτον τρόπον διαπτυχθῇ, καὶ φανερὰ καὶ εὐαγῆ ἀντὶ σκοτεινῶν τοῖς πολλοῖς γένηται—κ. τ. λ. Ita Kiessling. secutus Kusterum. Sed φανὰ quod Arcerius habet, confirmant et Cod. Ciz. et mei omnes; nec erat, quod ab ea lectione recederetur. Pro εὐαγῆ autem legendum ἐναργῆ vel potius εὐαυγῆ cum Schæfero. Φανὰ autem confirmat similis locus Luciani de conscrib. Hist. c. 44: οὕτω δὴ καὶ εἷς σκόπος ὁ πρῶτος, σαφῶς δηλῶσαι καὶ φανότατα ἐμφανίσαι τὸ πρᾶγμα κ. τ. λ. Quo in loco si C. Frid. Hermannus noster Iamblichianorum verborum aliorumque similium meminisset, non scripsisset, credo, quæ scripsit in annot. ad illa Lucianea p. 268. Φανὸς fortasse etiam restituendum Theophilo in Paraphrasi Institutionum Justiniann. I. 6. 117. p. 69. ed. G. O. Reitz. Explicat, quid sit *Consilium*: κονσίλιόν ἐστι συνέδριον φανερῶν ἀνδρῶν, κατὰ ῥητὸν τοῦ ἐνιαυτοῦ χρόνον συνισταμένων. Atqui Consilium, teste Ulpiano, cogebatur e Senatoribus et Equitibus; proinde e viris *illustribus*, *splendidis*, unde legendum videtur φανῶν.

LIB. I. ENNEAD. QUINTÆ.

P. 896, 7. ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΡΙΩΝ (π. τριῶν, omisso articulo, Cyrillus contra Julian. lib. II. p. 67. C.) ΑΡΧΙΚΩΝ ΥΠΟΣΤΑΣΕΩΝ.] Est hic liber decimus. (Porphyr. de Vit. Plotin. c. 4. et c. 25.) Argumentum hujus libri et proxime sequentium quod attinet, constat in philosophorum scholis non minus disceptatum esse, quot rerum principia statuenda sint, quam quot statuerit Plato. Pertinent autem huc loci in Platonico Timæo quos sæpius laudavimus, nimirum p. 29. sq. p. 25. sqq. Bekk. itemque Aristoteles in Phys. I. 6. 7. de Cœlo II. 4. 5. de Generat. et Corrupt. I. 3. Quibuscum comparandi sunt, qui de philosophorum decretis exponunt scriptores: Plutarchus de Placitt. I. 3. p. 12. Bekii, p. 531. Wyttenb., unde profecerunt Stobæus I. 10. 16. p. 308. Heeren. (Πλάτων Ἀρίστωνος τρεῖς ἀρχάς, τὸν θεὸν, τὴν ὕλην, τὴν ἰδέαν κ. τ. λ.) et Mich. Psellus de omnifaria doctrina §. 60. p. 114. Fabr. Contra Diogenes Laërt. III. 69—73.

(quem locum codex noster Palatino—Heidelbergensis N. 292. fol. 65. vers. in Excerptis habet: *ὅτι δύο ἀρχαὶ κατὰ Πλάτωνα, θεὸς καὶ ὕλη*) ad quem locum Merici Casauboni et Menagii diligentia copiosissime suppeditat, quidquid ad hanc discrepantiam cognoscendam facere videtur. Neque tamen consuluisse quemquam pœniteat Galeum ad Iamblich. de Myster. Cudworthum et Moshemium in Systemate Intellect. p. 233—244. p. 660. sq. p. 678. not. 48. (ubi Moshemius de universo hoc Plotini libro judicium facit) et p. 884. Ruhnkenium denique in Dissertatione de Vita et Scriptt. Longini §. 5. p. 11. ed. Toup.

His vero de Principiis parum convenisse Plotinum inter et ejus condiscipulum Origenem discimus ex Notatione apud Proclum in Theol. Plat. II. 4. p. 90. Apponam locum luculentum et ad Platonis placita non minus quam Plotini pertinentem: *καὶ δὴ διαφερόντως (θαυμάζω) Ὠριγένην τὸν τῷ Πλωτίνῳ τῆς αὐτῆς μετασχόντα παιδείας· καὶ γὰρ αὖ καὶ αὐτὸς εἰς τὸν νοῦν τελευτᾷ καὶ τὸ πρώτιστον ὄν· τὸ δὲ ἕν, τὸ παντὸς νοῦ καὶ παντὸς ἐπέκεινα τοῦ ὄντος ἀφίησι. καὶ εἰ μὲν ὡς κρεῖττον ἁπάσης γνώσεως καὶ παντὸς λόγου, καὶ πάσης ἐπιβολῆς, οὔτ' ἂν τῆς τοῦ Πλάτωνος συμφωνίας οὔτ' ἂν τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως αὐτὸν ἁμαρτάνειν ἐλέγομεν. εἰ δ' ὅτι παντελῶς ἀνύπαρκτον τὸ ἓν καὶ ἀνυπόστατον, καὶ ὅτι τὸ ἄριστον ὁ νοῦς, καὶ ὡς ταὐτόν ἐστι τὸ πρώτως ὂν, καὶ τὸ πρώτως ἕν, οὔτ' ἂν ἡμεῖς αὐτῷ ταῦτα συνομολογήσαιμεν, οὔτ' ἂν ὁ Πλάτων ἀποδέξαιτο, καὶ τοῖς ἑαυτοῦ γνωρίμοις συναριθμήσειε. πόῤῥω γὰρ (οἶμαι) τὸ τοιοῦτο δόγμα τῆς τοῦ Πλάτωνος φιλοσοφίας ἐστέρηται* (fort. *ἐστήρικται*) *καὶ τῆς περιπατητικῆς ἀναπέπλησται καινοτομίας. εἰ δὲ βούλει καὶ πρὸς τοῦτο, καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἅπαντας, ὅσοι τῆς αὐτῆς προέστησαν δόξης, μικρὰ διέλθωμεν ὑπὲρ τῆς Πλάτωνος γνώμης διαγωνιζόμενοι, καὶ δεικνύντες, ὅτι τὴν πρωτίστην αἰτίαν ἐπέκεινα τοῦ νοῦ καὶ τῶν ὄντων ἁπάντων ἐξῃρῆσθαί φησι, καθάπερ αὐτὸν Πλωτῖνός τε καὶ Πορφύριος καὶ πάντες οἱ τὴν τούτων παραδεξάμενοι φιλοσοφίαν οἴονται λέγειν.* Hunc Procli locum attigit etiam *Tholuck.* in libro, qui inscribitur *Ssufismus* p. 203: qui tamen de causis, quæ Origenem ad prætermittendum *Unum illud* (*τὸ ἓν*) commoverint, fidentius pronuntiare videtur, quam hic locus patitur. Cæterum lege et expende ejusdem Procli disputata in Platonis Timæum p. 29. et p. 49. et adhibe Damascium de Principiis passim, præsertim c. 34. p. 95. et c. 111. p. 345. sqq. ed. Koppii. Excerpta ex hoc Plotiniano libro suis diatribis incluserunt Cyrillus, Eusebius et Theodoretus, quæ suo quodque loco ad Plotinianum textum, quoad ejus fieri potest, emendandum adhibuimus. Anglice vertit hunc librum Th. Taylor in Select Works of Plotinus p. 252. sqq.

p. 896, 11. *ἡ τόλμα καὶ ἡ γένεσις καὶ ἡ πρώτη ἑτερότης κ. τ. λ.*] Supra p. 274. D. nostro restituimus *τομῆς* pro *τόλμης*. De hujus vocis forma et accentu vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 331. et Arcad. *περὶ τον.* p. 22. p. 96. et p. 110. ed. Barkeri. Erat autem *τόλμα* Pythagorica appellatio *τῆς δυάδος*. Theologumm. Arithmet. p. 10. p. 8. Astii: *πρώτη γὰρ ἡ δυὰς διεχώρισεν αὐτὴν ἐκ τῆς μονάδος, ὅθεν καὶ τόλμα καλεῖται.* Cf. p. 13. Proclus in Alcib. pr. §. 46. p. 132. ed nostr.: *ὁ δὲ Σωκράτης πλήρης μέν ἐστι τῶν ἀγαθῶν καὶ προτείνει τῷ νεανίσκῳ (Ἀλκιβιάδῃ) τὴν μετάδοσιν τῶν ἀρετῶν. Οἷον δὲ κάτεισιν εἰς τὴν πρὸς ἄλλον ἐνέργειαν καὶ πρόεισιν (εἰς* add. ex Cod. D.) *ὑφειμένην κίνησιν ἀπὸ τῆς ἔνδον ζωῆς καὶ διὰ τοῦτο τὴν πρόοδον ταύτην τόλμαν ἀποκαλεῖ τὸν Πυθαγόρειον τρόπον κ. τ. λ.* (Pertinent hæc ad verba Socratis ejus dialogi p. 104. E: *ὅμως δὲ τολμητέον τὴν ἐμὴν διάνοιαν.*) Cf. Olympiodor. in eundem p. 48. Etymol. M. p. 289. Heidelb. p. 262. Lips.: *μόνη γὰρ πρώτη ἡ δυὰς διΐσταται ἀπὸ τῆς μονάδος. ὅθεν οἱ Πυθαγόρειοι τόλμαν αὐτὴν εἶπον.* Cf. Etymol. Gud. p. 152. Pherecydi, quem Pythagoræ magistrum ferebant, hanc appellationem tribuit, nescio quo auctore, Jo. Laur. Lydus in Menss. p. 17. p. 48. Roetheri. Ceterum consule Jo. Meursii Denar. Pythagor. p. 1351. (in Gronovii Thess. Vol. IX.) Conjuncta hæc sunt cum decretis Archytæ et Philolai et cum disputationibus Platonis in Philebo p. 23. sqq. p. 59. sqq. Stallb. de *πέρατι* et de *ἀπείρῳ* et cum Aristoteleis Metaphys. I. 5. XIII. 6. Vid. Syrianum in Metaphysica XIII. p. 102 et cf. Boeckhii Philolaum p. 54. sqq. et p. 147. sqq.

p. 897, 12. *οὔτε θεοῦ φύσιν οὔτε δύναμιν ἄν ποτε ἐν θυμῷ βάλοιτο*] Recte Tennemannus in Hist. Philos. VI. p. 54. sqq. hunc locum inde ab initio capitis adhibuit, quo monstraret egregiam indolem ethices Plotinianæ, et hoc exem-

plo comprobaret, quam pie solliciteque Lycopolites Philosophus omnia sua consilia eo dirigere instituerit, ut turbatam corruptamque vitam humanam ordinaret emendaretque. Cæterum *τὸ θνητότατον* similiter est dictum atque Platonis illud in Symposio p. 209. p. 441. Beck. *ἀθανατωτέρων.*

p. 898, 8. *Ἐνθυμείσθω τοίνυν πρῶτον κ. τ. λ.*] Laudat hæc Cyrillus advers. Julianum lib. III. p. 275. sq. ed. Spanhem. Usus est etiam hoc loco Ast. ad Platonis Phædrum p. 293. Cf. annot. nostram supra ad p. 470. C. cf. etiam p. 388. C. Conjunctum est autem nostri loci argumentum cum loco Timæi Platonici p. 36. p. 34. Bekk. cf. Platon. ap. Tertullian. de Anima c. 3. Proxima Plotini; *ἐμπνεύσασα αὐτοῖς ζωὴν* admonent Geneseos II. 7. in LXX: *καὶ ἔπλασεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον, χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς.* Quæ verba fusius exponuntur ab iis ecclesiæ patribus, qui id agunt, ut vel ethnicos vel Christianos philosophos redarguant, qui, animam prius quam corpus hominis generatam, ex Platonicorum sententia statuebant. Vid. collect. Vatican. Scriptorr. Vett. ed. Ang. Maii I. 3. p. 73. ibiq. Maii annott. Verbum *ἐμφυσᾷν* legitur in Cosmogonia fabulosa ap. Etymol. Magn. p. 471. A: *Ζεὺς τοὺς ἀνέμους ἐμφυσῆσαι ἐκέλευσε.*

p. 899, 3. *καὶ ὁ τοῦ σώματος κλύδων,*] Sententiæ et locutionis fons est in Platonis Timæo p. 43. b. p. 47. Bekk. de animabus in corpore inclusis —*εἰς ἐπίῤῥυτον σῶμα καὶ ἀπόῤῥυτον· αἱ δὲ εἰς ποταμὸν ἐνδεθεῖσαι πολὺν οὔτ' ἐκράτουν οὔτ' ἐκρατοῦντο—. πολλοῦ γὰρ ὄντος τοῦ κατακλύζοντος καὶ ἀποῤῥέοντος κύματος, ὃ τὴν τροφὴν παρεῖχεν, ἔτι μείζω θόρυβον ἀπεργάζετο τὰ τῶν προσπιπτόντων παθημάτων ἑκάστοις κ. τ. λ.* Etiam auctor Alcibiadis secundi in fine Socratem illud Euripideum in Phœniss. 866: *ἐν γὰρ κλύδωνι κείμεθ'*, usurpare facit; quem locum attigit Valckenaer. in Phœniss. ad vs. 248. De usu tralato egit etiam Alberti Obss. p. 370. ubi etiam illud Jacobi Apostoli Epist. I. 6: *ὁ γὰρ διακρινόμενος ἔοικε κλύδωνι θαλάσσης ἀνεμιζομένῳ καὶ ῥιπιζομένῳ* illustrat. Proprie deminutivum usurpat Alciphron Epist. I. 10. p. 55. Wagner.: *ἀναμείναντες οὖν ἀπολῆξαι τὸ κλυδώνιον καὶ καθαρὰν αἰθρίαν γενέσθαι ἀέρι νοστήσομεν ἄχρι καὶ αὐτοῦ τοῦ Καφηρέως τῶν ἀκτῶν* (Cod. Palat.—Heidelb. nr. 155. *τὰς ἀκτάς*). Eunapius in Chrysanthii vita p. 193. p. 111. ed. Boisson.—: *τῶν ἄλλων ἁπάντων ὥσπερ ἐν κλύδωνι κινουμένων.* Plutarchus in libro: Maxime cum Principibus Philosoph. p. 778. C. p. 122. Wytt.: *καίτοι Ἐπίκουρος τἀγαθὸν ἐν τῷ βαθυτάτῳ τῆς ἡσυχίας, ὥσπερ ἐν ἀκλύστῳ λιμένι καὶ κωφῷ τιθέμενος, τοῦ εὖ πάσχειν τὸ εὖ ποιεῖν οὐ μόνον κάλλιον ἀλλὰ καὶ ἥδιον εἶναί φησι.* Cf. Eundem de Sent. Profect. in Virt. p. 82. F. et ad hunc posteriorem locum Wyttenbachii Animadvv. p. 594. sq. Aristænet. Epistoll. I. 27. p. 121. Boisson.—*μόνον δὲ κλυδωνιαζόμενος ἐκ τοῦ πόθου, ἔνθα, φησὶν, ἄνεμος οὔτε μένειν οὔτε πλεῖν ἐᾷ.* (Æschyleum proverbium. Vid. Boisson. p. 600. sq.) Haud dissimili sententia *συγκλυδάζεσθαι* usurpat Iamblichus de Vita Pythag. §. 65. p. 132. Kiessl. *ἀπήλλαττε μὲν αὐτοὺς τῶν ἡμερινῶν ταραχῶν καὶ ἐνηχημάτων, διεκάθαιρέ τε συγκεκλυσμένον τὸ νοητικὸν, ἡσύχους—ἀπεργάζετο* (Ita mei libri MSS. omnes, neque erat, cur hanc lectionem sollicitaret Arcerius, et recte intactam reliquit Wyttenb., qui hæc Iamblichea commode adhibuit Plutarcho suo de Isid. et Osir. p. 269. quem confer.) Basilius Magnus Homil. XII. in Proverbb. p. 472. de inconstantia maris:—*καὶ μέντοι καὶ τὴν ἀγριαίνουσαν (θάλασσαν) καὶ βρασσομένην τῷ κλύδωνι βαθεῖα γαλήνη ταχὺ κατεστόρεσε.* Sequitur comparatio vitæ humanæ. Idem Homil. XXII. de Humilitate p. 550. sq. de Petro Apostolo:—*καὶ γνῶναι σαφῶς, ὅτι καθάπερ ἐν τῷ πελάγει καταποντιζόμενος ἐκουφίσθη τῇ τοῦ Χριστοῦ δεξιᾷ, οὕτως ἐν τῷ κλύδωνι τοῦ σκανδαλισμοῦ κινδυνεύσας ἀπολέσθαι δι' ἀπιστίας, ἐφυλάχθη δυνάμει* (fort. *τῇ δυνάμει*) *Χριστοῦ.* Revertor ad Platonicos, unde aliquot locos subjiciam. Proclus in Alcib. pr. p. 44:—*ἀλλ' ὅταν τοῦ πολλοῦ κλύδωνος τοῦ γενεσιουργοῦ καθαροὶ γενώμεθα, καὶ ἐν γαλήνῃ τινὶ τὴν ἑαυτῶν ὁρμίσωμεν ζωὴν—*, ubi *κλύδων γενεσιουργὸς* nil aliud est, quam *ὁ τοῦ σώματος κλύδων* Plotini. Idem Proclus ibid. p. 59:—*τὸν ἐμπαθῆ μὲν κλύδωνα τῶν ἐραστῶν ἀποσεισάμενος ἐν ἡλικίᾳ.* et tertio loco p. 162: *προελθόντες δὲ καθ' ἡλικίαν ὑπερανέχουσί πως ἤδη τοῦ γενεσιουργοῦ κλύδωνος καὶ μεθίστανται πρὸς τὰ ἀστειότερα τῶν παθῶν οἱ φύσιν ἔχοντες ἀδροτέραν.* Alio loco (quem Anglice exhibuit Taylor l. l. p. 256. sq.) idem Proclus pressius etiam Plotini vestigia est secutus, in

Theolog. Platon. II. 11. p. 109. sq. unde tantummodo potiora, quæ Plotiniani loci imitatorem arguunt, excerpam: *ἔστω δὲ ἡμῖν μὴ μόνον δόξης μηδὲ φαντασίας ἠρεμία, μηδὲ ἡσυχία τῶν παθῶν ἡμῶν ἐμποδιζόντων τὴν πρὸς τὸ πρῶτον ἀναγωγὸν ὁρμὴν, ἀλλ' ἥσυχος μὲν ἀὴρ, ἥσυχον δὲ τὸ πᾶν τοῦτο —καὶ στάντες ἐκεῖ καὶ τὸ νοητὸν (εἰ δή τι τοιοῦτόν ἐστιν ἐν ἡμῖν) ὑπερδραμόντες, καὶ οἷον ἥλιον ἀνίσχοντα προσκυνήσαντες* (ex Platonis Symposio p. 220. p. 463. Bekk.) *μεμυκόσι τοῖς ὀφθαλμοῖς—τὸν τοίνυν τοῦ φωτὸς τῶν νοητῶν θεῶν ἥλιον—ἰδόντες. κ. τ. λ.*

p. 899, 11. *ἔσχε τε ἀξίαν οὐρανὸς ψυχῆς εἰσοικισθείσης*] Color similis in antiquissimi Philosophi Pherecydis verbis ap. Diog. Laërt. I. 9: *Χθονίῃ δὲ ὄνομα ἐγένετο Ἰῇ, ἐπειδὴ αὐτῇ Ζεὺς γέρας διδοῖ.*— Mox: *καὶ ὃ στυγέουσιν οἱ θεοὶ φησί τις: et quod Dii aversantur.* Homericum. Iliad ῡ v. 65: *οἰκία δὲ θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισι φανείη Σμερδαλέ' εὐρώεντα, τά τε στυγέουσι θεοί περ.* Quem locum cum aliis poëtæ locis expungi vult Plato in Reipublicæ libri III. initio p. 386; adhibet Plutarchus de facie in orbe Lunæ p. 940. E. p. 807. Wytt.: *ἐκείνους δ' ἂν οἶομαι πολὺ μᾶλλον ἀποθαυμάσαι τὴν Γῆν, ἀφορῶντας οἷον ὑποστάθμην καὶ ἰλὺν τοῦ παντὸς ἐν ὑγροῖς καὶ ὁμίχλαις καὶ νέφεσι διαφαινομένην ἀλαμπὲς καὶ ταπεινὸν καὶ ἀκίνητον χωρίον—κἂν εἰ ποθὲν αὐτοῖς ἐγγένοιτο τῶν Ὁμηρικῶν τούτων ἀκοῦσαι* (sequitur idem versiculus et subjicitur alius)*—ταῦτα φήσουσιν ἀτεχνῶς περὶ τοῦ χωρίου τούτου λέγεσθαι κ. τ. λ.* Quod Plotinus addit *φησί τις*, licet Homerum se laudare non ignoret, est hæc frequentissima citandi formula. Ne longe abeam, similiter Aristænetus Æschylum laudans usurpat *φησὶν*, non addito poëtæ nomine (vid. Annot. superiorem ad hanc ipsam paginam). Nam *φησί τις* et *φησί* promiscue ponuntur. Vid. Courier. ad Lucian. Asin. p. 230. Boisson. ad Eunap. p. 418. et 601. Weiske ad Longinum p. 228. et quæ ipse supra posui ad I. 1. 4. p. 3. C.

— 13. *Γένοιτο δ' ἂν κ. τ. λ.*] Cyrillus p. 275. D. *καὶ γοῦν ὁ Πλωτῖνος οὕτω πάλιν φησὶ περὶ τῆς τοῦ κόσμου ψυχῆς, ἢ ἀντὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος οἶμαι λέγειν αὐτόν.*

p. 900, 6. *Ἔστι δὲ καὶ ἥλιος θεὸς—ὃ ἦν ψυχή*] Vid. Cudworth. l. l. p. 700. sq. cf. p. 702, 703. ubi cf. Mosh. not. 72. II. et p. 714. not. 90. et cf. Plotin. c. 3. p. 484. et c. 6. p. 487. Hæc supra attigimus. Vid. II. 9. 18. ibiq. Annott. ad p. 217. D. E.

— ib. *καὶ ἡμεῖς, εἴπερ τι, διὰ τοῦτο, νέκυες γὰρ κοπρίων ἐκβλητότεροι.*] Pronomen *τι* similiter usurpat Plato, ut eximium quid designet. Vid. Gorg. p. 472. A. Phædon. p. 63. c. Cf. Gottleber. ad Menex. p. 57. Hermann. ad Viger. p. 731. Boissonad. ad Philostr. Heroic. p. 420. et Matth. Gr. Gr. §. 487. 5. p. 912. ed. alt. Sententia, quæ sequitur, est Heracliti. Plutarch. Sympos. IV. 4. p. 669. A. p. 733. Wytt.: *Νέκυες γὰρ κοπρίων ἐκβλητότεροι καθ' Ἡράκλειτον.* Cf. Celsum ap. Origen. c. Cels. V. p. 240. Spenc. p. 588. Ruæi, alios, quos laudat *Schleiermacher.* in Wolfii et Buttmanni *Museum der Alterthum Wissensch*, T. I. p. 473. sq. quem Plotini nostri locus fugit, unde tamen suæ sententiæ, Cadavera ab Heraclito significari, firmamentum struere poterat.

— 13. *εἰ δ' ὅτι ἔμψυχον—τί—ἄλλον διώκει*; Adde h. locum rarioribus exemplis, quæ lexica habent vocis *διωκτός*. Est autem h. l. expetendus, captandus, ut item *διώκειν*, cui hac potestate contrarium est *φεύγειν*, ut in Platonis Symp. p. 184. A. p. 391. Bekk. et sæpius. Ex universo autem usu, *petere, consectari aliquid*, fluit etiam alter: *aliquid disputando persequi.* Vid. Wyttenb. ad Plutarch. De discern. Amic. ab Adul. p. 427. sq. et Heindf. ad Platon. Sophist. (251. a. Steph.) p. 396: *τὸν γοῦν λόγον ὅπηπερ ἂν οἷοί τε ὦμεν εὐπρεπέστατα διωξόμεθα οὕτως ἀμφοῖν ἅμα.* Ita Heindorfius ex Ficini versione. Sed Bekker. pristinam lectionem reduxit *διωσόμεθα*, et ita quoque Cod. Bodlei. Clarkianus, et recte habet vulgata. Nam in sequentibus profligantur et evertuntur falsæ disputationes philosophorum. Eodem sensu Demosthenes in Midiana p. 555. ed. Reisk.: *ἐγὼ μὲν γὰρ ἴσως διεωσάμην* (amoliar, profligem) *καὶ ἄλλος τις ἂν, ψευδῆ λόγον καὶ συκοφαντίαν, καὶ οὐκ ἀνήρπασμαι.*—Quod in proxime prægressis *γῆ γὰρ πάντα* ex Ficini versione Taylor addi jubet in Græcis *ἴσως ἄνευ ψυχῆς*: libri nostri MSS. non suffragantur, et sæpe monuimus, talia perspicuitatis causa adjicere solere Marsilium.

— 16. *Οὕτω δὴ τιμίου καὶ θείου ὄντος χρήματος τῆς ψυχῆς,*] Similiter Noster p. 914. l. 6.

Ἔστι τοίνυν καὶ ἡμετέρα ψυχὴ θεῖόν τι καὶ φύσεως ἄλλης, ὁποία πᾶσα ἡ ψυχῆς φύσις.—Mox: τὸ ψυχῆς πρὸς τὸ ἄνω γειτόνημα. Vid. Plato de Legg. IV. p. 162. Cf. Aristidis Orat. Platon. II. p. 106. Jebb. ἔστω τὸ γειτόνημα ἁλμυρὸν, ὥς φησιν (sc. Πλάτων) ubi Scholiastes alter: Ἀλκμὰν ὁ λυρικὸς τοῦτο εἶπεν ἁλμυρὸν τὸ γειτόνημα, alter: ἢ ὅτι ἡ λέξις Πλατωνική ἐστι. Cf. Lectiones Platonicas ad calc. Plotini de Pulcrit. p. 464. sq. ed. peccul. nostr. et Welckerum ad Fragmm. Alcmanis LXII. p. 66. Plotinus haud dubie vocem a Platone mutuatus est. Cf. supra p. 15. A. ad v. γειτνίασις.

p. 901, 5. οἷον λόγος ὁ ἐν προφορᾷ] Cf. supra annott. ad p. 13. F. Cæterum ad hæc et sequentia pertinet locus Procli in Theologiam Plat. XII. p. 36. de mente (νῷ): Διττὰς γὰρ ἔχει τὰς ἐνεργείας, τὰς μὲν ὡς νοῦς, τὰς δὲ μεθύων τῷ νέκταρι (Vid. Plotin. p. 299. C. D. ibiq. annot.) καὶ ἐν ἄλλοις, ὅτι καὶ ὁ νοῦς οὗτος τῷ πρὸ ἑαυτοῦ μὴ νῷ, θεός· ὥσπερ ἡ ψυχὴ, τῇ ἑαυτῆς ὑπὲρ ψυχὴν ἀκρότητι, νοῦς, καὶ τὸ σῶμα τῇ πρὸ τοῦ σώματος δυνάμει, ψυχή: Duplices enim habet actus (mens), ut ait Plotinus, alteros quidem, ut mens, alteros ut nectare inebriatus, et alibi (aliis in locis sc. dicit Plotinus) quod hæc etiam mens per illam non—mentem, quæ ante ipsam est, deus est, quemadmodum anima sua summitate, quæ est supra animam, mens est, et corpus potentia, quæ ante corpus est, anima est. Ita hæc interpungenda et vertenda sunt. Æmilius Portus, virgula omissa ante ὅτι καὶ ὁ νοῦς, verba: καὶ ἐν ἄλλοις circumscripserat: "Et in aliis *Entibus perspicuum est.*" Mox in nostro loco: οἷον πυρὸς, τὸ μὲν ἡ συνοῦσα θερμότης, ex versione Ficini conjicias: ἡ μέν, sed in illa lectione cum libris nostris conspirat Cyrillus.—Deinde lectionem ὑφισταμένην, subsistentem (i. e. ex mente suam originem ducentem) et sequentia tuentur, et hæc in l. l. p. 299. C. de anima: νῷ συνοῦσα καὶ παρὰ νοῦ ὑποστᾶσα.

p. 902, 1. νοοειδὴς] Ita correxi ex Cod. Vat., postulante analogia v. c. in νοοβλαβὴς, νοοπλανὴς, νοοσφαλὴς et infra p. 504. extr. ipsa editio et libri MSS. plures exhibent νοοειδῆ. Cæterum hoc vocabulum addendum lexicis est.

— 4. Ἴδοι δ' ἄν τις καὶ ἐκ τῶνδε, κόσμον αἰσθητὸν τόνδε εἴ τις θαυμάζει] Inde a vocabulo κόσμον hæc et e sequentibus capitibus nonnulla. Præparationi Evangelicæ inseruit Eusebius XI. 17. p. 535. sq.—Bruckerus autem in Hist. Crit. Philos. II. p. 399. hunc Plotini locum comparans cum altero infr. V. 3. p. 522. arbitratur utrumque fluxisse ex eodem fonte atque Judæorum doctrinam Sephiroticam et de Adamo Kadmone. Attigit hæc etiam Tiedemann *in Geist der spekul. Philosophie* III. p. 394. sq. et 399.

— 10. καὶ τὸν ὡς ἀληθῶς ἐπὶ Κρόνου βίον, θεοῦ κόρου καὶ νοῦ ὄντος] Respicit verba Platonis in Cratylo p. 396. b. p. 30. Bekk.: Τοῦτον δὲ Κρόνον υἱὸν εἶναι ὑβριστικὸν μὲν ἄν τινι δόξειεν εἶναι ἀκούσαντι ἐξαίφνης, εὔλογον δὲ μεγάλης τινὸς διανοίας ἔκγονον εἶναι τὸν Δία· Κόρον γὰρ σημαίνει οὐ παῖδα (ita etiam Cod. Bodl. et Darmst.) ἀλλὰ τὸ καθαρὸν αὐτοῦ καὶ ἀκήρατον τοῦ νοῦ. Ad quem locum neque ea recolam, quæ Heindorfius apposuit, neque quæ ipse collegi in Meletematt. e Disciplin. Antiquit. I. p. 44. sq.; alia quædam adscribam. Atque priori parti hujus loci Platonici adhibe Euthydemi locum p. 287. b. et Proclum in Cratylum p. 58. sq. Boissonad. hujusque annot. in Basilii Scholia in Notices et Extraits de Manuscr. Vol. XI. 2. p. 74. ubi commode hæc adhibentur Theognidis 155. Τίκτει τοι κόρος ὕβριν. Ad reliquum argumentum loci Platonici et Plotiniani faciunt, quæ idem Proclus in sequentibus §. 103—109. p. 58—68. disputat. Plotini autem ipsius mentionem facit in hac doctrina Saturnia Proclus alio loco, nimirum in Timæum p. 93: Πλωτῖνος ὁ φιλόσοφος διττὸν μὲν ὑποτίθεται δημιουργὸν τὸν μὲν ἐν τῷ νοητῷ, τὸν δὲ τὸ ἡγεμονοῦν τοῦ παντός. λέγει δὲ ὀρθῶς. ἔστι γάρ πως καὶ ὁ νοῦς ὁ ἐγκόσμιος δημιουργὸς τοῦ παντὸς, καὶ ὅ γε Ἀριστοτέλης, τοῦτο γὰρ ἀπεφήνατο εἶναι, τὸ πρῶτον, καὶ τοῦτον εἱμαρμένην ἀπεκάλεσεν, καὶ τῷ τοῦ Διὸς ὀνόματι προσεῖπεν· ἔστι δὲ αὖ καὶ ὁ ἐξῃρημένος πατὴρ καὶ ποιητὴς, ὃν ἐν τῷ νοητῷ τίθεται εἶναι, πᾶν τὸ μεταξὺ τοῦ τε ἑνὸς, καὶ κόσμον νοητὸν καλῶν. ἐκεῖ γὰρ αὐτῷ καὶ ὁ ἀληθινὸς οὐρανός ἐστι, καὶ ἡ βασιλεία τοῦ Κρόνου καὶ ὁ Διὸς νοῦς. οἷον εἴ τις ἔλεγεν ἐν οὐρανῷ καὶ ἡ τοῦ Κρόνου σφαῖρα, καὶ ἡ τοῦ Διὸς καὶ ἡ τοῦ Ἄρεως. τὸ γὰρ ὅλον νοητὸν ἓν πολλά ἐστι, καὶ εἷς νοῦς πολλῶν νοητῶν περιληπτικός. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ Πλωτῖνος φιλοσοφῶν. Sphæram Saturni dicebant Platonici eam, quæ in octavam, in qua campi Elysii.

reduceret animam (Macrob. in Somn. Scip. I. c. 11. cf. Zoëga de Obeliscis p. 297.) Hinc *septima* dicitur *effectio: ἡ Κρονία ποίησις* ipsi Proclo in Alcib. pr. p. 196. h. e. ea effectio, quæ efficit, ut nosmet naturali modo sejungamus a corpore et rebus corporeis. Huc etiam Platonici trahebant *Saturni regiam* (Hermias in Phædrum c. 29. p. 152.) et Pythagoreum vatem agnoscebant Pindarum etiam, in his præcipue Olymp. II. p. 124. sqq.: *ὅσοι δὲ ἐτόλμασαν ἐς τρὶς Ἑκατέρωθι μείναντες Ἀπὸ πάμπαν ἀδίκων ἔχειν Ψυχὰν, ἔτειλαν Διὸς ὁδὸν παρὰ Κρόνου τύρσιν.* Cæterum cf. de Saturno Plotin. III. 5. 2. et infr. V. 1. 7. et de *κόρῳ* III. 6. 14. III. 8. 10. (p. 353. B.) et infra V. 9. 8. (p. 561. A. B.) Proxima, *τί γὰρ ζητεῖ—ἐν αἰῶνι πάντα* habet Cyrillus adv. Julian. p. 280. B. Ex eo recepi *αὔξην* pro *αὔξειν*, et illud legisse etiam videtur Ficin. Cf. supr. ad p. 185. A. B.

p. 903, 2. *νοεῖ δὲ οὐ ζητῶν, ἀλλ' ἔχων*] Aristoteles Metaphyss. XII. 7. p. 203. Sylb. p. 249. Brandis.: *ἡ δὲ νόησις ἡ καθ' αὑτὴν τοῦ καθ' αὑτὸ ἀρίστου, καὶ ἡ μάλιστα τοῦ μάλιστα. αὑτὸν δὲ νοεῖ ὁ νοῦς κατὰ μετάληψιν τοῦ νοητοῦ· νοητὸς γὰρ γίγνεται θιγγάνων καὶ νοῶν. ὥστε ταὐτὸν νοῦς καὶ νοητόν· τὸ γὰρ δεκτικὸν τοῦ νοητοῦ καὶ τῆς οὐσίας νοῦς· ἐνεργεῖ δὲ ἔχων· ὥστε ἐκεῖνο μᾶλλον τούτου ὃ δοκεῖ ὁ νοῦς θεῖον ἔχειν, καὶ ἡ θεωρία τὸ ἥδιστον καὶ ἄριστον.*

—6. *ποτὲ μὲν Σωκράτης, ποτὲ δὲ ἵππος.*] Scripsi *μὲν* pro *γὰρ* cum Cod. Med. B. Frequentat Plotinus Socratis mentionem. Vide III. 2. 15. IV. 3. 5. IV. 4. 2. V. 3. 3. V. 7. 1. V. 9. 12. VI. 1. 13. VI. 2. 1, VI. 3. 4. 5. 6. &c. Distinguendi tamen sunt ii loci, in quibus proprie Socrates ille memoratur, ab aliis plerisque, ubi Socratis nomine Plotinus utitur pro nomine hominis cujuscunque, ut h. l. et V. 7. 1. aliisque plurimis. Qua in re communem Græcorum Latinorumque usum sequitur philosophus noster. Solent enim utriusque linguæ scriptores pro re nata nomina propria nunc celebratorum hominum aut generum universe usurpare, nunc obscurorum, ut servorum, libertinorum similiumque. Sic Græci Calliæ, Cleonis, Dionis, Socratis, Theonis nomina pro quibuslibet nominibus propriis ponunt: Latini: Caii, Caiæ, Titii, Mevii, Seii, Sempronii, Numerii, et e servilibus Damæ, Davi, Dionysii, Erotis, Stichi. Ac *Socratis Calliæque* nomina similiter exempli causa usurpat Aristoteles; v. c. in Metaphys. init. I. 1. itemque XII. 3. p. 197. Sylb. p. 242. Brandis.: *οὐσίαι δὲ τρεῖς, ἡ μὲν ὕλη τόδε τι οὖσα τῷ φαίνεσθαι,—ἡ δὲ φύσις τόδε τι εἰς ἦν καὶ ἕξις τις· ἔτι τρίτη ἡ ἐκ τούτων ἡ καθ' ἕκαστα, οἷον Σωκράτης ἢ Καλλίας.* Sextus Empir. Advers. Mathemm. V. 104. *καὶ ὃν τρόπον ἐν τῇ ἰατρικῇ ἐτηρήσαμεν, ὅτι ἡ τῆς καρδίας τρῶσις αἴτιόν ἐστι θανάτου, οὐ τὴν Δίωνος μόνον τελευτὴν αὐτῇ συμπαρατηρήσαντος, ἀλλὰ καὶ Θέωνος καὶ Σωκράτους καὶ ἄλλων πολλῶν.* Ubi consule Fabricium p. 355. cf. eund. ad Pyrrhon. Hypotypp. I. 189. p. 47. De *Caii* et *Caiæ* appellatione in nuptiarum formulis vid. Brisson. de ritu nuptiar. p. 326. Grupen. de uxore Romana p. 205. et p. 312. et cf. Wyttenb. ad Plutarch. Quæstt. Romann. p. 30. p. 271. D. (in animadvv. p. 33.) Servilium nominum universe usurpatorum exempla habes in Horatii Satir. I. 6. 38. II. 5. 18. ubi cf. interprr. et adde hæc Persii Satir. V. 75. sqq.:

"Heu steriles veri, quibus una Quiritem
Vertigo facit. Hic *Dama* est, non tressis agaso
Vappa et lippus et in tenui farragine mendax.
Verterit hunc dominus, momento turbinis [liber MS. meus *temporis* male] exit
Marcus Dama."

Ubi in eodem libro MS. scholion ita: Hic Dama est; *ille vilis servus et nequam;* et, *Servi enim prænomina non habebant, sed adepta libertate prænomina eis imponebantur. Sic et hic servus, qui prius Dama esset dictus, nunc post libertatem Marcus Dama appellatus est.* Plura de servorum nominibus dixi in commentatione Academiæ Regiæ Parisinæ Inscriptionum transmissa, et a viro clarissimo Edgaro *Quinet* gallice versa: *Prolégomènes sur l'esclavage chez les Romains.*

—12. *τὸ δὲ ὄν, τῷ νοεῖσθαι τῷ νῷ διδὸν τὸ νοεῖν καὶ τὸ εἶναι·*] Philostrat. de Vita Apollonii IV. 28. p. 167. Olear.—*ἀγαθὲ Ζεῦ, σὺ γὰρ οὕτω τι ἀγαθὸς ὡς καὶ σαυτοῦ κοινωνῆσαι τοῖς ἀνθρώποις.* Ubi Pythagoricæ hanc sententiam philosophiæ tribuit Olearius, comparans et nostrum locum et vero Proclum in Plat. Tim. p. 6. et Hieroclem in Pythagor. aurea carmm. v. 1. Tu inspice etiam ipsas has Enneadas V. 9. 2. et V. 9. 7.

p. 903, 18. *Γίγνεται οὖν τὰ πρῶτα νοῦς, ἑτερότης, ταυτότης* usque ad finem capitis] Ad hæc adhibeto, quæ infra disputat noster V. 9. 8. p. 562. A—D. et VI. 2. 8. p. 602. sq. Fons autem horum locorum est in Platonis Sophista p. 255. E. et p. 256. Plotiniana hæc attigit et ad Kantianæ rationis formulas redegit Tennemannus in Histor. Philos. Vol. VI. p. 96. Sub finem capitis ex optimo Cod. Vat. dedi *ταὐτὸν δὲ, ἐπεὶ ἓν* (pro *ἐν*) *ἑαυτῷ*. Quod unice verum esse declarant contigua: *καὶ κοινὸν δέ τι ἓν πᾶσι*. Quo minus probanda est eorum consuetudo, qui, ut Tennemannus, in verbis Græcorum describendis Accentus omittunt.

p. 904, 14. *Ὅταν δὲ ὁρισθῇ (ἡ δυάς), ἀριθμὸς ἤδη, ἀριθμὸς δὲ ὡς οὐσία· ἀριθμὸς δὲ καὶ ἡ ψυχή.*] Supra p. 304. A. Noster de Anima ita pronuntiat. *καὶ δὴ, εἴτε ἀριθμὸς, εἴτε λόγος ἡ οὐσία αὐτῆς, πῶς ἂν πάθος ἐγένετο ἐν ἀριθμῷ ἢ λόγῳ;* Vid. quæ ad eum locum annotavimus. Nostro loco Plotinus cum Xenocrate et Pythagora facere videri queat. Cic. Tuscull. I. 10: "Xenocrates animi figuram et quasi corpus negavit esse, verum numerum dixit esse, cujus vis ut jam ante Pythagoræ visum erat, in natura maxima esset." Ubi vid. Davis. Gregorius Nyssenus De Anima I. p. 90. C: *Πυθαγόρας δὲ (τὴν ψυχὴν ἔφησεν) ἀριθμὸν ἑαυτὸν κινοῦντα. Πλάτων δὲ οὐσίαν νοητὴν, ἐξ αὐτῆς κινουμένην κατὰ ἀριθμὸν ἐναρμόνιον.* Unde intelligitur, quomodo Platonis sectatores numerum attribuere potuerint animæ. (Sed de his consule Wyttenbach. ad Phædon. p. 228. sqq. p. 248. sqq.) De reverentia Pythagoreorum erga numeros eorumque doctrina plura laudavi ad hæc Procli in Alcib. pr. p. 259: *ὁ Πυθαγόρας τῶν μὲν ὄντων πάντων σοφώτατον εἶναι ἔλεγε τὸν ἀριθμὸν*, et ad hæc Olympiodori in eundem dialogum p. 95. de Pythagoreis: *ἐθαύμαζον τοὺς πρώτους εἰρόντας τοὺς ἀριθμοὺς λέγοντες ἐγνωκέναι τούτους τὴν οὐσίαν τοῦ νοῦ κ. τ. λ.* Denique ad Proclum in Instit. Theol. §. 113. p. 164—166: *Πᾶς ὁ θεῖος ἀριθμὸς ἑνιαῖός ἐστιν. εἰ γὰρ ὁ θεῖος ἀριθμὸς αἰτίαν ἔχει προηγουμένην, τὸ ἓν, ὡς ὁ νοερὸς τὸν νοῦν, καὶ ὁ ψυχικὸς τὴν ψυχὴν, καὶ ἔστιν ἀνάλογον τὸ πλῆθος πανταχοῦ πρὸς τὴν αἰτίαν, δῆλον δὴ ὅτι καὶ ὁ θεῖος ἀριθμὸς ἑνιαῖός ἐστιν εἴπερ τὸ ἓν θεός.* Cæterum confer ipsum Nostrum infra p. 671. sqq. ubi plura dabimus.—Pergit Plotinus nostro loco: *οὐ γὰρ ὄγκοι τὰ πρῶτα-ὕστερα.* Hæc et similia Nostri attingit et comprobat Proclus in Politiam Platonis p. 425: *εἰ δὲ πᾶσα δύναμις ἀχρώματός ἐστι καὶ ἀσχημάτιστος, δυνάμεως γάρ φησι μήτε σχῆμα μήτε χρῶμα ὁρᾶν, δῆλον ὅτι πᾶσα δύναμις ἀσώματός ἐστι κατ' αὐτόν. πᾶν γὰρ σῶμα πεπερασμένον σχήματος μετέχει παντός· καὶ διὰ τοῦτο ἀληθὲς καὶ ὅπερ ὁ Πλωτῖνός φησι τὸ ἐν μεγάλοις σώμασιν εἶναι δυνάμεις οὐ μεγάλας, καὶ ἐν σμικροῖς οὐ σμικρὰς, τῶν ὄγκων οὐ προστιθέντων ταῖς δυνάμεσιν, ἢ ἐλαττούντων αὐτάς.*

p. 906, 1. *Ὧδε οὖν λεγέσθω κ. τ. λ.*] Attigit hæc Bruckerus in Hist. Crit. Philos. II. p. 399. addens: "Videtur et hoc accepisse ab Ammonio Plotinus ex disciplina Christianorum, qui reverenter et maxima cum devotione de generatione *λόγου* et ipso trinitatis mysterio inter arcanas doctrinas loquebantur." Quasi vero non similia multa legerentur in ipsius Platonis dialogis. Mox formula: *θεὸν αὐτὸν ἐπικαλεσαμένοις* Platonica est: de Legg. X. p. 893. A. B. *Ἄγε δὴ, θεὸν εἴποτε παρακλητέον ἡμῖν κ. τ. λ.* quam Platonici aliique scriptores certatim sunt imitati.

— 2. *οὐ λόγῳ γεγωνότι,*] Ita e lectione marginis *γεγωνῶτα* rescribendum duximus pro *γεγωρῶ*, quod editio habet. De hujus verbi etymo et potestate non est quod agamus post Valckenaerii explicationes ad Euripid. Hippolyt. 586. Coraii ad Plutarchi Flamin. p. 465. (ad quem cf. etiam Bæhrii nostri annot. p. 186.) aliorum. Nos attingamus locos aliquot a librariis vexatos: Alciphron. Epist. III. 48. p. 151. Wagner.: *τορῷ τινι καὶ γεγωνοτέρῳ φωνήματι χρησάμενος.* Ita sæpius junguntur *τορὸν* et præsertim *διατόρον* et *γεγωνὸς*, docente Wyttenb. ad Eunap. p. 262. Idem est *τρανόν*. Vid. Annot. nostr. in Procli Inst. Theol. §. 145. p. 216. Atque hac voce usus est Iamblichus de Vit. Pythag. §. 134. p. 113. Kust. p. 282. Kiessl.: *καὶ ὁ ποταμὸς γεγωνόν τι καὶ τρανὸν ἀπεφθέγξατο.* Ita ed. Arcerii et recte; sed libri scripti mei plerique *γωνόν*, Cod. tamen Monac. n. 392. in marg. *γεγωνόν*. In Philostrato de Vita Apollonii V. 9. p. 195. hodie legimus: *ἐπεὶ δὲ ἐξάρας* (scr. *ἐξάρας*) *τὴν φωνὴν καὶ κεχανὼς ἐφθέγξατο*, nimirum ex infelici Olearii conjectura pro *γεγονώς*. Debebat potius *γεγωνὼς* vel *γεγωνός* (vid. Heringæ Obss. p. 64. et Boisson. ad Philostrati Heroica p. 378.) Atque

hic quidem addit: " Posset etiam legi γεγωνόν. Cf. Valcken. ad Hippolyt. 584." Optime. Nam ita plane Cod, Schellershem., cujus varr. lectt. in mei exempli margine enotatas habeo. (Scholiastæ ad Heroica l. l. adhibe Lobeck. ad Phrynich. p. 120.) Theodoret. Therapeut. VI. p. 877. Schulz.: οὐδ' οὐρανόθεν γεγωνοτάτην καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις σύμμετρον ἀφῆκε φωνήν. Huc facit Clemens Alex. Pædag. II. p. 203. Pott. ἄμφω δὲ οἱ διαλεγόμενοι τὸ φθέγμα τὸ σφῶν τῇ συμμετρίᾳ παραμετροῦντων· τό,τε γὰρ γεγωνὸν τῆς προφορᾶς μανιωδέστατον· τό,τε ἀνήκουστον πρὸς τοὺς πέλας φθέγγεσθαι, ἀναισθήτου. Idem Stromatt. V. p. 648. Potter.: ἑρμηνεύεται μὲν γὰρ (Ἀβραάμ) πατὴρ ἔκλεκτος ἠχοῦς· ἠχεῖ μὲν γὰρ ὁ γεγωνὸς λόγος (Leg. ὁ γεγωνὼς λ.). Cæterum cf. Potterum, qui ex Philonis locis docet, formulam ὁ γεγωνὼς λόγος idem significare atque ὁ προφορικὸς λόγος (de quo supra vidimus ad I. 2. 3. fin.) Hoc loco autem Plotinus τῷ γεγωνότι λόγῳ nihil aliud declarari vult, nisi orationem, quæ auditu percipitur. Contraria enim sequuntur: ἀλλὰ τῇ ψυχῇ —εὔχεσθαι—δυναμένους. Quæ vel me non monente Lectores admonent verborum Apostoli ad Ephes. VI. 18. προσευχόμενοι ἐν πνεύματι et V. 19. ᾄδοντες καὶ ψάλλοντες ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ κυρίῳ, et similium per N. Testamenti libros; quos mirum est nondum sigillatim cum Platone et Platonicis ipsoque Plotino ad verba et sententias comparatos esse a Theologis, sed ipsos potius in Xenophonte, Arriano, Polybio cet. cum sacris scriptoribus componendis elaborasse.— Mox illa μόνους πρὸς μόνον pertinent ad doctrinam Platonicam *segregationis* et *solitudinis* moralis; de qua supra dictum est ad III. 1. 10. p. 234. F.

p. 906, 7. Παντὶ τῷ κινουμένῳ δεῖ τι εἶναι ὃ μὴ κινεῖται·] Ita dedimus e libris MSS. et Ficini versione pro πάντα. Vidit etiam Taylor. Proxima: ἐκποδὼν δὲ ἡμῖν ἔστω γένεσις ἡ ἐν χρόνῳ supra explicuimus ad p. 473. B. Mox: τῷ δὲ λόγῳ τὴν γένεσιν προσάπτοντας αὐτοῖς, αἰτίας καὶ τάξεως αὐτοῖς ἀποδώσει, vel legendum ἀποδόσει cum Cod. Vat. ut intelligas προσάπτομεν: quando vero verbotenus (s. inter loquendum) generationem eis adjungimus, (eam adjungimus reapse) attributione causæ ordinisque (h. e. reapse nihil aliud generationis verbo attributum eis volumus, nisi causam ordinemque): vel ante ἀποδώσει cogitandum est τὶς, quod fortasse etiam haustum est a præcedente αὐτοῖς, et προσάπτοντας per anacoluthon accipiendum pro προσαπτόντων. Quod in sequentibus pro βουληθέντος Taylor legi vult βουλευθέντος: neque libri MSS. suffragantur, nec necesse est, quidquam corrigi. Cæterum ex his Plotini decretis cum alii profecerunt, tum ejus discipulus Porphyrius. Quod non fugit doctissimum Cudworthum in Syst. intell. p. 673. sqq. hæc tractantem, cujus latinus interpres Moshemius in annott. ob hæc ipsa et Plotinum et Porphyrium Sabellianismi reum agere instituit.

p. 907, 10. Τί οὖν χρὴ περὶ τοῦ τελειοτάτου λέγειν] Laudant hæc Cyrillus advers. Julian. VIII. p. 173. B. C. et Theodoret. in Therapeut. lib. II. p. 750. Vol. IV. Schulz. Atque ille ita præfatur: καὶ μὴν καὶ Πλωτῖνος φιλοζητητὴς ὢν ἄγαν καὶ διὰ πάσης, ὡς ἔπος εἰπεῖν ἰσχνομυθίας ἐληλακὼς, οὕτω που φησὶ περὶ τἀγαθοῦ: hic ita: Καὶ Πλωτῖνος δὲ ὁ τὴν Πλάτωνος φιλοσοφίαν ζηλώσας περὶ τῶν τριῶν ἀρχικῶν ὑποστάσεων βιβλίον ξυνέγραψεν, ἐν ᾧ καὶ τάδε ἔφη. Attigerunt hæc etiam Hugo Grotius de Veritate Relig. Christianæ IV. §. 12. p. 286. ed. Koecher. et Cudworth. in System. intellect. p. 687. Cf. etiam Nostrum infra p. 512. sq. et p. 554.

— 15. ὅτι τἆλλα μετ' αὐτὸν] " Quæ apud Plotinum sequuntur, Cyrillo digna visa sunt, quæ attexeret. Et merito quidem: sic enim habent: οἷον καὶ ἡ ψυχὴ — — — ὡς οὐδὲ ψυχῆς καὶ νοῦ. Quibus ille verbis, cum aliquam S. S. Triadis umbram informaret, sed quæ Arianis favere nimium videretur, addidit Cyrillus antidotum, quod facile prætermisit Eusebius. Νοῦν μὲν γὰρ εἶναί φησι τὸν καθ' ἡμᾶς Θεὸν λόγον. inq. Cyrill. ἐπείτοι καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ Σοφίαν ὀνομάζομεν. πλὴν οὐκ ἐν μείοσιν ἢ δευτέροις, κατά τι γοῦν ὅλως τῆς τοῦ πατρὸς ὑπεροχῆς καὶ δόξης· οὔτε μὴν ὡς οὐκ ἔχοντα τὸ αὐτοτελὲς, φαμὲν αὐτὸν τελειοῦσθαι ἐνορῶντα τῷ πατρὶ καθὰ δὴ τούτοις δοκεῖ &c. iterumque, ἐκεῖνοι μὲν, ὧδέ τε δοξάζοντες, καὶ εἰς ἀνομοιότητα φύσεων κατασύροντες τὰ παρά γε σφίσι τεθαυμασμένα, ψυχραῖς καὶ μειρακειώδεσιν ἐπαυχοῦσιν ἐννοίαις· ἡμεῖς δὲ παντέλειον εἶναί φαμεν τὸν Πατέρα, ὁμοίως δὲ τὸν Υἱὸν, ὡς ἐκ τελείου τέλειον· καὶ μὴν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Et Theodoretus, τὴν Πλάτωνος διάνοιαν, inquit, ἀναπτύσσοντες καὶ ὁ Πλωτῖνος καὶ ὁ Νου-

μήνιος, τρία φασὶν αὐτὸν εἰρηκέναι ὑπέρχρονα, καὶ ἀΐδια, τἀγαθὸν, καὶ νοῦν, καὶ τοῦ παντὸς τὴν ψυχήν· ὧν μὲν ἡμεῖς Πατέρα καλοῦμεν, τἀγαθὸν ὀνομάζοντα, νοῦν δὲ, ὃν ἡμεῖς υἱὸν καὶ λόγον προσαγορεύομεν· τὴν δὲ τὰ πάντα ψύχουσαν καὶ ζωοποιοῦσαν δύναμιν ψυχὴν καλοῦντα, ἣν πνεῦμα ἅγιον οἱ θεῖοι προσαγορεύουσι λόγοι." *Viger. ad Euseb.*

p. 908, 1. *Ποθεῖ δὲ πᾶν τὸ γεννῆσαν*] Habet hæc et prima verba seq. cap. usque ad *λέγων* Theodoretus in Therapeut. lib. II. p. 750. Schulz.

— 9. *ἢ ὅτι τῇ ἐπιστροφῇ πρὸς αὐτὸ ἑώρα·*] Si scripseris *πρὸς αὐτὸ*, hæc enascetur sententia: " Nimirum quod illud (unum s. ille pater) conversione ad se ipsum respicit." At sine libris nolui a vulgata recedere, quam expressit etiam Marsilius et Taylor, qui antecedentia ita explet: " How therefore did he generate intellect [so as far as it is intellect]?"

— 10. *Τὸ γὰρ καταλαμβάνον ἄλλο, ἢ αἴσθησις ἢ νοῦς· αἴσθησιν γραμμὴν καὶ τὰ ἄλλα· ἀλλ' ὁ κύκλος τοιοῦτος.*] E librorum vestigiis conjicias: *αἴσθησις ὡς γραμμὴ, καὶ τὰ ἄλλα ὡς κύκλος. ἀλλ' ὁ κύκλος.* Fons autem hujus loci est in demonstratione Platonis de Legg. X. p. 893. sqq. de variis motibus. Ibidem est p. 898. A. p. 204. Bekk.: *τούτοιν δὴ τοῖν κινήσεοιν τὴν ἐν ἑνί φερομένην ἀεὶ περὶ γέ τι μέσον ἀνάγκη κινεῖσθαι τῶν ἐντόρνων οὐσῶν μίμημά τι κύκλων, εἶναί τε αὐτὴν τῇ τοῦ νοῦ περιόδῳ πάντως ὡς δυνατὸν οἰκειοτάτην τε καὶ ὁμοίαν. κ. τ. λ.* Quæ descripsit Eusebius in P. E. XII. 28. p. 601. Utrumque autem et Platonem et Plotinum in hac re laudat Damascius *περὶ ἀρχῶν* p. 322. ed. Kopp.: *τὸ δὲ ὡσαύτως καὶ ἀεὶ καὶ ὅσα τοιαῦτα* (tangit formulas Platonis l. l. et in seqq.) *κατὰ τὸ ἀμετάβλητόν ἐστι τε καὶ λέγεται· διὸ ταύτῃ τὸν νοῦν, μιμεῖται ἡ κύκλῳ φορὰ ὥς φησι Πλωτῖνος, μᾶλλον δὲ, ὡς αὐτὸς ὁ Πλάτων ἐν τῷ τῶν νόμων* (fortasse *ἐν τῷ ι΄ τῶν ν.*) *εἰκόνα ταύτην προὐβάλλετο τῆς τοῦ νοῦ κινήσεως, ὡς τοῦ ἀληθινοῦ ἀκινήτου τὸ φαινόμενον ἀκίνητον.* Cf. ipsum Plotinum supra III. 7. 3. p. 328. B. C. et infra V. 5. 1. ubi *ὁ νοῦς* dicitur *περιθέων*. V. 3. 3. ubi mens (*ὁ νοῦς*) item a sensu (*τῇ αἰσθήσει*) distinguitur et V. 6. 5: *τὸ νοεῖν ἐστι κίνησις πρὸς ἀγαθόν*: denique de visione mentis (*περὶ τῆς τοῦ νοῦ ὁράσεως*) III. 8. 10. V. 3. 8. V. 8. 3. VI. 6. 17. VI. 7. 35. VI. 8. 16. etc. Attigerunt autem hunc nostrum locum et sequentia Brucker. in Hist. Crit. Philosoph. II. p. 400. et Tennemann. in Hist. Philos. VI. p. 95.—Nunc adde nuper a nobis editum Olympiodorum in Alcib. pr. p. 103. qui ita:—*νοῦ γὰρ ἴδιον τὸ ἐπιστρέφειν· σφαίρᾳ γὰρ ἀναλογεῖ ὁ νοῦς, ἕκαστον σημεῖον ποιούσῃ καὶ ἀρχὴν καὶ πέρας.* Ad hæc et sequentia adhibenda Procli Inst. Theol. §. 169. sq. p. 250. sqq. ed. nostr.

p. 909, 16. *Ταύτης—ὁ νοῦς οὗτος ἄξιος νοῦ τοῦ καθαρωτάτου, μὴ ἄλλοθεν—φῦναι*] Ex Ficini mente ad *νοῦ τοῦ καθ.* cogitandum erit *ὀνόματος*, ac proinde hoc exemplum addendum L. Bosio de Ellips. p. 352. sq. Schæf. item ad *γενόμενον* rursus supplendum: *ἄξιόν ἐστι*. Nam alteram rationem, ut ita ordines:—*ὁ νοῦς οὗτος ἄξιος φῦναι μὴ ἄλλοθεν ἢ ἐκ τῆς πρώτης ἀρχῆς νοῦ τοῦ καθαρωτάτου γενόμενον* (vel f. *γενόμενος*, nisi et h. l. sicut in antecedentibus et sæpissime alias Neutrum post Masculinum usurpavit Plotinus) *δὲ ἤδη γεννῆσαι* eam igitur rationem respuere videtur et hujus disputationis tenor, et vero universa doctrina Platonicorum. Mox: *τὸ τῶν ἰδεῶν κάλλος—θεοὺς νοητούς*. Vid. Proclum in Timæum p. 357. ubi et alia et hæc: *πᾶσα ἰδέα θεός*. Cf. ejusdem Instit. Theol. p. 190. et 200. De hoc placito disputant Cudworth. in Syst. intell. IV. 36. cf. p. 687. et Brucker. in Hist. Crit. Philos. II. p. 402. sqq.

— 19. *καὶ ὥσπερ καταπιόντα πάλιν τῷ ἐν αὐτῷ ἔχειν, μηδὲ ἐκπεσεῖν εἰς ὕλην—παρὰ τῇ Ῥέᾳ—Κρόνον μὲν θεὸν σοφώτατον—ᾗ καὶ πλήρης καὶ νοῦς ἐν Κόρῳ—Δία γεννᾷν κόρον κ. τ. λ.*] Etiam hujus interpretationis fons est in loco Platonici Cratyli p. 396. b. quorum verborum partem supra apposui ad locum similem nostri libri p. 485. A. Nunc hæc de Saturno et Rhea apponam ex eodem dialogo p. 402. A. p. 42. Bekk.: *τὸν Ἡράκλειτόν μοι δοκῷ καθορᾶν πάλαι ἄττα σοφὰ λέγοντα. ἀτεχνῶς τὰ ἐπὶ Κρόνου καὶ Ῥέας, ἃ καὶ Ὅμηρος ἔλεγεν.—Λέγει που Ἡράκλειτος, ὅτι πάντα χωρεῖ καὶ οὐδὲν μένει, καὶ ποταμοῦ ῥοῇ ἀπεικάζων τὰ ὄντα λέγει ὡς δὶς ἐς τὸν αὐτὸν ποταμὸν οὐκ ἂν ἐμβαίης.* Cf. infra hujus libri cap. 9. p. 490. A. ibiq. laudd. Hoc loco sufficit ex Platonis verbis rationem percepisse, cur Plotinus noster Rheam ita interpretetur, ut, tanquam fluxa *Materia*, contraria sit stabili *Menti*.

p. 910, 17. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὰ Πλάτωνος τριττὰ, τὰ πάντα περὶ τὸν πάντων βασιλέα κ. τ. λ.] Platonis Epist. II. p. 312. extr. p. 403. Bekk.: ὧδε γὰρ ἔχει· περὶ τὸν πάντων βασιλέα πάντ' ἐστὶ καὶ ἐκείνου ἕνεκα πάντα, καὶ ἐκεῖνο αἴτιον ἁπάντων τῶν καλῶν· δεύτερον δὲ περὶ τὰ δεύτερα, καὶ τρίτον περὶ τὰ τρίτα. Platonis verba infra rursus laudat noster VI. 7. 42. p. 733. B. ubi cf. annot. Quod Taylor ad proxima verba φησὶ γὰρ πρῶτα plura excidisse arbitratur, libri nihil amplius efferunt, et possunt hæc ita explicari, ut Plotinus dicat a Platone *prima* designari illis ipsis verbis: περὶ τ. π. β. π. ἐστί, ut proinde solummodo τὰ exciderit, nisi πρῶτα sine articulo posuit, quo significaret: *prima aliqua.*

p. 911, 2. τοῦτον δὲ φησὶ—ἐν τῷ κρατῆρι ἐκείνῳ] Vid. Platon. Timæum p. 34. et p. 43. quorum verborum partim supra adscripsi ad Plotin. p. 376. C. D. E. qui locus omnino cum nostro conferri debet.

— 3. Τοῦ αἰτίου δὲ νοῦ ὄντος κ. τ. λ. —ἐξηγητὰς ἐκείνων γεγονέναι] Laudat hæc Cyrillus advers. Julian. IV. p. 145. C. ita inferens: φησὶ γὰρ οὕτω Πλωτῖνος περὶ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἰδίαν μᾶλλον, ἀλλὰ τὴν Πλάτωνος διερμηνεύει δόξαν. Cæterum hæc Plotiniana certatim tractavere recentiores: Cudworth. in System. intell. IV. 36. p. 635. Brucker. in Hist. Crit. Philos. II. p. 409. sq. Cujus sententiæ se aggregare videtur Heynius, ita pronuntians in Opuscull. Acadd. III. p. 309: " Apud Platonem, et ipsum Timæum, quod satis constat, Demiurgus erat ὁ Νοῦς, philosophema philosopho hoc haud indignum et in quo cum voluptate mens sanctior et vividior versari potest. At Platonici mox infinita super hoc nomine argutati, modo secundum a principe deo τὸν λόγον, modo tertium fecere." Tum laudat hunc ipsum Plotini locum, itemque Numen. ap. Euseb. P. E. XI. 14. sq.—Attigit hunc Plotini locum etiam Tennemann. in Hist. Philos. VI. p. 51. Nolumus enim talia prætermittere, quæ vel ad reprehendendos Platonicos recentiores pertinent, ne harum partium nimis studiosi videamur, etsi illud cum alibi profitemur, tum etiam hoc loco repetimus, neminem et intelligentius et justius horum philosophorum placita explicasse, quam Cudworthum De verbo πιστοῦσθαι supra dictum est ad p. 229. F.

— 10. Ἥπτετο—Παρμενίδης—τῆς τοιαύτης δόξης κ. τ. λ.] Parmenidis Fragmm. v. 95. sqq.

Ταὐτὸν δ' ἐστὶ νοεῖν τε καὶ οὕνεκέν ἐστι νόημα·
οὐ γὰρ ἄνευ τοῦ ἐόντος, ἐν ᾧ πεφατισμένον ἐστὶν,
εὑρήσεις τὸ νοεῖν· οὐδὲν γάρ ἐστιν ἢ ἔσται
ἄλλο πάρεξ τοῦ ἐόντος· ἐπεὶ τόγε Μοῖρ' ἐπέδησεν
οὖλον ἀκίνητόν τ' ἔμεναι, τῷ πάντ' ὄνομ' ἐστὶν,
ὅσσα βροτοὶ κατέθεντο, πεποιθότες εἶναι ἀληθῆ,
γίνεσθαί τε καὶ ὄλλυσθαι, εἶναί τε καὶ οὐχί.
καὶ τόπον ἀλλάσσειν, διά τε χρόα φανὸν ἀμείβειν:

Cf. ejusdem vs. 83—89. et vide Brandisii Commentatt. Eleatt. p. 115. sqq. et p. 143. sqq.

— 14. σωματικὴν πᾶσαν κίνησιν ἐξαίρων] In accuratiore scriptore vel sine libris mutassem in ἐξαιρῶν. Nam h. l. est idem quod Plato in Epist. II. p. 310. e. dicit ἐξαίρετον ποιῶν, *demens, eximens:* in Plotino non ausus sum memor eorum, quæ Wyttenbachius posuit ad Plutarch. de recte aud. p. 383: " Hoc unum nunc monuisse sufficiat, apud Atticos quidem et omnes adeo *diligenter scribentes*, ἐξαίρειν dici, ubi *extollendi*, ἐξαιρεῖν, ubi *demendi, eximendi* notio valet:" nisi statuere velis in talibus quoque minutiis correcta esse a Porphyrio Plotiniana adversaria. De illa confusione post Wyttenb. et Heindorf. ad Platon. Theæt. p. 352. nuper monuere Held. in Actis Philoll. Monacc. II. 1. p. 30. et Bæhr. ad Plutarch. Vit. Pyrrhi p. 180.—Ad argumentum cf. Platonis Theæt. p. 180. d. e. et Brandisl. l. p. 142.

— 18. Ὁ δὲ παρὰ Πλάτωνι Παρμενίδης κ. τ. λ.] Vid. Platonis Parmenid. p. 139. p. 28. Bekk. et passim. Ceterum non abs re erit ad hujus capitis finem subjicere verba Cudworthi in System. intellect. IV. 36. p. 689; qui de *Triade Platonica* ita exponit: " Princeps hypostasis sæpe huic generi dicitur ἓν πρὸ πάντων, *unum ante omnia*, unitas nimirum simplicissima, quæ res omnes efficienter continet et uti Plotinus loquitur (p. 513), οὕτως ἔχει πάντα, ὡς μὴ διακεκριμένα, τὰ δὲ ἐν δευτέρῳ διεκέκριτο τῷ λόγῳ, *sic habet omnia, tanquam nondum inter se discreta, quum in secunda ratione discernantur;* id est, reapse distincta sint in speciebus suis, etiamsi primum principium simplex et fecunda sit rerum omnium potentia Idcirco alteram hypostasin Parmenides vocat ἓν πάντα *unum, quod est omnia*, seu quod omnes rerum species complectitur: qui etiam philoso-

phus, id quod Plotinus (nostro loco) testatur, tertiam personam ἓν καὶ πάντα, *unum et omnia* (proprie ἓν καὶ πολλὰ, *unum et multa*) vocavit, ut plus eam habere vicissitudinis et multitudinis significaret."

p. 912, 3. Ἀναξαγόρας—τὸ ἓν] Simplicius in Aristotelis Physs. p. 33. b. hæc verba Ionica Anaxagoræ laudat: ὁ δὲ νοῦς, ὅσα ἐστί τε κάρτα, καὶ νῦν ἐστιν, ἵνα καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ἐν τῷ πολλὰ περιέχοντι, καὶ ἐν τοῖς προσκριθεῖσι, καὶ ἐν τοῖς ἀποκεκριμένοις. In hoc loco certatim desudarunt Carus, Ritterus et Schaubachius. Vid. hujus *Anaxagoræ Clazomenii Fragmenta* p. 137. sq. qui varias illas conjecturas exhibet. Nemo vero nostri philosophi verba consuluit, quæ illis lucem afferunt. Sunt autem comparanda cum alio loco Plotini p. 162. ubi dicit: Anaxagoram, qui mixturam ponat aquam esse, neque aptitudinem eam (aquam) dicat ad omnia, *sed eandem* (aquam) *actu omnia continere, tollere mentem, quam introduxerit*, &c. Unde intelligitur, Anaxagoram aliquo loco sic locutum esse, ac si *mentem actu omnia comprehendere statuat*, in hac vero doctrina sibi parum constitisse. Unde illi fragmento facilis, si quid video, et emendatio et explicatio paratur: ὁ δὲ νοῦς ὅσα ἐστὶ, ἐστί τε κάρτα—καὶ ἓν τοῖς προσκριθεῖσι καὶ ἓν τοῖς ἀποκεκριμένοις: *Mens vero qaæcunque est, (ea) est valde et nunc* (etiam nunc) *est*, ubi (ἵνα, *ubi*, ut ap. Ionicum Herodotum I. 98. et passim) *et reliqua omnia* (sunt), (nimirum) *in ea* (mente) *quæ multa complectitur, et unum* (sive unitas) est et *unum adjunctis* (i. e. ceteris corporibus) *et sejunctis* (elementis i. e. mens quæ actu omnia continet, unitatis vicem præstat rebus omnibus cum primigeniis tum secundariis et fluxis.)

— 6. Τῷ δὲ Ἐμπεδοκλεῖ τὸ μὲν νεῖκος διαιρεῖ—ὧς ὕλη] Correxi hunc locum partim ex Cyrillo adv. Julian. p. 67. C. partim ex libris nostris. Sturzius in Empedocle p. 227. pro τὸ ἓν, quod in vulgata est, et ipse conjicit ἑνοῖ vel ποιεῖ ἓν vel δὸ διαιρεθὲν ἑνοῖ. Illud primum confirmat Cyrillus. Deinde idem vir doctus vulgatum ἀσώματον καὶ αὐτὸς τοῦτο ita integrare vult, ut intelligatur τίθεται. Cyrilli autem lectio hac ope non indiget. "*Incorporeum autem etiam id ipsum* (αὐτὸ sc. est.)" Hæc duo vero Empedoclis principia ab aliis ipsoque Plotino ad incorporea revocantur: ab aliis ad materiam, docente eodem Sturzio ibidem. Ceterum cf. supra II. 4. 7. p. 162. ibiq. Annott. et *Heraclitea* quod attinet p. 97. D. cum annott. p. 468. C. 473. A. c. 5. et p. 497. B.

— 8. Ἀριστοτέλης δὲ κ. τ. λ.] Vid. Aristotelis Metaphyss. VI. p. 128. sq. ed. Brandis. et XI. p. 257. sq. (ubi etiam de Empedoclis et Anaxagoræ principiis) Taylor ad nostrum locum hanc annotatiunculam adscripsit: "Aristotle in his writings ascended no higher than the intelligible, and this with him is the first principle. And perhaps this was because he knew that the nature, which is beyond the intelligible, is perfectly ineffable and unknown, and therefore accurately speaking, is even beyond principle."

p. 913, 8. καὶ—ὁμονοήσει] Ex proxime præcedentibus cogitando repetendum est ἕκαστον. Sequentibus: Πυθαγόρου—Φερεκύδους—ἀφεῖσαν adhibe Josephum contra Apion. I. p. 1034. E: τοὺς περὶ τῶν οὐρανίων τε καὶ θείων πρώτους παρ' Ἕλλησι φιλοσοφήσαντας, οἷον Φερεκύδην τὸν Σύριον, καὶ Πυθαγόραν, καὶ Θάλητα πάντες συμφώνως ὁμολογοῦσιν Αἰγυπτίων καὶ Χαλδαίων γενομένους μαθητάς, ὀλίγα συγγράψαι. καὶ ταῦτα τοῖς Ἕλλησιν εἶναι δοκεῖν πάντων ἀρχαιότατα, καὶ μόλις αὐτὰ πιστεύουσιν ὑπ' ἐκείνων γεγράφθαι. Vid. Sturzium ad Pherecydis Fragmm. §. 6. p. 26. ed. alt. nec Plotiniani loci oblitum.—Sed in verbis Plotini residere videtur macula, quam sic, opinor, elues: οἱ μάλιστα συντασσόμενοι αὖ τοῖς Πυθαγόρου κ. τ. λ. Initio capitis Plotinus intelligibilia principia enumerat ex Anaxagoræ Heraclitique et Empedoclis scriptis. Deinde Aristotelis principia examinat. Jam ad eos philosophos redit, qui ante Aristotelem se rursus, Pythagoræ Pherecydisque placitis applicuerant. *Proinde*, art., *qui ex veteribus se maxime componunt rursus ad decreta Pythagoræ* (αὖ τοῖς Πυθαγόρου sc. δόγμασιν) *et eorum, qui post eum fuerunt, et vero* (ejus qui ante eum fuit) *Pherecydis*, &c. Idem vel similis verbi significatus est in his Xenophontis Hellen. III. 3. 7. οἱ συντεταγμένοι ἡμῶν (Steph. volebat ἡμῖν) *qui conspirarunt, conjurarunt.* I. Esdr. II. 16. λοιποὶ οἱ τούτοις συντασσόμενοι, *reliqui, qui cum his faciebant.* Nec abludit verbi vis in constructione cum πρός. Iamblich. V. P. p. 72. Kust. de Pythagoreis: καὶ ὁ βίος αὐτοῖς ἅπας συν-

τέτακται πρὸς τὸ ἀκολουθεῖν τῷ θεῷ et vita ejus omnis componitur ad obedientiam Deo : cf. ejusdem Protrept. VI. p. 98. Kiessl. : *καὶ πάντα τὰ* (agnoscit etiam Cod. Reg. in schedis meis) *ἄλλα πρὸς νοῦν καὶ τὸν θεὸν συντακτέον.* cf. ibid. c. VII. p. 114. ed. Kiessl.

p. 914, 5. *τὸν εἴσω ἄνθρωπον κ. τ. λ.*] Plato Alcib. pr. 36. Æschin. Axiocho 5. ibiq. Fischer. p. 123. Cicero Tusc. I. 22. ibiq. Davis. Somn. Scip. c. 8. cum Moseri annot. Paulus Apost. ad Romm. VII. 22 : *κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον,* et ad eum Hugo Grotius. Ephes. III. 16. *εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον.* Adde Proclum in Alcib. pr. p. 9. 141. et passim, et Olympiod. in eund. dialogum p. 10. et 198.—Ad proxima *νοῦς δὲ ὁ μὲν λογιζόμενος ὁ δὲ παρέχων* adhibe, quæ leguntur p. 499. c. 3. A. B. et p. 633. B : *ὁ δὲ νοῦς οὐ λόγοις χρῆται πανταχοῦ,* ubi alia addidi. Cf. etiam supra p. 475. A. ibiq. annot.

— 15. *Διὰ τοῦτο καὶ* [*ἔτι*] *ἔξωθέν φησιν*] Uncinis inclusi *ἔτι,* quod et a libris aliquot abest et e sequenti membro huc retractum videri potest. Ceterum vid. Platon. Timæum p. 36. fin. p. 34. Bekk. et cf. Plotinum p. 388. C. et p. 482. inf. Ad sequentia adhibe superiora IV. 3. 12. p. 381. B. ibiq. annot. et quod locos ex Theæteto et Phædone attinet I. 2. 1. I. 2. 2. I. 2. 3. I. 6. 6. ibiq. annott.

p. 915, 10. *δεῖ μὴ τὸν λογιζόμενον—νοῦν ἐν ἡμῖν εἶναι,*] Non dubitavi adjicere *μὴ* ex Ficini versione et Cod. Med. A. Flagitat enim sententia. Insuper autem cogitandum est *ταύτῃ* vel simile quid. Nimirum *catenus, quatenus* animus interdum non ratiocinatur, statuendum est, non inesse in eo ratiocinantem mentem. Comparanda autem sunt nostro cum loco, quæ Plotinus infra disputat VI. 4. 4. p. 647. et Porphyrii Sententiæ §. V. XVII. XXX. Copiose de hoc loco similibusque philosophi nostri exponit Cudworth. in Syst. Intell. p. 668. sq. inquirens, quid sint apud Plotinum *οἱ νόες,* s. *οἱ νοῖ,* quos nihil aliud esse suspicatur nisi animæ capita et summitates (heads and summities).

— 16. *Τῷ γὰρ τοιούτῳ*] Lectionem editionis marginalem *τὸ γὰρ τοιοῦτο,* licet ea, si cogites *κατὰ,* æque commoda sit, librorum tamen MSS. lectioni, quam textus offert, posthabendam duximus.

p. 916, 1. *Πῶς οὖν—οὐκ ἀντιλαμβανόμεθα—καὶ οὐ μόριον ψυχῆς ἀλλ' ἡ ἅπασα ψυχὴ ὄντες*] Cic. Tusc. I. 22 : " Neque nos corpora sumus ; nec ego tibi hæc dicens corpori tuo dico. Cum igitur *nosce te* dicit, hoc dicit : Nosce animum tuum : nam corpus quidem quasi vas est aut aliquod animi receptaculum ; ab animo tuo quidquid agitur, id agitur a te." Quam in sententiam plura laudavi ad cap. X. p. 491. B. Hinc illa : *ἄνθρωπος, ψυχὴ σώματι χρωμένη.* Procl. in Alcib. pr. p. 296. et : *ἄνθρωπος ἐν ψυχῇ ἐστι.* Idem p. 316. itemque : *ἄνθρωπος λόγος ἐστί,* Olympiodor. in eund. dial. p. 10. et p. 198. Atque conjunctiora cum nostri loci argumento ipse noster præstat supra p. 347. sq. quo de loco proxima annotatio conferenda est.

— 9. *καὶ ἔτι ἕκαστον τῶν ψυχικῶν ζῶν ἀεὶ ἐνεργεῖ ἀεὶ καθ' αὑτὸ τὸ αὑτοῦ.*] Alii libri *ζώου,* ed. Bas. *ζώων.* Fortasse illa emendatio debetur Ficino, qui suas conjecturas sæpius appinxisse videtur Mediceis Codicibus. Tamen h. l. in ordinem recepi ut necessariam, nisi expungere malueris illud prius *ἀεὶ,* quod audacius foret. Mox pro *ποιεῖ* reposui ex margine editionis et libris MSS. *ποιεῖν.* Nostro vero loco nemo plus lucis affert, quam ipse Plotinus in libro *περὶ θεωρίας καὶ τοῦ ἑνὸς, de contemplatione et uno* (III. 8.) præcipue capite quinto p. 347. sq. quod integrum cum hoc capite componendum est. Unum tantummodo flosculum decerpam eorum verborum causa, quæ nunc ipsum tractamus :—*διὸ δεῖ μὴ ἔξωθεν τὸν λόγον εἶναι, ἀλλ' ἐνωθῆναι τῇ ψυχῇ τοῦ μανθάνοντος, ἕως ἂν οἰκεῖον εὕρῃ.*

LIB. II.

p. 918, 7. ΠΕΡΙ ΓΕΝΕΣΕΩΣ ΚΑΙ ΤΑΞΕΩΣ ΤΩΝ ΜΕΤΑ ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ.] Undecimus est hic liber ordine temporis, quod singuli a Plotino compositi sunt. Vid. Porphyr. de Vit. Plot. cap. IV. et cap. XXV. Anglice vertit Thom. Taylor. in Select Works of Plotinus p. 397. sqq. Cæterum cum hujus libelli argumento conjuncta sunt, quæ disputat Proclus *περὶ ἑνάδος* in Inst. Theol. c. VI. p. 10. ed. nostr. et *περὶ παραγόντων καὶ παραγομένων* c. VII. ibid. p. 10. sqq. et cap. CIII. p. 152. sqq.

p. 919, 1. *οὐ διπλόης—ὀτουοῦν*] Legendum videtur : *οὐδὲ διπλόης οὑτινοσοῦν* (sive *ὀτουοῦν*).

p. 919, 4. *καὶ τὸ ὑπερπλῆρες αὐτοῦ*] Ita correxi ex Cod. Vat. vulgatum *ὑπὲρ πλῆρες*. Hoc compositum nondum consignatum erat in Schneideri Lex. ed. tert. Exemplis a Kallio et Wakefieldio in Steph. Thes. Londinensi collectis adde hunc locum et Procli Inst. Theol. c. CXXXI. p. 196. ed. nostr. ubi libri bis offerunt *ὑπέρπληρες*. Mox: *τὸ δὲ γενόμενον εἰς αὐτὸ ἐπεστράφη—ὁμοῦ νοῦς γίγνεται καὶ ὄν*. In hoc loco pro vulgato *προεκεῖνο* dedi *πρὸς ἐκεῖνο*, deinde pro *θεὰ* dedi *θέα*, et *ἔστη* pro *ἔστι* cum libris MSS. et marg. Sine libris nihil mutandum duxi, licet suadere videatur versio Ficini; qui quomodo hæc acceperit indidem patet. Taylor contra ita vertit: "That, however, which is generated from it is converted to it, and is filled, and was generated looking to it. But this is intellect. And the permanency indeed of it about *the one*, produced being; but its vision of *the one*, intellect. When, therefore, it is established about *the one*, in order that it may see it, then it becomes at once intellect and being." Ad argumentum adhibe infr. p. 511. et p. 534. et vid. Brucker. Hist. Crit. Philos. II. p. 400. et Tennemanni Hist. Philos. VI. p. 93. sq. qui comparari jubet V. 6. 2. VI. 7. 39. et 40. VI. 8. 16. Tu adde Procli Instit. c. IX. p. 16. seqq. c. CIX. p. 160. sqq. c. CXIV. p. 166. seqq. et c. CLX. p. 236. sqq.

p. 920, 8. *ᾧ ἂν ἐπίσπηται*] Ita scripsi jubentibus libris MSS. pro vulgato *ἕπηται* quæ lectio e neglecto compendio scribendi nata videtur, uti mox Ed. Basil. sine compendio exhibet *ἄνον* pro *ἄνθρωπον*; (quo ipso loco pro exemplo utitur Villoison in Anecdott. Grr. Vol. II. p. 177.) Ionicam adeoque Atticam formam sumsisse videri possit ex Platone suo, Theæt. p. 169. A: *ἀλλ' ἴθι, ὦ ἄριστε, ὀλίγον ἐπίσπου*. Cf. etiam Lex. Xenoph. II. p. 315. Infra apud Nostrum p. 699. C. extr. legimus: *ἀλλὰ γὰρ ἐπισπώμενοι τῷ ἐφεξῆς εἰς τοῦτο ἥκομεν*, ubi licet unus Codex *ἐπισπόμενοι* exhibeat, nihil mutaverim, et Ficinus etiam vertit *ducti*, licet probe sciam, hanc lectionem sæpius in alterius locum successisse. Herodot. III. 14: *ἐτετεύχεε γὰρ καὶ οὗτος ἐπισπόμενος Καμβύσῃ ἐπ' Αἴγυπτον*, ubi Ald. et alii libri *ἐπισπώμενος* habent. Tu cf. Popponem ad Thucyd. IV. 35. p. 74.

— 9. *ἄλλο—μέρος τὸ ἐν φυτῷ, τὸ τολμηρότατον καὶ ἀφρονέστατον,*] Hæc explicanda e prioris libri initio p. 481. B. inf.: *ἀρχὴ μὲν οὖν αὐταῖς τοῦ κακοῦ ἡ τόλμα καὶ ἡ γένεσις καὶ ἡ πρώτη ἑτερότης*, ubi plura dedimus. Ad hæc Taylor Sallustii Philosophi c. XX. init. laudat: *Αἱ δὲ μετεμψυχώσεις, εἰ μὲν εἰς λογικὰ γένοιντο, αὐτὸ τοῦτο ψυχαὶ γίνονται τῶν σωμάτων· εἰ δὲ εἰς ἄλογα, ἔξωθεν ἔπονται, ὥσπερ καὶ ἡμῖν οἱ εἰληχότες ἡμᾶς δαίμονες.* Sed de his placitis plura diximus ad II. 9. 6. cf. III. 4. 2. IV. 3. 9. Cf. etiam infra VI. 7. 8. p. 700. extr. et p. 701. init.

— 16. *ἓν οὖν τῇ ἀρχῇ*] Cod. Vat. *ἐν* et Taylor: "It is, therefore, *in* its principle." Quæ ratio potior videtur. Mox Fic. legisse videtur *ἐλθούσῃ*, quod placet. Nam *ἐλθοῦσα* nihil habet, quo referatur.

p. 921, 1. *οὐ γὰρ στενοχωρεῖται.*] Cf. infr. VI. 5. 10. p. 669. A.

LIB. III.

p. 922, 7. ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΓΝΩΡΙΣΤΙΚΩΝ ΥΠΟΣΤΑΣΕΩΝ, ΚΑΙ ΤΟΥ ΕΠΕΚΕΙΝΑ.] Liber undequinquagesimus, igiturque ex iis, quos maturiore ætate conscripsit Plotinus. Vid. Porphyr. de Vit. Plot. cap. VI. et cap. XXV. Quod vero unus liber omittit *καὶ τοῦ ἐπέκεινα*, alii nonnulli habent *καὶ τῶν ἐπ.*, neutrum bene est; quandoquidem *unum* (*τὸ ἓν*) cogitandum est tanquam illud, quod est superius illis substantiis. Ceterum hunc librum ante oculos habere videtur Proclus in Platonis Theologiam cap. XIX. p. 52. in his: *ὥσπερ καὶ ὁ Πλωτῖνος ὀρθῶς πού φησι περὶ τῶν νοητῶν ὑποβάσεων εἰπών*. Corrigendum enim videtur: *περὶ τῶν νοητικῶν ὑποστάσεων*, aut, si solum *ὑποβάσεων* vitiosum esse credere malueris, statuendum, Proclum librum hujus Enneadis primum respexisse, *περὶ τῶν τριῶν ἀρχικῶν ὑποστάσεων*. Sed vide tamen, quæ annotavimus infra ad p. 501. A. c. VI. In compendium redegit hunc librum Plotini Porphyrius in Sententiis ap. Stob. in Eclogg. I. 51. p. 778—784. Heer. et in Ed. Cantabrig. c. XV. p. 222—224. Anglice vertit hunc tertium librum Taylor in Select Works of Plotinus p. 402. sqq.: On the Gnostic (?) Hypostases, and that which is beyond them.

p. 923, 12. *Ὁ δὲ νοῦς τούτων γνῶσιν ἔχει—σκέψασθαι προσήκει*] Addendum videtur *εἰ* post *νοῦς*.

p. 924. 2. Τὸ μὲν οὖν αἰσθητικὸν αὐτῆς αὐτόθεν ἂν φαῖμεν τοῦ ἔξω εἶναι μόνον·] Ita verba ordinavi secundum libros MSS. Αὐτόθεν Fic.: *ex ipsa sui conditione;* Taylor: *immediately.* Neutrum male. Et utriusque usus reperiuntur exempla in Dialogis Platonis. Vid. Heindorf. ad Gorg. p. 81. et ad Theæt. p. 348. Stallbaum ad Phileb. p. 170. et ad Sympos. p. 213. A: ubi est *statim, illico.* Omitto quos alios de hac voce laudarunt viri docti ad Stephani Thes. Londin. p. 2423. sq. Addo Wyttenbachium variæ significationis causas exponentem in Philomath. II. p. 14. indeque ad Stobæi Florileg. Append. Vol. IV. p. 57. ed. Gaisford. et Bæhrii nostri annot. in Plutarch. Alcibiad. p. 135. sq.

— 11. ὃ δὴ καὶ ἀναμνήσεις φαῖμεν ἂν τῆς ψυχῆς εἶναι.] Cf. III. 7. 1. IV. 3. 26. IV. 8. 4. V. 5. 12. V. 9. 5. Quod Taylor proxime e versione Ficini conjicit, in Græcis post δυνάμει inserenda esse hæc: ζητητέον ἄρα, εἰ τὸ λογιζόμενον καὶ εἰς ε. στρεφ., nullus librorum plura, quam editio exhibet, et sexcenties Marsilius Plotinianæ brevitati ejusmodi additamentis consulere studuit. Et solum ἢ h. l., ut sæpissime alibi, universæ sententiæ vices gerit.—Cæterum de intellectu se ipsum spectante (ὅτι ὁ νοῦς ὁρᾷ ἑαυτὸν) vid. mox cap. 4. coll. II. 9. 1. et quæ ibi annotata sunt p. 200. E. et de discrimine inter νοῦν et αἴσθησιν annot. ad p. 307. G. et de natura αἰσθήσεως cf. p. 452. D. et p. 453. ibiq. Annot.

p. 925, 8. εἰ πρότερον—λέγει—Σωκράτης] Fortasse legendum ἢ, εἰ πρότερον — λέγοι — Σωκρ. Illud προσχρωμένῃ in Nominativum προσχρωμένη convertimus. Ceterum a consimili disputatione de ratione, quæ inter αἴσθησιν, μνήμην, λογισμὸν obtinet, proficiscitur Aristoteles initio Metaphysicorum, quæ cum his Plotinianis conferenda sunt ei, qui Aristotelicæ philosophiæ indolem ejusque differentiam a Platonica accurate discere velit. Utitur autem Stagirita ibidem (I. p. 4. ed. Brandis.) et ipse nomine *Socratis* et Calliæ insuper, eo modo, quem supra explicuimus ad V. 1. 4. p. 485. C. Strato tamen Peripateticus etiam sensibus intelligentiam quandam attribuit. Plutarch. in libro Terrestriane an aquatilia animalia sint callidiora p. 961. A. p. 899. Wytt.: καίτοι Στράτωνός γε τοῦ φυσικοῦ λόγος ἐστὶν, ἀποδεικνύων ὡς οὐδ' αἰσθάνεσθαι τὸ παράπαν ἄνευ τοῦ νοεῖν ὑπάρχει κ. τ. λ. Nam operæ pretium est, universam disputationem cum Aristotelea et Plotiniana conferre.—Mox: εἰ δὲ καὶ ἐξελίττοι τὴν μορφὴν, μερίζει ἃ ἡ φαντασία ἔδωκεν. Hanc vim *explicandi*, quæ in verbo ἐξελίττειν inest, post Jacobsium ad Philostrat. Imagg. p. 728. aliis exemplis e Plutarchi et rerum scriptorum usu desumptis illustravit Bæhrius noster ad Plutarchi Pyrrh. XXVIII. p. 332. Frequentat ejusdem Verbi usum Plotinus. Vid. III. 7. 5. III. 7. 10. III. 8. 7. et cf. quæ supra posuimus ad I. 4. 1. p. 29. C.

p. 926, 10. ἀλλ' ἔτι δεῖ λέγειν ψυχῆς τοῦτο] Taylor conjicit: α. ε. δ. λέγειν εἴ τι ψ. τ. Libri non suffragantur, neque necesse est. Ficinus tamen sententiam recte expressit. Ad proxima annotationem apposuit idem vir doctus Britannus præcipue adhibito Proclo in Comment. in Plat. Tim. p. 321.

p. 927, 9. καὶ ὅτι μὴ αὐτῷ ἀεὶ] Ita reposui ex libris MSS. Quod Taylor præterea χρώμεθα additum vult, quoniam Ficinus hoc verbum expressit: sine libris addere nolui, qui sciam, Plotinum talia omittere solere et h. l. ex præcedentibus cogitari posse.

— 11. αἴσθησις δὲ ἡμῖν ἄγγελος, βασιλεὺς δὲ πρὸς ἡμᾶς ἐκεῖνος.] Vid. supra p. 49. B. et infra p. 633. (c. XVIII.) Plutarch. de Curiositate p. 521. C. p. 97. Wytt.: δεῖ δὲ, ὡς οἶμαι, μὴ καθάπερ θεράπαιναν ἀναγωγὸν ἔξω ῥέμβεσθαι τὴν αἴσθησιν ἀλλ' ἀποπεμπομένην ὑπὸ τῆς ψυχῆς ἐπὶ τὰ πράγματα, συντυγχάνειν αὐτοῖς ταχὺ καὶ διαγγέλλειν. εἶτα πάλιν κοσμίως ἐντὸς εἶναι τοῦ λογισμοῦ καὶ προσέχειν αὐτῷ. Philo Judæus Legis Allegorr. p. 288. Pfeiff. alia sententia usurpat: νοῦς βασιλεὺς contrarium ponens νοῦν τύραννον, in loco de Melchisedeco, *rege pacis* (βασ. τῆς εἰρήνης) Sed ad Platonis Plotinique mentem Proclus in Alcibiad. pr. c. 83. p. 249. ita loquitur: Μετὰ δὲ τὸ ἐν ψυχαῖς πλῆθος ἀνατείνειν (leg. ἀνάτεινον) σαυτὸν ἐπὶ νοῦν καὶ τὰς νοερὰς βασιλείας. Sed nostrum locum idem laudat in Comment. in Platon. Tim. p. 77: νοῦς δὲ ἡμῶν βασιλεὺς, αἴσθησις δὲ ἄγγελος, φησὶν ὁ μέγας Πλωτῖνος. Inde vero non conjecerim ἡμῶν legisse eum, quandoquidem memoriter talia citare solent posteriores philosophi. De formula νοῦς ὁ βασιλεὺς plura collegi ad Porphyr. de Vita Plotini c. 3. p. 98. ed. Fabricii.

p. 928, 2. *ὡς τὸν γινώσκοντα κ. τ. λ.*] Ego ab auctoritate librorum MSS. standum judicavi: ut proinde qui se cognoscit duplex sit, *ille* quidem, qui cognoscat animæ cogitatricis naturam, *hic* vero, superiorem illo, *qui* se ipsum cognoscat, *quique* secundum illum intellectum factus sit. Ficinus haud dubie legit *ὡς τὸ γινῶσκον ἑαυτὸ* et sic porro, cujus lectionis levia vestigia supersunt in libris et in margine editionis Basileensis:— Quod Plotinus in sequentibus: *ὃ καὶ δύναται μόνον πτεροῦσθαι κ. τ. λ.* ex Platonico Phædro colorem duxit, nemo est, quin videat.

p. 929, 4. *ἔστι δὴ νοῦς—ὡς δὴ οὖν νοῦς ἑαυτὸν ὁρᾷ*] Jo. Philoponus in Aristotel. I. de Anima B. IV. 2: *ἴδιον γὰρ τοῦ νοῦ πρὸς ἑαυτὸν συννεύειν. αὐτὸς γὰρ ὁ ὁρῶν, αὐτὸς ὁ ὁρώμενος. ὁρῶν γὰρ τὰ εἴδη, ἑαυτὸν ὁρᾷ, καὶ ἑαυτὸν ὁρῶν τὰ εἴδη τεθέαται. πλήρωμα γάρ ἐστι τῶν εἰδῶν καὶ εἶδος εἰδῶν.*

p. 930, 7. *εἰ μὲν τύποι αὐτῶν, οὐκ αὐτὰ ἔχει*—et infra: *τύπον γὰρ ἕξει—ἅπερ οὐκ ἔστιν ἀλήθεια.*] Porphyrius in Sententt. ap. Stob. Eclogg. II. 51. p. 780. Heer. et p. 223. ed. Cantabrig.: *πάντη δὲ τὸ αἰσθήσει προσχρώμενον τοῖς ἔξω ἐπιβάλλον θεωρεῖ, οὐχ ἑνούμενον ἐκείνοις ἃ θεωρεῖ, ἀλλὰ μόνον τύπον αὐτῶν ἐκ τῆς πρὸς αὐτὰ προσβολῆς λαμβάνον.* Cf. Plotinum nostrum supra p. 452. D. et p. 453. ibiq. annot.

p. 931, 9. *Εἰ οὖν ἐνέργεια, καὶ ἡ οὐσία αὐτοῦ ἐνέργεια,*] Si proxime præcedens *δυνάμει* itemque sequentia reputo: h. l. bis scribendum arbitror *ἐνεργείᾳ actu*. Eadem ambiguitas infra c. 6. recurrit: *καὶ ὁρῶν ἐνέργεια ἦν*, ubi Cod. Vat. *ἐνεργείᾳ* habet, et Ficinus maluit *ἐν ἐνεργείᾳ*. Proxime idem voluisse videtur: *εἰ ἓν δὲ τῇ ἐνεργείᾳ τὸ ὂν καὶ τὸ νοητόν.*

— 17. *Ἡ μὲν γὰρ ψυχὴ ἐνόει ἑαυτὴν, ὅτι ἄλλου· ὁ δὲ νοῦς, ὅτι αὐτός*] Attingere hæc et superiora p. 499. videri possit Proclus in Platonis Theolog. c. XIX. p. 52: *ψυχὴ μὲν ἀνελίττει τὸν νοῦν, νοῦς δὲ αὐτὸν ἀνέλιξεν, ὥσπερ καὶ ὁ Πλωτῖνος ὀρθῶς πού φησι περὶ τῶν νοητῶν ὑποβάσεων εἰπών.* Cf. supra ad titulum libri hujus p. 496. ubi conjeci Proclum scripsisse: *περὶ τῶν νοητικῶν ὑποστάσεων.* Verbum autem *ἀνελίττειν* in hujuscemodi disputationibus alibi usurpat Plotinus, ut p. 5. A.—Ceterum cf. p. 489. B. C. c. VII. et p. 498. A. B. p. 507. E.—Mox Ficinum expressisse *καὶ ὁρῶν ἐν ἐνεργείᾳ ἦν*, sub finem præcedentis capitis monitum est, et nescio quomodo hæc lectio mihi arridet. Dativum sine præpositione agnoscit liber Vaticanus. Nec minus placet in sequentibus lectio Ficini: *ἢ ἀνάγκην μὲν οὕτως* pro *ἀνάγκῃ.*

p. 932, 5. *ἐνέργειαν πιστικήν*] Hanc formam libri agnoscunt, itemque in Platonis Gorg. p. 456. a. etiam Cod. Bodleianus; et retinuit nuper Bekkerus. Conf. ad eum locum Heindorf. p. 29. et Lexic. Xenoph. III. p. 547. In Aristotelis Rhetor. I. 2. libri variant. Gaisfordius tamen *πειστικὴ* recepit in ordinem p. 29. Nil variare eos video in Dione Chrysostomo Orat. XVIII. p. 481. Reiskii: *τό τε εἶδος τῆς ἀπαγγελίας προσηνὲς, καὶ κεχαρισμένον, καὶ πιστικὸν, πολλὴν μὲν ἔχον πιθανότητα, πολλὴν δὲ χάριν καὶ ἐπιβολήν.* Cf. Diog. Laërt. IV. 6. 12. et vid. Ernesti Lexic. Technolog. Græc. Rhet. p. 266. inf. Nostro autem loco *ἐνέργειαν πιστικὴν* pro *πειστικὴν* debemus accipere, quod proxima declarant, ac proinde vertere *actionem* s. *efficacitatem*, *persuadendi facultate pollentem*.—Sequentia admonent Platonis in Sophist. p. 265. d:—*νῦν ἂν τῷ λόγῳ μετὰ πειθοῦς ἀναγκαίας ἐπιχειροῦμεν ποιεῖν ὁμολογεῖν.* Gorg. p. 527. 6: *πείθοντες καὶ βιαζόμενοι ἐπὶ τοῦτο.* Ac Themistocles apud Herodotum VIII. 111. Andriis duas deas se apportare dicit: *Πειθὼ καὶ Ἀναγκαίην*, ad quem locum Wesseling. et Valckenaerius p. 672. plura congesserunt etiam e philosophorum scriptis: alia, *πειθανάγκην* illustrans ap. Synesium de Regno p. 26. a. doctissimus Krabinger. in annott. in eum p. 317.

— 14. *τὴν ψυχὴν ἡμῶν διδάξαι,*] Quod h. l. liber Vat. habet *ἐνδιδάξαι*, addendum est locis, nuper a Kallio et Schweighæusero ad Steph. Thes. Londin. consignatis. In loco tamen Sapient. VIII. 8. Schleusnerus in Novo Thesauro V. T. alios libros *ἐκδιδάσκει* offerre docet, idemque h. l. expressit Ficinus.—Mox *τοῦτο τοίνυν γιγνώσκειν προσήκει, ὡς καὶ αὐτὸ, ὅσα ὁρᾷ γινώσκει.* Ficinus expressit *αὐτὸ*, et *καὶ* repetivit ante *ὅσα*. Quod si cum aliquot libris pro *τοῦτο* legeris *τούτῳ*, hæc fortasse sententia nascitur: Hoc (ablat. sc. intellectu) cognoscere decet quemadmodum et ipsum quæcunque videt, cognoscit, &c. Nolo enim in loco tam ambiguo quidquam tentatum. Taylor ita: " It is fit, therefore, that

this part should know, that is, also knows such things as it sees, and such things as it says."

p. 933, 15. (*οὐδὲ γὰρ ὄρεξις τῷ καθαρῷ νῷ ἀπόντος*)] Hæc quomodo expresserit vel potius dilataverit Ficinus, arguit versio. Taylor ita vertit: " For appetite is not in pure intellect; but this being absent, &c." Ego in parenthesi inclusi hanc sententiam, quam ita accipiendam existimo: *neque enim appetitio puræ menti cujusquam, quod absens sit.*

p. 934, 10. *ἡσυχίαν,*] Pachymeræ Paraphras. in Dionys. Areopag. T. I. p. 484. supr. Corder.: *διάνοια, ἡ ἐπιστημονικὴ ἕξις τῆς ψυχῆς· νόησις, ὁ τοῦ νοὸς ἐνέργεια· στάσις ἔστι μὲν καὶ ἡ ἠρεμία πρὸς τὴν κίνησιν ἀναδιαστελλομένη, ἔστι δὲ καὶ τὸ αὐτὸ τῇ ἰδρύσει.* Hæc, partim ex Platonis Cratylo ducta, (vid. eum dialogum p. 426. d.) etiam adhibenda sunt Plotini nostri alteri loco VI. 3. 27. p. 642. ubi de *κινήσει* et *στάσει* agitur.

p. 935, 8. *εἴτε πράττοι, εἴτε ποιοῖ·*] Horum verborum differentia diverso modo accepta jam a veteribus. Vid. Aristotelis Magn. Moralia I. 35. p. 224. B. et Ethic. ad Nicomach. VI. 4. p. 101. Sylb. p. 263. Zell. et ad eum locum Herveti Comment. Eodem Aristotele laudato alia tamen profert (fortasse ex aliis Stagiritæ libris *ἐξωτερικοῖς*, nimirum quos altero loco citat philosophus) Clemens Alexandrinus Strom. V. 13. p. 697. sq. Potteri. Ea differentia pertinet etiam ad formulas *εὖ* et *κακῶς πράττειν*, de quibus post Wyttenbachii annot. in Plutarch. de Discern. Adul. ab Amico p. 506. nihil desiderabis. In nostro loco sufficit *πράττειν, agere* (handeln), tanquam universale, distinguere a *ποιεῖν facere* (machen, hervorbringen), tanquam particulari. Teneamus insuper hæc Procli ap. Olympiodorum in Platon. Alcib. pr. c. 14. p. 126. *καὶ ἐνταῦθα δέ* (fort. *δή*) *φησιν, ὅτι οἱ τὰ καλὰ πράττοντες εὖ πράττουσι, τὸ δὲ πράττειν ψυχῶν ἐστι, καὶ τὸ εὖ πράττειν.*

p. 936, 3. *οὐδὲ γὰρ αὐτὴ ἐγέννησεν*] Taylor: " for neither did it generate these"—in nota admonens omissum esse *ταῦτα* in Græcis. Sed hoc pronomen ex antecedentibus facile cogitatur.

—17. *τοῦτο δ' ἔστιν ὡμοίωσεν ἑαυτῷ τῷ ἄνω φωτί*] *Id vero est, similem sibi reddidit sublimi lumini.* Ita scribere non dubitavi innixus vestigiis codicum. Ficinus expressit lectionem editionis: *ὁμοίως ἐν ἑαυτῷ.* Deinde ex libris dedi *καὶ μεῖζον* et *νομίζων*, et indidem atque e margine *τοῦτο* pro *τούτῳ*. —Argumentum hujus loci quod attinet, comparato, quæ infra V. 5. 7. leguntur. Hujusmodi autem sententiæ, quales h. l. et similibus profert Plotinus, non Plutarchi demum aut paullo ante Philonis ætate in philosophiam invectæ sunt, ut opinatur Tennemann. in Hist. Philos. VI. p. 46, qui ceteroqui recte comparat *τὴν περὶ θεῶν ἔμφυτον γνῶσιν* ap. Iamblichum de Mysteriis I. 3,—verum eas jam antiquissima philosophia noverat, licet verbis aliter exprimerent philosophi. Sic, ut hoc utar, ipse Cicero de N. D. I. 17. " intelligi, ait, necesse est esse deos, *quoniam insitas eorum vel potius innatas cognitiones habemus.*" Cf. Galeus ad Iamblich. l. l. p. 186. et Gataker. ad Marc. Antonin. III. 15. p. 88.

p. 937, 6. *ἀλλὰ τοὐναντίον*] Taylor: " but the contrary *is not true*" et dicit in nota, necessario legendum esse; *ἀλλ' οὐ τοὐναντίον*: hæcce causatus: " The meaning of Plotinus is that intelligible light is not seen more acutely by the perception of visible objects." Sine libris a vulgata discedere nolui, et habet, quo se tueatur sententia a Ficino expressa.—Mox Ficinum legisse credas *ἡμεῖς δὲ δι' αὐτοῦ* pro *ἡμᾶς δὲ δι' αὐτοῦ*. Medicei tamen libri nil variant a vulgata.

p. 938, 2. *ἀπαιτῇ*] Cf. infra VI. 3. 7. init. Est *exigere, quærere*, et frequentatur in disputandi argumento, docente Wyttenbachio ad Plut. de discern. Adul. et Amico p. 510. Est autem h. l. attractio pro *ἐάν τις ἀπαιτῇ ὁποῖον αὐτὸς ὁ νοῦς κ. τ. λ.*—Mox in extremis verbis hujus capitis Ficinus expressit *διὰ ζωῆς* pro *διὰ τῆς*. Ego ab hujusmodi loco manum prorsus abstinui.

— 10. *εἰ ἀφέλοις πρῶτον τὸ σῶμα—εἶτα καὶ τὴν πλάττουσαν τοῦτο ψυχὴν,*] Plato Phædone p. 82. d. p. 55. Bekk.: *τοιγάρτοι τούτοις μὲν ἅπασιν, ἔφη, ὦ Κέβης, ἐκεῖνοι οἷς τι μέλει τῆς αὑτῶν ψυχῆς ἀλλὰ μὴ σώματα πλάττοντες ζῶσι, χαίρειν εἰπόντες οὐ κατὰ ταὐτὰ πορεύονται αὐτοῖς.* Ubi Heindf. p. 116. hæsitans vel *σώματι λατρεύοντες* volebat vel *σῶμα πλάττοντες*. Ac si nostrum locum nosset, haud dubie eum huic conjecturæ firmandæ adhibuisset. Sed Wyttenb. ad Phædon. l. l. ita p. 219: " De anima corpus formante dicitur a Plotino in deteriorem partem. p. 505. A. Quod

autem Pluralis Numerus *σώματα* Singulari *ψυχὴν* subjungitur (a Platone l. l.) videtur eo pertinere, quod una anima plura deinceps migrando corpora occupat. Dicitur *πλάττειν σῶμα* et *ψυχὴν, formare, fingere, ingenium* et *corpus:* ut ostendimus ad Plutarchi Opp. Mor. p. 3. E." (nimirum ad libellum De Pueror. Educat. p. 83.)—, Videtur autem præterea alterum Platonis locum in Phædon. p. 66. c. respexisse, et magis etiam hæc Symposii p. 211. fin. p. 444. Bekk.:—*ἀλλὰ μὴ ἀνάπλεων σαρκῶν τε ἀνθρωπίνων καὶ χρωμάτων καὶ ἄλλης πολλῆς φλναρίας θνητῆς.* Inde certe colorem duxerunt Artemidorus in Oneirocrit. IV. 47. p. 360. Reiff. et Philo Jud. in Legg. Allegorr. III. p. 252. Pfeiff. Mox verba *μετὰ τὴν τοῦ μεγέθους σφαῖραν* si sana sunt, ita acceperim: " post sphæram, quæ corporis magnitudine censetur."

p. 940, 3. *Εἰ δὲ τὰ ποιηθέντα μόνον*] Ficinus eumque secutus Taylor expresserunt *οὐ μόνον.*

— 15. *καὶ τὸ ὁρώμενον τὸ ὑπ' αὐτοῦ*] Ita dedi ex pluribus libris. Ficinus autem præterea legit: *τὸ ὑφ' αὑτοῦ πλῆθος εἶναι οὐχ ἓν παντί. οὐδὲ γὰρ ἔχει τὸ ἓν παντί,* Ei se applicuit Taylor.

p. 941, 11. *καὶ γὰρ εἰ ἕκαστον λόγος, πολλά ἐστι*] " For if each of the objects of intellectual vision is reason, it is a multitude." Et in nota: " i. e. If it is a distributed cause. For this is what reason and reasoning signify when ascribed to intelligible and intellectual, or divine essences." *Taylor.*

— 17. *Εἶθ' ὅταν λέγῃ, εἰμὶ τόδε κ. τ. λ.*] " In the next place, when it says: I am this thing," et in imo margine: " For in this case, it would be at least two things; since in addition to the impartible it would have speech. And the duad is the first multitude. *Taylor.*

p. 943, 3. *Ὥστε ὥρμησε μὲν ἐπ' αὐτῷ,*] Cod. Vat. *ἐπ' αὐτό.* Ficinus, quem Taylor sequitur, legisse videtur *ἀπ' αὐτοῦ.* Proxime autem plurimi libri exhibent; *ἔχουσα ἐπ' αὐτῇ* pro *ἔχουσα ἑαυτῇ.* Fortasse: *ἐφ' ἑαυτῇ* vel *ἐν ἑαυτῇ.*

— 7. *Καὶ γὰρ αὖ ἔχει τύπον τοῦ ὁράματος κ. τ. λ.*] " For again, it has an impression of the vision [of that which is beyond itself] or it would never become the recipient of it." Et in margine: " This impression is *the one* of intellect, the summit, and as it were flower of its nature, and a vestige of the ineffable. For by seeing the ineffable, it becomes stamped, as it were, with its super-essential nature." *Taylor.*—Proxime Ficinus expressit: *οὕτω δὲ πολὺς—καὶ οὕτω γνοὺς εἶδεν αὐτόν.* Deinde margo Ed. habet *ὅ,τε* pro *ὅτε ἔχει.* Facit autem huc vel maxime locus Aristotelis in Metaphyss. XI. 7. p. 203. Sylb. p. 249. Brandis.: *ἡ δὲ νόησις ἡ καθ' αὑτὴν τοῦ καθ' αὑτὸ ἀρίστου, καὶ ἡ μάλιστα τοῦ μάλιστα, αὐτὸν δὲ νοεῖ ὁ νοῦς κατὰ μετάληψιν τοῦ νοητοῦ· νοητὸς γὰρ γίγνεται θιγγάνων καὶ νοῶν. ὥστε ταὐτὸν νοῦς καὶ νοητόν. τὸ γὰρ δεκτικὸν τοῦ νοητοῦ καὶ τῆς οὐσίας νοῦς. ἐνεργεῖ δὲ ἔχων.*

— 12. *ἀεὶ δὲ ἐνδιαθέμενος.*] Lectio Codd. Med. B. et Vat. videtur e neglecto scribendi compendio nata. Ficinus haud dubie vulgatam expressit. Taylor ita: " But it is always the recipient [of the ineffable] and always becomes intellect, &c. Proprie est: Semper *in se concipiens disponensque.*" Abest autem hoc verbum a Lexicis; quæ ceteroqui de *ἐνδιάθετος* multa habent, quibus adde Wyttenbachii Animadvv. in Plutarchi Morall. Vol. I. p. 44. p. 378. sq. et p. 835.

p. 945, 10. *ἄλλο ἄλλοθεν—ἰόν*] Margo Ed. *ἄλλῳ.* An voluit *ἄλλου,* ut scriberetur etiam *ἰόντος?* Libri nihil docent.

— 19. *τὰς ἐνεργείας, ἃς παραχωρῆσαν.*] An Ficinus correxerat: *τὰς ἐνεργείας παραχωρῆσαι?* Malo enim quærere in istiusmodi loco, ubi libri etiam scripti nos destituunt.

p. 946, 11. *νοήσει, ἡ πρώτη ἐνέργεια*] Haud dubie legendum: *νοήσει ἢ ἡ πρώτη ἐ.* et mox suspicor: *ἢ κατὰ λόγον θησόμεθα* pro *εἰ κ. λ. θ.*

p. 948, 18. *ἀλλ' εἴρηκε μιᾷ ῥήσει πολλά*] Ita plures libri nostri, neque Ficinus legit *οὐκ* post *ἀλλ.*' Taylor volebat *ἀλλ' οὖν.* Proxime ex libris dedi *ἔχον* pro *ἔχων.* Mox ad *λέγοι ἂν* cogita *τις,* nisi malueris *λέγοιτ' ἄν.*

p. 949, 6. *εἰ γὰρ ἕξει τὸ ποῦ εἶναι ἕξει.*] Explevi hunc locum ex Med. A. Quodsi cum aliis codicibus legeris: *τῷ ποῦ εἶναι,* debes vertere: si enim habeat, *eo quod alicubi est,* habebit. Ficinum secutus est etiam Taylor, in margine addens: " But the meaning of Plotinus in this place is, that if the most simple of all things had an intellectual perception of itself, it would be in itself; and consequently would be *somewhere.*

For an intellectual essence because self-subsistent, is said to be in itself. For so far as it is the cause of, it comprehends itself; but so far as it is caused, it is comprehended by itself." Hæc Taylor. Cæterum adhibe his Plotini disputatis Aristot. Metaphyss. VI. 17. p. 132. Sylb. p. 163. Brandis.

p. 949, 14. Ἀλλ' ὥσπερ οἱ ἐνθουσιῶντες κ. τ. λ.] Distinctionem lectionemque hujus loci partim ex Ficini versione partim ex libris nostris emendavi: Admonent autem hæc Ciceronis de Divinat. I. 2. p. 12. sq. ed. Moseri: " Et cum duobus modis animi, sine ratione et scientia, motu ipsi suo soluto et libero incitarentur."

p. 950, 2. ὡς οὗτός ἐστιν ὁ ἔνδον νοῦς—ὅσα τούτου τοῦ στίχου] Etsi ad sensum perinde est, hanc tamen lectionem alteri *στοίχου* anteposui admonitus etiam loco Platonis in Phædone p. 104. b. p. 99. Bekk. ubi sine ulla varietate legitur *στίχος*. Ad argumentum hujus loci, quoniam Ficinus in Argumento hujus capitis Parmenidem citat, confer, quæ ex hujus reliquiis supra apposui ad p. 489. fin. et p. 490. init. Adde Cudworthum, qui in System. intell. IV. 36. p. 691. " Tertio, dicit, non aliter sibi licere sentire putabant, quod cognitio et intelligentia supremi maximique boni locum nullo modo tueri posset: ex quo consequi, judicabant, esse naturam quandam, quæ dignitate atque gradu intelligentiam et scientiam antecedat. Hanc rationem Plato urget et persequitur in libro sexto de Republica. His igitur freti argumentis Platonici confidenter et audacter decernunt ὅτι θεὸς κρείττων λόγου &c." Sequuntur enim ipsa Plotini verba in hujus capitis exitu, itemque Philonis Judæi ap. Eusebium P. E. VII. 13. p. 323.

p. 951, 1. Τί γὰρ ἂν τοῦ ἑνὸς βέλτιον—ἢ τὸ μὴ ἕν;] Insignem lacunam hujus loci explevi ope plurium librorum nostrorum, præcipue Medicei primi, cujus lectionem etiam expressit Ficinus. Cæterum memorabilem hunc locum et similes non neglexit præstantissimus Cudworth. in Syst. intell. p. 687: " Exstat quoque generale apud Plotinum præceptum, quo hoc ipsum inculcat (infra c. XVI. hujus libri p. 513. extr.): ἐν τοῖς γεννωμένοις οὐκ ἔστι πρὸς τὸ ἄνω, ἀλλὰ πρὸς τὸ κάτω χωρεῖν. *Inter illa, quæ* (ex omni æternitate) *gignuntur* (aut naturali quadam emanatione procedunt) *non patet* ad superiora *processus, sed ad inferiora; atque id quidem ita, ut in majorem gradatim multitudinem procedatur.* Possent plura hujus generis dicta ex Plotino proferri; verum unum tantum subjicere juvabit, in quo argumentando sententiam suam declarat: (ἢ) οὐ ταὐτὸν (ἔμελλε)—οὐδέ γε βέλτιον (sunt verba proxime præcedentia nostri capitis)—Ex quo præcepto consequitur, fieri nulla ratione posse, quin illud primo principio subjectum, eoque gradu et ordine inferius sit." Confer insuper supra p. 487. E. F.

— 14. ὅτι μεγάλη ἀρχή] Plures libri accusativum μεγάλην ἀρχὴν offerunt, quem exprimere videtur voluisse Ficinus. Quæ lectio si vera sit, pendere judicanda est a præcedente δεῖξαι. Ego in Nominativo acquiescendum putavi.—Mox autem tene notionem ontologicam verbi ἐπιβρίθειν de inexhausta et ineffabili fecunditate Unius tanquam Principii entium omnium; quam verbi vim Lexicographi non consignarunt.

p. 952, 3. ἀλλ' ἄρα—ὡς μὴ διακεκριμένα] " The are contained in it, therefore, in such a way as the subsist without distinction and separation" (et in nota): " As all things proceed from *the one*, hence *the one* is all things prior to all." *Taylor.* Proxime ex plurimis libris dedi ἐν τῷ δευτέρῳ pro ἐν δ.

p. 953, 2. ὡς ἐπειδὴ ἐν τοῖς γεννωμένοις οὐκ ἔστι πρὸς τὸ ἄνω ἀλλὰ πρὸς τὸ κάτω χωρεῖν κ. τ. λ.] De hoc loco dictum est ad hujus libri c. XV. p. 512. B. C. Ad proxima hujus nostri capitis consule Cudworthi System. intell. c. IV. sect. 36. p. 690. sq. et confer ipsum Plotinum p. 518. et 535. sq.

— 13. πῶς οὖν οὐκ ἐκ λόγου λόγος;] Ita correximus ex bonis libris et flagitante sententia. Transpositionem pro ἐξ οὐ λόγου non moramur. Sæpius autem οὐκ post οὖν excidere solet, vel vice versa οὖν ante οὐκ. Taylor volebat inseri μή.

p. 954, 1. εἰ οὖν ἀγαπητὸν τούτῳ τὸ ζῆν] Margo Medicei primi voluit τούτῳ τοῦτο τὸ ζῆν, quod expressit etiam Ficinus et nos recepturi eramus, reliqui libri aliquot si suffragabantur.

p. 955, 5. καὶ ὅτι τούτῳ τὸ αὔταρκες, ἐκ πάντων ἔξω ἐστί] Sine libris ne virgulam quidem delere volui. Taylor ita vertit: " and because self-sufficiency to this intellect is the result of all the

things of which it consists." Nam in imo margine hæc posuit: "Instead of ἐκ πάντων ἔξω ἐστὶν, it is necessary to read ἐκ πάντων ἐξ οὗ ἐστιν. The necessity of this emendation was not seen by Ficinus, whose translation of this part is consequently very erroneous. For how can the sufficiency of intellect consist of an accumulation of all things externally? Hæc Taylor. Sed, pace humanissimi viri, dixerim primum illud τούτου h. l. non pertinere ad *intellectum*, verum ad *Unum* sive *Bonum* (τὸ ἓν, τὸ ἀγαθόν); deinde si quid commissum sit in his verbis, id restitui posse videri solo delendo ἐκ, utpote ex antecedente syllaba fortasse nato (αὐταρκΕΣΕΚ) ac proinde hanc esse sententiam hujus loci, *et quia huic* (sc. ipsi Bono) *sufficientia ab omnibus rebus exempta* (sive immunis) *est*. Germanice: "und weil in Beziehung auf dieses (das Gute an sich) das sich Selbstgenügen als unabhængig von Allem gedacht werden muss." Quod alibi apud hos philosophos dicitur πάντων ἐξῃρημένον εἶναι. Sed fortasse ne necesse quidem deleri ἐκ: quod Plotinus addere potuit corroborandæ sententiæ gratia. Nostram sententiam confirmant et præcedentia et quæ deinceps sequuntur, ubi Bonum ἐπέκεινα αὐταρκείας dicitur.

p. 956, 2. ἐν δὲ πάντῃ ἁπλῷ διέξοδος τίς ἐστιν,] Solo accentu mutato nascitur interrogatio negationis vim habens; ut proinde non opus sit cum Taylore interponere οὐ.

— 7. ὅταν ὥσπερ θεὸς ἄλλος, (sc. παρῇ ex antecedente παρεῖναι) ὅταν εἰς οἶκον καλοῦντός τινος ἐλθὼν φωτίσῃ κ. τ. λ.] Consulere huic loco studui interpungendo. Θεὸς ἄλλος, i. e. quales dii deæve vulgatæ religionis nonnunquam apparere dicuntur. Taylor ad h. l. non dubitat, quin Plotinus hic respexerit ad opem Minervæ lucernam præferentis in ædibus Ulixis apud Poetam Odyss. τ. v. 33. sqq.

— — — —πάροιθε δὲ Παλλὰς Ἀθήνη,
χρύσεον λύχνον ἔχουσα, φάος περικαλλὲς ἐποίει κ. τ. λ.

Quo de loco et Stuartus egit hujusque recens editor in Antiqq. of Athen. et ipse monui in Additamentis ad editionem Stuarti germanicam et quidem ad Vol. I. Not. 11. p. 487. ed. Darmstad. Illam optimi viri conjecturam ut non usquequaque improbatam volo, ita, ubi mecum reputo, Plotinum h. l. memorare numen, quod ab aliquo invocatum arcessitumque sit in domum; potius crediderim, philosophum nostrum tetigisse ἐπιφάνειαν Cereris in ædibus Celei Eleusinii, quandoquidem in hujus reguli ædes arcessita adeoque introducta fertur ab Homero vel Homerida in Hymno in Cererem. Hoc si sumamus: cogitavisse putandus est Plotinus hos versus ejus carminis (279 seqq.):

— τῆλε δὲ φέγγος ἀπὸ χροὸς ἀθανάτοιο
λάμπε θεᾶς — — — — —
αἰγῆς δ' ἐπλήσθη πυκινὸς δόμος, ἀστεροπῆος —

Nec hoc ipsum tamen præcise contenderim, siquidem Plotinus universe cogitare potuit invocationes apparitionesque deorum sua quoque ætate admodum celebratas.

LIB. IV.

p. 957, 7. ΠΩΣ ΑΠΟ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΤΟ (ita etiam Porphyrius de Vit. Plotin. c. 25, sed idem altero loco c. 4. τὰ, rectius Judice etiam Fabricio:) ΜΕΤΑ ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ, ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΝΟΣ] Liber septimus, si tempus respicis, quo singuli deinceps a Plotino scripti sunt. Cf. Porphyr. ll. ll.

p. 958, 3. Εἰ γὰρ μὴ ἁπλοῦν ἔσται συμβάσεως ἔξω πάσης καὶ συνθέσεως.] Delevi alterum πάσης ante συνθέσεως auctoritate bonorum librorum. Cum nostro loco conferri debent, quæ leguntur infra p. 590. C. D: εἴγε οὐκ ἔστι πολλὰ εἶναι, μὴ ἑνὸς ὄντος, οὐδὲ μέγεθος μὴ ἀμεγέθους· εἴγε τὸ μέγεθος ἓν οὐ τὸ αὐτὸ ἓν, ἀλλὰ τῷ μετέχειν τοῦ ἓν, καὶ κατὰ σύμβασιν: ubi eadem vis vocabuli obtinet. Sed tertio loco p. 749. D. est: *quod temere accidit, quod forte fit:* τὸ ὄντως καὶ τὸ πρῶτον ἀμιγὲς τύχαις καὶ αὐτομάτῳ καὶ συμβάσει, αἴτιον ἑαυτοῦ, καὶ παρ' αὐτοῦ καὶ δι' αὐτὸν αὐτός. Ubi proinde similis vocabulorum ratio obtinet, atque alibi, ubi tanquam contraria inter se usurpantur τὸ κατὰ συμβεβηκὸς et τὸ καθ' αὑτό, ut apud Proclum in Alcib. pr. p. 333. 335. 339. et ap. Olympiodor. in eund. p. 117. et 120. Hic philosophorum vocis σύμβασις usus consignandus in Lexicis est, quibus multa desunt ad philosophorum orationem noscendam sanequam necessaria. Mox: τὸ γὰρ τὸ μὴ πρῶτον ἐνδεὲς τοῦ πρὸ αὐτοῦ Cf. supra initio hujus capitis: τοῦ μὲν ἐπὶ τὸ πρῶτον τοῦ δευτέρου ἀναγομένου, ubi Vaticani Codi-

cis librarius in altero τοῦ hæsitavit. Hæc articuli repetitio inde ab Herodoto optimis scriptoribus et Platoni familiaris est, etsi Weiskius de Pleonasmis Græcis plurima ex hoc genere maximeque insignia omisit. Plato Philebo p. 41. C. p. 122. C. Stallb. *οὐκοῦν τὸ μὲν ἐπιθυμοῦν ἦν ἡ ψυχὴ τῶν τοῦ σώματος ἐναντίων ἕξεων, τὸ δὲ τὴν ἀλγηδόνα ἢ τινα διὰ πάθος ἡδονὴν τὸ σῶμα ἦν τὸ παραδεχόμενον* (ita vulg. sed Bekk. Stallb. cujus nota ad hanc lectionem refingenda est itemque Cod. Bodleianus: *παρεχόμενον*: quam lectionem neglectam video a Matthia, qui in Gramm. gr. §. 279. 3. p. 567. ed. alt.: hunc locum similesque intelligenter exposuit). Alia quæstio est, utrum boni aut certe probabiles scriptores eundem articulum continenter repetere sibi indulserint. Negat Boissonadius in docta annotatione in Pseudo-Cratetis Epistolas (in Notices et Extraits Vol. XI.) p. 22. sq. ubi Eumathium denum, Theodorum Prodromum Byzantinosque scriptores alios sic scripsisse docet, ut non improbabile videatur Cratetem etiam istum dedisse: *τὸν Διογένη τὸν τὸν πολὺν, καὶ ὅτε ἔζη ἐξελόμενον.* Vid. ibi congesta similia. De Articulo in sententia infinita omisso nuper monui ad Procli Inst. Theol. p. 281.

p. 958, 10. *ἡ δὲ ἀρχὴ ἀγέννητος κ. τ. λ.*] Fons hujus sententiæ et disputationis est in Platonis Parmenide p. 154. sqq. p. 58. sqq. Bekk. Unde etiam hausit Proclus in Inst. Theol. §. XXII. sq. p. 40. sqq. Ad quem Nicolaus Methonensis in Refutatione *κβ'* p. 41. ed. princ. (Voemelii nostri) ita: *Τὸ δὲ πρώτως καὶ ἀρχικῶς ὄν, ὡς μὲν ἁπλῶς ὄν, καὶ κατ' αὐτὸν* (Proclum) *καὶ κατὰ Πλάτωνα, γένεσιν οὐκ ἔχει, ἀλλ' ἔστιν ἀεὶ ἀγεννήτως ὄν. ὡς δὲ καὶ ἀρχικῶς ὄν, οὐδὲ γεγέννηται. Ἤ τάχα κατ' οὐδέτερον τῶν εἰρημένων τούτων ὁ φιλόσοφος οὗτος ἐνταῦθα ἐξελάβετο τὸ μονογενὲς, ἀλλ' εἴπερ ἄρα, ὡς αὐτὸ τὸ πρώτως καὶ ἀρχικῶς ὄν, γένος ὂν καὶ ἀρχὴ τῶν ἐξ αὐτοῦ, οὕτω τοῦτό φησιν, οὕτω δ' ἂν καὶ χρήσαιτό τις τῷ δωρήματι τούτῳ κατὰ Λατίνων τῶν δύο τὰ ἀρχικὰ αἴτια τοῦ πνεύματος* (Spiritus Sancti) *λεγόντων, πατέρα καὶ υἱόν.* Apposui hæc consulto, quo ex hoc exemplo intelligatur, quantopere hæc decreta Platonica conversa sint ad doctrinæ Christianæ capita stabilienda. Confer ad hæc et sequentia Cudworthi Syst. intell. c. IV. (Inæqualitas Trinitatis Christianæ) §. 36. p. 708, qui ibidem et hunc Plotini nostri locum adhibuit et cum eo comparavit Macrobium in Somn. Scip. I. c. 17.

p. 959, 6. *δεῖ δή τι καὶ ἀπ' αὐτοῦ γενέσθαι,*] In edit. vitiose scriptum erat *μὴ τί* (sic). Taylor volebat: *δεῖ μέν τι.* Nos librorum ope manum Plotini reddidimus.

— 11. —*νοῦ ἐνδεέστερον*] Quod Ficinus h. l. addit: "*quod inde primo gignitur*, Taylor excidisse suspicatur: *τὸ ἐκεῖθεν πρώτως γεννώμενον.* Libri nil offerunt, et videri potest h. l. ut sexcenties perspicuitatis causa hæc addidisse Marsilius.

p. 960, 1. *Διὸ καὶ εἴρηται ἐκ τῆς ἀορίστου δυάδος καὶ τοῦ ἑνὸς τὰ εἴδη καὶ οἱ ἀριθμοί.*] Inspiciendi sunt Platonis Parmenides, Philebus et primarii loci in Timæo p. 35. sq. et p. 51. itemque in Sophista p. 255. sqq. et conferendus Aristoteles Metaphyss. I. 6. et Physs. Auscultt. III. 4. et III. 6. Attigerunt autem hæc Plotiniana et quæ leguntur p. 512. p. 514. p. 535. sq. Brucker. in Hist. Crit. Philos. II. p. 401. et Cudworth. in Syst. intell. IV. 36. p. 690. sq. Adde his doctissimum Brandis. in Diatrib. de perditis Aristotelis libris de Ideis et de Bono sive Philosophia p. 27. ubi et alia et hæc posuit: "Monendum autem est, vocabulum *infinitæ dyadis* Platonicis recentioribusque Pythagoreis proprium esse, neque ante illos usurpatum. Nunquam enim Aristoteles id tribuit Pythagoreis, ac sæpius commemorat unum eos infinitum posuisse Platonem vero duo, *τὸ μέγα* scilicet *καὶ τὸ μικρόν* &c." cf. p. 64. Mox [in marg. Ed. Basil. bis legitur *εἴδη* pro *ἤδη*. Ego Ficinum hoc magis sum secutus, quoniam uno excepto, qui secundo loco *εἴδη* dat, reliqui cum vulgato concinunt. Addo similis argumenti locum Eunapii in Excerptis Histor. in Angeli Maii Nova Collect. Vatic. II. p. 257:—*καθάπερ οἱ Πυθαγόριοι φασὶ, μονάδος ἐπὶ δυάδα κινηθείσης, οὐδέ τι τὴν τῶν ἀριθμῶν ἠρεμεῖν φύσιν, ἀλλὰ διαχεῖσθαι καὶ ῥεῖν ἐς πολύ.* Ad quem locum Editor Plutarchi verba de Isid. et Osir. (p. 365. C. p. 496. Wytt.) laudat: *τὸ δὲ πολλάκις εἰώθαμεν καὶ τρὶς λέγειν.*—Mox: *ἔστι μὲν οὖν καὶ αὐτὸς νοητὸν ἀλλὰ καὶ νοῦν.* Expressit Philosophus Aristotelis sententiam in Metaphyss. XI. 7. p. 203. Sylb. p. 249. Brandisii:—*ὥστε ταὐτὸν νοῦς καὶ νοητόν.* Plura ex eo loco apposui

supra ad Plotin. p. 508. B. adde Aristotelem de Anima III. 4. extrem. p. 58. Sylburgii.

p. 961, 17. *ἀλλ' αὐτὸς νοῦς τὰ πράγματα*] Damascius de Principiis c. 81. p. 227. Kopp.: *Ἴσως δὲ καὶ γένεσις ὄντος καὶ οὐσίας ἡ γνῶσις εἶναι βούλεται· οὐσίωται γὰρ τῇ εἰς τὸ ὂν ἐπανόδῳ τὸ γιγνῶσκον κατὰ τὴν γνῶσιν οὐ τὴν πρώτην, ἀλλ' οἷον γιγνομένην οὐσίωσιν. Διόπερ ὁ νοῦς τὰ πράγματα, φησὶ καὶ Ἀριστοτέλης.* Vid. Aristotelem de Anima III. 4, et 5. p. 57. sqq. ed. Sylb. et confer hos Plotini locos: I. 8. 2. p. 73. A. III. 9. 3. V. 9. 6. p. 560. et VI. 9. 2. p. 759. E.—Mox in fine capitis verba; *καὶ ἡ ἐπιστολὴ—τὰ πράγματα* intacta reliqui; neque enim exputo, quid hæc sibi velint. An forte Ficinus legit *ἐπίσης* pro *ἡ ἐπιστολὴ*? Nescio: hoc scio, non sana hæc esse. Fortasse verum vidit Taylor, qui in Epistola ad me data ita scripsit: " Here for *ἐπιστολὴ*, which is obviously erroneous, it is necessary to read *ἐπιστροφή*. Ficinus also has *vicissim*. For Plotinus having said, ' that intellect subsists together with things, i. e. with the intelligible forms, which it contains, and that it is one and the same with them,' adds, ' and there is a reciprocation.' For the intelligible forms in intellect are one and the same with intellect. The same thing is also asserted by Aristotle."

LIB. V.

p. 962, 7. ΟΤΙ ΟΥΚ ΕΞΩ ΤΟΥ ΝΟΥ ΤΑ ΝΟΗΤΑ, ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΑΓΑΘΟΥ.] Plenius Porphyrius priori loco de Vita Plotini c. V. p. 102. Fabric.: *καὶ περὶ νοῦ καὶ τἀγαθοῦ.* Inde etiam discimus ordine temporis numeratum hunc librum tricesimum et secundum esse. Quod vero Fabricius ad alterum locum Porphyrii c. XXV. p. 145. opinatur ex hoc Plotini scripto Joannem Philoponum adversus Proclum de Mundi æternitate quædam proferre: in eo fallitur. Sunt enim desumpta ex libro: *περὶ τοῦ πῶς τὸ πλῆθος τῶν ἰδεῶν ὑπέστη*, nimirum Ennead. VI. lib. 7. c. 1. Vid. Annot. nostr. ad eum locum p. 693. D. ubi verba Philoponi apposuimus. Ceterum hoc caput primum attigit Brucker. in Hist. Crit. Philos. II. p. 401. Tennemannus autem in Gesch. der Philosophie T. VII. p. 45. et præsertim p. 58—68, quæ his in capitibus a Plotino disputantur ad Kantianæ, quam profitetur, rationis normam exigit. Idem tamen ibidem pronuntiat, sublime spectare Plotinum et in ejus decretis inesse primordia maximarum rerum, quas summi deinceps philosophi erudierint et confirmarint.

p. 963, 12. *ὁ δὴ νοῦς γινώσκων—εἰ μὲν ἕτερα ὄντα γινώσκει, πῶς μὲν ἂν συντύχοι αὐτοῖς;*] Non dubitavi cum bonis libris alterum *μὲν* in ordinem recipere. De qua iteratione post Dorvillium ad Chariton. p. 560. ed. Amst. nuper accurate exposuerunt viri nostrates, Buttmannus ad Demosth. Midian. p. 155. Schæfer. in Melett. Crit. p. 84. not. et p. 111. not. et. Stallbaum ad Platon. Apolog. Socrat. c. 17. (p. 28.) p. 52.

p. 964, 10. *ἤδη γὰρ ἂν καὶ αὐτὰ περὶ ἑτέρων λέγοι*] Fortasse haud inepte conjungas Vaticanam lectionem cum vulgata: *αὐτὰ τὰ περὶ ἑτ.*

— 17. *εἰ μὴ ὥσπερ ἀγάλματα ἐγκείμενα χρυσᾶ ἢ ἄλλης τινὸς ὕλης—πεποιημένα*] Ita locum integravimus ope bonorum librorum et Ficini, qui, an item *ἐγκείμενα*, an solummodo *κείμενα* legerit, non dixerim. Illud hoc magis retinui, quoniam Plotinus haud dubie ante oculos habuit hæc Platonis in Convivio p. 216. E: *σπουδάσαντος δὲ αὐτοῦ (Σωκράτους) καὶ ἀνοιχθέντος οὐκ οἶδα εἴ τις ἑώρακε τὰ ἐντὸς ἀγάλματα. ἀλλ' ἐγὼ ἤδη ποτ' εἶδον, καί μοι ἔδοξεν οὕτω θεῖα καὶ χρυσᾶ εἶναι καὶ πάγκαλα καὶ θαυμαστὰ κ. τ. λ.* quem locum et alii imitati sunt, ut Julianus Orat. VI. p. 184. et Hermias: cf. Wyttenb. ad Plutarch. de Iside et Osirid. p. 263. et ipse noster Philosophus eum respexit. Vid. supra p. 54. F. et p. 465. B. C. ibiq. annott. Hic addam duos locos, ubi item in pulcritudinis mentione statuarum et picturarum comparatio instituitur. Dius Pythagoreus in Stob. Floril. Tit. LXV. n. 17. Vol. II. p. 498. sq. Gaisford.: *Ἃ δέ γα εὐμορφία τοῖς ποτοκέλλουσιν* (Ruhnken. scribi volebat *τ. ποτοπτίλλουσιν.* Vid. Koen. ad Gregor. Corinth. p. 248. ed. Schæf.) *ἀδονὰς* (ita Koen. pro *ἀδονᾶς*) *παρέχει ποθερπύζοισα, καθάπερ ἄγαλμα ἢ γραφὰ* (ita Koen. pro *γραφὰν.*) *ἢ ἄτερον χειρόκμητον ἐπιτήδευμα.* Severus Alexandrinus in Ethopœiis n. 8. (in Leonis Allatii Excerptt. Varr. Romæ 1641. p. 227. p. 220. ed. Fischer.) Loquitur pictor pictam a se puellam deperiens: *Οὐδὲν ἄρα κάλλους ἐστὶ δυνατώτερον, εἴγε καὶ διὰ χρωμάτων θηρᾶν ἐπίσταται, καὶ τοῖς ἀψύχοις ἁλίσκεσθαι παρασκευάζει τὰ ἔμψυχα. συνῆλθε πεποικιλμένῳ κηρῷ. καὶ τὸν εἰργασμένον ἐρᾶν κατηνάγκασεν.* Ubi

nescio an Sophistæ facetias ambiguas sectanti conveniat suspicari: *κηρῷ κόρη καὶ τ. ἐ. ἐ. κ.* Certe si ex præcedentibus *κάλλος* cogites ad *συνῆλθε*, refragantur sequentia *καὶ—κατηνάγκασεν*. Neque enim pulcritudinem fecerat pictor, sed puellam.

p. 965, 11. *διπλάσιον ἐν αὐτῷ τὸ ψεῦδος γενόμενον*] Ducta hæc sunt e Platonis doctrina de *διπλῇ ἀγνοίᾳ*, de quibus in pluribus dialogis, præsertim in Alcibiade priore agitur. Tu consule in hunc Procli Comment. p. 8. sq. p. 102. 189. itemque Olympiodori p. 98. 103. 132. 142. 146. —Mox verbis: *ἀλλὰ δόξα ὅτι παραδεχομένη* si Plotinus Etymon *δέχεσθαι* (*δέκεσθαι*) respexit, consentientes habet vel recentiores Grammaticos eruditos. Vide Lennepii Etymolog. L. Gr. p. 183.

— 16. *οὔτε ἀληθείᾳ νοῦς,*] Accentus dictamine iota subscriptum a me est; quod non memorassem, nisi viro Plotini amanti in mentem venisset: *ἀληθὴς* et *ἀληθῶς*.

p. 966, 9. *καὶ ὁ νοῦς ζήσεται καὶ νοήσει*] De ratione inter *ens*, *vitam* et *mentem* intercedente comparanda cum his Procli disputata in Institut. Theol. cap. CI. sqq. p. 150. sqq., ubi hujus doctrinæ fontes rivosque plures indicavimus. Ceterum hæc Plotiniana suo more impugnat Tiedemann. in: *Geist. der spekulat. Philosophie* III. p. 400. sqq.

p. 967, 3. *Μία τοίνυν φύσις αὕτη ἡμῖν—καὶ θεὸς δεύτερος κ. τ. λ.*] Interpunctioni consulere studuimus. Argumentum quod attinet vide supra p. 148. C. ibiq. laudata. In primis huc facit præstantissimus locus Procli in Platonis Timæum II. p. 93. cujus partem supra apposui ad p. 485. A, qui locus conferendus est cum nostro, nec minus, quæ sub finem harum Enneadum leguntur VI. 9, 10. p. 769. Hic adscribere juvat Cudworthi verba in Syst. intell. IV. 36. p. 636. sq.: "Qui accuratius philosophari studebant, illi *tres* quoque *causas*, *tria initia rerum*, denique *tres opifices* nominabant tres illas, de quibus loquimur, naturas. Sic Proclo (l. l.) dogma hoc: *ἡ τῶν τριῶν θεῶν παράδοσις* (traditio de tribus diis dicitur. Quo pertinet, quod idem de Numenio scribit, *τρεῖς ἀννμνήσαντα θεούς, quum tres deos celebrare vellet*, *τραγῳδοῦντα καλεῖν, tragice eos appellasse πάππον, ἔγγονον, ἀπόγονον, avum, filium, nepotem*. Alterum enim istorum deorum ex principe deo genitum esse, tertium vero, quem propterea principis nepotem appellabat, ex utroque, tam primo, quam secundo prodiisse deo, ex illo tanquam avo, ex hoc tanquam parente. Numenius judicare solebat. In eadem de tribus diis sententia *Harpocrationem*, *Atticum* et *Amelium* fuisse, idem Proclus memoriæ prodidit. Quorum quidem ultimus Numina ista *βασιλέας τρεῖς*, *tres reges*, et *τρεῖς δημιουργοὺς*, *tres opifices* et *conditores mundi* appellavit. Nec ab his Plotinus est alienus, qui alterum trium horum principiorum, *νοῦν* nimirum, seu primam mentem et intelligentiam, *δεύτερον θεὸν*, *secundum deum*, nuncupat." Hæc Cudworthus. In Numenii verbis laudatis pro *ἔγγονον* potius legendum videatur *ἔκγονον*. Quod vero Amelius l. l. et ipse Plotinus hoc ipso loco *βασιλέας*, *reges*, usurpant, hic usus loquendi ductus est ex Orphicorum monumentis; siquidem hi poëtæ in suis cosmogoniis *βασιλειῶν* mentionem frequentabant. Vide quæ collegimus in Symbolica et Mythologia Vol. III. p. 315. sqq. ed. alter. Neque improbabilis hæc conjectura fuerit, si dicas, etiam illam Platonicis celebratam formulam *ὁ νοῦς ὁ βασιλεὺς* ejusdem originis esse.

— 6. *ὁ δὲ ὑπερκάθηται καὶ ὑπερίδρυται ἐπὶ καλῆς οὕτως οἷον κρηπῖδος, ἢ ἐξ αὐτοῦ ἐξήρτηται.*] Dedi *κρηπῖδος* pro *κρηπίδος*, morem gerens Grammaticis, quorum locos citavit Boissonadius ad Marini Vit. Procli p. 66. cf. Buttmanni Grammat. plenior. §. 41. not. 10. Plato de Legg. p. 736. extr. p. 390. Bekk.: *σωτηρίας τε γὰρ ἀρχὴ μεγίστη πόλεως αὕτη γίγνεται, καὶ ἐπὶ ταύτης οἷον κρηπῖδος μονίμου ἐποικοδομεῖν δυνατὸν ὅντινα ἂν ὕστερον ἐποικοδομῇ τις κόσμον πολιτικὸν προσήκοντα τῇ τοιαύτῃ καταστάσει.* Quem locum si respexisse putandus sit Plotinus, Vaticanæ lectioni *μένοντα* pro *βαίνοντα* inde auctoritatem conciliet: cui tamen etiam sequentia obstant. Respexisse autem videtur eundem Basilius Homilia I. in Hexaëm. p. 8. ed. Paris.: *λέγεται δὲ ἀρχὴ καὶ ὅθεν γίνεταί τι τοῦ ἐνυπάρχοντος αὐτῷ· ὡς ἐπὶ οἰκίας θεμέλιος, καὶ ἐπὶ πλοίου ἡ τροπίς.* (cf. de Legg. locum alterum p. 803. A: *τὰ τροπίδια καταβάλλεσθαι.*) *καθ' ὃ εἴρηται, Ἀρχὴ σοφίας φόβος κυρίου· οἷον γὰρ κρηπὶς καὶ βάθρον πρὸς τὴν τελείωσιν ἡ εὐλάβεια.* Habet hic locus quandam redundan-

tiam. Nam alter Basilius *κρηπῖδα* explicat *ὑποβάθραν* et *θεμέλιον* in Stelitent. Gregorii Naz. Vid. Boissonad. in Notices et Extraits XI. 2. p. 110. et p. 135. Petrus Episcopus ap. Theodoret. Eccles. Histor. IV. 19. p. 989. Schulz. de Lucio Ariano: *ἐν κρηπῖδι σκηνῆς ἀτάκτου*, in pulpito. Idem Theodoret. Quæst. in Genesin I. 19. p. 24:—*μάλα εἰκότως καὶ αὐτὴν τοῦ γένους τὴν κρηπῖδα τιμῆς μεγίστης ἠξίωσε (θεός)*· ubi *κρηπὶς τοῦ γένους* est *humanitas, humana natura*. Loquitur enim de Christo humanam naturam sortito, Tralatæ autem significationis usum inde a Pindaro (Fragg. 196. (93.) p. 658. Boeckh.) post Victorium multi illustrarunt (Varr. Lectt. XVIII. 9.). Wyttenb. ad Plutarch. de S. N. V. p. 351. ed. Oxon. et de Sent. Profect. in Virt. p. 60. sq. Ast. ad Platon. de Legg. p. 253. Wernsdorf. ad Himerii Eclog. X. 10. p. 184. et Krabinger ad Synesium de Regno X. p. 200. sq.— Quod Plotinus in seqq. in pompa illa intelligibilium superiorumque entium describenda *μεγάλου βασιλέως* similitudine utitur: invaluerat ea ætate Persicarum rerum recens notitia et ipse noster philosophus secutus erat castra Gordiani in bello Persico teste Porphyrio in illius vita c. tertio. Sed haud dubie colorem duxit Plotinus ex celebrato loco Platonis in Phædro p. 246: *ὁ δὲ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ Ζεὺς πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων πρῶτος πορεύεται*, et Jupiter in fine capitis summum illum deum imitari dicitur a Plotino.

p. 968, 3. *βασιλεὺς βασιλέως καὶ βασιλέων,*] Attigit in Parthorum regiis titulis *βασιλεὺς βασιλέων* in numis. explicando has Platonicorum philosophorum formulas Ezech. Spanhemius de Usu et Præstant. Numismm. Vol. I. diss. VIII. p. 461. sq. nec Plotiniani hujus loci oblitus.

— 4. *ὁ Ζεὺς—τὴν τοῦ ἑαυτοῦ πατρὸς οὐκ ἀναισχόμενος θεωρίαν, ἀλλὰ τὴν τοῦ προπάτορος*] Obversantur h. l. Plotino fabulæ a philosophis ad naturæ cum universæ tum humanæ rationem explicandam adhibitæ. Quarum explicationum fons exstat in Cratylo Platonico, ubi Cœli (*Οὐρανοῦ*) et Saturni (*Κρόνου*) et Jovis (*Διός*) etyma tentantur p. 396. p. 30. sq. Bekk. Deinde Stoici, Pythagorici Platonicique hæc certatim tractarunt. Vide Ciceron. de N. D. II. 24. sq. ibiq. annott. nostrr. p. 303. sq. Cornutum de N. D. c. 1. p. 140. Galei. et Chrysippi Fragmm. p. 239. Bagueti et cf. supra ad p. 485. A. His insistens vestigiis Plotinus Jovem (i. e. *animam*) dicit non acquiescere contemplatione patris Saturni (*Κρόνου* i. e. *intellectus*) sed altius tendere ad *avum* (Cœlum, *Οὐρανὸν* i. e. *Unum* s. *summum principium omnium*) in ejusque actum adeoque essentiæ substantiam se insinuare.

— 13. *ἄξαι*] Ita scripsimus cum Vat. Ceterum hæc forma rara est et, posterioribus vix usurpata scriptoribus, hoc novo exemplo firmari potest, si qua his in rebus Plotini æqualiumque auctoritas sit. Tu vid. Thom. Mag. p. 4. cum interprr. Lobeck. ad Phrynich. Eclogg. p. 287. et in Parergg. p. 735—737.

p. 969, 13. *καὶ εἰ ταὐτὸ ἓν κ. τ. λ.*] Cum his et sequentibus comparanda sunt Aristotelis disputata in Metaphyss. ut I. 7. IV. 6. IV. 13. X. 1. et passim.

p. 970, 11. *μένει μὲν πολὺ μᾶλλον τὸ ἓν κ. τ. λ.*] Sequimur Vaticanam lectionem. Ed. *μ. π. μ. τὸ ἐνταῦθα· μένοντος δὲ αὐτοῦ, οὐκ ἄλλο*. Deinde suspicamur *εἰ* post *ποιεῖ* ex secunda hujus vocis syllaba esse natum; proinde uncinis inclusimus.

p. 971, 9. *ὑφίσταται τὸ ἓν—καὶ τὸ ὂν σημαῖνον τὸ φθεγξάμενον,*] Suspiceris Ficinum legisse: *ὑφίσταται τὸ ἓν ὄν—κ. τ. ὂν σημαῖνον οὕτω φθεγξ.* Mox pro *οὕτώ τοι* (sic) *τὸν μὲν γενόμενον* ex Vatic. posui *οὕτω τοι τὸ μ. γ.* Denique in extremis verbis ex libris et marg. Ed. pro *γέννησιν* reposui *γένεσιν*.—Ceterum etsi h. l. Plotinus *εἶναι, ὄν, οὐσία* ab *ἓν* repetit, tamen haud dubie ante oculos habuit Platonis hæc in Cratylo p. 401. c. p. 41. Bekk.:—*οἷον καὶ ἐν τούτῳ, ὃ ἡμεῖς οὐσίαν καλοῦμεν, εἰσὶν οἳ ἐσίαν* (Cod. Darmst. et Bodl. *ἐσσίαν*) *καλοῦσιν, οἳ δ' αὖ ὠσίαν. πρῶτον μὲν οὖν κατὰ τὸ ἕτερον ὄνομα τούτων ἡ τῶν πραγμάτων οὐσία Ἑστία καλεῖσθαι ἔχει λόγον·* (*λόγων* Darmst. male) *καὶ ὅτι γε* (ita Darmst. et Bekker. *ὅτε γε* Heindf.) *αὖ ἡμεῖς τὸ τῆς οὐσίας μετέχον Ἑστίαν φαμὲν, καὶ κατὰ τοῦτο ὀρθῶς ἂν καλοῖτο Ἑστία. ἐοίκαμεν γὰρ καὶ ἡμεῖς τὸ παλαιὸν ἐσίαν καλεῖν τὴν οὐσίαν. κ. τ. λ.*—Poterat vero suæ etymologiæ speciem quandam conciliare Plotinus, si lectores suos admonuisset Aeoles in Participio pro *ὤν* dixisse *εἷς* [unde Lat. *ens*]. Speciem dico, nam veritatem præstare quis audeat? Nec moramur has etymologias v. c. quod Lennepius *εἷς* unus

ab ἔω mitto repetere instituit in Etymol. L. Gr. p. 196.

p. 972, 4. *τί τῶν ἐν τούτῳ ἐκεῖνο ἐρεῖς;*] Edit. *τὶ—ἐρεῖς.* Taylor volebat *οὔτι τ. ε. τ. ἐρεῖς.* Ego leniorem censui interrogationem, quæ apud Plotinum sæpissime negationis vicem gerit.

— 18. *Τάχα δὲ καὶ τὸ ἓν ὄνομα τοῦτο ἄρσιν ἔχει πρὸς τὰ πολλά. ὅθεν καὶ Ἀπόλλωνα οἱ Πυθαγορικοὶ—ἐσήμαινον, ἀποφάσει τῶν πολλῶν.*] Plutarch. de Isid. et Osirid. p. 381. F. p. 561. Wytt.: *οἱ δὲ Πυθαγόρειοι καὶ ἀριθμοὺς καὶ σχήματα θεῶν ἐκόσμησαν προσηγορίαις—τὸ δὲ ἓν Ἀπόλλωνα πείθουσα προφάσει καὶ διπλοτάτοις μονάδος.* Wyttenb. in var. Lect.: " Corrigo *πλήθους ἀποφάσει καὶ ἁπλότητι τῆς μονάδος.*" Idem in Animadverss. ad illum locum p. 264: " Apollini unitas tribuitur: Nicomachus ap. Photium Cod. CLXXXVI. Tenullius ad Iamblichi Arithmet. Nicom. p. 14. not. 98. Et quod correctionem nostram, *πλήθους ἀποφάσει καὶ ἁπλότητι τῆς μονάδος*, confirmat, ipse Plutarchus de E*i* Delphico p. 393. C: *Ἀπόλλων μὲν γὰρ οἷον ἀρνούμενος τὰ πολλὰ, καὶ τὸ πλῆθος ἀποφάσκων ἐστίν.*" cf. ejusdem Animadvv. p. 181. Videmus autem potuisse Wyttenbachium palmariam suam emendationem firmare hoc ipso loco Plotini, itemque his Jo. Laurent. Lydi de Menss. Romm. II. 3. p. 42. ed. Roetheri: *ἀναφέρεται δὲ ἡ μονὰς εἰς Ἀπόλλωνα, τουτέστιν, εἰς τὸν ἕνα Ἥλιον, ὃς Ἀπόλλων λέγεται διὰ τὸ ἄπωθεν εἶναι τῶν πολλῶν.* Quæ haud dubie ex Plutarcho ducta sunt, unde iste scriptor permulta est mutuatus. Huc pertinet *Solis* etymologia a voce *solus*. Vid. Cicero de N. D. II. 27. p. 316. ed. nostr. et Moser. ibiq. annott. et Roetheri annott. ad J. L. Lydi l. l. Pythagoricam vero illam rationem significat scriptor in fragmento Dorico ap. Iamblichum de Vita Pythagor. §. 146. p. 123. p. 308. Kiessling.: *τὰν ἀριθμῶ οὐσίαν ἀΐδιον εἶναι μὲν ἀρχὰν, προμαθεστάταν τῶ παντὸς ὠρανῶ καὶ γᾶς, καὶ τᾶς μεταξὺ φύσιος· ἔτι δὲ καὶ θείων καὶ θεῶν καὶ δαιμόνων δαιμονᾶς ῥίζαν.* Cf. Archytæ Fragmentum ap. Stob. Eclogg. physs. I. 43. p. 716. Heer. et quos plures citavit Thom. Taylor. ad Procli Inst. Theolog. c. CXV. p. 376. vers. anglicæ et ad calc. edit. nostræ p. 331.

p. 973, 4. *ὃ πάντων* [*ἡ*] *μάλιστα ἁπλότητός ἐστι σημαντικόν,*] Secutus sum Ficinum, propterea que uncinis inclusi *ἡ* pro quo in marg. Ed. offertur *ἤ*. Simplicitatis (*ἁπλότητος*) in Apollinis etymologia explicanda etiam Plato mentionem facit in Cratylo p. 405. C. p. 49. Bekk. sed aliter:—*κατὰ δὲ τὴν μαντικὴν—καὶ τὸ ἀληθές τε καὶ ἁπλοῦν (ταὐτὸν γάρ ἐστιν) ὥσπερ οὖ οἱ Θετταλοὶ καλοῦσιν αὐτὸν, ὀρθότατ' ἂν καλοῖτο. Ἀπλῶν* (vulg. *Ἀπλὸν*) *γάρ φασι πάντες Θετταλοὶ τοῦτον τὸν θεόν.* Sed Plotinus his verbis non jam amplius Apollinem, quam ipsum *Unum* attingit. Wyttenbachius autem ad Plutarch. l. l. miratur (p. 264.) Platonem, quum Thessalicæ istius appellationis mentionem faciat, non in eandem atque Pythagoreos significationem vocis *Ἀπόλλων* delatum esse.—Fortasse hinc quispiam conjiciat, hos Pythagoreos, qui illud Apollinis etymon sectati sunt, post Platonem demum exstitisse.

— 10. *τὸ ἐνεργείᾳ βλέπειν,*] Joannes Philoponus in libello adv. Proclum Diadochum pro æternitate mundi. Græce. Venet. 153. fol. editore Victore Trincavello I. 8: *τὸ αὐτὸ δ' ἂν, εἴποι τις καὶ κατὰ Πλωτῖνον, ἐνέργειά ἐστι τοῦ φωτίζοντος τὸ φῶς εἰς ἄλλα προιοῦσα. διό φησι καὶ παρόντος μὲν τοῦ ἐνεργοῦντος, πάρεστιν ἡ ἐνέργεια. ἀπελθόντος δὲ συνάπεισιν.*

p. 974, 6. *Οὕτω τοίνυν καὶ ἡ τοῦ νοῦ ὄψις ὁρᾷ κ. τ. λ.*] Cf. Enn. V. lib. 8. c. 5. 6. 7. Attigit nostrum locum Tennemann. in Hist. Philos. VI. p. 194. sq. indeque monstrare studet, quanto moderatior modestiorque alumnis suis aliisque posterioris ætatis philosophis fuerit Plotinus, ut qui communem omnium mentem participem dicat divini illius luminis, cum ejus sectatores jactaverint paucos admodum ejus luminis beneficio potiri.—Quod deinde legitur *μᾶλλον στιλπνότερον*, de hoc pleonasmo his Enneadibus non infrequenti alibi diximus. Paullo ante hæc Taylor verbis, *καὶ ἐν ἐκείνοις ὄντως ὁρᾷ*, additum vult *ἐκεῖνο*. Expressit Ficinus: libri scripti non agnoscunt.

p. 975, 2. *ἔνδον ἄρα ἦν, καὶ οὐκ ἔνδον αὖ*] " Recordetur aliquis h. l. loci Aristophanei Acharn. 395: *οὐκ ἔνδον, ἔνδον ἐστὶν, εἰ γνώμην ἔχεις. Δι. πῶς ἔνδον εἶτ' οὐκ ἔνδον κ. τ. λ.* Vid. quæ de eo loco disputavi in Diss. de Poesi Græcorum parodica in libro, qui inscribitur. *Studien* ed. *Creuzer.* et *Daub.* T. VI. p. 285." *Moser.*—Proxime lacunam editionis ex libris nostris explevi, et hæc *οὐ γάρ ἐστι τὸ πόθεν* etiam Fic. expressit.

p. 976, 2. *ἀλλ' ἐν ἐκείνῳ ὢν καὶ οὐ δύο.*] Marg. Ed.: *ἀλλ' ἓν ἐκεῖνο ὄν.* Equidem legendum suspicor: *ἀλλ' ἓν ἐκείνῳ ὤν.*

p. 977, 1. *ἔχουσα δὴ καὶ αὐτὴ οὐκ ἐχομένη*] Ex sequentibus: *τῷ μὲν μὴ περιέχεσθαι* apparet, quo sensu hoc loco Plotinus *ἔχειν* et *ἔχεσθαι* accipiat, nimirum eo, quem Aristoteles in Categoriis, et quidem in ea Categoria, quæ est *περὶ τοῦ ἔχειν* c. 12. p. 57. Sylb. p. 109. Lewald. ita explicat: *ἢ ὡς ἐν ἀγγείῳ· οἷον ὁ μέδιμνος τοὺς πυροὺς, ἢ τὸ κεράμιον τὸν οἶνον· οἶνον γὰρ ἔχειν λέγεται τὸ κεράμιον καὶ ὁ μέδιμνος πυρούς. ταῦτ' οὖν πάντα, ὡς ἐν ἀγγείῳ ἔχειν λέγεται.* In quem Categoriæ hujus locum, qui discere velit, quæ congesserint Aristotelei interpretes, is consulat Jo. Bapt. Bernardi Seminarium Philosophiæ Aristotelicæ p. 589. sq. Grammaticorum de hujus verbi varia significatione constructioneque sententias ipse exhibui et tractavi in Meletematibus meis Part. I. p. 6. sqq. Alia eleganter disputarunt Muretus in Variis Lectt. VI. 7. et Is. Casaubonus et Menagius, ad illa Aristippi ap. Diog. Laërt. II. 75: *ἔχω Λαΐδα, ἀλλ' οὐκ ἔχομαι.*—Mox post vocem *ὁ θεὸς* suspicere membrum excidisse, quod exhibuisse videatur Ficinus: *καὶ οὐδὲν ἔτι ἐν αὐτῷ.* Sed sexcenties Marsilius Plotini verba dilatare consuevit.

— 14. *ὅτι ἐπεὶ εἰ μηδεὶς κόσμος*] Delendum videtur *εἰ*, aut statuendum Pleonasmo singulari usum esse Plotinum ad Analogiam formulæ *εἴ τις* pro *τις*, de quo Weiskius de Pleonasmis p. 180. sq.

p. 978, 2. *σῶμα δὲ ἐν ψυχῇ—ἵν' ἂν—ἐν αὐτῷ*] Hæc quæ etiam Taylor lacunosa judicaverat, ex bonis libris pleniora exhibuimus, unde etiam sumpserat Ficinus. Ceterum haud scio an in his ipsis legendum sit: *τοῦτο δὲ οὐκέτι ἄλλου* (pro *τούτου δέ οὐκ ἔτι ἄλλο*: *Hoc* vero non amplius est *alius* i. e. Hoc vero (sc. Unum sive Bonum, in quo mens est) non amplius ab alio est suspensum. Hanc sententiam auguratus etiam videtur Marsilius. Ceterum hanc disputationem de Bono, tanquam omnium entium principio et fonte, conjunctam esse cum argumento Platonici Philebi, Parmenidis ac Reipublicæ, non est quod operose commonstrem. Cf. etiam Procli Instit. Theolog. XIII. ubi plura laudavi in annot. p. 24. Cum extremis verbis hujus capitis Plotiniani apprime congruunt, quæ idem Proclus in eodem libello, sed alio loco, posuit, nimirum cap. CXXII. p. 178—180.

— 14. *Ἀλλὰ προσβαλεῖς μὲν ἀθρόως ὁ προσβάλλων*] Non dubitavi ex libris nostris adjicere Articulum. Nimirum repete *σὺ* ex initio capitis. Cæterum hæc verba admonent superiorum p. 526. B.: *ἀθρόᾳ εἶδε προσβολῇ.* Quæ vis verborum *intueri* et *intuitus*, etsi frequens in philosophorum libris, non tamen advertere potuit Schneiderum, ut in Lexico suo designaret. Sed dici non potest, quantum ad philosophæ orationis notationem desideretur hodieque in Lexicis. Ceterum Plotini animo obversatus videtur esse nobilissimus locus in Diotimæ oratione in Platonico Symposio p. 210—212. p. 413. sqq. Bekk. multorum ille quidem imitationibus celebratus.

p. 979, 2. *ὅτι οὐσίας, καὶ τοῦ ὄντος*] Taylor post *ὄντος* additum vult *αἴτιος*. Libri non suffragantur et Plotiniana brevitas suadet, ut mente potius repetamus ex antecedentibus. Quod idem vir doctus mox expleri volebat: *ὅτι αὐτὸς μὲν οὐδενὸς ἐδεῖτο*: nos loco consuluimus ope librorum, qui *μὴ* offerunt pro *μέν*.

— 14. *μὴ τοίνυν ζήτει θνητοῖς ὄμμασι τοῦτο—ὁ λόγος κ. τ. λ.*] Totum hunc locum ex libris integravi, neque dubitavi, quo orationis tenor servetur, cum Ficino addere *ὃς* ante *πάντα αἰσθητὰ*, quibus verbis aliquot libri *εἶναι* quoque addunt, fortasse recte, neque tamen necessario. Illud *θνητοῖς ὄμμασι ζητεῖν* idem est atque *τῇ σαρκὶ ἰδεῖν* in sequentibus. Plato Sympos. p. 212. A. p. 446. contrarium exprimit *ὁρῶντι ᾧ ὁρκτὸν τὸ καλὸν*, nimirum animi lumine, ut est illud Archytæ ap. Cic. de Senect. c. XII, sive *ὄμμασι ψυχῆς*, de qua locutione et similibus plura reperies in Valckenaerii Scholis in N. T. I. p. 203. Jacobs. in Antholog. Gr. XII. p. 191. et me ipsum ad Plotin. p. 57. B. (peculiaris edit. p. 361.) Hoc loco admoneo Platonicorum verborum in Sophista p. 254. A. p. 207. sq. Bekk.: *Ὁ δέ γε φιλόσοφος τῇ τοῦ ὄντος ἀεὶ διὰ λογισμῶν προσκείμενος ἰδέᾳ, διὰ τὸ λαμπρὸν αὖ τῆς χώρας οὐδαμῶς εὐπετὴς ὀφθῆναι· τὰ γὰρ τῆς τῶν πολλῶν ψυχῆς ὄμματα καρτερεῖν πρὸς τὸ θεῖον ἀφορῶντα ἀδύνατα.* Quæ admonent Archytæ verborum in Stobæi Florileg. I. p. 17. p. 47. Gaisford.: *τὸ λαμπρὸν φάος μαραυγίαν περιτίθησι τοῖς ὀφθαλμοῖς.* Plato-

nis verba citavit Proclus in Alcib. pr. p. 37. ubi vid. annot. nostr.

p. 980, 8. Καὶ—*ὁ θεὸς οὐχ ὁρώμενος ἀπιστεῖσθαι ποιεῖ ὡς οὐκ ὢν τοῖς—νομίζουσι.*] Margo editionis habet *οὐκ ὄν*. Constructio autem sibi constat, si jungas *οὐχ ὁρώμενος τοῖς νομίζουσι* et ad *ἀπιστεῖσθαι ποιεῖ* cogites *αὐτούς*. Ad sententiam Marcus Antoninus III. 16. p. 88. sqq. ita: *Σῶμα, ψυχή, νοῦς. σώματος αἰσθήσεις, ψυχῆς ὁρμαί, νοῦ δόγματα. τὸ μὲν τυποῦσθαι φανταστικῶς, καὶ τῶν βοσκημάτων· τὸ δὲ νευροσπαστεῖσθαι ὁρμητικῶς καὶ τῶν θηρίων, καὶ τῶν ἀνδρογύνων, καὶ Φαλάριδος καὶ Νέρωνος, καὶ τῶν θεοὺς μὴ νομιζόντων κ. τ. λ.* Sequor enim in hoc loco luxato Gatakeri rationem Philo Jud. Leg. Allegorr. II. p. 200. Pfeiff.: *καὶ μὴν πολὺ πλέον ἄπρακτος γίνεται (ὁ νοῦς) ὅταν ἡ γεῦσις ἐξαναστᾶσα λαβρῶς ἐμπίμπληται τῶν γαστρὸς ἡδονῶν.*

— 9, *ὃ τῇ σαρκὶ μόνον ἴδοιεν*] Vide supra: *μὴ τοίνυν ζήτει θνητοῖς ὄμμασι τοῦτο—ἰδεῖν*. Proinde h. l. *ἡ σὰρξ* est corpus mortale atque caducum; de quo usu dicendi otium nobis faciunt viri Docti Th. Gataker. de Novi Instrumenti Stylo c. X. p. 66. sq. Operr. Critt. Valckenaer. in Scholis ad Hebr. II. 14. vol. II. p. 443. Wyttenbach. ad Plutarch. p. 580. et præsertim p. 822. et Jacobs. ad Anthol. Gr. vol. X. p. 198.

— 10. *οἷον εἴ τινες διὰ βίου κοιμώμενοι—καταδαρθάνοιεν*] Varie inter se comparantur somnus et vigilia. Sic, ut hoc utar, Heraclitus ap. Clement. Alex. Strom. III. 3. p. 520. *θάνατός ἐστιν ὁκόσα ἐγερθέντες ὁρέομεν, ὁκόσα δὲ εὕδοντες, ὕπνος.* Nimirum significatum vult *τὴν ὅρασιν ψεύδεσθαι*, ut est ap. Diogen. Laërt. IX. 5. Æschylus in Eumenid. 104.: *εὕδουσα γὰρ φρὴν ὄμμασιν λαμπρύνεται*, ad quem locum Pythagoreorum et Peripateticorum sententiam attigit Stanleius, Platonis quoque admonens de Rep. IX. p. 571. (p. 426. Bekk.) cujus verba Latine reddidit Cicero de Divinat. I. 29. 60. p. 145. sqq. ed. Moseri; unde extrema tantum adscribo:—" Tum eveniet, duabus animi temerariis partibus compressis, ut illa tertia pars rationis et mentis eluceat, et se vegetam ad somniandum acremque præbeat: tum ei visa quietis occurrent tranquilla et veracia." Plotinus autem eorum conditionem, qui sensibus mancipati et obscurati ad intelligibilia et ipsum Bonum spectanda cæcutiunt cum dormientibus somniantibusque comparat. Philo Judæus Leg. Allegorr. II. p. 200. Pfeiff. de somno Adami: *πῶς οὖν γεννᾶται (αἴσθησις); ὡς αὐτὸς πάλιν φησὶν, ὅταν ὑπνώσῃ ὁ νοῦς. τῷ γὰρ ὄντι ὑπνώσαντος νοῦ γίνεται αἴσθησις, καὶ γὰρ ἔμπαλιν ἐγρηγορότος νοῦ, σβέννυται. Οὕτως μὲν ὅταν ἀναστῇ καὶ ἐγρηγόρσει χρῆται ὁ νοῦς, φθείρεται αἴσθησις· ἴδωμεν δὲ καὶ θάτερον, πῶς ὕπνῳ χρῆται ὁ νοῦς κ. τ. λ.* Cf. quæ supra apposui ad Plotini nostri p. 175. C. et præsertim p. 307. G. ubi etiam Platonicos locos indicavi. Nostri denique loci sententia congruit cum locis Pauli Apostoli Rom. XIII. 11.: *ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι* et Ephes. V. 14: *ἔγειραι ὁ καθεύδων*, ubi peccantium perversitas cum graviore somno comparatur. Cf. Glassii Philol. Sacr. p. 1174. Dathii.

p. 981, 5. *ὡς ἄνευ αὐτοῦ οὐ δύναται εἶναι*] Non hæsitavi ita ponere cum Ficino pro *εἰδέναι*, quod edit. habet, mox *οὔποτε* pro *οὔ ποτὲ* (quod Taylor post *ἀνάμνησις* additum vult *ἰδία*: non ausus sum sine libris facere) et *ὀδύνας* pro vitioso *ὀδίνας*, nisi malueris *ὠδῖνας*. Argumentum certe conjunctum est cum his Platonis in Convivio p. 206. sub. fin. p. 436. Bekk.: *ὅθεν δὴ τῷ κυοῦντί τε ἤδη καὶ σπαργῶντι πολλὴ ἡ πτόησις γέγονε περὶ τὸ καλὸν, διὰ τὸ μεγάλης ὠδῖνος ἀπολύειν τὸν ἔχοντα.* Vid. supra annotata ad p. 466. A. B. inf. Sed hoc loco præstat *ὀδύνας*. Præcipue tamen h. l. Plotinus ante oculos habuit disputata in Philebo de idea Boni et de ratione, quæ inter Bonum intercedit atque Pulchrum ipsum, Verum atque Symmetriam, quæ ipsa locata dicuntur *in Boni vestibulis* (*ἐπὶ τοῖς τοῦ ἀγαθοῦ προθύροις*, sub finem ejus dialogi p. 64. p. 220. Stallbaum. cf. hujus Prolegg. in Phileb. p. XXIII. sqq. ibiq. laud. Platon. de Rep. VI. p. 508. sqq.) Quem locum philosophus noster expressit hujus Enneadis lib. IX. c. 2. p. 556. D. ad quem locum alios etiam laudabimus.

— 14. *Καὶ οἴονται δὲ τἀγαθὸν λαβόντες ἀρκεῖν αὐτοῖς—εἰς γὰρ τὸ τέλος ἀφῖχθαι*] Plato Phileb. p. 20. p. 46. Stallb.: *τὴν τἀγαθοῦ μοῖραν πότερον ἀνάγκη τέλεον ἢ μὴ τέλεον εἶναι; Πρω. Πάντων δήπου τελεώτατον, ὦ Σώκρατες. Σω. τί δέ; ἱκανὸν τἀγαθόν; Πρω. πῶς γὰρ οὔ; καὶ πάντων γε εἰς τοῦτο διαφέρειν τῶν ὄντων. Σω. Τόδε γε μὴν, ὡς οἶμαι, περὶ αὐτοῦ ἀναγκαιότατον εἶναι λέγειν, ὡς πᾶν τὸ γινῶσκον αὐτὸ θηρεύει καὶ ἐφίεται βουλόμενον ἑλεῖν*

καὶ περὶ αὐτὸ κτήσασθαι. καὶ τῶν ἄλλων οὐδὲν φροντίζει, πλὴν τῶν ἀποτελουμένων ἅμα ἀγαθοῖς. Quæ refellere studet Aristoteles in Eth. Nicom. X. 2. p. 435. sqq. Zell. Eudoxi et Platonis decreta dijudicans.

p. 982, 9. *Καὶ ἔστι δὲ τὸ μὲν ἥπιον καὶ προσηνὲς*] Illud *ἥπιον* illustravit Wyttenbach. ad Plutarch. de Sanit. tuend. p. 847. sq. De *προσηνὴς* vid. I. 4. 14. p. 38. B. I. 6. p. 52. E. IV. 4. 32. p. 426. C. Mox in marg. edit. scriptum erat *παρὼν αὐτῷ* pro *παρὸν αὐτῷ*.

— 12. *Καὶ γὰρ αὖ καὶ ἕλκει ἀπὸ τοῦ ἀγαθοῦ—ὥσπερ ἀπὸ πατρὸς—ὥστε ἐκεῖνος καὶ ταύτης κύριος κ. τ. λ.* usque ad finem capitis.] Margo Ed. *ᾧ καὶ τὴν δύν.* pro *ὅ*. Contra ex eodem margine in contextum recepimus in seqq. *ἐμέλησεν* pro *ἐμέλλησεν*, itemque *ὑπερβεβηκὼς* pro *ὑπερβεβηκὸς*, et linea pœnultima *οἷός τε* pro *οἷς τε*. Ad argumentum cf. infr. initio libri de intelligibili pulchritudine p. 541. A. *καὶ τούτου (κάλλους) πατέρα κ. τ. λ.* et adhibe Alcinoum de doctrina Platon. c. X. p. 477. sq. Irrigavit autem hortulos suos ex his Platonicis fontibus personatus Dionysius Areopagita de Divinis Nominibus c. IV. p. 558. sqq. Corder.: *τοῦτο τἀγαθὸν ὑμνεῖται πρὸς τῶν ἱερῶν θεολόγων καὶ ὡς καλὸν καὶ ὡς κάλλος, καὶ ὡς ἀγάπη, καὶ ὡς ἀγαπητὸν, καὶ ὅσαι ἄλλαι εὐπρεπεῖς εἰσι τῆς καλλοποιοῦ καὶ κεχαριτωμένου ὡραιότητος θεωνυμίαι. τὸ δὲ καλὸν καὶ κάλλος οὐ διαιρετέον ἐπὶ τῆς ἐν ἑνὶ τὰ ὅλα συνειληφυίας αἰτίας.—τολμήσειε δὲ καὶ τοῦτο εἰπεῖν ὁ λόγος, ὅτι καὶ τὸ μὴ ὂν μετέχει τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ, ὅταν ἐν θεῷ κατὰ τὴν πάντων ἀφαίρεσιν ὑπερουσίως ὕμνηται. Τοῦτο τὸ ἓν ἀγαθὸν καὶ καλὸν ἑνικῶς ἐστι πάντων τῶν πολλῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν αἴτιον.* Quod vero idem itidem dicit: *διὸ καὶ ταὐτόν ἐστι τἀγαθῷ τὸ καλὸν, ὅτι τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν πάντα ἐφίεται*, habet et hoc Platonem auctorem, nimirum in Convivio p. 201. p. 425. Bekk.: *ἀλλὰ σμικρὸν ἔτι εἰπέ· τἀγαθὰ οὐ καὶ καλὰ δοκεῖ σοι εἶναι; κ. τ. λ.* Quæ etiam mutuati sunt Proclus et Olympiodorus in Alcib. pr.: ille, p. 319. sqq. 327. 335. sqq.: hic, p. 117. 121. 126. Idem decretum excutitur in Timæo p. 87. Philebo p. 64. sqq. Hipp. maj. p. 296. et in Menone p. 77.

p. 983, 10. *εἰ οὐδὲν ἔχει*] In hoc Syllogismo, sive potius Sorite, haud absurda Vaticana videtur lectio, modo eam cum vulgata ita conjungas: *εἰ οὖν οὐδὲν ἔχει*. Mox marg. Ed. habet *οὐδὲν ἔχον* pro *οὐδὲν ἔχων*, deinde *τῷ μηδὲν ἔχειν* recepimus pro *τὸ μ. ε.* Ceterum ad nostri loci sententiam vel maxime faciunt hæc Eustratii in Aristotelis Ethic. Nic. X 2: *ἔθος ἐστὶ τοῖς Πλατωνικοῖς διὰ τῆς προσθήκης τοῦ τ′ στοιχείου, ἢ τῆς προσθήκης τῆς φωνῆς τῆς αὐτὸ δηλοῦν τὰς εἰδητικὰς ὑπ′ αὐτῶν καλουμένας ἀρχὰς, αἵ τινες πρώτως αὐτὸ τοῦτό εἰσιν ὃ λέγεται* (Cf. ibid. I. 6. 5. cum Zellii nostri Commentar. p. 27.) *διὰ μὲν οὖν τοῦ ταν τἀγαθὸν, ὅπερ οὐδέν τι ἄλλο ἐστὶν, ἀλλ′ ἢ μόνως ἀγαθὸν καὶ πρώτως ἀγαθόν.—ἔλεγον δὲ οἱ Πλατωνικοὶ τὸ αὐτοεὶν καὶ τὸ αὐτοαγαθὸν τὸ αὐτὸ εἶναι, καὶ οὐκ ἄλλο καὶ ἄλλο.—εἶναι γὰρ πρώτιστον πάντων τὸ αὐτοεὶν, εἶτα τὸ αὐτοὸν, εἶτα τὴν αὐτοζωὴν, εἶτα τὸ αὐτοζῷον.* Hinc Proclus Instit. Theol. VIII. p. 14: *πάντων τῶν ὅπωσοῦν τοῦ ἀγαθοῦ μετεχόντων ἡγεῖται τὸ πρώτως ἀγαθὸν καὶ, ὃ μηδὲν ἄλλο ἢ τἀγαθόν.* Idem deinde: *ἄν γάρ τι ἄλλο προσθῇς, ἠλάττωσας τῇ προσθέσει τὸ ἀγαθὸν, τὶ ἀγαθὸν ποιήσας ἀντὶ τοῦ ἀγαθοῦ τοῦ ἁπλῶς.* Conf. ipsum Plotinum supra p. 352. D. E. quæ etiam cum sequentibus comparari debent.

p. 984, 8. *εἴη γὰρ ἂν ὑπὸ ἓν*] Sæpius hiatus offendimus in Plotini libris omnibus. Hujus *ὑπὸ ἓν* exempla suppetunt in libris Platonis ut de Legg. VII. p. 789. d. XI. p. 929. a. Gorg. p. 464. c. Sympos. p. 178. d. Rep. I. p. 342. d. V. p. 468. b. X. p. 615. c. Plura ex aliis etiam scriptoribus exempla congessit Chriss. Wurmius, vir doctus, in Commentar. in Dinarchi Oratt. tres p. 31.

p. 985, 2. *πολλῷ ἄρα—ἀγαθόν.*] Ficinum putes legisse: *Πολλαπλάσιον ἄρα τὸ ἀπ′ αὐτοῦ μόνον ἀγαθόν.* Libri nihil adjuvant. Cum argumento hujus capitis compara nostrum supra: *περὶ τοῦ πρώτου ἀγαθοῦ καὶ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν* p. 61. sq. item Procli Instit. Theol. CXXI. et quos alios ibi laudavi p. 178. Infra noster Philosophus VI. 9. 6. qui locus totus cum nostro loco conferri debet) usurpat *ὑπεράγαθος*. Hinc Dionysius Pseudo-Areopagita in exordio Theol. Mysticæ p. 707. Trinitatem appellat *Τριάδα ὑπερούσιον καὶ ὑπέρθεον καὶ ὑπεράγαθον*, et de Divinn. Nomm. II. 4. p. 419. usurpat *τὴν ὑπεράγαθον θεότητα*, sicut ibid. I. 5. p. 382. Deus eidem dicitur *ἡ τῆς ὑπεραγαθότητος ὕπαρξις*.

LIB. VI.

P. 986, 7. ΠΕΡΙ ΤΟΥ, ΤΟ ΕΠΕΚΕΙΝΑ ΤΟΥ ΟΝΤΟΣ ΜΗ ΝΟΕΙΝ—ΔΕΥΤΕΡΩΣ.] Liber vigesimus et quartus, videlicet eo tempore scriptus, quo Porphyrius Romæ agebat cum Plotino, ut ille prodit de Vita Plotini c. V. ubi cf. Fabric. p. 101. et vid. ibid. c. XXV. p. 145.) e quibus locis, sicut ex nostris libris aliquot, h. l. bis posuimus *τί* pro *τὶ*, cum quæstio significetur. Platonis decreta, quæ cum argumento hujus libri conjuncta sunt, per compendium exhibet Alcinous de Doctr. Plat. cap. IX. et X. Nec minus huc faciunt, quæ Philo Legis Allegorr. III. p. 260. sqq. de duplici intellectu attigit, itemque Procli propositiones in Inst. Theol. c. I—VI. et c. XXI. Anglice hunc librum Plotinianum vertit Th. Taylor in Select Works of Plotinus p. 455. sqq.

p. 987, 9. *Εἰ οὖν τις διπλοῦν φῶς ποιήσειε—εἶτα ποιήσειε καὶ τὸ ὁρῶν ἴσον εἶναι φῶς—ἓν τὰ δύο θήσεται.*] Si quis igitur duplex lumen *posuerit*,—et deinde *finxerit*—unum duo illa *posuerit*. Congruit locus Demosthenis in Leptinea p. 279 : *εἰσὶ τῶν ξένων ἀτελεῖς, δέκα θήσω—οὐκοῦν ἀμφοτέρων ἑκκαίδεκα. ποιήσωμεν αὐτοὺς εἴκοσιν.* "*Ponamus* illos esse viginti." Vid. Valckenaer. ad Herodot. VII. 184. p. 591. qui etiam Ciceronis hæc laudat de N. D. I. 30.: "Age ex his vocabulis esse deos *faciamus*, quibus a nobis nominantur;" i. e. *fingamus*. Cf. annot. nostr. p. 135. et adde Sturzii Lexicon Xenoph. III. p. 581.

— 16. *καὶ ὅτι αὐτὸ ἓν*] Taylor: "And because it is one thing [being intellective]."

p. 988, 10. *Ἔδει δὲ—τέλεον εἶναι παρ' αὑτοῦ τῆς οὐσίας*] Ita correxi ex Mediceis pro *παρ' αὐτοῦ* : alioqui præstaret scribere *τὸ τῆς οὐσίας*. Quod continuo verbis *ᾧ ἄρα τὸ τέλεον ὑπάρξει* addi jubet *κατ' οὐσίαν* Taylor, permotus versione Latina : sine libris addere non sum ausus, et potest ex præcedentibus intelligi.

— 15. *ἀλλὰ πολλὰ ἤδη*] Ita scripsi cum libris nostris Ficinoque et Tayloro pro *ἀλλὰ καὶ πολλὰ εἴδη*, deinde e marg. Ed. recepi *ἑαυτὸ* pro *ἑαυτόν*.

p. 989, 1. *ἓν τούτοις ὑποκείμενον ἔσται*·] Ita dedimus cum Ficino et libris aliquot MSS. Argumentum hujus loci universi comparandum est cum Procli Inst. Theolog. cap. I. sqq. cujus prima propositio ita finitur (p. 4. ed. nostr.) : *πᾶν ἄρα πλῆθος μετέχει πῃ τοῦ ἑνός*. Conf. etiam has Enneadas p. 168. sqq. 394. 486. et infra p. 671. sqq. ubi hujus doctrinæ fontes et varietates attingemus.

— 7. *Τὸ γὰρ ἐν τοῖς ἄλλοις αὐτὸ—τοῦτο.*] Taylor: "For the imparticipable or exempt *one* is not consubsistent with any thing, but the participable one is consubsistent either with being, or life, or intellect, or soul, or body. See my translation of Proclus' Elements of Theology." i. e. in Græcis et Latinis Inst. Theol. c. I—VI. p. 2—11. ed. nostr.

— 11. *οὐδὲ τὸ συγκείμενον ἐκ πολλῶν ἔσται—ἐκ πολλῶν*] Lacunam, quam in Latinis e Mediceis libris expleverat Ficinus, nos ex iisdem et aliis bonis libris in Græcis explevimus. Proxime suspiceris: *οὐδ' ὑφεστηκότος—ἐφ' ἑαυτοῦ*. Hoc posterius est in Vaticano.

p. 990, 7. *ἀλλ' ὅλως μὴ ὄντων*] Ita Medicei et Vat. pro *ὅμως*. Linea hujus capitis antepænultima necessario addendum fuit *μὴ* ante verbum *πλήθει*. Expressit Ficinus et monuit Taylor. Cudworthum proinde minor hanc negationem in Græcis non adjecisse. Laudat enim hunc locum in eo capite, quod inscribitur: *Sapientia et Mens Platoni non est principium primum, sed secundum.* (Syst. intell. IV. §. 36. p. 690. Mosh.) addens: "Hinc sæpius ita rationem suam concludit philosophus hic (Plotinus): *ἐν τῇ δευτέρᾳ φύσει εἶναι τὸ γινώσκειν, cognitionem* (quæ vere ac proprie sic vocatur) *ad alteram pertinere divinam naturam, non vero ad principem.*" Tunc laudat in eandem sententiam Nostri locos binos supra p. 512. et 514. item Philonem Judæum ap. Euseb. P. E. VII. 13. p. 323. Hæc Cudworthus. Audiamus Proclum in Inst. Theol. c. CXXI. p. 178. nostr.: *Διὰ γὰρ τὴν θείαν γνῶσιν, τὴν ἐξῃρημένην τῶν ὅλων, καὶ αἱ ἄλλαι πᾶσαι γνώσεις ὑπέστησαν, οὔτε νοερὰν οὖσαν, οὔτε ἔτι μᾶλλον τῶν μετὰ νοῦν τινα, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἰδιότητα τὴν θείαν ὑπὲρ νοῦν ἱδρυμένην.*

— 13. *οὐκ ἄρα πάρεστιν αὐτῷ*] Hæc verba cum Ficino ex libris MSS. adjecimus. Mox forma *δυσὶν* utrum Atticis vindicanda, an Macedonibus Alexandrinisque condonanda sit, hodieque certatur. (Fischer. ad Weller. II. p. 160. Lobeck. ad Phrynich. p. 211. Buttmann. Gramm. ampl.

§. 70. et Matth. Gr. gr. §. 138.) In Schweighæuseri Lexico Polyb. nihil consignatum miror, licet Polybiana exempla citentur. In Diodoro Siculo I. 92. duo Codd. item exhibent *δυσί*. Nil proinde quemquam offendere potest in Plotino, præsertim ubi propemodum perspicuitas requirat.

p. 990, 14. *Ἀγαθοειδὴς γὰρ (ὁ νοῦς) τῷ τὸ ἀγαθὸν νοεῖν.*] De voce *ἀγαθοειδὴς*, a Platonicis ipsoque Plotino admodum frequentata, vidimus supra ad I. 2. 4. Est autem probabile, Plotinum hoc universo capite ante oculos habuisse hujusmodi locos, qualis est ille Platonis Reipubl. VI. p. 508. 509. p. 318. sqq. Bekk. (ubi et *ἡλιοειδὴς* et *ἀγαθοειδὴς* usurpatur. Ejus loci insigniora apponam ad cap. sequens.) itemque Timæi p. 29. sq. p. 25. Bekk. et Philebi p. 64. sq. p. 219. Stallb. Conf. etiam has ipsas Enneadas supra III. 8. IV. 5. 7. p. 449. (ubi etiam verbum *ἐπιχρώννυμαι* recurrit) et infra IV. 9. 2. p. 556.

p. 992, 3. *Τὸ γὰρ νοεῖν οὐ πρῶτον οὔτε τῷ εἶναι οὔτε τῷ τίμιον εἶναι.*] Plato Legg. V. post init. p. 727. a: *θεῖον γὰρ ἀγαθόν που τιμὴ, τῶν δὲ κακῶν οὐδὲν τίμιον.* Quæ verba respicit Proclus in Alcib. pr. L. p. 148. Adjectivum hoc satis frequens in Platone. Vid. v. c. Sympos. p. 178. b. Euthydem. p. 304. b. Nicolaus Methon. adv. Procl. p. 43: *τὸ ἄγονον οὐδὲν ἔχει τίμιον.* Noster infra Substantivo utitur *τιμιότητος* V. 9. 13. p. 564. A. Hujus tamen universi capitis, sicut superioris, fons est in Platonis Republ. p. 508. sub fin. et p. 509: unde hæc tantummodo adscribo: *τοῦτο τοίνυν τὸ τὴν ἀλήθειαν παρέχον τοῖς γιγνωσκομένοις καὶ τῷ γιγνώσκοντι τὴν δύναμιν ἀποδιδὸν τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέαν φάθι εἶναι, αἰτίαν δ' ἐπιστήμης οὖσαν καὶ ἀληθείας ὡς γιγνωσκομένης μὲν διανοοῦ, οὕτω δὲ καλῶν ἀμφοτέρων ὄντων, γνώσεώς τε καὶ ἀληθείας, ἄλλο καὶ κάλλιον ἔτι τούτων ἡγούμενος αὐτὸ ὀρθῶς ἡγήσει. ἐπιστήμην δὲ καὶ ἀλήθειαν, ὥσπερ ἐκεῖ φῶς τε καὶ ὄψιν ἡλιοειδῆ μὲν νομίζειν ὀρθὸν, ἥλιον δὲ ἡγεῖσθαι, οὐκ ὀρθῶς ἔχει, οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἀγαθοειδῆ μὲν νομίζειν, ταῦτ' ἀμφότερα ὀρθὸν, ἀγαθὸν δὲ ἡγεῖσθαι ὁπότερον αὐτῶν οὐκ ὀρθὸν, ἀλλ' ἔτι μειζόνως τιμητέον τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἕξιν.—καὶ τοῖς γιγνωσκομένοις τοίνυν μὴ μόνον τὸ γιγνώσκεσθαι φάναι ὑπό. τοῦ ἀγαθοῦ παρεῖναι, οὐκ οὐσίας ὄντος τοῦ ἀγαθοῦ, ἀλλ' ἔτι ἐπέκεινα τῆς οὐσίας πρεσβείᾳ καὶ δυνάμει ὑπερέχοντος.* Plotini autem hunc quoque locum attigit Cudworth. Syst. intell. p. 690. sq.

— 14. *πρὸς γὰρ τὸ ἀγαθὸν βλέπων αὐτὸν νοεῖ.*] Ita non hæsitavi scribere pro *αὐτὸ*, et ita legisse videtur Ficinus.

p. 993, 1. *ἄλλο γὰρ δεῖ τῷ νοοῦντι τὸ ἀγαθὸν εἶναι. κ. τ. λ.*] Hoc ex libris revocavi cum Ficino pro vulgato *τὸ νοοῦν τί. Ἀνενέργητον, omnis actionis expers*, ut vertit Ciceronis exemplo I. A. Fabricius ad Sext. Empir. p. 210. Nam apud hunc philosophum aliquoties legitur, ut adv. Math. X. 165. et Pyrrhonn. Hypotypp. I. 23. (itemque *ἀνενεργησία* adv. Math. XI. 163.) nec minus ap. Theod. Metochit. in Miscell. p. 343. 508. 526. 574. Nicolaum Methon. adv. Procl. Inst. Theol. p. 157. Nicephor. Gregor. Hist. Byz. lib. XXII. p. 551. ed. Venet. Unde etiam infra p. 755. sub fin. paginæ e marg. Ed. et libris MSS. restituimus Plotino *ἀνενεργήτου*. Mox post *πρώτην* e bonis libris MSS. et Ficino addidimus *ἁπασῶν*. Ibidem ad *ἐπανενεγκεῖν* e sequentibus cogitandum *δεῖ*, secundum Plotini breviloquentiam, et ad *προστιθέντας* rursus cogitandum *δεῖ ἡμᾶς εἶναι*. Sed infinitum foret talia sæpius inculcare velle. Qui Plotinianæ orationi adsuevit, nec monitus intelligit. De proximis disputat Cudworthus in Syst. intell. p. 592.

— 9. *εἰ λάβοι πῶς ἐν παντὶ τὸ νοοῦν σαφέστερον ὑπάρχει, ἡ διπλῆ φύσις αὕτη.*] Quomodo Ficinus locum hunc acceperit, non satis declarat ipsius interpretatio. Taylor ita: "Farther still, the truth of this may be seen in a still greater degree by him who considers how this twofold nature subsists in every thing which is more clearly intellective." Quid igitur, si legas:—*ἐν παντὶ τῷ νοοῦντι σ. ὑπάρχει ἡ διπλῆ φύσις*, deleto commate post *ὑπάρχει*? Pro *λέγομεν* margo Ed. habet *λέγω μέν*.—Deinde ante *νεύει* cum Vat. delevi *οὐ*. Taylor volebat *οὐ μένει*. Denique *ἀλλὰ μᾶλλον—παρ' αὐτῶν ἔχει* Fic. legit *παρ' αὐτῶν*. Taylor: "But we assert this of intelligibles, because they possess the perfection of existence." Equidem nihil mutaverim et verterim: quoniam perfectum illud existentiæ (suæ) *ab eis* (quæ in intelligibili mundo sunt) *acceptum habent*.

— 12. *τὰ μὲν μένει—τὰ μένοντα—σκιὰν*] Hæc admonent ejusmodi locorum, ubi *τὸ μένον* et *τὰ*

μένοντα (corpus, corpora) opponuntur τῇ σκιᾷ (umbræ). Philo Jud. Legis Allegorr. III. p. 302. Pfeiff.: ἔστι δέ τις τελεώτερος καὶ μᾶλλον κεκαθαρμένος νοῦς τὰ μεγάλα μυστήρια μυηθεὶς, ὅστις οὐκ ἀπὸ τῶν γεγονότων τὸ αἴτιον γνωρίζει, ὡς ἂν ἀπὸ σκιᾶς τὸ μένον. Ex quo loco Mangeyus ansam arripit tentandi hos locos epist. Pauli Coloss. II. 17: σκιὰν τῶν μελλόντων, Hebr. IX. 11: ἀρχιερεὺς τῶν μελλόντων, et Hebr. X. 1: σκιὰν— τῶν μελλόντων ἀγαθῶν. Verum licet in binis locis varietas lectionis compareat, vulgatam optime explicat Valckenaerius in Scholis ad extremum locum Vol. II. p. 559. sq. Formulæ σκιὰ τοῦ εἶναι et similium originem ex Platone repetii, similesque locos collegi ad I. 6. in edit. peculiari p. 203. sqq.

p. 994, 6. καὶ καθ' ἕκαστα δὲ ἐπιοῦσιν (ita ex Codd. posuimus pro ἐπὶ οὖσιν) ἄνθρωπος] Ante ἄνθρωπος suppleri jubet Taylor: νόησις ἀνθρώπου καί: cogitari certe debet, et expressit Ficinus. In seqq. pro ὄντι marg. Ed. habet ὄν τι. Vulgatam retinui; suspicor autem continuo scribendum esse: καὶ τὸ τοῦ νοεῖν ἐπέκεινα εἶναι. Cæterum *hominis* et *equi* exempla vulgata sunt in philosophorum disputationibus. Sufficiat hic unum locum apponere, ubi de *ideis* Platonis agitur. Scholiast. Aristidis in Oratt. Platonn. (p. 203. C. p. 122. Jebb. p. 167. Frommel.):—λέγει γὰρ ὁ Πλάτων τῶν ἐπὶ γῆς ἐν οὐρανῷ εἶναι τὰ παραδείγματα, οἱονεὶ ἀρχέτυπα, ἐξ ὧν εἰσι τὰ ἐπὶ γῆς, ἀσώματά τινα ὄντα, ὥσπερ τοῦ ἀνθρώπου ἡ ἀνθρωπότης, καὶ τοῦ ἵππου ἡ ἱππότης καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ὁμοίως, ἅπερ ἰδέας καλεῖ. Substantivum femininum ἡ ἱππότης addendum est Lexicis.

— 14. ἦν τὸ ἀγαθὸν τῶν ἄλλων] Parentheseos signo hæc sejunxi a reliquis. Fortasse etiam αὐτὸ excidit post αὐτά. Quid vero? si scribas: ἢ ἦν τ. α. τ. α. hac sententia: Vel (alioqui) Bonum foret reliquorum (i. e. reliquis rebus mancipatum). Malo enim quærere, quam decernere h. l.

LIB. VII.

P. 995, 7. ΠΕΡΙ ΤΟΥ, ΕΙ ΚΑΙ ΤΩΝ ΚΑΘ' ΕΚΑΣΤΑ ΕΣΤΙΝ ΕΙΔΗ.] Quod Cod. Ciz. habet καθ' ἕκαστον, id Müllerus, ὁ μακαρίτης, initio capitis primi melius convenire arbitratur in Programm. de Cod. Ciz. Plotini p. 10. Sed reliqui tamen libri in vulgata conspirant. Quod idem Cod. atque Vat. exhibent εἰσὶν ἰδέαι, idem est etiam in Porphyrio de Vita Plotini cap. IV.; et sæpius cum alii, tum ipse Plotinus εἶδος et ἰδέα promiscue usurpant. Vid. annot. nostr. ad p. 58. A. Est autem hic liber, ex ordine temporis numeratus, duodevicesimus. Vid. Porphyr. l. l. itemque cap. XXV. ibiq. Fabric. Idearum doctrinam, qualem Plato tradidit, cum in antecedentibus attigimus (ut l. l. et ad librum proxime præcedentem, et ad III. 2. 5. p. 259. C.) tum infra attingemus, v. c. ad p. 547. et p. 559. Ad hujus libri quæstionem hæc præmittere sufficit: Alcinous de Doctrina Plat. c. 9. p. 474. Dan. Heins.: οὔτε γὰρ πλείστοις τῶν ἀπὸ Πλάτωνος ἀρέσκει τῶν τεχνικῶν εἶναι ἰδέας, οἷον ἀσπίδος ἢ λύρας, οὔτε μὴν τῶν παρὰ φύσιν, οἷον πυρετοῦ καὶ χολέρας, οὔτε τῶν κατὰ μέρος, οἷον Σωκράτους καὶ Πλάτωνος, ἀλλ' οὐδὲ τῶν εὐτελῶν τινος, οἷον ῥύπου καὶ κάρφους, οὔτε τῶν πρός τι, οἷον μείζονος καὶ ὑπερέχοντος, εἶναι γὰρ τὰς ἰδέας νοήσεις θεοῦ αἰωνίους καὶ αὐτοτελεῖς. Syriani in Aristot. Metaphyss. XII. c. 2. n. 6. disputata huc redeunt: qui ideas ponant, eas non omnium esse dicere, quia non malorum nec turpium, sed potius privatione et absentia idearum hæc in natura esse (cf. eundem in Metaphyss. II. 3. et vid. annot. in Plotin. p. 52. A. B. i. e. in libr. de Pulcritud. p. 175. ed. pecul. et ad p. 259. C.) Nec esse ideas eorum, quæ alias aliter se habent; nec partium, ut manus et capitis: nec compositorum, ut hominis sapientis: nec eorum quæ a diversis arboribus connascuntur, nec artium, quæ naturam imitantur, et ad solius naturæ utilitatem pertinent; nec operum, quæ ex animæ proposito pendent. Esse solummodo ideas animalium et perfectarum substantiarum et eorum, quæ conferunt ad naturalem harum substantiarum dispositionem, ut hominis, et si quid est omnino perfectivum, sapientiæ scilicet et virtutis. (Vid. cap. ult. libri superioris hujus Enneadis p. 538. A. ibiq. annot.)

p. 996, 4. ἐπεὶ—ὅσους—λόγους—καὶ ἑκάστην ψυχὴν ἔχειν.] Brucker. ex hoc loco ita in Hist. Crit. Philos. II. p. 401: "Quot mundus rationes seminales habet, *totidem singulas animas possidet, tot ideæ sunt in intellectu divino.*" De quo ipse viderit.

— 7. *ἄπειρον οὖν τὸ τῶν λόγων ἔσται, εἰ μὴ ἀνακάμπτει περιόδοις*] Similiter neutre supra p. 36. usurparat Plotinus: *ἀνακάμπτοντος τοῦ νοήματος*. In ellipses retulit Lamb. Bos. p. 120. et 127. Schæf. Hinc haud paucæ locutiones, cum propriæ sententiæ, tum tralatæ, de quibus Schleusner. in nov. Thes. Vet. Test. I. p. 228. et in Lex. N. T. in voce. Adde Clement. Alex. Stromm. II. p. 507. Potter.: repudiata *ἀνακάμψει πρὸς τὸν ἄνδρα*. Proprie *ἀνακάμπτειν* dicuntur, qui a meta ad carceres redeunt, notante Jacobs. ad Pallad. Epigrr. XLVII. 4. in Antholog. Gr. T. X. p. 228. Inde Jo. Laur. Lyd. de Menss. in Martio p. 81. p. 198. Roetheri: *Διόνυσος, δι' ὃν ἡ νύσσα (ὁ καμπτὴρ) καὶ ἡ περικύκλησις τοῦ χρόνου*. De quo loco quæ alibi disputavi, nunc omitto. Plato Phædone p. 72. b: *εἰ γὰρ μὴ ἀεὶ ἀνταποδιδοίη τὰ ἕτερα τοῖς ἑτέροις γιγνόμενα, ὥσπερ κύκλῳ περιϊόντα, ἀλλ' εὐθεῖά τις εἴη ἡ γένεσις ἐκ τοῦ ἑτέρου μόνον εἰς τὸ καταντικρὺ, καὶ μὴ ἀνακάμπτοι πάλιν ἐπὶ τὸ ἕτερον, μηδὲ καμπὴν ποιοῖτο, οἶσθ' ὅτι πάντα τελευτῶντα τὸ αὐτὸ σχῆμα ἂν σχοίη, καὶ τὸ αὐτὸ πάθος ἂν πάθοι καὶ παύσαιτο γιγνόμενα*. Alterum Platonis locum, quem hic Plotinus respexit, proxima annotatio indicabit. Aristoteles Metaphyss. I. 2. p. 30. Sylb. p. 38. Brandis.:— *διὸ ἐκεῖνα μὲν οὐκ ἀνακάμπτει εἰς ἄλληλα, οὐδὲ γίγνεται ἐξ ἀνδρὸς παῖς. οὐ γὰρ γίγνεται ἐκ τῆς γενέσεως τὸ γιγνόμενον, ἀλλὰ μετὰ τὴν γένεσιν. οὕτω γὰρ καὶ ἡ ἡμέρα ἐκ τοῦ πρωΐ, ὅτι κατὰ τοῦτο διὸ οὐδὲ τὸ πρωῒ ἐξ ἡμέρας· θάτερον δὲ ἀνακάμπτει· ἀμφοτέρως δὲ ἀδύνατον εἰς ἄπειρον ἰέναι. τῶν μὲν γὰρ ὄντων μεταξὺ ἀνάγκη τέλος εἶναι, τὰ δ' εἰς ἄλληλα ἀνακάμπτειν· ἡ γὰρ θατέρου φθορὰ θατέρου ἐστὶ γένεσις. κ. τ. λ.* Philo Judæus de Mund. Incorrupt. p. 493. Mangeii: *βάθμους γάρ τινας ἡ φύσις τὰς ἡλικίας ἐγέννησε* (ubi non video cur Mangeius velit *ἐπενόησε*) *δι' ὧν τρόπον τινὰ ἀναβαίνει καὶ κάτεισιν ἄνθρωπος. ἀναβαίνει μὲν αὐξανόμενος, κατέρχεται δ' ἐν ταῖς μειώσεσιν. Ὅρος δ' ὁ τῶν ἀνωτάτω βαθμῶν, ἀκμὴ, πρὸς ὃν φθάσας τις οὐκέτι πρόεισιν, ἀλλ' ὥσπερ οἱ διαυλοδρομοῦντες ἀνακάμπτουσι τὴν αὐτὴν ὁδὸν, ὅσα παρ' ἰσχυούσης νεότητος ἔλαβεν, ἀποδιδοὺς ἐν ἀσθενεῖ γήρᾳ*, ubi aut cum Mang. legendum *ἀποδίδωσιν*, aut statuendum, post *ἀποδιδοὺς* excidisse *ἀνακάμπτει*. Idem eodem: *ψαῦσαν δὲ ἄκρας ἐπιφανείας ἀνακάμπτει πάλιν*. Aristot., qui fertur, de Mundo IV. 14. p. 116. Kappii: *τῶν δὲ ἀνέμων οἱ μέν εἰσιν εὐθύπνοοι, οἱ δὲ ἀνακαμψίπνοοι, καθάπερ ὁ Καικίας λεγόμενος*. Apuleius de Mundo p. 722. p. 314. ed. Bosschae: "Excursores venti habentur, qui directo spirant; *reflabri*, reciproco: ut Cæcias putatur esse:" ubi Salmasius certe vocem *reflabri* sollicitare non debebat, quippe qua Latinus philosophus philosophi Græci illud *ἀνακαμψίπνοοι* exprimere debebat. Nolim etiam a doctissimo editore Batavo in Indice Grammatico orationis Latinæ illud vocabulum omissum esse. Hæc sufficere arbitror, quo h. l. Plotinianæ orationis sententiæque ratio aperiatur.—In sequentibus: *ὅταν ταῦτα ἀποδιδῶται* minus est innorandum, quandoquidem hujus verbi et magis etiam compositi *ἀνταποδιδόναι* vim explicarunt Wyttenbach. ad Julian. Or. I. p. 57. p. 210. Lips. et ad Phædon. p. 179. itemque Heindorf. ad Theæt. p. 398.

p. 997, 1. *ἀλλὰ δεῖ τὴν διάφορον ποίησιν ἐκ διαφόρων λόγων.*] H. l. vel cogitandum, vel inter *ποίησιν ἐκ* interponendum verbum *εἶναι*. *ἡ δὲ πᾶσα περίοδος πάντας ἔχει τοὺς λόγους*. Haud dubie respicit Plotinus Platonis locum de Rep. VIII. p. 546. p. 381. Bekk.: in quo expediendo et veteres et recentiores desudarunt, ut omittam discordiam, quæ reliquos philosophos in definiendo magni animi ambitu inter se disjungit; de quibus vide Huet. ad Origen. Commentar. in Genesin Vol. II. p. 18. ed. Ruæi. Davis. et Moser. ad Cic. de N. D. II. 20. p. 284. ed. maj. p. 110. ed. minor. Fabricius ad Sext. Empir. adv. Math. V. 105. p. 355. Ast. ad Platon. l. l. in Comment. p. 580. Synesius de Providentia p. 127. infr. Petav. et quæ nuper ad hunc Synesii locum disputavit Th. Taylor. ad calc. libri: Select Works of Plotinus p. 592—600; quæ laudasse sufficiat, siquidem annorum ipsa enumeratio ad nostri loci intelligentiam nihil pertinet.

— 12. *ἀλλ' ἐκεῖνο ὅτι οὐκ εἰ ἐν τῷ φαίνεσθαι*] Ficinus legisse videri possit *ὅτι οὐ μόνον εἴη ἐν τ. φ.* Ego manum abstinui, sed mox librorum suasu inter *τὸ ἄρρεν* et *πλεῖστον* interposui *τό*. Deinde pro *ἢ θάτερον* idem Marsilius legisse videtur *ἢ θατέρου*. In seqq. singulare est, quod in *παρὰ τὴν φύσιν* et in *παρὰ τὴν ὕλην* diversam plane vim habeat hæc præpositio. Quod verba

attinet οἱ δὲ ἐν ἄλλῃ χώρᾳ πῶς διάφοροι; cf. Aristot. de Gen. Animall. IV. 2. p. 277. Sylb.: ὁμοίως περί τε γένεσιν καὶ ἀγονίαν καὶ ἀῤῥενογονίαν καὶ θηλυγονίαν· διαφέρει γὰρ χώρα χώρας ἐπὶ ταῦτα καὶ ὕδωρ ὕδατος, διὰ τὰς αἰτίας. De vi, quam regionum situs naturaque in generationem habet, disputat adversus astrologorum commenta Sextus Empiricus adv. Mathemm. V. 102. p. 355.

p. 998, 2. εἴπερ ἐνὶ τῶν αὐτῶν διδομένων—φαίνεσθαι·] Ficinus haud dubie legit εἴπερ ἔνι, τ. α. δ.—φ. *licet fieri potest*, et hoc verum videtur.

— 7. Πῶς οὖν ἐπὶ πολλῶν διδύμων—τοὺς λόγους;] In causas naturales τῆς διδυμοτοκίας inquirit Aristoteles de Generat. Animall. IV. 4. p. 289. Sylb. in astrologicas, quas quidem esse statuebant plurimi, Ptolemæus in Tetrabiblo l. IV. p. 190. ed. Basil. ad quæ interpres anonymus p. 159: τὴν δὲ ποσότητα (τῶν τέκνων) γνωσόμεθα ἐκ τῆς τῶν ζωδίων φύσεως. ἐν δισώμοις γὰρ ἢ πολυσπέρμοις ὄντες ἢ δύο ἢ καὶ πλείονα διδόασιν. ἐν μοναχοῖς δὲ ἓν τέκνον περὶ ποιήσουσιν (scr. περιποιήτουσι). Nimirum si planetæ, qui prolem pollicentur (ut Venus), sunt in signis Zodiaci bicorporeis (ut in piscibus) aut fecundis; geminam largiuntur prolem et numerosiorem.—Ut autem h. l. siderea nonnulla animalia dicuntur πολύσπερμα, ita Aristoteles (de Gener. Animall. I. 18. p. 183. fin. et sæpius) minora animalia terrestria πολύγονα appellat: majora, ὀλιγοτόκα. Pro illo alias (ut p. 109. init.) usurpat πολυτόκα, quo ipso utitur Plotinus, nisi quod in editione perperam scriptum erat πολύτοκα.

p. 999, 1. Καὶ εἰ μὲν ἡ ποίησις ἔχει τὸ εἰκῇ τοῦ ὁποσαοῦν] Ita cum bonis libris scripsi pro ὁπωσοῦν, commotus iis, quæ continuo subjicit Plotinus.

— 3. ἐξελίξει καὶ ἀναπλώσει] De verbo ἀναπλοῦν dictum est a nobis ad Proclum in Alcib. pr. p. 230: hic vero locus Plotini, qui similis significatus substantiva juncta habet, consignandus est in Lexicis.

— 6. ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων ἐφ' ὧν πλῆθος ἐκ μιᾶς γενέσεως] Aristotel. de Generat. I. 18: ἔτι ἀπὸ μιᾶς συνουσίας τῶν ζώων ἔνια γεννᾷ πολλά. Idem vel quisquis ejus libri decimi auctor sit, Histor. Animall. X. 3. p. 503. Schneid.:—ὅσα τῶν ζώων ἀπὸ μιᾶς ὀχείας πολλὰ τίκτει, καὶ ἡ τῶν διδύμων γένεσις ὅταν ἀπὸ μιᾶς γένηται. Idem paullo post: ἔτι εἰ πολλὰ ἀπὸ μιᾶς ὀχείας γίνεται ὅπερ (ita Schneider. cum Leonic. et Camot. probante Sylb. pro ὥσπερ) φαίνεται ἐπὶ τῶν ὑῶν καὶ διδύμων ἐνίοτε γιγνόμενον (ita Schneid. ex conject. Sylburgii pro γιγνόμενα). Plotinus noster supra p. 460. E. F.: ὅταν τοίνυν ἐκ συνόδου μιᾶς καὶ ἑνὸς σπέρματος δίδυμα γένηται γεννήματα, ἢ καὶ ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις πλεῖστα. Hinc ratio harum vocum intelligitur: ὀχεία s. συνουσία s. σύνοδος (παιδοποιΐα, γέννησις, *parentum negotium procreatio*, et nonnunquam etiam γένεσις. Cf. etiam Wyttenb. ad Plutarch. de puerorr. educat. p. 68.) deinde γένεσις, *ortus nascentis*, tum τὰ γεννήματα, *proles*; Proinde h. l. ad πλῆθος cogita γεννημάτων.

LIB. VIII.

P. 1000, 7. ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΝΟΗΤΟΥ ΚΑΛΛΟΥΣ.] Est hic liber trigesimus primus secundum temporis decursum, quo singuli deinceps scripti sunt (Porphyr. de Vita Plotini c. V. et XXV.) Argumentum hujus libri Plotiniani cognatum est haud paucis locis dialogorum Platonis, Phædri, Symposii (in primisque Diotimæ disputationi sub finem p. 210. sqq. p. 442. sqq. Bekk.) Timæi p. 28. sq. p. 23. Bekk. Philebi, aliorum. Ceterum de fontibus hujus doctrinæ auctoribusque, qui eam illustrarunt, egi in Præparat. ad Lib. VI. Enn. I. qui est de Pulcritudine. In his Dius Pythagoreus (cujus duo fragmenta ex libro περὶ Καλλονᾶς nobis conservavit Stobæus in Florileg. Tit. LXV. 16. et 17. Vol. II. p. 497—499. ed. Gaisford.) in aliquot sententiis cum Plotinianis consentit; neque tamen ita, ut Plotinus eum librum legisse necessario putandus sit. Sed et de Platonicorum, quos laudavimus, dialogorum argumentis plura diximus in Præparatione illa ad librum Plotini de Pulcritudine in ed. peculiari Heidelbergensi, unde, quæ p. CXIII. ad hunc librum pertinent, eorum lectorum in gratiam, quibus illa editio ad manus non est, huc transferre liceat: "Eum librum (i. e. hunc ipsum de intelligibili pulcritudine) a Porphyrio (de Vita Plotini c. 25.) ad eam Enneadem relatum videas, quæ versatur circa *mentem* (νοῦν). Videlicet summum illud, quod Bonum unumque dicitur, sive Deus, de quo extremus extremæ Enneadis

liber est, is, per se proprie spectatus, fugit ipsum quoque intellectum; intraque manens velut in recondito semper domicilio, cognosci nequit, nisi per gradus. Voluit autem patefieri suam essentiam per tria bona, in ejus quasi domicilii limine locata. Sunt eæ ternæ monades intelligibiles (*νοηταί*): *veritas* (*ἡ ἀλήθεια*), *pulcritudo* (*ἡ καλλονή*), et *congruentia* (*ἡ συμμετρία*). Vide Platonis Philebum, unde hæc doctrina maxime ducta est, p. 64. sq. p. 219. sqq. Stallb." Platonis doctrinam ex ipsius scriptis nemo diligentius depromsit, nemo elegantius disposuit disertiusque nemo commendavit, quam Heusdius meus, Vir Clarissimus, in parte prima libri qui inscribitur: Initia Philosophiæ Platonicæ p. 187. sqq. Qui deinceps secuti sunt philosophi hanc intelligibilis pulcritudinis doctrinam certatim attigerunt, ut infinitum sit singulos enumerare. Proinde paucula duntaxat delibo. Ita, ut hoc utar, Plutarchus in quæstionibus Platonicis illam partem Diotimeæ orationis, quam supra dixi, ante oculos habuit p. 1002. p. 81. Wyttenb. Longinus item et qui reliqui de sublimi et pulcro præceperunt, haud pauca e Platonis dialogis mutuati sunt. Proclus autem Lycius de illis tribus monadibus singularem librum ediderat, ut ipse memoriæ prodit in Commentariis in Platonis Rempublicam p. 433. Hodie desideratur illud scriptum. Quæ tamen ejus philosophi de pulcritudine sententia fuerit, cum aliunde potest intelligi tum ex ejus libris in Platonis Theologiam (I. 24. p. 59. sqq. III. 8. p. 150. sqq.) et vero maxime ex ejus Commentario in Platonis Alcibiadem priorem. Hermias etiam hunc locum de intelligibili pulcritudine attigit in Platonis Phædrum c. XXIII. p. 112. sq. ed. Astii. Dionysius denique, qui Areopagita ille videri vult, quæ de pulcritudine cum reliqua tum intelligibili declamavit (de Divinn. Nominibb. c. IV. p. 558—561. Corderii) ea, ut ejus hominis reliqua omnia, ex Platonicorum libris desumta sunt. Ecclesiæ patres quantopere hanc doctrinam celebrarint, docet commentarius amplior, quem in librum Enn. I. sextum de Pulcritudine editioni Heidelbergensi adjecimus. E recentioribus philosophis qui de pulcro commentati sunt, ut M. Antonius Natta multique alii, et nostra memoria Kantius aliique, in his ipse Herderus in Calligone, Platonis scripta respexerunt: Plotini hos libros, si Ficinum et Schellingium fortasse excipias, quod equidem sciam, nemo magnopere.

p. 1001, 2. *ἀνθρώπου δὲ μή τινος—ἡ τέχνη*] Hæc admonent narrationis Ciceronianæ de Invent. II. 1. de Zeuxide pictore, qui cum Crotoniatis Helenam pingere jussus esset, ex pulcerrimis virginibus pulcerrimas partes deligeret, neque enim putavit, addit Tullius, omnia, quæ quæreret ad venustatem uno in corpore se reperire posse; ideoque quod nihil, simplici in genere, omnibus ex partibus perfectum natura expolivit. Itaque, tanquam ceteris non sit habitura quod largiatur, si uni cuncta concesserit, aliud alii commodi, aliquo adjuncto incommodo, muneratur. Quod Agrigenti factum prodidit Plinius H. N. XXXV. 9. 36. Heracleæ Ælianus. Cum Cicerone tamen faciunt alii, quos laudat Sillig. in Catalogo Artificum p. 462. sq. qui de hac re consulendus. Dignissima sunt etiam, quæ legantur subtiliter hanc in rem disputata viri elegantis judicii Emeric-David in Biographie Universelle T. LII. p. 308. sq. Cave tamen opineris, Plotinum ita effici præstantissima artis opera sibi persuasisse. Ne Tullius quidem sibi persuaserat, ut intelligitur ex egregio loco in Oratore c. 2. quem ad hujus capitis finem attingemus. Consule etiam disputata Herderi nostri in præstantissimo opere Calligonæ III. p. 194. Ceterum in delectu exempli, quo Plotinus Musam Gratiæ adjunxit, si Euripideum illud adhibere velis, agnoscas *ἡδίσταν συζυγίαν*.

— 15. *Καὶ γὰρ ὅσῳ ἰὸν εἰς τὴν ὕλην ἐκτέταται, τόσῳ ἀσθενέστερον τοῦ ἐν ἑνὶ μένοντος.*] Tota hæc disputatio, qua Plotinus veræ artis indolem tam lucide describit, conjuncta est cum loco de *materia* itemque de *ideis* igiturque comparanda cum iis locis dialogorum Platonis, quibus uterque locus explicatur. Tu vide, quæ hanc in rem contuli supra ad librum de pulcritudine p. 52. A. B. et ad librum primum de Providentia p. 259. sq. qui posteriores loci Plotiniani in primis cum nostro comparari debent.—Quæ sequuntur de *imitatione*, his adhibendus est Plato in Rep. X. p. 597. sq. p. 471. sq. Bekk. Maxime autem tenenda est Aristotelis disputatio Poetic. II. 1. ubi tria artificum genera distinguuntur: *Πολύγνωτος μὲν κρείττονς, Παύσων δὲ χείρονς, Διονύ-*

σιος δὲ ὁμοίους εἴκαζε. Cf. quæ Plinius H. N. XXXIV. 9. p. 654. Harduin. de Clearcho prodit: nobiles viros nobiliores fecit. Contra Dionysius ille eodem Plinio teste XXXV. 37. init. Anthropographus appellabatur. Tertium genus respicit Plutarchus de discrim. adulat. et amici p. 53. D. p. 203. Wytt.: *ἀλλ' ὥσπερ οἱ φαῦλοι ζωγράφοι τῶν καλῶν ἐφικνεῖσθαι μὴ δυνάμενοι δι' ἀσθένειαν ἐν ῥυτίσι καὶ φακοῖς καὶ οὐλαῖς τὰς ὁμοιότητας ἀναφέρουσιν κ. τ. λ.* De quo argumento consulendi sunt Lessing. in Laocoonte p. 10. sq. Winckelmann. in historia artis p. 589. ed. Vindob. et Herder. in Calligona p. 196. sq. Ad universi vero hujus capitis intelligentiam faciunt hæc Platonis in Timæo p. 28. sq. p. 23. sq. Bekk. ubi de opifice Mundi ita loquitur philosophus: *τόδε δ' οὖν πάλιν ἐπισκεπτέον περὶ αὐτοῦ, πρὸς πότερον τῶν παραδειγμάτων ὁ τεκταινόμενος αὐτὸν (τὸν κόσμον) ἀπειργάζετο, πότερον πρὸς τὰ κατὰ ταὐτὰ, καὶ ὡσαύτως ἔχον, ἢ πρὸς τὸ γεγονός. εἰ μὲν δὴ καλός ἐστιν ὅδε ὁ κόσμος ὅ,τε δημιουργὸς ἀγαθὸς, δῆλον ὡς πρὸς τὸ ἀΐδιον ἔβλεπεν κ. τ. λ.* Quam in sententiam alias disputat etiam Plotinus, ut p. 175. sqq. p. 260. B. p. 406. E.

p. 1002, 9. *ἔπειτα ὁ Φειδίας τὸν Δία πρὸς οὐδὲν αἰσθητὸν ποιήσας, ἀλλὰ λαβὼν οἷος ἂν γένοιτο κ. τ. λ.*] Omnes libri nostri in hac lectione conspirant, quod argumento sit, inveterata vulnera latere in his Enneadibus, siquidem verum vidit magnus Hemsterhusius, qui ad Luciani Somn. §. 8. p. 11. Amstel. p. 9. Bip. hæc posuit: " Eadem mens Senecæ Controv. V. 36. p. 387: *Non vidit Phidias Jovem* &c. *dignus tamen illa arte animus et concepit deos et exhibuit: ἔδειξε.* Simillimum illud Plotini: *ἔπειτα* (leg. *ἔπλασεν*) *ὁ Φ. τ. Δ. πρ. οὐδ. αἰσθ. ποιήσας, ἀλλὰ λαβὼν* (addendum omnino videtur *νῷ*) *οἷος ἂν γένοιτο— φανῆναι.*" Hæc Hemsterhusius. Neutram tamen lectionem tanto viro dignissimam sine codicum auctoritate in ordinem recipere ausi sumus. Ad eam emendationem vertendum erit: *Finxit* Phidias Jovem non ita, ut eum ad sensibile aliquid efficeret, sed *mente* conciperet qualis futurus esset etc. Hoc postremum congruit cum verbis Platonis in Timæo p. 29. A: *οὕτω δὴ γεγενημένος πρὸς τὸ λόγῳ καὶ φρονήσει περιληπτὸν, καὶ κατὰ ταὐτὰ ἔχον δεδημιούργηται.* In simili argumento idem (in Phædone p. 75. b.) usurpat *λαβεῖν ἐπιστήμην αὐτοῦ τοῦ ἴσου.* Mirum vero, quantum hæc Plotiniana consentiant cum his Ciceronianis in Oratore II. 8. 9: " Sed ego sic statuo, nihil esse in ullo genere tam pulchrum, quo non pulchrius id sit, unde illud, ut ex ore aliquo, quasi imago exprimatur, quod neque oculis, neque auribus, neque ullo sensu percipi potest: cogitatione tantum et mente complectimur.—Nec vero ille artifex (Phidias) quum faceret Jovis formam aut Minervæ, contemplabatur aliquem, e quo similitudinem duceret; sed ipsius in mente insidebat species pulcritudinis eximia quædam, quam intuens, in eaque defixus, ad illius similitudinem artem et manum dirigebat." Alia congessit Hemsterh. l. l. in quibus quod de Propertii (III. 7. 15.) lectione dubitat, eam ita refingi jubet Sillig. in Catalogo Artificum p. 342:

" Phidiaco (pro Phidiacus) signo se Jupiter ornat eburno"

Quod idem ille Homericorum versuum meminit, unde Phidias Jovis sui speciem duxerit (Iliad. *α.* 528.) eandem rem nuper attigi ad Stuarti Antiquitt. Athenn. Vol. I. p. 549. vers. german. Quod denique Hemsterhusius Suidæ hæc laudat (in *Ἰάκωβος ἰατρὸς* II. p. 88. Kuster.): *οὕτω καὶ Φειδίαν ἐνθουσιῶντα δημιουργεῖν οὕτω καὶ Ζεῦξιν εἰκάζειν τὰ ἀγάλματα*: illud admonet me Themistii, qui in nuper reperta oratione de Præfectura etiam Phidiæ Zeuxidem jungit: (p. 40. ed. Princ. Mediol.): *καὶ τὸν Φειδίαν τεθαύμακα ἐπὶ τῷ Διὶ τῷ Πισέως· καὶ τὸν Πολύγνωτον ἐπὶ τῇ λέσχῃ· καὶ τὸν Μύρωνα ἐφ' ἑνὶ βοϊδίῳ. Πόσῳ πλείω τὰ Πάσωνος ἔργα τῶν Ζεύξιδος ἢ τῶν Ἀπελλοῦ; τίς οὖν οὐ προτιμᾷ πινάκιον ἓν ἐκείνοιν τοῖν ἀνδροῖν, ἢ πᾶσαν ὁμοῦ τὴν Πάσωνος τέχνην.* Ad quæ Ang. Maius: " Jupiter Pisæus dictus etiam Olympius. Vid. Plin. H. N. XXXIV. 19. Themistius Orat. XVI. p. 202. B. scribit Πισσαίῳ at hic Πισέως." Possis etiam Πίσης vel Πισάτιδος, nisi malis Πισαιεῖ ex Steph. Byz. in voce. Vid. Meletemm. nostr. I. p. 19. not. 13. Deinde Maius: " *Pasonis seu Pausonis* picturis anteponit Polygnoteas etiam Aristoteles Polit. VIII. 5. Poet. 2." Sed Aristotele in Polit. dudum est redditum Παύσωνος pro Πάσωνος (vid. Goettlingii Annot. p. 457.) et in Metaphyss. VIII. 9. p. 187. Brandis. item, pro Πάσσωνος; ut proinde etiam

Themistio reddendum videatur, nisi statuere malis, eum lusum quæsisse in *πᾶσαν—Πάσωνος τέχνην*, eaque de causa hanc scriptionem alteri prætulisse Sophistarum more, qui etiam talia in deliciis habent, ut illud in Platonis Convivio p. 185 : *Παυσανίου δὲ παυσαμένου*. Quod mihi tamen ægre persuadeam.

p. 1003, 1. *ἤ τι—τὸ περιέχον—οἷα ὕλη* ;] Ita scripsi cum Vatic. pro *ἢ τὶ—ὕλη*. Nam postea quam Plotinus interrogaverat, quid in corporibus naturalibus pulcrum sit : jam contrariam quæstionem ponit, quid in iisdem sit deforme. Est autem hic locus conjunctus cum locis de materia (*περὶ ὕλης*) et *de exemplo* seu *idea* (*περὶ παραδείγματος ἢ περὶ εἴδους*). Vide quæ ad caput superius, hac ipsa pagina (541. C.) cum ex Platonis Timæo, tum ex his ipsis Enneadibus citavimus.

— 2. *Πόθεν δὴ—τὸ τῆς Ἑλένης τῆς περιμαχήτου κάλλος* ;] Helenæ pulcritudinem supra etiam exempli causa posuit philosophus noster p. 274. F. Xenophon in Sympos. III. 9 : *πενία ἥκιστα περιμάχητον*. Vid. Sturzii Lex. Xenoph. III. p. 523. De activo hujus Adjectivi significatu dubitat Wyttenb. ad Plutarch. de S. N. V. p. 60. p. 378. ed. Oxon. Himerius Orat. I. 17 :—*Δηϊάνειραν—ὁ λόγος περιμάχητον τοῖς τε ἄλλοις καὶ Ἀχελώῳ ποιεῖ*, ubi Wernsdorf. p. 354. Sophocleum *ἀμφινείκετον νύμφην* de eadem Deianira comparat. In primis consulendus Hemsterh. ad Lucian. Contemplanntt. 11. p. 504. qui de ejus Adjectivi significatione agens hæc advocat : " Helenæ, quæ Luciano *οὕτω δή τι περισπούδαστος, ὥστε καὶ πόλεμον ἀμφ' αὐτὴ γενέσθαι* [Deorr. Diall. XX.] p. 265. *περίβλεπτον καὶ περιμάχητον τὴν φύσιν ἐποίησε* Jupiter. Isocrates p. 211. C. (in Helenæ Encomio 9. p. 342. Langii, p. 209. Coraii). Neque tamen crediderim virum illum, si nostri loci meminisset, propterea Isocratei loci in Plotiniano hoc imitationem agniturum fuisse. Ceterum ut Veneri, ita Helenæ, quam divinis honoribus colebant Lacedæmonii, hanc vim tribuebant, ut pulcras redderent feminas. Exempla habes collecta in Commentatt. Herodoteis nostris (ad Herodoti VI. 61.) p. 269.

— 3. *ἢ ὅσαι γυναικῶν Ἀφροδίτης ὅμοιαι κάλλει*] Appuleius Metam. IV. p. 301. Oudendorp. :— " Non maria, sed terras *Venerem aliam* virginali flore præditam pullulasse," quem locum imitatus videri possit vel ex eodem fonte duxisse videtur Charito I. 1. judicante Dorvillio p. 205. sq. Rufinus in Anthol. Gr. n. XVII. T. III. p. 102. Jacobs. ad virginem : *κάλλος ἔχεις Κύπριδος*. Quid ? quod Christiani poëtæ Mariam virginem audebant cum Venere comparare. Vid. p. 226. sq. not. in Annot. in Plotin. de Pulcrit. ed. Heidelb.—Proxima : *τῶν ἂν εἰς ὄψιν ἰόντων—ὁραθὲν ἂν* utramque rem suspensam tenent : eorum qui, si forte, in conspectum veniunt—pulcritudinem quæ conspici possit, ut illud Herodoti VII. 139. *ὁρῶντες ἂν ἐχρήσαντο ἄν* i. e. *εἰ ἑώρων si vidcant*. De quo usu particulæ *ἂν* cum Participio vid. Matth. Gr. gr. §. 598. et §. 600. et de repetito *ἂν* vid. supr. p. 96. Ceterum Ficinus expressit *ἐφ' αὑτοῖς*, quod tamen libri nostri non confirmant.

— 10. *ἀλλ' εἰς ἓν οὗτος* ;] Nolui in ejusmodi loco Ficinianam interpretationem immutare, sed tamen arbitror quatuor hæc verba ita accipi debere, ut opposita præcedentibus : *ὁ δὲ μὴ ἐν ὕλῃ* (*λόγος*) igiturque vertenda : *scd illa ratio, quæ cum materia* (s. mole) *in unum coit*.

p. 1004, 6. *ὥσπερ ἂν εἴ τις τὸ εἴδωλον αὐτοῦ βλέπων*] Supra Plotinus, Narcissi fabulam tangens, p. 56. F : *εἰ γάρ τις ἐπιδράμοι λαβεῖν βουλόμενος ὡς ἀληθινὸν, οἷα εἰδώλου καλοῦ ἐφ' ὕδατος ὀχουμένου, οὗ (ὁ) λαβεῖν βουληθεὶς, ὥς που τὶς μῦθος, δοκῶ μοι (δοκεῖ μοι) αἰνίττεται—ἀφανὴς ἐγένετο.*—Mox ad verba *τὸ ἐν τοῖς μαθήμασι κάλλος καὶ τὸ ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασι* adhibe item superiora p. 50. A. et cf. quæ infra leguntur p. 556. A : *ἀναφυγὼν ἐπὶ τὰ τῆς ψυχῆς κάλλη, ἀρετὰς καὶ ἐπιστήμας καὶ ἐπιτηδεύματα·* nimirum omnia e loco classico Platonis Sympos. p. 210. p. 443. Bekk. ducta. Iamblichus de Vita Pythag. V. 21. p. 52. Kiessl. : *γεῦσαί τε πάντως βουλόμενος τῆς τῶν μαθημάτων καλλονῆς τοὺς πατριώτας.*—In sequentibus : *εἴη γὰρ ἂν τοῦτο αἶσχος*, Substantivum pro Adjectivo *αἰσχρὸν* positum est, quod in hoc vocabulorum genere sæpius fit. Huc pertinent Dii Pythagorei verba a Stobæo servata ex ejus libro de Pulcritudine Florileg. Tit. 65. n. 16. Vol. II. p. 498. ed. Gaisford. emendata a Koenio ad Gregor. Corinth. p. 245. sq. ed. Schæf. : *ὑμεῖς δέ γα, οἳ ὀριγνᾶσθε σωματικᾶς ἀδονᾶς, τέλος ποιεύμενοι καθάπερ κνώδαλα, τὸν κόρον τῶ πλατιασμῶ οὐχ ὅτι χάριτος ἢ τιμᾶς, ἀλλὰ καὶ μέμψιος ποτὶ κολάσει δι-*

καίως ἐστὲ ἄξιοι τυγχάνειν διὰ τὰς αὐταύτων ἀκολασίας, ἐμβαλλόμενοι ῥύπον ἐν ζωὰν ἐλευθέρων παίδων. Quæ mire congruunt iis, quæ indignabundus conqueritur Pausanias ap. Platon. in Convivio p. 181. fin. et 182. a. Cf. etiam Frontonis epistoll. græcc. p. 380. et præcipue p. 392. ed. princ. Mediolan.

p. 1004, 18. *Ἔστιν οὖν*] Sequentia eundem fontem habent, quem modo indicavimus; videlicet in Diotimæ oratione, Convivii p. 210. sq.

p. 1005, 10. *ἀλλ' οἷον χρυσοῦ—καὶ εἰ μὴ καθαρός*] Eandem similitudinem adhibuit Plotinus p. 54. F. G: *καὶ ἔστι τοῦτο αἶσχος ψυχῇ, μὴ καθαρᾷ μηδὲ εἰλικρινεῖ εἶναι, ὥσπερ χρυσῷ, ἀναπεπλῆσθαι δὲ τοῦ γεώδους, ὃ εἴ τις ἀφέλοι, καταλέλειπται χρυσὸς, καὶ ἔστι καλὸς, μονούμενος μὲν τῶν ἄλλων, αὐτῷ δὲ συνὼν μόνῳ*: ubi ejus comparationis fontes et varietates indicavimus. Mox: *καὶ τὸ κάλλος αὐτῶν ἀμήχανον*, Plato Sympos. p. 218. fin. p. 459. Bekk.: *ἀμήχανόν τι κάλλος ὁρᾷης ἂν ἐν ἐμοὶ καὶ τῆς παρά σοι εὐμορφίας πάμπολυ διαφέρον.* Conf. Nostrum supra I. 6. 8. p. 56. E. ibiq. annot.

p. 1006, 4. *οὐ γὰρ δὴ ποτὲ μὲν φρονοῦσι, ποτὲ δὲ ἀφραίνουσιν*] Ed. *ἀφρονοῦσιν*, sed huic interpretamento genuinam lectionem substituunt cum margine omnes fere Codices. Eandem medelam Themistio Or. XXIV. p. 307. C. Dionis Chrysostomi ope usus (Tom. II. p. 80. Reisk.) Phocylidi adhibuit Jacobs ad Antholog. Gr. I. 2. p. 196. pro *Νίνου ἀφρονούσης* reponens *ἀφραινούσης*, et alter poëta Gnomicus Theognis ap. Stob. XXXVII. p. 145. eo Participio utitur. Verbum jam Homero usurpatum Iliad. II. 258. et VII. 109. *Ἀφραίνεις, Μενέλαε*, quem locum, ut hoc obiter delibem, non solum imitatus est Nonnus Dionyss. XX. 397. *Ἀφραίνεις, Λυκόοργε*, verum laudant etiam passim scriptores, ut Lucianus Conviv. §. 12. p. 426. Wetst. et Plutarchus de discern. adulat. p. 55. Ad Plotinum facit alius Plutarchi locus de Stoicorr. Repugnn. p. 1037. D. p. 227. Wytt.: *ὁ γὰρ μὴ δυνάμενος σωφρονεῖν ἄνθρωπος, οὐ δύναται μὴ ἀκολασταίνειν· καὶ ὁ μὴ δυνάμενος φρονεῖν οὐ δύναται μὴ ἀφραίνειν.* Idem ibid. p. 1048. E. p. 274. Wytt.: *τί οὖν περὶ τῶν ἄλλων φρονοῦσιν ἢ ταῦτα ἅπερ λέγουσι; μαίνεσθαι πάντας, ἀφραίνειν, ἀνοσίους εἶναι παρανόμους κ.τ.λ.* Similiter Clemens Alex. Protrept. p. 3. init. Potter. Bacchanalia agentes appellat *ἀφραίνοντας ἐκτόπως* cum *θιάσῳ μαινάλῃ* (vel potius *μαινόλῃ*). Theodoretus in Encomio in Nativit. Joann. Bapt. Vol. V. p. 93. Schulz.: *Ἀλλὰ γὰρ ἐπεὶ λοιπὸν καὶ ὁ ἀποτεταγμένος καιρὸς τῆς τοῦ τηλικούτου γενυήσεως* (l. *γενέσεως*) *ἦκε, καὶ ὁ γλυκὺς οὗτος φόρτος τὰς ὠδῖνας ἔλυε παραδόξως οὐ λυπούσας μᾶλλον ἢ ἀφραίνουσας, καὶ ἡδονὴν ἄῤῥητον προξενούσας κ. τ. λ.* ubi Garnerius nescio quomodo *ἀφρενούσας* vult scribi. Debebat *εὐφραίνουσας*, quod probare velle putidum sit. Potius admonebo Lexicographi in Bekkeri Anecdott. Grr. I. p. 472: *Ἀφραίνει· παρανομεῖ, μωραίνει, παραφρονεῖ.* Possis: *παροινεῖ.* Nam Clemens l. l. eosdem paullo ante dixerat *παροινοῦντας*, quos *ἀφραίνοντας* dicit. Sed lenius tamen est corrigere *παρανοεῖ* ex Hesychio, qui: *Ἀφραίνοντι· παρανοοῦντι.* Fortasse etiam nihil mutandum videatur reputanti Plutarcheos illos Stoicos l. l. Verbo *ἀφραίνειν* subjicere *παρανόμους εἶναι.* Adde hæc ap. Stob. Eclogg. I. 7. p. 192. Hær.: *ἁμαρτήματα δὲ εἶναι τό,τε ἀφραίνειν, καὶ τὸ ἀκολασταίνειν, καὶ τὸ ἀδικεῖν.*

— 7. *Τῶν δὲ θεῶν οἱ μὲν ἐν οὐρανῷ ὄντες*—usque ad finem capitis] Dubitari nequit, quin Plotinus Platonis nobilissimum locum ante oculos habeat in Phædro obvium p. 246. fin.:—*τῷ δὲ (Διΐ) ἕπεται στρατιὰ θεῶν κ. τ. λ.* Deorum genera et classes, de quibus multa disputant Platonici philosophi, in tabula disposita videas, quam ex Cod. MScr. exhibuimus ad Olympiodor. in Alcib. pr. p. 20.

— 16. *Καὶ γὰρ τὸ ῥεῖα ζώειν κ. τ. λ.*] Fons universi hujus loci est in Platonis Philebo p. 61. p. 241. ubi duplex scientia explicatur, præcipue tamen in Phædro p. 247. p. 42. sq. Bekk. (ubi Stallbaum p. 206. et Ast. p. 304. Plotini non obliti sunt. De loco Phædri multa leguntur in Hermiæ Comment. p. 142—146.) Adde tertium locum Symposii p. 211. p. 444. Bekk. (quocum cf. Cic. Orator. III. et qui verbo tenus illa exhibuit, Dionysius Pseudo-Areopagita de Divinn. nominibb. IV. 7. p. 559.) denique quartum in Platonis, quæ feruntur, Epistolis VII. p. 342. sq.

p. 1007, 9. *ἔστι δὲ καὶ κίνησις καθαρὰ—καὶ ἡ στάσις—τῷ μὴ στασίμῳ*] Dionys. Areopag. l. l. p. 560. sq.: *στάσις γάρ ἐστι πᾶσι καὶ κίνησις τὸ*

ὑπὲρ πᾶσαν στάσιν καὶ πᾶσαν κίνησιν, ἐνιδρύον ἕκαστον ἐν τῷ ἑαυτοῦ λόγῳ, καὶ κινοῦν ἐπὶ τὴν οἰκείαν κίνησιν. Ita enim hic locus interpungendus est, quo sententia sana existat.

p. 1008, 3. *οἷον εἴ τις γένοιτο τὴν ὄψιν τοιοῦτος, οἷος ὁ Λυγγεὺς ἐλέγετο, καὶ τὰ εἴσω τῆς γῆς ὁρᾷν*] Ita hunc locum ex optimis libris et margine constitui. Ad verba *καὶ—ὁρᾷν* cogita vel *ὥστε*, vel ex præcedentibus: *ὃς (καὶ) ἐλέγετο.* Sic enim congruit brevitati Plotinianæ. *Λυγγεὺς* mutare sine librorum auctoritate non sum ausus, licet sciam vulgo aliter fieri. Arbitror enim hanc esse potius posterioris ætatis scripturam, quam negligentiam librariorum. Ceterum vide de hac diversitate interprr. ad Hygin. fab. 168. p. 284. Heynius ad Apollodor. p. 109. Fischer. ad Palæphat. p. 58. Jacobs. ad Anthol. Palat. p. 91. et p. 1042. et ad Philostrati imagg. p. 75. (p. 479.); Gaisford. ad Procli Chrestom. p. 473. (ubi libri aliquot habent vitiosa *Λυγεὺς* et *Λυγέως*.)—Psello nuper Boissonad. in Notices et Extraits XI. 2. p. 190. pro *λιγγούριον* restituendum duxit: *λύγκουρον*. Poterat tamen tolerari *λυγγούριον* et vero *λιγγούριον*, si Schneiderum audias, et interprr. ad Sextum Empir. p. 39. et p. 209. Fabricii. Aliter judicandum in vocabulis, ubi etymon alteram scripturam respuit, ut *Σύγγελλος* pro *Σύγκελλος*. Vid. du Cange Glossar. med. et intim. Græcit. p. 629. cf. p. 1471. [cf. Meursii Glossarium Græcobarbarum h. v.] Singulare est, quod in Cleomede p. 84. Bakii MSerr. libri aliquot offerebant *γλυκὺς* pro *Λυγκεύς*. Nostri loci solus, quod sciam, mentionem fecit Tib. Hemsterh. ad Lucian. Timon. p. 138. Amst. p. 389. Bip. Frequentatur autem hæc fabula in philosophorum scriptis. Sic, ut hoc utar, Plutarchus p. 87. b. p. 335. Wytt. itemque p. 1083. p. 422. Wytt. quocum comparari debet Nazarius in Panegyr. in Constantin. XI. 5. p. 34. Jægeri. Porphyr. de Abstinent. III. 8. p. 234. Rhoer.: *τίς μὲν γὰρ ἀνθρώπων τοσοῦτον βλέπει (οὐδὲ γὰρ ὁ μυθευόμενος Λυγκεὺς*, ubi Cod. Meermann. *Λυγγεὺς*, cui maledicit Rhoerius, qui recte quidem ex aliis Codd. dedit vulgarem scripturam) *ὅσον ὁ δράκων*; Olympiodorus in Platonis Phædon. ap. Wyttenbach. p. 202: *καθὸ ὁ Λυγγεὺς ἑώρα τὰ πόῤῥω*, quod recte intactum reliquit Wyttenbachius. Iamblichus in Protrept. cap. VIII. p. 52. Arcer. p. 132. sqq. Kiessling.: *ἰσχύς τε γὰρ καὶ μέγεθος καὶ κάλλος γέλως ἐστὶ καὶ οὐδενὸς ἄξια, κάλλος τε παρὰ τὸ μηδὲν ὁρᾶν* (Verbum hoc ex Ciz. addidit Kiessling. agnoscit etiam Cod. Memm. in schedis meis) *ἀκριβὲς δοκεῖ εἶναι τοιοῦτον (τὸ τοιοῦτον* unus liber MS.) *εἰ γάρ τις* (deest *τις* in pluribus libris) *ἐδύνατο βλέπειν (ὀξὺ* ex Cod. Ciz. addidit Kiessl. Libri nostri non agnoscunt, et vereor, ne glossema sit) *καθάπερ τὸν Λυγκέα* (*Λιγγέα* unus Cod. vitiose: *Λυγγέα* Ciz. non depravate, ut judicat Kiessl. sed minus antique) *φασὶν, ὃς* (*ὁ* unus Cod. male) *διὰ τῶν τοίχων ἑώρα καὶ τῶν δένδρων, ποτ' ἂν* (ita Arcer. et libri omnes. Kiessling.: *πῶς ἂν* ex conjectura) *ἔδοξεν εἶναί τινα* (hoc abest a Cod. Reg.) *ἀνεκτὸν ὁρῶν, ἐξ οἵων συνέστηκε κακῶν*; Appuleius Metam. II. 36. p. 146. Oudend.: "Vides hominem ferreum et insomnem, certe perspicaciorem ipso Lynceo (multi libri Lynce, nec male judicante Oudend.) vel Argo et oculeum totum." Themistius Orat. VII. p. 92: *ἀλλ' ἐπεφαίνοντο ἑκασταχοῦ, μᾶλλον δὲ συμπαρῆσαν ἀεὶ κατάσκοποι, ὠτακουσταὶ, Ἄργου πλείονας ἔχοντες ὀφθαλμοὺς, Λυγκέως ὀξυωπέστεροι.* Philo Jud. ap. Euseb. P. E. VIII. 14. p. 387. (in versione Armen. p. 55. ed. Venet.): *μὴ τοσοῦτόν ποτε ψευσθείσης τῆς ἀληθείας, ὡς εὐδαίμονά τινα τῶν φαύλων εἶναι νομίσαι, κἂν πλουσιώτερος μὲν ᾖ Κροίσου Λυγκέως δ' ὀξυωπέστερος, ἀνδρειότερος δὲ τοῦ Κροτωνιάτου Μίλωνος, καλλίων δὲ Γανυμήδους.* Versio Armen.: " Et Lynceo acutior visu, *ac longævior Amentilone*, pulchriorque Ganymede. Lacuna ita explenda ac legendum: *Λυγκέως δ' ὀξυωπέστερος, μακροβιώτερος δ' Ἀργανθωνίου, ἀνδρειότερος δὲ τοῦ Μίλωνος* (vel *τοῦ Κροτωνιάτου* Mιλ. si forte in hoc solo patriæ mentionem adjecit Philo.) Alium regem longævum nuper Libanio Tom. I. p. 403.) reddendum censuit eruditus juvenis *J. E. G. Roulez* in Observatt. critt. in Themistii Oratt. p. 13. pro *Σόλωνος* scribens *Νέστορος*.

p. 1009, 2. *καὶ ἡ αὐτοεπιστήμη—πάρεδρος τῷ νῷ —οἷον λέγουσι—καὶ τῷ Διὶ τὴν Δίκην.*] Vid. Hesiodi *ἐργ.* 254. sq. Orphei Hymn. LXI. 2. atque Sophocles Œd. Col. 1375. sq.

— — — *εἴπερ ἐστὶν ἡ παλαίφατος*
Δίκη ξύνεδρος Ζηνὸς ἀρχαίοις νόμοις.

Plato de Legg. IV. 716. A. p. 354. Bekk. *τῷ (θεῷ) δ' ἀεὶ ξυνέπεται δίκη τῶν ἀπολειπομένων τοῦ*

θείου νόμου τιμωρός. Quem locum a Clemente Stromm. II. p. 499. Potteri, aliisque frequentatum Sophocli adhibuerunt interprett. Vid. Markland. et Doederlein. ad Sophocl. l. l. Potter. ad Clement. l. l. et, rationes mythologicas quod attinet, Symbolicam nostram II. p. 506. sq. ed. alter.

p. 1009, 4. *οἷον ἀγάλματα*] Hujus verbi Platonici vim variumque usum supra explicui p. 57. D. (et ad libr. de Pulcrit. p. 369. ed. Heidelb.) Cf. etiam p. 465. C. et p. 520. F.—Mox Verba *θέαμα—θεατῶν* nec minus a Platone mutuatus est Plotinus. Ille enim in Phædone p. 113. p. 111. Bekk. ita: *θέαμα εὐδαιμόνων θεατῶν*, ad quem Wyttenbach. p. 308. suspicatur Plotinum nostrum Platonis loco laudato si non legisse, certe cogitasse *ὑπερευδαιμόνων*, idque apparere ex loco hujus libri p. 547. B. (cap. seq.); ubi item est *ὑπερευδαίμονας*. Cf. ejusdem Philomathiæ III. p. 106.

— 10. *συμφόρησιν—προτάσεων*] Cf. supra I. 3. 4. et 5. ibiq. annot. item IV. 4. 44. V. 5. 1. et VI. 8. 3.

— 12. *ἦν δὴ καὶ ὁ Πλάτων κατιδὼν φησίν, οὐδ' ἥτις ἐστὶν ἄλλη ἐν ἄλλῳ.*] In Phædone p. 83. p. 56. Bekk.: *ὅ τι δ' ἂν δι' ἄλλων σκοπῇ ἐν ἄλλοις ὂν ἄλλο, μηδὲν ἡγεῖσθαι ἀληθές.* Ad quæ verba Wyttenbach. p. 219: "i. e. *quidquid vero per alia consideret* (i. e. *corporeum per sensus corporis,*) *quum in aliis sensibus aliud appareat, nihil horum verum putare.*" Tum comparat alios locos cum ipsius Platonis, tum sectatorum ejus et ipsius philosophi nostri infra VI. 7. p. 727. C. His ego adjicio locum Damascii, qui haud dubie illam Platonis sententiam ante oculos habuit cum hæc scriberet *περὶ ἀρχῶν* Cod. Mon. fol. 265. rect.: *Βέλτιον ἄρα τῷ διορισμῷ αὐτοῦ ἐμμένειν, κατὰ τὴν Πυθαγορικὴν συνήθειαν καὶ τὴν αὐτοῦ τοῦ Πλάτωνος, ἄλλα νοοῦντος τὰ ἔννλα πράγματα, καὶ αὐτὴν τὴν ὕλην. ἔν τε γὰρ τῷ Φαίδωνι οὕτως ὀνομάζει τὰ ἄλλα, τὰ εἴδη τὰ αἰσθητὰ λέγων· ἄλλα καὶ ἐν ἄλλοις Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τοῖς Ἀρχυτείοις ἱστορεῖ καὶ Πυθαγόραν ἄλλο τὴν ὕλην καλεῖν ὡς ῥευστὴν καὶ ἀεὶ [καὶ] ἄλλο καὶ ἄλλο γιγνόμενον· ὥστε δῆλός ἐστι καὶ ὁ Πλάτων ταύτῃ τὰ ἄλλα ἀφοριζόμενος.*—Quæ deinde sequuntur verba Plotini: *ὅπως δὲ—τὴν ἀρχὴν ποιήσασθαι*, hoc magis tenenda sunt, quod philosophus, singulari erga Platonem reverentia prohibitus, rarissime palam profitetur (quod sæpissime tamen facit) se philosophorum dei inventa firmare, augere, expolire velle.

p. 1011, 3] *Διὸ καὶ τὰς ἰδέας ὄντα ἔλεγον εἶναι οἱ παλαιοὶ καὶ οὐσίας.*] Plotino *οἱ παλαιοὶ* sunt non solum antiquissimi philosophi, ut Heraclitus, qui *ὄντα* negaverat esse ea, quæ concreta essent et sensibus obvia (Platon. Cratyl. p. 402. A.) Sed etiam Plato et æquales. Ac Platonis doctrina idearum continetur potissimum in Parmenide (quem vide hanc quæstionem quod attinet) p. 130. b. 133. b. 1135. b.) Cf. Cratyl. p. 439. D. E. et consule Buttmanni Excursum ad Menonem III. p. 74: "De abstractis rerum notionibus secundum mentem Platonis." Wyttenbachium ad Phædon. p. 270—272. et Stallbaum. Prolegg. in Phileb. p. XXII. cum nota 5. Aristotelem quod attinet, vide Metaphyss. I. 6. coll. XIII. 4. p. 265. Brandisii, Ethica Nicom. I. 4. Ethic. Eudem. I. 8. De Generat. et Corrupt. II. 3. Cf. Henr. Richteri de Ideis Platonis libellus. Lips. 1827. Qui scriptor distingui vult apud Platonem inter *εἶδος* et *ἰδέα*, et *ideam* Platoni esse dicit formam rerum universam, in qua sempiterna earum essentia et natura apparet. Idem p. 66. sqq. negat, ullo in loco Platonis *substantias* dici *ideas*. Quod enim *οὐσίαν* Plato ideis tribuat, hoc ex ipsius Platonis sententia nihil aliud designare, nisi ideas esse perennes (perpetuo) in intellectu. Aristotelem aliter accepisse *οὐσίας* notionem ac proinde non ubivis recte explicasse Platonis de ideis decreta: Alexandrinos autem philosophos latius propagasse opinionem, substantias esse, quas Plato ideas appellarit. Hæc Richterus.—Jam primum ego non multum tribuo iis, qui anquirendum existimant, utrum Plato ideas in mente divina solummodo collocaverit, an extra mentem per se eas exstare dixerit. Deinde Aristoteli me hac in causa vindicem non offero, utpote qui sciam, eum Platonis ideas appellasse *τερετίσματα* i. e. *nugas canoras* s. *inanes cantiones* (Aristotel. Analyt. poster. p. 228: *τὰ γὰρ εἴδη χαιρέτω· τερετίσματα γάρ ἐστι.* Cf. Tib. Hemsterh. ad Thom. Magist. p. 908. et in Anecdott. ed. I. Geel. p. 32. sq.) quod Scholiastes Aristidis p. 167. Fromel. ita effert: *μὴ εἶναι ἰδέας.* Alexandrinos denique philosophos nunc

reliquos omitto. De Plotino quæro, an *substantiæ* vocabulum eam vim habeat, ut Lycopolites Philosophus minus incorporaliter, sive magis corporaliter (liceat enim brevitatis causa hæc usurpare) quam Plato, ideas accepisse dicendus sit; v. c. ut tanquam substantiæ ideæ habeant accidentia varia et mutabilia etc. Hoc si significatum voluit Richterus, toto cælo a mente Plotini aberravit. Audi modo hæc verba Nostri libro proximo p. 560. A: *Νοῦς μὲν δὴ ἔστω τὰ ὄντα καὶ πάντα ἐν αὐτῷ οὐχ ὡς ἐν τόπῳ ἔχων, ἀλλ' ὡς αὐτὸν ἔχων, καὶ ἓν ὢν αὐτοῖς.* Vides hic mentem sive intellectum Plotino esse *τὰ ὄντα*: nostro loco eidem *ideas*. Quid quæris? Plotino ideæ sunt nec in mente, nec extra mentem, sed sunt idem atque mens; estque simplicissima hæc notio, et quæ aliter desiniri nequeat, nisi *esse* ideas, easdemque esse *entia* et *essentias*. Nec aliam Platonis ipsius sententiam esse judico fuisse. Quod argumento est, falli eos, qui Platonis inter idearum doctrinam et Plotinianam differentiam intercedere opinantur. Quid? quod—equidem profiteri non dubito, aliis quoque in doctrinis aliquot in clariore luce collocatum iri Platonis decreta, si ipsius interpretes Plotino studiosius operam dare velint.

— 5. *Δοκοῦσι δέ μοι καὶ οἱ Αἰγυπτίων σοφοὶ κ. τ. λ.*] Ægyptiorum scriptionem Plato memorat in Phædro p. 274. sq. et in Philebo p. 18. Alios multos laudavi cum ad Cic. de N. D. III. 22. p. 611. tum præsertim in Commentatt. Herodott. I. p. 369. sqq. Nuper autem hanc rem denuo multorum studiis certatim agitatam nemo nescit, qui Youngii Angli et Champollionis Francogalli aliorumque scripta inspexerit (cf. ut alia omittam, Silvestre de Sacy in Journal des Savans 1827. et Letronne in Appendice ad Précis du Systeme hieroglyphique par M. Champollion le jeune p. 376. sqq. ed. secund.) Quod Plotinus homo Ægyptius hoc loco Ægyptiorum alteram scribendi rationem, quam alphabeticam vulgo dicimus, ubi soni vocis per literarum ductus repræsentantur, non usurpatam fuisse sacerdotibus Ægyptiis dicit; hoc modo haud dubie est accipiendum, ut libros intelligi velit, qui proprie sacri dicebantur, ut qui reconditam religionum doctrinam continerent. (Vid. annotationem, post hanc, tertiam).

— 7. *μὴ τύποις γραμμάτων διεξοδεύουσι κ. τ. λ.*] In eadem re *διεξόδοις* utitur Philo de Vita Mosis I. p. 606. Hermias in Platonis Phædrum p. 103. Astii: *καθ' ὃ δὲ ἐκ νοῦ ὑφίσταται (ἡ λογικὴ ψυχὴ) ἔχει τὸ νοερὸν, καθ' ὃ ἁπλαῖς ἐπιβολαῖς καὶ οὐ διεξοδικῶς αἱρεῖ τὰ εἴδη*—et in seqq. *καὶ διεξοδικῶς ἐνεργεῖ καὶ συλλογίζεται.* Alia dedi ad Proclum in Alcib. pr. p. 249. et supra ad Plotin. p. 189. B. et p. 478. D.

— 10. *ἐμφῆναι*] Hoc revocavi ex plurimis optimisque libris pro *ἐμφύναι*, et Diodorus Sic. III. 4. in eadem re utitur locutione *ἐξ ἐμφάσεως.*— Quæ in sequentibus hujus capitis impeditiora sunt, eis interpunctione consulere studui. Linea a fine quinta *καὶ τὸ ἐκ ζητήσεως* vereor ne plura verba et fortasse sententiæ aliquot exciderint. Intelligentiam reliquorum adjuvat Ficini versio vel paraphrasis potius. Iamblichus de Vita Pythag. V. p. 52. Kiessl. de Pythagora: *τὸν τῆς διδασκαλίας τρόπον συμβολικὸν ποιεῖν ἐπεχείρει, καὶ πάντη ὅμοιον τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ διδάγμασι καθ' ἃ* (etiam mei libri MSS. plurimi hanc lectionem confirmant exhibentes *καθὰ*) *ἐπαιδεύθη.* Idem de Mysteriis VII. 1. p. 150. Galei: *πρότερον δή* (plures libri mei *δέ*) *σοι βούλομαι τῶν Αἰγυπτίων τὸν τρόπον τῆς θεολογίας διερμηνεῦσαι. οὗτοι* (*οὗτος* Cod. Leid.) *γὰρ τὴν φύσιν τοῦ παντὸς καὶ τὴν δημιουργίαν τῶν θεῶν μιμούμενοι καὶ αὐτοὶ τῶν μυστικῶν καὶ ἀποκεκρυμμένων καὶ ἀφανῶν νοήσεων εἰκόνας τινὰς διὰ συμβόλων, ὥσπερ καὶ ἡ φύσις τοῖς ἐμφανέσι εἴδεσι τοὺς ἀφανεῖς λόγους διὰ* (prætermisit Cod. Gothan.) *συμβόλων τρόπον τινὰ ἀπετυπώσατο* (*ἀποτυπ.* Monac. male.) De Hermete scriptionis auctore consule Horapollinem in Hieroglyph. I. 14.

— 12. *Ὕστερον δὲ—ἐξεύρισκον*] Hæc sunt ea, quæ etiam *hieraticis*, quæ dicuntur, literarum formis in commentariis Ægyptiorum sacris consignabantur; cum libri proprie sacri, i. e. ii, qui reconditam religionum doctrinam continerent, *hieroglyphicis* characteribus (*ἀγάλματα* vocat Plotinus) conscripti essent (vid. supra). Tertium scribendi genus, ad communis vitæ usum pertinens, et ipsum characteribus literarum, non imaginibus utebatur, et appellabatur populare (*δημοτικόν*).

p. 1012, 6. *ἆρα οἰώμεθα*] Altera lectio *οἰόμεθα* et ipsa Platonis locis firmari possit, ut in Gorg.

p. 480. *πῶς λέγωμεν* ubi alii *λέγομεν*. Vid. Heindf. ad eum dialogum p. 63. et p. 109. et ad Theæt. p. 441. sed cf. Matthiæ Gr. Gr. §. 516. not. 2. Adde de usu Futuri in hujusmodi interrogationibus Acta Philoll. Monacc. I. p. 232. sqq.

p. 1012, 15. *τῇ ἐν τῷ ὄντι πρὸς ἄλλο γειτονίᾳ*] Hoc ex libris plurimis recepi. Quod margo exhibet, *γειτονείᾳ*, nihili est. (Vid. Steph. Thes. p. 2886. ed. Londin. Mox ad *διακονησαμένης* adhibe Thom. Magist. p. 216. Oudendorp. et Bernard. Aristænet. Epist. II. 7. p. 149. Boisson.: *διακονουμένη γὰρ ἀμφοῖν τὰ δοκοῦντα* et p. 150: *εἰ βούλει—ἐμὲ συμπράττειν καὶ διακονεῖσθαί σοι πάλιν προθύμως*. Cf. etiam Dorvill. ad Charit. on. VIII. 8. p. 641. ed. Lips. [p. 720. ed. Amst.] Fortasse post verba *ἢ ψυχῆς τινος* aliquid excidit. In sequentibus lectionem marginis ubivis recepimus, utpote libris adstipulantibus et sententia ipsa eam commendante.

p. 1014, 2. *μετεωροπορεῖ, φησὶ, καὶ πάντα τὸν κόσμον διοικεῖ*] Plato nimirum in Phædro p. 246. b. c. Locum hunc supra tractavi ad p. 376. G. et p. 470. C; ubi consule annott.

— 5. *ἡ γῆ—στρογγύλη*] Rotundam figuram terræ, quam quodammodo deriserat Herodotus (IV. 36.) et Aristoteles (Meteorolog. II. 5. p. 55. Sylburg.) Socratici plurimi statuisse dicuntur (Cleomed. Meteor. VIII. p. 40. p. 51. Bakii). Eandem sententiam tuetur Claudius ille Ptolemæus cum in Μεγαλ. Συνταξ. sive Almagest. I. tum in Geograph. I. 7. VII. 5. cf. Mannerti Geogr. Græcc. et Romm. I. p. 144. sqq. Uckert. Geogr. Græcc. et Romm. I. p. 299. et Sickleri Enchiridion Geograph. Ant. p. XLIV.) Cujus viri auctoritas licet jam tertio sæculo, quo Plotinus floruit, permagna esset, hunc tamen philosophum Platonicorum veterum placita hac quoque in re secutum crediderim.—Ad proxima: *καὶ ὁ λοξὸς* cf. locum geminum II. 9. 12. p. 211. B. ibiq. annot. ad verba *λόξωσις τῶν ζωδίων*.

— 7. *τοῦ συλλογισμοῦ—τὸ συμπέρασμα—τῶν προτάσεων*.] Cf. Ocellus Lucan. I. 3. Aristotel. Elench. Sophist. I. 14. p. 444. Sylb. Quintil. Inst. Orat. V. 4. Ernesti Lex. Technol. Græcorr. Rhetor. p. 325. Adde Proclum in Alcib. pr. p. 303. et Olympiodor. in eund. p. 99. et cf. ipsum nostrum infra VI. 7. 1. p. 693. A.

p. 1015, 4. *Διὸ καὶ Πλάτων κ. τ. λ.*—et infr. C: *εἶπε γὰρ ἠγάσθη τε—ἀφομοιῶσαι*.] Plato in Timæo p. 37. p. 36. Bekk.: *ὡς δὲ κινηθὲν αὐτὸ καὶ ζῶν ἐνενόησε τῶν ἀϊδίων θεῶν γεγονὸς ἄγαλμα ὁ γεννήσας πατὴρ, ἠγάσθη τε καὶ εὐφρανθεὶς ἔτι δὴ μᾶλλον ὅμοιον πρὸς τὸ παράδειγμα ἐπενόησεν ἀπεργάσασθαι*. Unde intelligitur Plotinum non usquequaque ad verbum referre locum Platonis. Memoriter item laudat Simplicius in Aristotel. Physs. IV. 166. et 265. Exhibet etiam Stobæus in Eclogg. Physs. I. 268. Cf. Lindavii Annott. in Plat. l. l. qui Plotinum nostrum non neglexit. Mox pro *ἐνεργεστέρων* Ficinus videtur legisse *ἐναργεστέρων*. Libri non variant.

— 17. *ὅθεν οὐκ ὀρθῶς οἱ μεμφόμενοι τούτῳ*] Gnosticos Manichæos tangit, et qui reliqui hunc Mundum pulcrum bonumque negabant; de quibus supra vidimus in Annotationibus ad hujus argumenti libros.

p. 1016, 6. *Ἔστω οὖν ἐν τῇ ψυχῇ φωτεινή τις φαντασία κ. τ. λ.*] Rursus obversatur h. l. Plotino illud Platonis in Phædone p. 113: *θέαμα εὐδαιμόνων θεατῶν*. Vid. supr. p. 546. B. Iamblich. Myster. Ægypt. I. 12. p. 23: *Δῆλον δὲ καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν ἔργων ὃ νυνί φαμεν εἶναι τῆς ψυχῆς σωτήριον. ἐν γὰρ τῷ θεωρεῖν τὰ μακάρια θεάματα ἡ ψυχὴ ἄλλην ζωὴν ἀλλάττεται κ. τ. λ.* ad quem locum Galeus p. 196: "Hanc animam infra *θεοπτικὴν* vocat (Iamblichus)." Deinde et alios et hunc ipsum Plotini locum advocat. Clemens Alex. Strom. V. p. 732. Potteri: *ὅτε σὺν μακαρίῳ χορῷ κατὰ τὸν Πλάτωνα, μακαρίαν ὄψιν τε καὶ θέαν ἐποπτεύσομεν, ἑπόμενοι μετὰ μὲν Διὸς ἡμεῖς, ἄλλοι δὲ μετ' ἄλλων θεῶν, τελετὴν, ἣ θέμις λέγειν μακαριωτάτην τελούμενοι*. Cf. Nostri cap. sequens init. p. 551. A.

—13. *μετὰ πάντων τῶν ἐν αὐτῷ θεῶν, εἷς ὢν καὶ πάντες—μᾶλλον δὲ ὁ εἷς πάντες* et infra E:—*μέγα μὲν οὖν καὶ ὅδε ὁ οὐρανὸς, καὶ αἱ ἐν αὐτῷ πᾶσαι δυνάμεις ὁμοῦ*.] Color similis illorum in Epinomide inter Platonicos dialogos p. 977. a. b. p. 346. Bekk.:—*τίνα δὴ καὶ σεμνύνων ποτὲ λέγω θεὸν, ὦ Μέγιλλε τε καὶ Κλεινία; σχεδὸν οὐρανὸν ὃν καὶ δικαιότατον, ὡς ξύμπαντες ἄλλοι δαίμονες ἅμα καὶ θεοὶ, τιμᾷν τε καὶ εὔχεσθαι διαφερόντως αὐτῷ.—ἐὰν γὰρ ἴῃ τις ἐπὶ θεορίαν ὀρθὴν τὴν τοῦδε, εἴτε κόσμον εἴτε Ὄλυμπον εἴτε οὐρανὸν ἐν ἡδονῇ τῷ λέγειν, λεγέτω μὲν, ἀκολουθείτω δὲ ὅπη ποικίλλων αὐτὸν καὶ*

τὰ ἐν αὐτῷ ἄστρα στρέφων—παρέχεται. De uno deo et multis simul ita Damascius de Principiis c. 100. p. 314. Koppii: *Τί δεῖ πολλὰ λέγειν; ὅτε καὶ τοὺς θεοὺς οὕτως ὑποτίθενται τοὺς πολλοὺς οἱ πρὸ Ἰαμβλίχου σχεδόν τι πάντες φιλόσοφοι, ἕνα μὲν εἶναι τὸν ὑπερούσιον θεὸν λέγοντες, τοὺς ἄλλους οὐσιώδεις εἶναι, ταῖς ἀπὸ τοῦ ἑνὸς ἐλλάμψεσιν ἐκθεομένους.*

p. 1017, 12. *ἀλλὰ ἤδη ἀπειρία δυνάμεως ἀληθινῆς φαντάζονται καίουσαι, καὶ φθείρουσαι, καὶ θλίβουσαι.*] E margine et plurimis libris recepi *ἤδη* pro *εἴδη*: e duobus Marcianis *καίουσαι* pro *καὶ οὖσαι*. Hoc propterea, qui *φαντάζεσθαι* aliis quoque in locis contrarium est *τοῦ εἶναι*. (Vid. Annot. nostr. supra ad I. 6. 3. p. 50. B.) item quia ignis mentio hoc postulare videbatur, et quia *θλίβουσαι* bene congruit cum *καίουσαι*. Nimirum *φθείρουσαι* pertinet ad vires omnium corporum, quorum alia interimunt urendo: alia trudendo, premendo, confringendo.—In definienda vi substantivi *ἀπειρία* hæsitavit Ficinus et, quod sæpius facere solet, bifariam expressit. Ego, qui alterum significatum ab hoc loco alienum crederem ipsius verba: *infinitate constant ejusdemque* uncinis inclusi: delere h. l. non magis volui, quam alibi similia, ne eruditis lectoribus eligendi potestas eriperetur.

— 18. *ἀπολειφθῆναι*] Quod Ciz. habet *ἀπολῃφθῆναι*, pertinet ad id confusionis genus, quod per veterum monumenta latissime grassatur, de quo post alios nuper etiam admonuit doctissimus Hasius ad Leon. Diacon. p. 211. D. In Platonis Symposio p. 220. A. p. 461. Bekk. nunc recentiores post Astium ad Remp. p. 543. omnes *ἀπολῃφθέντες* receperunt: libris MSS. omnibus exhibentibus *ἀπολειφθέντες*. Quod posterius speciose certe tueri possis, si adhibere velis Xenoph. Memm. I. 4. 8. Agesil. II. 29. Judicium reapse pendet ab historia, quam ignoramus.

p. 1018, 6. *μᾶλλον γὰρ οἰκεία ἡ καλή.*] Ficinus insuper expressit, quod in unius libri margine legitur *καὶ ἡ καλλονή*. Reliqui libri respuunt hoc augmentum. Ad argumentum universi hujus loci adhibe librum de Pulcritudine supra I. 6. 3. et 4. p. 52. sq. et ad eum annotata.

— 7. *Διὰ τοῦτο—Ζεὺς—πρῶτος πορεύεται*] Est idem celebratus locus in Platonis Phædro p. 246. e. et p. 247. p. 41. sqq. Bekk. toties ab aliis philosophis et ab ipso nostro memoratus. Vid. v. c. supra IV. 4. 9. p. 403. C. ibiq. laudd. et p. 419. C. et p. 544. C. ut alia omittam, quæ et supra excitavi et ad Phædri locum collegerunt Heindorf. p. 251. sqq. et Ast. p. 296. sqq. et ad calcem Reip. p. 653. sqq. Quod Heindorfius *δαιμόνων* nomine animos quoque comprehendi putat: in eo Plotinum quidem, qui diserte *ψυχὰς* addit, non suffragantem habet. Quæ apud Platonem sequuntur: *ἄκραν ὑπὸ* (*ἐπὶ* Heindf.) *τὴν ὑπουράνιον* (*οὐράνιον* Heindf.) *ἀψῖδα πορεύονται πρὸς ἄναντες ἤδη*—hæc multis interpretum veterum disputationibus locum fecerunt, et secundum Proclum in Platonis Theolog. IV. 16. p. 215. Plato sibi informaverat: *τοὺς τρεῖς τούτους διακόσμους, τὸν ὑπερουράνιον τόπον, τὴν οὐρανίαν περιφορὰν, τὴν ὑπουράνιον ἀψῖδα.* Mox Plotinus ipse mentionem facit *τινὸς ἀοράτου τόπου*: et Plotini nostri in iisdem disputationibus de loco Phædri mentio fit. Ita enim Proclus l. l.: *ὁ μὲν γὰρ ἐκ τῆς Ἀσίνης φιλόσοφος* (nimirum Theodorus Asinæus), *τῷ Πλωτίνῳ πειθόμενος, τὸ προσεχῶς ἀπὸ τοῦ ἀπορρήτου προελθὸν ὑπουράνιον ἀψῖδα προσείρηκεν, ὡς ἐν τῷ περὶ ὀνομάτων φιλοσοφεῖ περὶ τούτων.* Nostro quidem loco diserte hujus *ἀψῖδος* nulla mentio, nec alibi, quod sciam, in his Enneadibus; ut fortasse hoc testimonium Procli argumento sit, in altera illa Plotinianorum librorum *ἐκδόσει* (cujus alia quoque vestigia offendimus) hæc uberius alicubi exposita fuisse.—Addam binos locos: Philo Jud. de Cherubim. Vol. II. p. 14. Pfeiff.: *τοῦ παντὸς οὐρανοῦ ἔσχατος ἀψίς.* Stob. Eclogg. Physs. I. 27. p. 550. Heer. de luna: *κοιλὴν ἔχοντι τὴν ἀψῖδα.* Unde *ἀψίδιον* deminutivum; de quo vid. Coraës in *Ἀτάκτοις* II. p. 77. Ceterum cf. Plotin. IV. 1. p. 360. A.

p. 1019, 17. *τοῖς δὲ διὰ παντὸς οἷον οἰνωθεῖσι καὶ πληρωθεῖσι τοῦ νέκταρος*] Imaginem a Platone suo est mutuatus, cum de Phædro p. 247. fin. p. 43. Bekk. tum de Symposio p. 203. p. 429. Bekk. Quod *οἰνωθεῖσι* cum Nectaris mentione conjungitur h. l., admonet Appuleii Metamorphos. VI. 125. p. 426. sq. Oudend.: "Tunc poculum nectaris, *quod vinum deorum est*, Jovi quidem suus pocillator ille rusticus puer, ceteris, vero Liber ministrabat:" ubi Oudendorpio suffragandum puto, qui verba *quod—est* a glossematis suspi-

cione liberanda censuit. Etiam Lucianus in Lexiphane I. p. 319. Wetsten.: *νέκταρος γάρ τινος ἔοικας οἰνοχοήσειν ἡμῖν ἀπ' αὐτοῦ.* Ceterum quod Plotinus addit *καὶ πληρωθεῖσι*, non superfluum, siquidem ut plurimum *οἰνώμενον* distinctum volunt Græci a *μεθύοντι* (Wesseling. ad Diodor. I. 57. p. 67. Mangeius ad Philon. I. p. 350.) Nam supra (Platonem secutus in Symposii l. l.) p. 299. A. usurpat *μεθύειν τῷ νέκταρι*, et ibid. D: *καὶ εὖδειν ἐκεῖ ὁ Πόρος οἷς ἐπληρώθη βεβαρημένος.* Philo Jud. de Plantat. Noë p. 234. a. p. 148. Pfeiff.: *Ἔστι τοίνυν τὸ μεθύειν διττὸν, ἓν μὲν ἴσον τι τῷ οἰνοῦσθαι. ἕτερον δὲ ἴσον τῷ ληρεῖν ἐν οἴνῳ.* Cum his vero locis Plotini comparari debent hæc Procli in Plat. Theol. IV. 15. p. 202: *ἡ δὲ τρόφιμος τῶν θεῶν αἰτία νοητή τις ἐστὶν ἕνωσις τὴν ὅλην συλλαβοῦσα τελειότητα τῶν θεῶν ἐν ἑαυτῇ, καὶ πληροῦσα τοὺς θεοὺς ἀκμῆς καὶ δυνάμεως, εἴς τε τὴν πρόνοιαν τῶν δευτέρων καὶ τὴν νόησιν τὴν ἄτρεπτον τῶν πρώτων. ἀλλ' ἄνω μὲν ἑνοειδῶς τούτων οἱ θεοὶ μετέχουσι, ἐν δὲ ταῖς προόδοις ἑαυτῶν διῃρημένως. Ὅπου δὴ καὶ τῆς τροφῆς ἡ μὲν ἀμβροσία καλεῖται παρὰ τοῦ Πλάτωνος, ἡ δὲ νέκταρ. Πρὸς δὲ τὴν φάτνην, φησὶ* (Plato in Phædri l. l.) *τοὺς ἵππους στήσας παρέλαβεν* (l. *παρέβαλεν*) *ἀμβροσίαν, καὶ ἐπ' αὐτῇ νέκταρ ἐπότισεν κ. τ. λ.* Julian. Epist. XXVII: *τὸ γὰρ ἀεὶ περὶ αὐτῶν ἀκούειν καὶ λέγειν ἔστι μοι νέκταρ.* Quæ formula proverbii vim adepta est. Vid. L. H. Heyler. ad eum locum. p. 291.

p. 1020, 3. *ἀλλ' ἔχει τὸ ὀξέως ὁρῶν ἐν αὑτῷ τὸ ὁρώμενον*] Vaticanus non agnoscit *τὸ*, atque cum Ficinus masculino utatur, equidem, si unus liber addixisset, reposuissem *ὁ ὀξέως ὁρῶν*, præsertim cum proxime in *ἔχων* consentiant omnes.

— 7. *ὥσπερ εἴ τις ὑπὸ θεοῦ κατασχεθεὶς, Φοιβόληπτος ἢ ὑπό τινος Μούσης*] In Herodoto IV. 13. aliquot libri MSS. hoc ipsum offerunt pro Ionico *φοιβόλαμπτος*, minus recte. Longinus de Sublim. XVI. 2. p. 68. Weiskii: de Demosthene: *ἀλλ' ἐπειδὴ, καθάπερ ἐμπνευσθεὶς ἐξαίφνης ὑπὸ θεοῦ καὶ οἱονεὶ φοιβόληπτος γενόμενος τὸν κατὰ τῶν ἀρίστων τῆς Ἑλλάδος ὅρκον ἐξεφώνησεν.* Lycophron in Cassandra v. 1460. hanc ipsam virginem *τὴν φοιβόληπτον* χελιδόνα appellat, quod Tzetz. in Scholiis p. 1046. explicant: *τὴν μαντικὴν*, et *φοιβόληπτοι* sive *θεοφόρητοι* dicti, qui dæmonis, sive boni sive mali, instinctu divinant, aut quidvis aliud mentis suæ non compotes agunt. Hinc etiam ad poetas, oratores transfertur, observante Mer. Casaubono ad Antonin. XII. in ed. Gatakeri p. 420. Quod addit Plotinus: *ἢ ὑπό τινος Μούσης* (*κατασχεθεὶς*), haud dubie ante oculos habuit alium locum Phædri. Ita enim p. 245. a. p. 37. Bekk. Plato: *τρίτη δὲ ἀπὸ Μουσῶν κατακωχή τε καὶ μανία λαβοῦσα ἁπαλὴν καὶ ἄβατον ψυχὴν, ἐγείρουσα καὶ ἐκβακχεύουσα κατά τε ᾠδὰς καὶ κατὰ τὴν ἄλλην ποίησιν κ. τ. λ.* Idem de Legg. VII. 790. d. e. p. 6. Bekk.: *καθάπερ αἱ τῶν ἐκφρόνων βακχειῶν τάσεις ταύτῃ τῇ τῆς κινήσεως ἅμα χορείᾳ καὶ μούσῃ χρώμεναι.* Quem locum ante oculos habuisse videtur Philo Jud. Quis rerr. divinn. hæres p. 482. ed. Mangeii (Vid. annot. nostr. ad Cic. de Divinat. I. 1. p. 5. edit. Moseri.) Himerius Orat. XIII. 7. p. 596. Wernsdf.: *ἢ οἷον τὸν βακχειώτην, οὕτω γὰρ αὐτὸν ἡ λύρα καλεῖ, τὸν Διόνυσον λέγουσα, ἧρος ἄρτι τὸ πρῶτον ἐκλάμψαντος, ἄνθεσί τε ἠρινοῖσι καὶ κισσοῖ κορύμβαις Μούσαις κάτοχοι ποιηταὶ στέψαντες ἄγουσι κ. τ. λ.* Proxima Platonici Phædri expressit Philo Judæus de Providentia in Vers. Armen. et Latin. p. 77. ed. Ven. (ubi in Græcis scribe *ἀφίκηται*) itemque Plutarchus de Virtute Morali p. 452. B. p. 845. Wytt.: *οὐ γὰρ μόνον ἐν ποιήμασιν, ᾗ φησιν ὁ Πλάτων, τὸν τεχνίτην καὶ διηκριβωμένον ὁ μουσόληπτος καὶ κατάσχετος ἀποδείκνυσι γελοῖον κ. τ. λ.* Olympiodorus in Platonis Alcib. pr. p. 2: *Δεύτερος ἐνθουσιασμός ἐστιν ἐν τῇ Πολιτείᾳ, ἔνθα μουσόληπτος γεγονὼς ὑπεκρίθη τὰς Μούσας* sc. Plato, qui ibidem in Timæo dicitur esse *θεόληπτος*: in Phædro: *νυμφόληπτος*. Accurate varias obsessionis (ut ita dicam) genera distinguit Iamblichus Myster. III. 5. p. 65. Gal. e quo loco tantummodo initium excerpam: *ἔστι δὴ οὖν πολλὰ τῆς θείας κατακωχῆς εἴδη* (extremam vocem non agnoscunt libri mei) *καὶ πολλαχῶς, ἡ θεία ἐπίπνοια ἀνακινεῖται· ὅθεν δὴ καὶ πολλὰ τὰ σημεῖα αὐτῆς ἐστι διαφέροντα.* Scribe *καὶ διαφέροντα*. Ita enim omnes codices, quorum quidem lectiones habeo. Sed totus locus cum Plotiniano comparari debet.

— 10. *Εἰ δέ τις ἡμῶν ἀδυνατῶν ἑαυτὸν ὁρᾷν*] Sequentia ante oculos habuisse videtur Dionysius Areop. de divv. nomm. IV. 9. p. 561: *ψυχῆς δὲ κίνησίς ἐστι, κυκλικὴ μὲν, ἡ εἰς ἑαυτὴν εἴσοδος ἀπὸ τῶν ἔξω καὶ τῶν νοερῶν αὐτῆς δυνάμεων ἡ ἑνοειδὴς*

συνέλιξις, ὥσπερ ἔν τινι κύκλῳ τῷ ἀπλανὲς καὶ ἀκίνητον αὐτῇ δωρουμένη, καὶ ἀπὸ τῶν πολλῶν τῶν ἔξωθεν αὐτὴν ἐπιστρέφουσα καὶ συνάγουσα πρῶτον εἰς ἑαυτὴν εἶτα ὡς ἑνοηδῆ (leg. *ἑνοειδῆ*. Possis etiam *ἑνοειδῆ ἤδη*) *γενομένην, ἑνοῦσα ταῖς ἑνιαίως ἡνωμέναις δυνάμεσι, καὶ οὕτως ἐπὶ τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν χειραγωγοῦσα τὸ ὑπὲρ πάντα τὰ ὄντα, καὶ ἓν καὶ ταὐτὸν καὶ ἄναρχον καὶ ἀτελεύτητον.*

p. 1021, 6. *Δεῖ δὲ—γνωματεύειν αὐτὸν*] Habet a Platone suo hoc verbum de Republ. VII. p. 516. fin. p. 330. Bekk. quem locum licet cum imitatorum locis indicaverit Ruhnkenius ad Tim. Lex. Platon. p. 72. ut fere alibi, hic quoque Plotini mentionem neglexit. Quod in aliquot nostrorum Codicum margine legitur Scholion (vid. Var. Lect.) id ex Etymologico Magno, vel Suida, vel Zonara in voc. desumtum est. Adde Etymol. Gud. p. 128. et ad calc. Orion. p. 622. et Scholia in Platon. p. 179. Ruhnken. Philostrat. Vita Apollon. II. 30. p. 83. Olear.: *πολλὰ δ' ἐν ὄφρυσι καὶ παρειαῖς κεῖται γνωματεύειν τε καὶ θεωρεῖν.* Clemens Alex. Strom. VII. p. 869. Potter. infr.: *τῷ δικαίῳ τὸ πρακτέον γνωματεύουσα.* Præter ceteros hoc verbum trivit Themistius observante Ruhnken. l. l. In ejus Orat. XXVI. p. 312. B. pro *ἀριστεύειν* Petavius in Cod. invenerat *κνιαρεύειν*, ipse conjicit *γνωματεύειν*, improbante Ruhnkenio. Valckenaerius ad marginem exempli mei adscripsit: *διακρινεῖν.* Leo Draconus X. p. 108. de Basilio imperatore: *ὁσημεραὶ τὰς φάλαγγας συντάττων καὶ ἐξασκῶν, καὶ γνωματεύων ὅτῳ τρόπῳ τῷ ἀποστάτῃ ἐπέλθοι*: *explorans.* Vid. Hasii notas philologicas p. 254. ex Agathia plures locos geminos laudantis. Mox post *πίστιν* videri possit verbum excidisse, potest tamen etiam referri ad *μαθόντα.*—Proxime e Ciz. dedi: *οἷς ἐκεῖθεν ἥκει ἐκλάμποντα τοῖς νοήμασι* i. e. *ἐκλάμποντα τοῖς νοήμασιν ἃ ἐκεῖθεν ἥκει.* Editio et libri reliqui habent *οἷος.*

p. 1022, 2. *ὡς τῶν κακῶν—Νόσος*] Morbus est in animali vitiositas (*κακία*). Vid. Platonis Sophist. p. 228. d. p. 151. Bekk. Quem locum laudat Olympiodorus in Alcib. pr. 22. p. 191: unde ad ea quæ deinde sequuntur, hæc teneamus: *τρία γὰρ τινά ἐστι τὰ εἰωθότα περιφέρεσθαι· ἐγὼ, τὸ ἐμὸν, τὰ τοῦ ἐμοῦ.*

p. 1023, 4. *τὴν—ἀγλαΐαν ἀσμενίσας*] Cf. Wyttenbach. ad Plutarch. de virtut. et vit. (p. 101. D.) in animadvv. p. 693, qui Constructionis cum Accusativo et cum Dativo exempla collegit.

— 6. *Ζεὺς παῖς ἐξεφάνη κ. τ. λ.*—et p. seq. A. *Καὶ γὰρ ζωὴν ἔχει*] Respicit Plotinus partim eundem Phædri locum (p. 246. c. 247) quem supra aliquoties laudavimus, partim Cratylum p. 396. a. b. ubi de *Ζηνὶ*, tanquam *ζωῆς* auctore, et de *Διΐ*, tanquam *Κρόνου παιδὶ*, de quo ibidem ita Plato: *εὔλογον δὲ, μεγάλης τινὸς διανοίας ἔκγονον εἶναι τὸν Διά.*

— 15. *Διὸ οὐκ ὀρθῶς* (scil. *δοκοῦσιν*) *οἳ φθείρουσι* (sc. *τὸν κόσμον τὸν αἰσθητὸν*)—*καὶ γεννῶσιν οὕτως*] Inest in his verbis eadem breviloquentiæ elegantia, quam supra offendimus IV. 5. 2. p. 442. B. in his: *καὶ οἱ ἐκχέοντες δὲ τὰς ὄψεις*, ubi consule annot. Est autem locus in eo diversus a ceteris, quos collegimus, quod pro Participio Pronomen cum Verbo finito habet.

p. 1024, 3. *Ὁ οὖν θεὸς, ὁ εἰς τὸ μένειν ὡσαύτως δεδεμένος*] Fortasse vertendum erat: *ut* eodem semper statu maneret. Ad hæc et sequentia non repeto, quæ in Meletematis I. p. 44. sq. et ad Ciceronis de N. D. II. 25. p. 304. hæc: "Vinctus est autem a Jove, ne immoderatos cursus haberet:" cet. congessi. Nostri loci fons est in Platonis Cratylo p. 396. b. c. itemque in Timæo p. 42. p. 46. Bekk.: *καὶ ὁ μὲν δὴ ἅπαντα ταῦτα διατάξας ἔμενεν ἐν τῷ ἑαυτοῦ κατὰ τρόπον ἤθει. μένοντος δὲ νοήσαντες οἱ παῖδες τὴν τοῦ πατρὸς τάξιν ἐπείθοντο αὐτῇ κ. τ. λ.* Ad illum Cratyleum locum multa disputat Proclus p. 55. sqq. ed. Boissonad.; unde pauca hæc excerpam, quæ ad hæc Plotiniana maxime faciunt p. 66: "Μηδεὶς δ' οἰέσθω διὰ ταῦτα μεμερισμένας εἶναι τὰς ἐνεργείας τὰς εἰρημένας ἐν τοῖς θεοῖς, οἷον ἐν τῷ Διΐ μόνην τὴν πρόνοιαν, ἐν δὲ τῷ Κρόνῳ τὴν πρὸς ἑαυτὸν στροφὴν μόνην, ἐν δὲ τῷ οὐρανῷ τὴν πρὸς τὸν νοητὸν μόνην ἀνάστασιν (Leg. *τὴν πρὸς τὸ νοητὸν μ. ἀνάτασιν.* Simile vitium optimi Codicis Argentoratensis ope sustuli e Procli Inst. Theol. §. 35. ubi vid. not. p. 62.): *καὶ γὰρ ὁ Ζεὺς οὐκ ἄλλως προνοεῖ τῶν ἐγκοσμίων ἢ πρὸς τὸ νοητὸν βλέπων· ἥπερ οὖν νοῦς ἐνούσας ἰδέας ἐν τῷ ὃ ἐστι ζῷον ὅσαι τέ εἰσιν καὶ ὁποῖαι καθορᾷ*" *φησὶν ὁ Τίμαιος* (Plato Tim. §. 24.) *ὁ δ' Ὀρφεὺς ἐνθέῳ στόματι λέγει, καὶ καταπίνει* (Orph. Fragmm. p. 456. Herm.) *τὸν πρόγονον αὐτοῦ τὸν Φάνητα, καὶ ἐγκολπίζεται πάσας αὐτοῦ τὰς δυνάμεις ὁ Ζεὺς, καὶ γίνεται πάντα νοε-*

ρῶς ὅσαπερ ἦν ἐκεῖνος νοητῶς, καὶ ὁ Κρόνος πάσης τῆς δημιουργίας ἐνδίδωσι (*ἐκδίδωσι* Cod. V.) *τῷ Διὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τῆς εἰς τὰ αἰσθητὰ προνοίας, καὶ ἑαυτὸν νοῶν ἥνωται τοῖς πρωτίστοις νοητοῖς καὶ πεπλήρωται τῶν ἐκεῖθεν ἀγαθῶν.—Εἰ οὖν τροφὴ, τὸ νοητὸν, διακορὴς ἐστιν ὁ Κρόνος, οὐ μόνον τῶν συστοίχων αὐτῷ νοητῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν ἀκροτάτων καὶ κρυφίων νοήσεων* (fort. *νοήσεως*, nisi ad *τροφὴ* referre velis.) Damascius in Cod. Mon. fol. 244: *ἔπειτα καὶ δημιουργὸν αὐτὸν ἀνυμνοῦσι τὸν Κρόνον τὸν προχειρισμὸν τῆς δημιουργίας ἑαυτῷ θεασάμενος* (leg. *θεασάμενον*. Vocem *προχειρισμὸς* e Meletemm. nostris l. l. adjecit Novo Stephani Thesauro p. 10501. Schæferus.) Proxima Plotini: *μεταξὺ ὢν πατρός τε ἀμείνονος κ. τ. λ.* tractavit Cudworth. in Syst. Intell. IV. 36. p. 687. Mosh. Cf. Plotin. supra p. 487. et p. 512. sq.

p. 1024, 4. *οὐ γὰρ ἦν αὐτῷ πρὸς τρόπον,*] Ita scripsimus cum libris plurimis: "Neque enim aptum erat, neque enim decebat eum." Vid. Viger. de Idiotismm. IX. 8. 3. et 4. et Matth. Gr. gr. §. 590. ed. alter.

— 7. *ἔστησε δ' αὖ καὶ τὰ εἰς θάτερα ἀπὸ τοῦ παιδὸς ἀρξάμενα εἶναι μετ' αὐτὸν*] Id est: disposuit rursus etiam contraria (i. e. sequiora, quæ ad inferiora vergunt: *πρὸς τὸ κάτω*) inde a filio suo initium faciens (id est: inde a primis, quæ post Jovem veniunt) ita ut essent post hunc (Jovem). Formulam *ἀπὸ τοῦ παιδὸς ἀρξάμενα* a Platone sumsit; de qua vide Heusdii mei Specim. in Platon. p. 39. Heindorf. ad Gorg. §. 60. p. 83. Buttmann. ad Alcib. pr. p. 116. Sturz. Lex. Xenoph. I. p. 427. et Matth. Gr. gr. §. 557. p. 1100. ed. alter.—Mox fortasse scribendum *τῷ πρὸς τὸ κάτω δεσμῷ*. Sed vereor, ne majus vitium lateat. Deinde *ἢ κατὰ κάλλος*, i. e. quam ut pulcritudo ad eum pertinere possit. De hac locutione vid. Ast. ad Platon. Remp. p. 393. et quæ ipse posui ad Procli Inst. Theol. p. 196. sq. ubi post Adverbium comparativum ponitur: *καὶ μειζόνως ἢ κατὰ τὴν ἐν τοῖς οὖσι τῶν δευτέρων πρὸς τὰ πρῶτα ὁμοιότητα.*

—15. *Εἰ οὖν ἡ ψυχὴ ἡ τοῦ παντὸς—καὶ ἡ Ἀφροδίτη*] Vid. Timæi Platonici locum de animæ generatione p. 34. sqq. p. 31. sqq. Bekk. et cf. Plotinum III. 5. 2. 3. 4. 5. 7. 8.

p. 1025, 3. *ἐπεὶ καὶ ὅταν καὶ αὐτοὶ καλοὶ κ. τ. λ.*] Cf. supra p. 463. A. item p. 54. F. præsertim p. 55. D. et quæ in hunc locum annotavimus cum in hac edit. tum in Heidelb. p. 292. sq.

— 7. *ἢ κατ' ἄλλην ὁδὸν πάλιν αὖ δεῖ ἐπελθεῖν.*] Addidi *πάλιν* ex bonis libris pluribus. Vid. supra IV. 4. 19. init. ibiq. Annot. Ceterum habent hæc extrema verba capitis nescio quid nativi quodque ad animum commovendum mirum quantum facit.

LIB. IX.

P. 1026, 7. ΠΕΡΙ ΝΟΥ (libri aliquot *τοῦ νοῦ*, sed in Porphyrii edit. Articulus etiam abest) ΚΑΙ ΤΩΝ ΙΔΕΩΝ ΚΑΙ ΤΟΥ ΟΝΤΟΣ] Liber quintus ex ordine chronologico. Vid. Porphyr. de Vit. Plotin. cap. IV. coll. cap. XXV. fin. Argumentum hujus libri cognatum est cum iisdem fere dialogis Platonis, quos indicavimus ad librum præcedentem, nec minus cum Aristotelis Metaphysicis. E Platonicis Philosophis plerique huc faciunt. Apponere juvat hæc Alcinoi de Doctrina Platonis c. 10. p. 474: *Ἔτι καὶ ἄλλας ἀρχὰς παραλαμβάνει* (Πλάτων) *τήν τε παραδειγματικὴν, τοῦτ' ἔστι τὴν τῶν ἰδεῶν, καὶ τὴν τοῦ πατρὸς καὶ αἰτίου πάντων θεοῦ. ἔστι δὲ ἡ ἰδέα, ὡς μὲν πρὸς θεὸν, νόησις αὐτοῦ· ὡς δὲ πρὸς ἡμᾶς, νοητὸν πρῶτον· ὡς δὲ πρὸς τὴν ὕλην, μέτρον· ὡς δὲ πρὸς τὸν αἰσθητὸν κόσμον, παράδειγμα· ὡς δὲ πρὸς αὐτὴν ἐξεταζομένη, οὐσία.* Cf. etiam Porphyrii Sententt. c. XXIII—XXVI. Hunc librum ante oculos habere videri possit Philoponus in Aristotel. de Anima, ut in librum III. fol. Q. p. 7. ed. Venet. *Πλωτῖνος δὲ ἐνεργείᾳ νοῦν ἐνόησεν τῶν* (leg. *τὸν*) *ἀνθρώπινον νοῦν, τὸν μὲν ἀεὶ ἐνεργοῦντα, τὸν δὲ ποτὲ ἐνεργοῦντα. πεπλάνηται δὲ Πλωτῖνος ἀπὸ Πλάτωνος. ἀκούσας γὰρ ἐξ ἐκείνου, ὅτι ἡ ψυχὴ ἀεικίνητός ἐστι, ἐνόμισεν ἀεικίνητον αὐτὸν λέγειν τῷ ἀεὶ νοεῖν, καὶ διὰ τοῦτο οἴεται εἶναι νοῦν ἀεὶ νοοῦντα. Φησὶν οὖν ὁ Πλωτῖνος· ὅτι ἐνεργείᾳ νοῦν λέγει τὸν ἀνθρώπινον νοῦν τὸν ἀεὶ νοοῦντα.* Idem ibid. p. 8: *ὁ δὲ Πλωτῖνος ἠπατᾶτο ἐκ τοῦ ἀεὶ ἐνεργεῖν, καὶ ὑπετίθετο ἐν ἡμῖν νοῦν ἀεὶ ἐνεργοῦντα, καὶ τοῦτον ἔλεγεν ἐνεργείᾳ νοῦν.* Diserte laudatur hic liber a Syriano in Aristotelis Metaphyss. lib. II. c. 4. in ed. Syriani Latina Venet. 1580. fol. 29. b:— "Quod autem de forma separabili sit forma, manifeste significat (Aristoteles) subjungens, necesse est aliquam esse præter simul totum formam et speciem. Si vero rursus hanc ponet quis;

dubitatio est, et in quibus ponet, et in quibus non. quod enim in omnibus non sit possibile, manifestum est. non enim utique posuerimus esse aliquam domum præter quasdam domos, quod consuevit Parmenides dubitare: hoc et ipse quærit, in quibus est idea, et quorum non. Accurate igitur in Commentariis in Parmenidem a divo Iamblicho de his dictum est, positumque est et apud *Plotinum* in consideratione *de intellectu et de speciebus et de ente*." Cf. ibid. fol. 20. a. ubi item Plotinus in eadem causa laudatur, nec minus fol. 6. a. b. Idem Syrianus fol. 35. a. b: " Incipit (Aristoteles) ad oppositum argumentari, et dicit maxime dubium esse *ipsum ens* supponentibus sermonem *de substantia entium*. quod quidem profunda consideratio sit, quo pacto ex uno, nullam duplicitatem nec multitudinis apparentiam habente in se ipso, neque diversitatem, omnia subsistunt, declarant *Plotinus*, Porphyrius, Iamblichus et omnes, qui consideratius circa hoc problema versati sunt." Denique fol. 65. a. posteaquam exposuit, "*quorum* (*entium*) *ideæ sint*, quorum non," ita pergit: " Quæ vero solis corporibus accidunt, in naturæ rationibus determinatas habent causas ex Iamblichi sententia. notat namque *Plotinus*, non esse ponendam ideam albedinis in intellectu. Non ergo cujus est unus in multis conceptus, hujus idea est &c." Tu cf. supra p. 181. ubi albedinis mentionem facit Plotinus, et confer etiam *Simplicium* in Aristotelis Physica lib. I. comment. 25. fol. 27. b. ed. Latinæ Parisiensis 1544.—Anglice vertit hunc librum T. Taylor in Select Works of Plotinus p. 284. sqq.

p. 1026, 9. *Πάντες ἄνθρωποι—αἰσθήσει πρὸ νοῦ χρησάμενοι κ. τ. λ.*] Congruit hoc caput cum Platone in Phædon. p. 81. p. 52. sq. Bekk. ad quem locum adhibe Wyttenbachium p. 208. Respicit eundem Platonis locum Synesius p. 144. ad quem Nicephorus in Scholiis p. 394. ita: (*τῇ φύσει*) *ταῦτα μὲν τῆς Πλάτωνος ἔχεται δόξης, οὐχ ἧττον δὲ καὶ τῆς τοῦ Πλωτίνου. φησὶ γὰρ ὁ Πλωτῖνος ὅτι πάντες ἄνθρωποι κ. τ. λ.* Nimirum totum hoc caput primum suis Scholiis interposuit Nicephorus.

ib. *γενόμενοι*] Non agnoscit Nicephorus. Idem mox pro *προσβαλόντες* habet: *πρῶτον ὁμιλήσαντες*. Deinde omisit verba: *πρώτοις—διέζησαν.*

— 13. *ἀρκεῖν ἐνόμισαν*] Niceph. *ἀρκ. ᾠήθησαν εἰ τὸ μὲν διώκοιεν τὸ δὲ ἀποτρέποιεν καὶ σοφὸν τοῦτο αὐτοῖς ἐνομίσθη κατὰ τοὺς βαρεῖς τῶν ὀρνίθων*—omissis reliquis.—Quod in aliquot Codd. ad *ἀποικονομούμενοι* in marg. adscriptum legitur *ἀποσκευαζόμενοι*, idem interpretamentum supra offendimus in libris MSS. I. 4. 6. p. 33. D. ubi consule annotat. nostram.

p. 1027, 1. *καίπερ πτερὰ—λαβόντες.*] Ignorat Niceph. Idem *ἤρτησαν*. Mox idem: *κινοῦντες αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ ἡδέος πρὸς τὸ βέλτιον τοῦ τῆς ψ. κ.* Idem mox: *κατενῄχθ. αὖθις ἐπὶ πράξεις σὺν τῷ τ. α. ὀν.* omissis reliquis.

— 8. *ὀξύτητι ὀμμάτων*] Niceph. *ὀμμ. ὀξ.* omissis verbis *ὥσπερ ὑπὸ ὀξυδορκίας*, et mox *καὶ* ante *ἐνταῦθα*. Idem *ὑπεριδών*. Atque prorsus memoriter laudavisse hunc locum suspiceris Nicephorum.

— 11. *ὥσπερ ἐκ—πλάνης εἰς πατρίδα εὔνομον ἀφικόμενος ἄνθρωπος*] Non repetam, quæ posui ad locum geminum I. 6. 8. p. 57. A: *πατρὶς ἡμῖν, ὅθεν παρήλθομεν* præcipue in hujus libri edit. Heidelb. p. 352. sqq. et in Præparat. ad eum p. XCI. Hic quædam adscribam conjunctiora cum nostro loco. Ac sicut Axiochi auctor: *παρεπιδημία τίς ἐστιν ὁ βίος*: ita jam Pythagorei dixerant. Vid. Fischeri Not. ad eum locum in Æschin. Dialogg. III. 3. p. 118. Philo Jud. de Confus. Lingg. p. 417. Mang. explicans sententiam Jacobi Genes. XLIX. 9. ita:—*πρὸς τὸ δεῖξαι ὅτι παροικεῖ μὲν ὁ σοφὸς ὡς ἐν ξένῃ σώματι αἰσθητῷ, κατοικεῖ δ' ὡς ἐν πατρίδι νοηταῖς ἀρεταῖς.* Supra admonui gemini loci in Epist. ad Hebr. XI. 13. sq. Ad eum adhibendus Jo. Chrysostomus, qui similia habet Orat. XXIV. p. 1906. ed. Commelin. Addo verba simillima Theodori Metochitæ Miscellan. CXVI. p. 795. ed. Müller. et Kiessling.:—*καὶ τὴν ὡς ἀληθῶς ἄνω πατρίδα καὶ πολιτείαν ἑστῶσαν καὶ ἀστασίαστον.* Fortasse imitatus est Plotini nostri *εὔνομον πατρίδα*. Certe hæc verba ita vertenda sunt, ut non tantum cum Ficino "*legitimam* patriam" dicas, sed *bonis legibus constitutam*. Ejusmodi civitas eadem sententia *εὐνομεῖσθαι* dicitur; quod ad terram, cives domumque pariter pertinet. (Thom. Mag. p. 391.) Herodotus de Lacedæmoniis I. 66: *οὕτω μὲν μεταβαλόντες εὐνομήθησαν*. Idem I. 97: *καὶ οὕτω ἥ τε χώρη εὐνομήσεται*. Plato Legg. XII.

p. 950. et sq. ter dicit: *πόλις εὐνομουμένη.* Aristotel. Polit. IV. 8. p. 109. infr. Sylb. ubi est *πόλιν εὐνομουμένην* et *ἀριστοκρατουμένην.* Idem II. 1. p. 23: *αἷς τε (πολιτείαις χρῶνταί τινες τῶν πόλεων τῶν εὐνομεῖσθαι λεγομένων.* Libanius in Ulixe Vol. IV. p. 17. Reisk.: *ἐπεὶ κἂν τοῖς Ἕλλησιν αὐτοῖς ἐν ταῖς εὐνομουμέναις τῶν πόλεων*: ubi nescio unde Reiskius in nota apposuit *μάλιστα*: quam voculam nemo desiderabit, qui verbi hujus vim pensitaverit.

p. 1027, 15. *ἅτε ἐρωτικὸς*] Cf. Ennead. I. Lib. III. c. 2 et 3. p. 20. sq. et Præparat. ad Plotin. de pulcrit. p. CIV. ed. Heidelb. Ad sequentia: *ἐπὶ τὰ τῆς ψυχῆς καλὰ* adhibe, quæ posuimus ad præcedentem librum de intelligib. pulcritud. p. 543. E.

p. 1028, 1. *εἴ τι ἂν πάλιν αὖ πρὸ τούτου*] Sc. *εἴη*, si intactum relinquas *ἄν*, quod ab aliquot libris abest. Nam si probabiliter id esse, sive eventurum esse, ponitur, quod Conditio continet, *εἰ* cum *ἄν* potissimum jungitur. Vid. Reisig. Comm. Crit. in Sophocl. Œdip. Colon. p. 399. et cf. Matth. Gr. gr. §. 525. 7. not. 10. adde Stallbaum ad Platon. Sympos. in Bibl. Gr. Vol. I. part. 3. p. 150. et Voemelii nostri Annot. in Demosth. Philipp. I. §. 18. p. 174. sq.

— 5. *τοῦτο τὸ κάλλος τὸ ἐπὶ τοῖς σώμασι—τί οὖν τὸ ποιῆσαν σῶμα καλόν;*] Cf. ad hæc et seqq. supra p. 50. C. D. et p. 55. E. Nam quæ ibi paucorum verborum ambitu comprehendit Plotinus: h. l. uberius et planius explicat. Copiose etiam de his ipsis agit in libro: *quomodo idearum multitudo existit et de ipso Bono* p. 714. sq. et p. 724. sq. E quibus locis inter se conjunctis hoc efficitur: ternos esse fontes pulcritudinis: *τὸ ἀγαθὸν, τὸν νοῦν, τὴν ψυχήν*: demto vero primario fonte, qui est in summo Bono, nec secundarii ullam vim ad animum existere animamque torpere ad intelligibilem pulcritudinem. Quin etiam in corporum pulcritudine elucere quasi quendam summi boni fulgorem. Cf. Annot. in libr. de Pulcrit. p. 293. sqq. ed. Heidelb.

— 15. *νοῦς δὲ—ὥσπερ ἐν προθύροις τἀγαθοῦ*] Plato Philebo p. 64. p. 246. Bekk. (220. Stallb.): *Σωκρ. Ἆρ' οὖν ἐπὶ μὲν τοῖς τοῦ ἀγαθοῦ νῦν ἤδη προθύροις καὶ τῆς οἰκήσεως ἐφεστάναι τῆς τοῦ τοιούτου λέγοντες ἴσως ὀρθῶς ἄν τινα τρόπον φαῖμεν*; Cf. ibid. p. 62. p. 242. Bekk. (208—210. Stallb.) ubi cf. Olympiodori Scholl. p. 283. sqq. ed. Stallb. Attingit Platonis locum etiam Proclus in Platon. Theolog. V. 28. p. 309. itemque in Alcib. pr. p. 111. ed. nostr. ubi dicit: *κάλλος ἐν ταῖς τῶν ἀγαθῶν πρωτίστοις τάξεσι.* Damascius de Principiis c. XXXIII. p. 89. Kopp.:—*ὃ καὶ Σωκράτης ἐδήλου διὰ τῶν ἐν προθύροις αὐτοῦ καὶ ὁπωσοῦν προφαινομένων τριῶν μονάδων ἀληθείας, κάλλους συμμετρίας, ταύτης μὲν τὴν τάξιν παρεχομένης ἐν τοῖς πᾶσι, τοῦ δὲ κάλλους τὴν συμπαθῆ πρὸς ἄλληλα σύγκρασιν, τῆς δὲ ἀληθείας τὴν ὕπαρξιν, ὡς ἀληθῶς ἐκείνου δὲ πάντα ὁμοῦ ἀπορρήτως.*

p. 1029, 1. *Ἐπισκεπτέον*] Quod Vatic. offert *Ἔτι σκεπτέον*, pertinet ad confusionem latissime per Græcorum monumenta scriptorum patentem; de qua criticorum observationes permultas congessit Valckenaerius in Scholis in Epist. Hebr. XI. 14. Vol. II. p. 579. Quod proxime Marciani duo habent *καὶ—ὁδὸν ἰέναι*, arrideat fortasse ei, qui reputet usitatum esse *ἰέναι, πορεύεσθαι, πέμπειν ὁδόν.* Xenoph. Cyrop. II. 4. 13. Plato Republ. VI. 506. C. p. 315. Bekk. et quæ plura collegit Matth. Gr. gr. §. 409. 4. Vulgata lectio confirmat Bosii sententiam de Ellips. p. 441. p. 718. Schæf.

— 8. *πάντα σύνθετα—τέχνη—φύσει*] Wyttenbachius nostrum locum adhibuit verbis Platonis in Phædone c. 26. p. 36, quæ ita ab eo interpunguntur: *τῷ μὲν συντεθέντι καὶ συνθέτῳ ὄντι φύσει, προσήκει τοῦτο πάσχειν, διαιρεθῆναι ταύτῃ ᾗπερ συνετέθη* i. e. "*ei quod componendo factum est, et quod sua natura compositum est;* ut duo genera compositorum significentur; alterum *συντεθὲν, arte factum, nec ab initio sic ortum:* alterum *sic natum, et natura sua existens, σύνθετον ὂν φύσει.* Et huc referre videtur Plotinus quod dicit." Sequitur noster locus; quocum conferas, quæ supra posuit Plotinus IV. 7. 12. p. 466. B.

— 13. *καὶ συγκρίματα*] Vid. supra p. 103. G.

— 16. *ὕλη γὰρ παρ' αὐτῆς—ἄμορφος*] Ita scripsi cum uno Marc. et Mon. et Ficin. pro *ὕλης*. Deinde cum libris omnibus et cum Ficino adjeci *τὸ εἶδος—ζητήσεις*, quam sententiam cum in Græcis editionis non invenisset, omittendam in sua versione duxit Taylor. Tertio loco pleniorem lectionem recepi cum Fic. et duobus Codd. *τὸ δὲ ὡς εἶδος* pro *τὸ δὲ εἶδος*: denique pluribus libris suffragantibus *ὡς ἡ ἐπὶ τῷ—μορφὴ*, pro *ὡς ἐπὶ τῷ—μ.*

p. 1030, 14. Ἐγγὺς μὲν ἀληθείας—ψυχῇ] Hæc verba non expressit Taylor. Ficinus expressit et libri omnes agnoscunt. Cæterum universi hujus loci fontem esse in Platonis Timæo non est quod operose monstremus. Vid. præcipue p. 28. sq. p. 23. sqq. Bekk. Cf. de νῷ δημιουργῷ Proclum in Alcib. pr. p. 311.

— 18. οὐ γὰρ δὴ, ὡς οἴονται, ψυχὴ νοῦν τελειωθεῖσα γεννᾷ] Non præcise dixerim Anaxagoram a Plotino tangi, qui Aristotele teste (cf. de Anima I. 2. p. 6. Sylb.) statuerat: τὸν νοῦν εἶναι τὸν αὐτὸν τῇ ψυχῇ, aut Democritum, qui idem contenderat, eodem teste, ibid. p. 7. Potest alios quoque tetigisse philosophos. Cf. Jo. Philopon. in Aristotel. de Anima I. l. l. et in libr. II. nr. 32. Plotini sententia pendet a Platonis decreto in Timæo p. 30. p. 26. Bekk.: νοῦν μὲν ἐν ψυχῇ, ψυχὴν δὲ ἐν σώματι συνιστὰς (ὁ δημιουργός.) Et vero Plutarchus illi opinioni, quam h. l. respuit Plotinus, obloquitur. Ita enim de Animæ Generatione in Timæo p. 1026. E. p. 178. sq. Wytt.: τὸ γὰρ παθητικὸν ἀναδίδωσιν ἐξ ἑαυτῆς ἡ ψυχὴ, τοῦ δὲ νοῦ μετέσχεν ἀπὸ τῆς κρείττονος ἀρχῆς ἐγγινομένου. Cf. etiam Procli Instit. Theol. CXCIII. p. 288: πᾶσα ψυχὴ προσεχῶς ἀπὸ νοῦ ὑφέστηκεν κ. τ. λ. Cf. c. CXCIV. p. 290.

p. 1031, 10. Εἰ γὰρ τὸ ἐν κόσμῳ τὸ ἐν σώματι καὶ ὕλῃ, οὐδὲν ταὐτὸν μένει] Archytas Tarent. in libro περὶ νοῦ γὰρ αἰσθήσεως ap. Stob. Eclogg. I. 51. p. 786. Heer.: παραπλασίως δὲ καὶ ἀ αἴσθασις καὶ ὁ νόος ἔχοντι ἀ μὲν γὰρ αἴσθασις τῷ αἰσθατῷ (videtur excidisse χρέεται, vel simile quid) [fortasse etiam scribendum τῶ αἰσθατῶ]· τὸ δ' αἰσθατὸν καὶ κινεῖται καὶ μεταβάλλει καὶ οὐδέποτε ἐν ταὐτῷ ἀτρεμεῖ· διὸ καὶ μᾶλλον καὶ ἧττον καὶ βέλτιον καὶ χεῖρον γίνεται ὁρᾷν (leg. ὁρῆν. Canter. ὁρῆν, quod non debebat immutari, nec ab Orellio in Opuscull. Græcorr. Sententt. T. II. p. 267. infr. denuo reddi. Vid. modo Koen. ad Gregor. Corinth. p. 229. sq. ed. Schæf. et Bast.) ὁ δὲ νόος τῷ νοατῷ, τὸ δὲ νοατὸν ἀκίνατον ἐξ οὐσίας· διὸ οὔτε μᾶλλον, οὔτε ἧττον, οὔτε βέλτιον, οὔτε χεῖρον (debebat χέρηον, ut Theages Pythagoreus (p. 689. Galei) in Stob. Floril. I. p. 32. Gaisf. et ipse Archytas ap. Stob. Florileg. Tit. 43. p. 167. Gaisf. ubi legitur τῶ χερήονος. Sed multa talia corrigenda restant in his Excerptis Pythagoreorum, præsertim in Eclogis.) ἐντὶ νοεῖν τὸ νοατόν.

— 14. Δεῖ δὲ νοῦν λαμβάνειν κ. τ. λ.] Hæc et sequentia ante oculos habuerunt Jo. Philoponus in Aristotel. de Anima III. fol. Q. p. 7. Venet. et Syrianus in Metaphyss. II. 4. p. 29. sqq. Utriusque locos supra ad Titulum hujus libri apposui p. 555. Attigit hæc quoque Tennemannus in Hist. Philosoph. VI. p. 98.

p. 1032, 12. τὸ γὰρ ἐν αὐτοῖς εἶδος—εἴδωλον—καὶ ἔστιν εἰκὼν ἐκείνου.] Archytas ap. Stob. Eclogg. I. 51. p. 788: καὶ τὰ μὲν σώματα, ὧν ἐντί τις ἀντιτυπία, αἰσθατά· δοξαστὰ δὲ τὰ μετέχοντα τῶν εἰδέων ὡς αἱ εἰκόνες, οἷον ὅ τις ἄνθρωπος τῶ ἀνθρώπω, καὶ τό τι τρίγωνον τῶ τριγόνω. Cf. et Platonis Tim. p. 28. A.

— 14. Εἰ δὲ καὶ ποιητὴν—τοῦδε τοῦ παντὸς] Plato in Timæo p. 28. p. 23. Bekk.: τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τούτου τοῦ παντὸς κ. τ. λ. Cf. Nostrum ipsum supra p. 175. sq. 260. B. 406. E.

p. 1033, 6. ἀλλὰ οἷον νομοθέτης—νόμος αὐτὸς τοῦ εἶναι] Similia in Platonis Legibus et Minoë itemque in Philebo p. 28. ubi Stallbaum. p. 77. alios locos excitavit. Adde Archytam in fragmm. libri περὶ νόμου in Opusce. Græcc. Sententt. T. II. p. 252. Orell. Reciprocarunt hanc sententiam Veteres, eo quod legem dictitabant mentem naturæ. Vid. Ciceron. de Legg. I. 6. 8. et ad eum Davis. et Wyttenb. in annot. p. 46. ed. Moseri.

— 15. παρὰ ἀνδριαντοποιϊκῆς] Non dubitavi hanc formam recipere, tametsi duo libri nostri offerant ἀνδριαντοποιητικῆς, quod ipsum bis legitur in Ocello Lucano ap. Galeum in Opusce. Mytholl. p. 517. Similiter in Platonis Gorg. p. 464. d. vulgo legitur ὀψοποιητικῇ, quam lectionem etiam Heindf. p. 59. retinuit. At cod. Darmst. itemque Palat. (Vid. Meletemm. nostra I. p. 117. Bekkeriani etiam plurimi (Vid. Varr. Lectt. Bekk. p. 178.) bis: ὀψοποιϊκὴ, quod Bekker. etiam in ordinem reduxit, unus tantum in margine simili errore atque h. l. in ed. Basil.: ὀψοποιηκή. Addenda autem hæc forma ἀνδριαντοποιϊκὴ Lexicis est.—Mox D. lin. 4. fortasse legendum: ἀνδριάντα τε καὶ κλίνην.

p. 1034, 2. σωμάτων γὰρ φύσις σώζεσθαι παρ' ἄλλου θέλει] Alludit ad Etymologiam vocis σῶμα. Plato Cratylo p. 400. c. p. 39. Bekk.: δοκοῦ τι μέντοι μοι μάλιστα θέσθαι οἱ ἀμφὶ Ὀρφέα τοῦτο τὸ ὄνομα (σῶμα) ὡς δίκην διδούσης τῆς ψυ-

χῆς, ὧν δὴ ἕνεκα δίδωσιν. τοῦτον δὲ περίβολον ἔχειν ἵνα σώζηται, δεσμοτηρίου εἰκόνα· εἶναι οὖν τῆς ψυχῆς τοῦτο, ὥσπερ αὐτὸ ὀνομάζεται, ἕως ἂν ἐκτίσῃ τὰ ὀφειλόμενα, τὸ σῶμα, καὶ οὐδὲν δεῖν παράγειν (Schol. in marg. Cod. Darmst. παραποιεῖν) οὐδὲν γράμμα. Ubi conf. Heindorf. p. 60. et consule Wyttenb. ad Phædon. p. 139. Similia leguntur in Etymol. M. p. 742. Heidelb. p. 673. ed. Lips. et in Etymol. Gud. p. 520.

p. 1034, 5. Νοῦς μὲν δὴ ἔστω τὰ ὄντα κ. τ. λ.] Hunc locum attigit Brucker. in Hist. Crit. Philosoph. II. p. 401. Tu cf. supra p. 518. G. et quæ disputavi ad V. 8. 5. fin. p. 547. B.

— 13. καὶ αἱ τῶν σπερμάτων—δυνάμεις—ἄλλος δὲ χειρῶν λόγος—γνωσθείς.] Aristoteles de Generat. Animall. I. 18. p. 186. Sylb.: ὥστε τὸ σπέρμα ἐστὶ τὸ τῆς χειρὸς, ἢ τὸ τοῦ προσώπου, ἢ ὅλου τοῦ ζώου ἀδιόριστος χεὶρ, ἢ πρόσωπον, ἢ ὅλον ζῶον· καὶ οἷον ἐκείνων ἕκαστον ἐνεργείᾳ, τοιοῦτον τὸ σπέρμα δυνάμει, ἢ κατὰ τὸν ὄγκον τὸν ἑαυτοῦ, ἢ ἔχει τινὰ δύναμιν ἐν ἑαυτῷ. τοῦτο γὰρ οὔπω δῆλον ἡμῖν ἐκ τῶν διωρισμένων, πότερον τὸ σῶμα τοῦ σπέρματός ἐστι τὸ αἴτιον τῆς γενέσεως, ἢ ἔχει τινὰ ἕξιν καὶ ἀρχὴν κινήσεως γεννητικήν· οὐδὲ γὰρ ἡ χεὶρ, ἢ ἄλλο τι τῶν μορίων οὐδὲν ἄνευ ψυχῆς ἢ ἄλλης τινὸς δυνάμεώς ἐστι χεὶρ, οὐδὲ μόριον οὐθὲν, ἀλλὰ μόνον ὁμώνυμον. Quæ ipsa fortasse ante oculos habuit h. l. Plotinus.—Proxime: Αἱ μὲν οὖν—δυνάμεις ἑκάστη αὐτῶν pro ἑκάστη μ. οὖν τῶν —δυνάμεων nihil admirationis habet in aliis scriptoribus, nedum in Plotino. Quod in antecedentibus (B. lin. 4.) Taylor legi jubet: ὁ δὲ πᾶς νοῦς περιέχει πάντα ὥσπερ γένος εἴδη: nullus Cod. suffragatur, nec opus est addi πάντα.

p. 1035, 4. οὐκ ὠθοῦσα οὐδὲ ταῖς πολυθρυλλήτοις μοχλείαις χρωμένη κ. τ. λ.] i. e., ut vulgo dicitur, non mechanica ratione, sed dynamica. De formula Plotiniana consule quæ supra annotavimus ad p. 344. A. et 380. B. τὸν λόγον recepi ex bonis libris pro vulgato τῶν λόγων.

— 6. Αἱ δὲ ἐπιστῆμαι—τῶν αἰσθητῶν—πρέπει δὲ αὐταῖς τὸ τῆς δόξης ὄνομα.—τῶν δὲ νοητῶν—ἐπιστῆμαι] Archytas ap. Stob. Eclogg. I. 51. p. 788. (post ea quæ posuimus supra ad pag. 558. C. infr. quæ comparanda sunt) ita pergit: ἐπιστατὰ δὲ, τὰ τοῖς εἴδεσι συμβεβηκότα ἐξ ἀνάγκας, ὡς ἐν γαμετρίᾳ τὰ τοῖς σχήμασι. νοατὰ δὲ αὐτὰ τὰ εἴδεα, καὶ αἱ ἀρχαὶ τῶν ἐπιστατῶν· οἷον αὐτὸς ὁ κύκλος, καὶ τρίγωνον, καὶ σφαῖρα. Iamblichus Vit. Pythag. XXIX. 159. p. 336. Kiessl.: σοφίαν δὲ ἐπιστήμην τῆς ἐν τοῖς οὖσιν ἀληθείας (εἶπε Πυθαγόρας· ubi tamen plurimi Codd. non agnoscunt voculas τῆς ἐν, quod Kiesslingium latuit) ὄντα δὲ ᾔδει καὶ ἔλεγε τὰ ἄϋλα καὶ ἀΐδια καὶ μόνα δραστικὰ, ὅπερ ἐστὶ τὰ ἀσώματα· ὁμωνύμως δὲ λοιπὸν ὄντα καὶ (hanc copulam ignorant libri mei plurimi) κατὰ μετοχὴν οὕτω καλούμενα, σωματικὰ εἴδη (ᾔδη, plurimi libri mei) καὶ ὑλικὰ, γεννητά τε καὶ φθαρτὰ, καὶ ὄντως (ita recte plures mei) οὐδέποτε ὄντα· τὴν δὲ σοφίαν ἐπιστήμην εἶναι τῶν κυρίως ὄντων, ἀλλ' οὐχὶ τῶν ὁμωνύμως, ἐπειδήπερ οὐδὲ ἐπιστητὰ ὑπάρχει τὰ σωματικὰ οὐδὲ ἐπιδέχεται γνῶσιν βεβαίαν, ἄπειρά τε ὄντα καὶ ἐπιστήμῃ ἀπερίληπτα καὶ οἱονεὶ μὴ ὄντα κατὰ διαστολὴν τῶν καθόλου, καὶ οὐδὲ ὅρῳ ὑποπεσεῖν εὐπεριγράφως δυνάμενα τῶν δὲ φύσει μὴ ἐπιστημῶν οὐδὲ ἐπιστήμην οἷόν τε (Ita etiam mei libri, excepto Lederl. qui οἷον τοι habet) ἐπινοῆσαι. οὐκ ἄρα ὄρεξιν τῆς μὴ ὑφεστώσης (ita etiam Lederl. Memm. et Reg. Unus cum Arc. ὑφεστάσης. male.) ἐπιστήμης εἰκὸς εἶναι, ἀλλὰ μᾶλλον τῆς περὶ τὰ κυρίως ὄντα καὶ ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως διαμένοντα, καὶ τῇ ὄντως (ὄντα Codd. mei omnes) προσηγορίᾳ ἀεὶ συνυπάρχοντα. Plotini hic locus potissimum conjunctus cum Platonis disputatione in Theæteto p. 152. sqq. et p. 208. p. 317. Bekk.: ἐπιστήμην—δόξαν εἶναι ὀρθὴν μετὰ λόγου. Maximus Tyr. XVI. 6. p. 298. Reisk.: ἡ δὲ γὰρ ψυχῆς εὕρεσις αὐτογενής τις οὖσα, καὶ αὐτοφυὴς, καὶ ξύμφυτος, τί ἄλλο ἐστὶν ἢ δόξαι ἀληθεῖς ἐπεγειρόμεναι, ὧν τῇ ἐπεγέρσει τε καὶ συντάξει ἐπιστήμη ὄνομα. Cf. de ἐπιστημονικῷ et δοξαστικῷ Proclum in Alcib. pr. p. 100. Idem ibid. ad proxima Plotini accommodate p. 311. ἐπιστήμην dicit γέννημα νοῦ. Præsertim confer Plotinum ipsum IV. 9. 5. VI. 1. 6. VI. 5. 10. extr. VI. 6. 16. et VI. 9. 4.

— 11. καὶ ἔνδοθεν τό τε νοητὸν τήν τε νόησιν ἔχουσιν κ. τ. λ.] Huc faciunt hæc Simplicii in Categorias Aristot. Fol. 48. b: Ἀλλ' ἐπειδὴ χρὴ καὶ τοὺς ἐναντίους λόγους ἐπισκοπεῖν, κἂν μὴ ἀληθεῖς ὦσιν, ὅπως ἐπὶ τῶν ἐπιστημόνων διελεγχόμενοι μὴ ἀπατῶσι τοὺς ἐπιπολαιοτέρους, ἀνασκευὴν τοῦ εἰρημένου λόγου εὔδοξον προτείνει. οὐ γὰρ ἐπὶ πάντων φησὶν ἀληθὲς δοκεῖ τὸ ἅμα τῇ φύσει εἶναι τὰ πρός τι. τὸ γὰρ αἰσθητὸν, καὶ ἐπιστητὸν, πρότερα δοκεῖ, τὸ μὲν τῆς αἰσθήσεως, τὸ δὲ τῆς ἐπιστήμης.

τοῦτο δὲ δείκνυσι, πρῶτον μὲν ἐκ τῆς ἐναργείας, ὡς γὰρ ἐπιτοπολύ φησι προϋπαρχόντων τῶν πραγμάτων, τὰς ἐπιστήμας λαμβάνομεν· οὗσι γὰρ αὐτοῖς πελάζομεν, καὶ ὅτε ἦμεν κομιδῆ βρέφη, τὰ μὲν ἐπιστητὰ ὕστερον ἡμῖν γενόμενα καὶ τότε ἦν, ἐπιστήμη δὲ αὐτῶν οὔπω ἦν. καὶ ἡ μὲν τῆς ἐκλείψεως ἐπιστήμη διὰ Θαλοῦ ὕστερον ἦλθεν εἰς τοὺς Ἕλληνας, ἡ δὲ ἔκλειψις αὐτὴ καὶ τὸ ἐπιστητὸν προϋπῆρχεν ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐναργέστερον· τινὰ δὲ τὰ ὀλίγα ἐστιν, ἐφ' ὧν ἅμα τῷ ἐπιστητῷ ἡ ἐπιστήμη ἐστι. τὰ ἄνευ ὕλης τὰ νοητὰ (cf. etiam Plotin. VI. 9. 4.), ἅμα τῇ κατ' ἐνέργειαν ἀεὶ ἑστώσῃ ἐπιστήμῃ ἐστὶν, εἴτε καὶ ἐν ἡμῖν ἐστί τις τοιαύτη ἀεὶ ἄνω μένουσα, ὡς Πλωτίνῳ καὶ Ἰαμβλίχῳ δοκεῖ, εἴτε ἐν τῷ κατ' ἐνέργειαν νῷ, εἴ τις καὶ τὴν νόησιν ἐκείνην ἐπιστήμην ἕλοιτο καλεῖν. δύναται δὲ καὶ διὰ τὴν τῶν κοινῶν ὑπόστασιν εἰρῆσθαι τὴν ἐξ ἀφαιρέσεως. ἅμα γὰρ τῇ ὑποστάσει τούτων καὶ ἡ ἐπιστήμη ἐστίν. ἀληθὲς δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀναπλασμάτων τῶν τε ἐν τῇ φαντασίᾳ καὶ τῶν τεχνητῶν. ἅμα γὰρ χίμαιρα καὶ ἐπιστήμη τῆς χιμαίρας. διὰ τί οὖν προσέθηκε τὸ, ἢ ἐπ' οὐδενός; ἢ ὅτι τινὲς ἀνῄρουν καὶ τὰ καθ' ὅλου καὶ τὰ νοητὰ, καὶ τὰ ὁπωσοῦν ἐπινοούμενα; ἢ ὅτι κἂν ᾖ ταῦτα ἐν τῇ φύσει, τὰς ἐπινοίας αὐτῶν ὕστερον ἐλάβομεν; καὶ διὰ τοῦτο συμβαίνει καὶ ἐπὶ τούτων προϋπάρχειν τῆς ἐπιστήμης τὸ ἐπιστητόν. οὕτως μὲν οὖν κατὰ τὸ πρότερον ἐπιχείρημα δοκεῖ δεῖξαι, ὅτι πρότερον τῆς ἐπιστήμης τὸ ἐπιστητὸν, καὶ οὐχ ἅμα τῇ φύσει. κατὰ δευτέραν δὲ ἐπιβολὴν πολλαχῶς τοῦ προτέρου λεγομένου, ὡς καὶ αὐτὸς ὕστερον διδάξει, καθ' ἕνα τρόπον νῦν αὐτῷ χρῆται, καθ' ὅσον τὸ μὲν φύσει πρότερον συναναιρεῖ μὲν, οὐ συναναιρεῖται δέ. κ. τ. λ.

p. 1035, 14. ἀλλ' ἕστηκεν ἐν αὑτῷ κ. τ. λ.] Plato Cratylo p. 437. A. p. 114. Bekk.: Σκοπῶμεν δὴ ἐξ αὐτῶν ἀναλαβόντες πρῶτον μὲν τοῦτο τὸ ὄνομα, τὴν ἐπιστήμην, ὡς ἀμφίβολόν ἐστι καὶ μᾶλλον ἔοικε σημαίνουτι, ὅτι ἵστησιν ἡμῶν ἐπὶ τοῖς πράγμασι τὴν ψυχὴν ἢ ὅτι ξυμπεριφέρεται (cf. eundem dialog. p. 412. A.)—ἔπειτα τὸ βέβαιον, ὅτι βάσεώς τινός ἐστι καὶ στάσεως μίμημα, ἀλλ' οὐ φορᾶς. Cf. etiam Platonis Definitiones p. 414. p. 570. infr. Bekk. Maximus Tyr. Dissert. XII. 4. p. 216. sq. Reisk.: Μήποτε οὖν αἴσθησις μὲν καὶ πεῖρα οὐκ ἀνθρώπινον, λόγος δὲ ἀνθρώπου ἴδιον· καὶ οὐδὲν εἴη ἄλλο (Recte ἂν interponi jubet Markland. post οὐδέν. Vide modo Matth. Gr. gr. §. 514. p. 976. sq.) ἐπιστήμη πλὴν βεβαιότης λόγου ὁδεύοντος κατὰ τὰ αὐτὰ κ. τ. λ. Quod Marklandus pro *ἀνθρώπινον* scribi vult, *ἀνθρώπου ἴδιον*, speciosum quidem est, neque tamen necesse: certe sine libris nihil mutaverim, et *ἀνθρώπινα* dicuntur, quæ hominum propria sunt, cum respectu habito animalium, ut h. l., tum deorum, ut ap. Iamblich. de Symbolis Pythagg. V. p. 330. Kiesslingii.

p. 1036, 6. Εἰ οὖν ἡ νόησις ἓν ὄντως.] Edit. *ἐνόντος*, quod expressit Ficin. Ego lectionem marginis recepi, cujus vestigium in Cod. Marc. A. comparet. Mecum facit Taylor, qui ita vertit: "If, therefore, intelligence is truly one, that from which is the object of its perception and idea itself are one." Mox ex Marcianis Codd. pro ὅλως μὲν ὁ νοῦς scripsi ὅλος.

p. 1037, 5. ἵν' ἓν ὄντα τὸν νοῦν ἐφ' ἑαυτοῖς ἔχῃ] Ita scripsi cum libris plurimis pro ἔχειν. Ficinus expressit præterea *ἐνόντα* pro ἓν ὄντα, et illud verum videtur. Sine libris tamen recipere nolui. Mox ex omnibus libris et e Ficini versione recepi verba, quæ exciderant ex Edit.: μία οὖν ἀμφοῖν ἐνέργεια. Ceterum hic exitus capitis comparari debet cum iis, quæ supra leguntur p. 485. E.F. et ibi annotata sunt, itemque quæ leguntur infra VI. 2. 8. p. 602. sq.

— 12. δεῖ—προφέρειν, οἷον—ἐπιθεωρεῖν] Ficinus et Taylor expresserunt καὶ οἷον; quam copulam addidissem, si unus liber addiceret.

p. 1038, 2. ὃν φησὶν ὁ Πλάτων] Plato in Timæo p. 39. sub fin. p. 40. Bekk.: ᾗπερ οὖν νοῦς ἐνούσας ἰδέας τῷ ὃ ἔστι ζῷον, οἷαί τε ἔνεισι καὶ ὅσαι, καθορᾷ τοιαύτας καὶ τοσαύτας διενοήθη δεῖν καὶ τόδε σχεῖν. Locum aliquoties respicit Plotinus. Vid. p. 203. extr. 204. init. et p. 356. A.

— 13. ἡ δὲ ἐκ τύχης λύμη τοῦ εἴδους.] Ficinum sequitur Taylor vertens: "But the injury which the form sustains, is a casual circumstance." Malo quærere, quam decernere, an hæc verba ita interpungi et explicari possint: ἡ δὲ ἐκ τύχης (sc. χωλεία ἐστὶ) λύμη εἴδους: Claudicatio vero, quæ fortuna sive casu fit, est noxa formæ. Proxime ex Codd. fere omnibus recepi *μεγέθη* pro *γενέσεις* suffragante etiam Ficino, nimirum in edit. Basil. Nam in ed. princ. Florentina legitur *generationes* pro *magnitudines*. In utraque autem post *habitus* additur *profectus*, ut dixeris insuper legisse eum καὶ προκοπαί. Ejus tamen vocis in Codd. nullum exstat vestigium.

p. 1038, 17. ἀντὶ δὲ χρόνου αἰὼν] Vid. Platonis

Timæum p. 37. 38. p. 36. sq. Bekk. quem locum etiam supra respicit Plotinus p. 326. 329. et 330. D. Mox illa: τὸ ἄλλο ἐν ἄλλῳ cave confundas cum illis in Phædone p. 83: οὐδ' ἥτις ἔστιν ἄλλη ἐν ἄλλῳ, quo corporea natura significatur, quæ per sensus percipitur. Vid. annot. nostr. ad V. 8. 4. p. 546. D. Comparanda hæc sunt potius cum illis, quæ philosophus noster V. 8. 9. disputat, præsertim p. 550. C. D.

p. 1039, 5. κακοῦ γὰρ οὐδενὸς] Hæc quomodo Ficinus acceperit, arguit versio. Taylor: "For there is no paradigm of evil there." Fortasse post οὐδενὸς excidit εἶδος sc. ἐστὶν ἐκεῖ. Ceterum ad hæc extrema decimi capitis adhibenda sunt ea, quæ ad titulum hujus libri e Syriani commentariis in Aristotelis Metaphysica in medium protulimus. Vid. supra p. 555.

— 8. Τῶν δὴ τεχνῶν ὅσαι μιμητικαὶ—οὐκ ἂν εἰκότως ἐκεῖ ἀνάγοιντο] Conjunctus est hic universus locus cum disputatione in initio libri decimi Platonicæ Reipublicæ p. 595. sqq. p. 466. sqq. Bekk. ubi pictores, poëtæ tragici, tanquam imitatores tertio gradu a natura distare dicuntur, variæque artes, quæ ab hominibus tractantur, examini subjiciuntur. Locus enim totus cum nostro comparandus est. Quod si vero quis parum sibi constare Plotinum dixerit, ut qui hoc loco statuariam artem (τὴν ἀνδριαντοποιΐαν) tanquam imitatricem corporearum formarum non sublime spectare judicet, cum tamen idem supra de Phidia statuario omnia alia docuerit; (V. 8. 1. p. 542. E: ἔπλασεν ὁ Φειδίας τὸν Δία πρὸς οὐδὲν αἰσθητὸν ποιήσας κ. τ. λ.) non magis sibi contradicit Plotinus quam Plato, qui in iisdem libris de Republica (ut V. p. 472. p. 259. Bekk. et præcipue VI. init. p. 484. p. 275. et in Timæo p. 28. A. B. p. 23.) divina præstantissimorum artificum, divina exempla suspicientium, ingenia non ignorat. Vid. etiam quæ supra posuimus in Annot. ad p. 541. B. et ad l. l. p. 542. E.

— 16. ἡ μὲν περὶ ῥυθμὸν καὶ ἁρμονίαν ἔχουσα τὰ νοήματα] Non moror, quod in aliquot libris bis h. l. scriptum erat ἀριθμὸν pro ῥυθμόν. Hæc enim confusio communis, et Græculi nonnulli, qui in Latinis scriptoribus vocis *numerus* non assecuti essent potestatem, facile ad corrigendum deflecti poterant. Ficini autem versionem hujus loci refinximus, quod fecerat etiam Taylor.

p. 1040, 1. Ὅσαι δὲ ποιητικαὶ αἰσθητῶν—ἰατρικὴ—ἥτε περὶ ἰσχὺν—καὶ εὐεξίαν (His extremis nemo non videt γυμναστικὴν designari) κ. τ. λ.] Hæc pars hujus capitis admonet disputationum et comparationum, quæ in Platonis Gorgia p. 464. sqq. circa varias artes instituuntur. Alio consilio artes etiam recensentur ab Olympiodoro in Alcib. pr. XX. p. 178. sq.

— 9. εἴ τινες αὐτῶν τὸ καλὸν κοινωνοῦσι] Suspicetur fortasse quispiam κοινοῦσι, *divulgant* (s. in multorum admirationem amoremque explicant. Sed tamen cum duo libri exhibeant τῷ καλῷ, potius scripsisse Plotinum putaverim: τῶν καλῶν κοινωνοῦσι.—Quod philosophus noster sub finem capitis Geometriam iis accenset disciplinis, quæ circa æterna versantur, sequitur in eo judicio Platonem suum. Vid. de Rep. VII. p. 526. sq. p. 348. sqq. Bekk., qui quidem et ipse hac in re Pythagoreorum rationem sectatur. Vide, ut hoc uno utar, Archytæ Tarentini locum, quem supra ad hujus libri cap. septimum (p. 560. infr.) apposuimus.

— 17. τὸ δὲ καθ' ἕκαστον, ὅτι μὴ τὸ αὐτὸ ἄλλο ἄλλῳ] Sc. ἐστίν. Quomodo Ficinus hæc acceperit, declarat versio Latina. Taylor ita: "Though it must be considered with respect to man, whether the form of a particular man is there, *not because he is the same with another man.*" Hæc extrema non intelligo. Ego locum ita interpretor: Illud vero singulare (dico) quia non idem (v. c. membrum) aliud est alii. Quod post Socratis mentionem Plotinus continuo σιμότητος exemplum subjicit: obversabantur ei loci Platonis aliorumque Socraticorum, qui Socratem simum fuisse produnt; unde eum, licet non sola hac de causa, Silenis comparat Alcibiades in Platonis Convivio p. 215. p. 452. Bekk. ubi adhibe Scholia et cf. annot. in Cic. de N. D. I. 34. p. 154. ed. Moseri. Cyrum contra aquilinum fuisse narrabant Persæ, teste Olympiodor. in Alcib. pr. p. 154. ubi conf. annot. et quoniam ibidem Alcibiadis pulcritudo memoratur, vid. Proclum in Alcib. pr. et in eum annott. p. 114. ed. nostr. Sed tamen hæc exempla alias etiam usitata in disputationibus dialecticis. Vide modo Aristot. Sophist. Elench. II. 6. p. 462. Sylb.: τὸ γὰρ κοῖλον, κοινῇ μὲν, τὸ αὐτὸ δηλοῖ ἐπὶ τοῦ σιμοῦ καὶ ῥαιβοῦ κ. τ. λ. Porphyr. in Isagog. in Categorias

III. p. 387. Buhlii: *τὸ δὲ γρυπὸν εἶναι, ἢ σιμὸν, ἢ λογικὸν, ἢ ἄλογον, ἀχώριστα.* Adde ipsius Aristotelis Metaphyss. lib. V. 1. p. 99. Sylb. VI. 5. p. 109. p. 135. Brandis.: *ἔστι ῥὶς καὶ κοιλότης καὶ σιμότης.* et sæpius.

p. 1041, 7. *οὕτω καὶ ψυχῆς αὐτοψυχὴ—καὶ νοῦ αὐτονοῦς*] Retinendam censui vulgatam, quæ auctoritate codicum non caret, etsi plurimi ab ea recedant. (Vid. Var. Lect.) De his appellationibus et rationibus consule supra annotata ad III. 2. 16. p. 267. D. Proxime Lexicis accedat Substantivum rarum *τιμιότης*. Vid. Schæf. in Stephani Thes. Londin. p. 9515. A.

p. 1042, 9. *Περὶ δὲ τῶν ἐκ σήψεως καὶ τῶν χαλεπῶν κ.τ.λ.*] Taylor hæc ita vertit: "With respect, however, to things generated from putrefaction, and to things *artificial*," et cet. addens in nota: "Instead of *χαλεπῶν* here it is evidently necessary from what afterwards follows to read *τεχνικῶν* or *τεχνῶν*. Ficinus, from not seeing the necessity of this emendation, has made nonsense of the passage." Nolim virum optimum hæc sibi excidere esse passum. Nam primum, ut nil morer Codices nostros, qui ad unum omnes vulgatam tuentur, (offendimus enim ulcera inveterata in his Enneadibus, et quæ omnes libros pariter corripuerint;) tantum abest, ut, quæ deinceps sequuntur (B.) *περὶ δὲ τῶν τεχνῶν κ.τ.λ.* ei conjecturæ faveant, ut ei potius derogare videantur, quandoquidem hic transitus commonstrat, nunc demum et seorsim quidem Plotinum de artibus et arte factis quærere velle. Deinde illud *ἄριστα*, optima, quæ ex mente provenire dicuntur, firmat contrarium i. e. *τὰ χαλεπά*. Sed quænam sunt ista *χαλεπά*?—Plotinus quærit an eorum quoque ideæ s. species in mundo intelligibili sint, quæ ex putredine nascantur (v. c. vermes) item eorumne etiam quæ nociva sint (v. c. tineæ), aut molesta (v. c. muscæ, culices, pulices etc.)—Proinde Ficinus ab hac quoque parte excusandus est, quod vocem *difficilis* adjecit, modo eam accipias pro *noxius*, *letalis*, et similibus. Sequitur autem in his Plotinus opiniones veterum physicorum. Theophrastus Eclog. de Animall. p. 326. Sylb.: *τούτων γὰρ (τῶν μυιῶν) ἥ τε κόπρος αἰτία, καὶ ἡ τῶν ἄλλων σῆψις.* Tzetz. in Hesiodi *ἔργ.* v. 412. p. 220. Gaisford.: *ἡ γὰρ ὑγρότης ἡ ἄμετρος σῆψιν καὶ σκώληκας ἐμποιεῖ (τοῖς ξύλοις).* cf. Gaisfordii not. ad vs. 418. p. 225. et Geoponica III. 1. 2. p. 218. Niclas. Putrefaciendi et vermes gignendi vim lunæ attribuebant physici: Athenæus VII. p. 276. d. p. 7. Schweigh.: *τὸ γὰρ τῆς σελήνης ἄστρον—σηπτικὸν ὑπάρχον κ. τ. λ.* Plura in eam rem disputantur apud Plutarch. in Symposiacis III. 10. p. 657. sq. p. 682. sqq. ed. Wyttenb. ubi Moschion medicus ita definit: *τὴν σῆψιν τῆξιν καὶ ῥύσιν σαρκὸς εἰς ὑγρὸν φθορᾶς μεταβαλλούσης, καὶ ὅλως ὑγραίνεσθαι τὰ σηπόμενα.* Cf. etiam Plutarch. de aqua et igne p. 957. Olympiodorus in Alcib. pr. p. 19.:—*διὸ καλῶς εἴρηται·*

Αὔξεις αὐξομένη, μινύθουσα δὲ πάντα χαλέπτεις,

εἰς σελήνην. Hinc antiquorum hominum opinio fuit, a luna generari etiam *τὰ χαλεπὰ*, i. e. muscas, vermes, et id genus alia.

— 14. *πῶς ἐξ ἑνὸς πλῆθος.*] Significat Enneadis VI. librum 7. qui inscribitur: *πῶς τὸ πλῆθος τῶν ἰδεῶν ὑπέστη, καὶ περὶ τοῦ ἀγαθοῦ.*

LIB. I. ENNEAD. SEXTÆ.

P. 1044, 7. ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΓΕΝΩΝ ΤΟΥ ΟΝΤΟΣ.] Porphyrius de Vit. Plotini cap. V. *περὶ τῶν τοῦ ὄντος γενῶν πρῶτον*, et c. XXVI. eodem ordine, quo h. l. editio, sed addito: *πρῶτον*, quam vocem addunt etiam codices aliquot hoc loco. Sunt autem hi tres libri in fronte Enneadis VI. collocati, numeris XLI. XLII. et XLIII. consignandi, si temporis rationem ineas, quo singuli scripti sunt. Pertinent ii ad doctrinam *Categoriarum*. Hujus initia hoc magis a nobis hic adumbranda sunt, quod Plotinus hac in re ab Aristotelis auctoritate digressus ad antiquiorum rationem se magis aggregavit. Inventa est ea a Pythagoricis, quod et per se probabile

est, si horum philosophandi modum respicias (cf. Buhle in Hist. Philosoph. I. p. 227.) et firmatur testimoniis Simplicii et Boëthii; quorum ille præf. in Categorias: *Ἀρχύτου τοῦ Πυθαγορικοῦ καὶ πρὸ Ἀριστοτέλους τὴν εἰς δέκα τῶν πρώτων γενῶν ποιησαμένου διαίρεσιν ἐν τῷ βιβλίῳ, ὃ περὶ τοῦ παντὸς ἐπέγραψε.* Qui liber idem videtur atque ille, quem alii *καθόλου λόγους* appellant, magno Ger. Vossio de Logica IV. 7. 2. (Opp. Vol. III. p. 213.) Themistius quidem, inventum illud suo Aristoteli vindicare studens, Archytam juniorem Peripateticum illius libelli auctorem prodit, neque tamen persuadet. Alia quæstio est, utrum iste libellus, qui hodieque exstat, et quem post alios nuper in Opusculis Græcorum veterum sententiosis et moralibus Vol. II. p. 273. sqq. edidit Jo. Conr. Orellius Lips. 1821. hoc titulo inscriptus: *Ἀρχύτου καθολικοὶ λόγοι δέκα,* iste igitur utrum Archytæ illius Pythagorei sit, an alius hominis, qui nobis fucum facere voluerit. Quod posterius ut suspicemur, facit maxime illud, quod quæ Simplicius ex Archyteis Categoriis in medium profert, (exhibebimus autem ex hoc Aristotelis interprete aliisque plures locos ad hunc Plotini librum suis quosque locis) ea in isto libello non reperiuntur. (Vid. Fabricii Biblioth. Græc. Vol. I. p. 834. ed. Harles. Utramque quæstionem non distinxit Josephus Navarro in Tentamine de Archytæ Tarentini Vita et Scriptis. Havniæ 1820. p. 40. sq.) Atque ut Archytas Tarentinus primus scripsit de *prædicamentis* (*περὶ Κατηγοριῶν*), ita Clinomachus Thurius primus scripsisse fertur de *prædicatis* (Diog. Laërt. II. 112: *Κλεινόμαχός τε ὁ Θούριος, ὃς πρῶτος περὶ ἀξιωμάτων καὶ κατηγορημάτων —συνέγραψε.* Quæ quum ad verbum mutuatus sit a Ger. Vossio l. l. Navarro p. 37, debebat etiam illud ex eodem addere: falso hæc versa esse a Diogenis interprete: *de prædicamentis.* Nam *κατηγορίαι* sunt, vocantur certe a Boëthio, *prædicamenta: κατηγορήματα, prædicata.* Hæc etiam *κατηγορούμενα* et *prædicabilia* atque *συμβάματα* dicuntur. Vid. Voss. l. l. et confer Wyttenbachii Præcepta Philosophiæ Logicæ I. 3. 2. p. 39. sq. Ceterum hic Clinomachus, qui e disciplina Euclidis Megarici profectus dicitur, apud eundem Vossium de Historicis Græcis II. 16. vel in novissima editione perperam *Clitomachus* scribitur. Clinomachum eundem novit etiam Suidas in *Πύῤῥων* Vol. III. p. 246. Kust. Plato deinde quinque entis genera (*τὰ γένη τοῦ ὄντος*) posuit (vid. Sophist. p. 255. e. sqq.) quæ Plotinus in his libris explicare et confirmare instituit (Vid. infra ad p. 602. A.) Aristotelis Categorias decem ita exemplis adscriptis illustrat Anonymus in Cod. nostro Heidelb. — Palatino Nr. 132. (Vid. nostr. Meletemm. I. p. 8.):

οὐσία.	*ποσόν.*	*ποιόν.*	*πρός τι.*	*ποῦ.*
Ἀνδρονίκος.	*μέγας.*	*πιστός.*	*υἱὸς Παλαιολόγου*	*ἐν Κωνσταντινουπόλει.*
ποτέ.	*κεῖσθαι*	*ἔχει* (leg. *ἔχειν.*)	*ποιεῖν.*	*πάσχειν.*
νῦν.	*ἑστώς.*	*ὡπλισμένος.*	*βασιλεύει.*	*βασιλευόμενος.*

Cf. Aristotel. Categg. c. 2. p. 24. Sylb. et Suid. II. p. 278. Kust. qui tamen Alexandrum fortasse secutus in Topp. Aristotelis extrema ita ordinat: *ποιεῖν, πάσχειν, κεῖσθαι, ἔχειν.* et pariter Wyttenbach. in Præceptt. Philos. Log. l. l.: "*Substantia, Quantitas, Qualitas, Relatio, Actio, Passio, Ubi, Quando, Situs, Habitus:*" quibus quinque *Prædicabilia* subjicit: "*Genus, Spatium, Differentia, Proprium, Accidens.*" Post Aristotelem de Categoriis libros conscripserant Theophrastus, Eudemus, Phanias (vid. Buhlii Argumentum Categoriarum Aristotelis p. 434. sq.) Commentarios vel Isagogas in easdem fecerunt Andronicus Rhodius, Porphyrius, Ammonius Hermiæ, Simplicius et Boëthius. Porphyrium quod attinet, licet in codicibus Palatinis hunc titulum Parius repererit: *Πορφυρίου Φοινίκος εἰσαγωγὴ, μαθητοῦ Πλωτίνου τοῦ Λυκοπολίτου*: nulla tamen in hujus Isagoge Plotini mentio injicitur, secus atque in reliquis commentariis, præsertim Simplicii fit. In hanc Porphyrii Isagogen commentarius exstat Photii, unde flosculum decerpsi (e Cod. Monac. nr. 222.) in Meletemm. l. l. Ibidem exhibui locum Dexippi e Cod. Laurentiano-Mediceo nr. 33. descriptum. Plura ex aliis etiam Codicibus exhibebimus, horum librorum expli-

candorum causa, in hac nostra editione Enneadum. De illo *Dexippo* hæc nos docet Ger. Vossius de Logica l. l. p. 213: "Categoriarum Archytæ meminit Dexippus lib. I. c. 6. item lib. III. c. 1. ubi ait, in eo Aristotelem ab Archyta recessisse, quod *quantitati* proximum a *substantia* locum tribuerit, non *qualitati*, *ut Archytas, cujus sententiam magis probabat Plotinus.* Est hic *Dexippus Herennius* Atheniensis, qui sub Aureliano et Probo Impp. vixit, dux bello egregius, Iamblichi discipulus qui præter *librum de Categoriis adversus Plotinum*, (Hunc solum se legisse dicit Jo. Tzetzes Chiliad. IX. Histor. 274. v. 497—499:

Δέξιππος ὁ φιλόσοφος, μύστης ὢν Ἰαμβλίχου,
Πολλὰ μὲν συνεγράψατο καὶ ἕτερα βιβλία,
Ἐν τῷ ἑνὶ ἐνέτυχον τῷ εἰς κατηγορίας. [An leg. *ἐν τοῖς*?])

etiam res Macedonicas ac Scythicas literis consignavit. Qua de re pluribus dixi III. Lib. de Historicis Græcis cap. 16. "Ac proinde ex ipsa Platonicorum adeoque Plotinicorum familia adversus Plotinum Aristoteli exstiterat vindex. Quam ob rem consultum duximus in annotatione in hos Plotinianos libros et reliquorum locos apponere, qui Plotini mentionem faciunt, Aristotelis interpretum veterum, et vero ipsius quoque Dexippi, quo et Plotini ratio in hac Categoriarum doctrina cum Archytæ, Platonis Aristotelisque ratione comparari queat et intelligi, quomodo pro Aristotele contra Plotinum rursus causam dixerint posteriores philosophi Græci. Plura de Dexippo diximus in Prolegomenis ad §. VII. not. 3. Simplicius (in Categorr. Aristot. Ed. Basil. 1551. fol.) Fol. 1. a. enumeratis cæteris philosophis, qui vario consilio de Categoriis Aristotelis scripserint, de Plotino ita: *Πλωτῖνος δὲ ὁ μέγας ἐπὶ τούτοις τὰς πραγματειωδεστέρας ἐξετάσεις ἐν τρισὶν ὅλοις βιβλίοις τοῖς περὶ τῶν γενῶν τοῦ ὄντος ἐπιγεγραμμένοις τῷ τῶν κατηγοριῶν βιβλίῳ προσήγαγε . . . Καὶ Δέξιππος δὲ ὁ Ἰαμβλίχου καὶ αὐτὸς μὲν τὸ τοῦ Ἀριστοτέλους βιβλίον συντόμως ἐξηγήσατο· προηγουμένως δὲ τὰς Πλωτίνου ἀπορίας ὡς ἐν διαλόγῳ προτεινομένας αὐτῷ διαλύειν προτίθεται.* (Nota transcribentis: Plotinus in libro cui titulus erat: *περὶ τῶν γενῶν τοῦ ὄντος*, dubitationes de Categoriis Aristotelis collegerat. Itaque si *ἀποριῶν* Plotini in nostro libro mentio fit, veri simile eas ex allato libro sumtas esse qui nonnunquam etiam a Simplicio nominatur (vid. fol. 32. b). A Plotino autem Categoriæ ipsæ *γένη τοῦ ὄντος* vocantur. (vid. fol. 4. b.) Ubi Simplicius de variis modis agit, quibus hic liber Aristotelis inscribatur, *Οἱ δὲ*, ait, *περὶ τῶν γενῶν τοῦ ὄντος ἢ περὶ τῶν δέκα γενῶν ἐπιγράφοντες, ὥσπερ καὶ Πλωτίνῳ δοκεῖ ἐν τῇ πρὸς αὐτὰς ἀντιλογίᾳ, πρὸς τὰ πράγματα ἀφορῶσι μόνον, ἀλλ' οὐ πρὸς τὸν λογιστικὸν σκοπόν· τὰ γὰρ γένη τοῦ ὄντος αὐτὰ τὰ πράγματά ἐστιν.* Intelligentiæ adjuvandæ causa apponam locum ex Porphyrii Isagoge in Categorias c. II. p. 384. Buhlii: *Λέγεται γὰρ τὸ μὲν γενικώτατον κατὰ πάντων τῶν ὑφ' αὑτὸ γενῶν τε καὶ εἰδῶν καὶ ἀτόμων· τὸ δὲ γένος τὸ πρὸ τοῦ εἰδικωτάτου κατὰ πάντων τῶν εἰδικωτάτων, καὶ ἀτόμων, τὸ δὲ μόνον εἶδος κατὰ πάντων τῶν ἀτόμων· τὸ δὲ ἄτομον ἐφ' ἑνὸς μόνου τῶν κατὰ μέρος.—Περιέχεται οὖν τὸ μὲν ἄτομον ὑπὸ τοῦ εἴδους, τὸ δὲ εἶδος ὑπὸ τοῦ γένους, ὅλον γάρ τι τὸ γένος· τὸ δὲ ἄτομον μέρος· τὸ δὲ εἶδος καὶ ὅλον καὶ μέρος.* "Dicitur enim generalissimum de omnibus sub ipso *generibus*, *speciebus* et *individuis:* Genus autem, quod ante specialissimum est, de omnibus specialissimis et individuis; individuum vero de uno solo particulari.—Continetur ergo individuum sub specie, species sub genere. Nam totum quid genus est; individuum autem pars est; species vero et totum et pars." Plura ex hoc loco exhibuimus ad Olympiodorum in Alcib. pr. c. 34. p. 204. quem confer. E recentioribus, ut hoc quoque delibem, de Dialectica. Plotini, et quid in oppugnandis placitis Aristoteleæ Categoriarum doctrinæ reprehenderit, hic philosophus, paucis egit Brucker. in Hist. Crit. Philos. T. II. p. 393. Pluribus eadem persecutus est Tennemann. in Hist. Philos. VI. p. 175. sqq., qui et alia et hæc potissimum monstrare instituit, primum inter philosophos Plotinum in Stagiritæ decem Categoriis nonnulla recte reprehendere, idque eum maxime agere, ut doceat, eas Categorias non esse primas notiones ontologicas, proinde secundo loco ipsum Plotinum operam dedisse, ut erueret primigenias notiones rerum, eoque scientiæ objectivæ, quæ dicitur, fundamenta jaceret. Genera autem (*τὰ γένη τοῦ ὄντος*) Plotinum ita accipi velle, ut sint notiones simplices neque aliunde ducendæ prædicatorum, quæ rebus (s. objectis) omnibus attribui debeant, et quæ principia sint constitu-

toria non scientiæ sive cognitionis, sed rerum ipsarum (Objectorum).—Atque hæc ipsa deinceps Kantianis telis configere ac conficere aggreditur Tennemannus.—Quod bellum a nobis, qui editoris munus recepimus, haudquaquam militabitur. Hæc philosophorum potius, qui systemata vel ædificant vel diruunt, militia esto. David Armenius philosophus MScr. in Aristotelis Categorr. in Cod. Vat. n. 1023. aliisque:—Ἐξ *τοίνυν ἐπιγραφαὶ φέρονται τοῦ παρόντος βιβλίου. οἱ μὲν γὰρ ἐπέγραψαν* (*ὑπέγρ.* cod. Paris. 1900.) *κατηγορίαι, ὡς αὐτὸς ὁ Ἀριστοτέλης· οἱ δὲ περὶ τῶν κατηγοριῶν· ὧν τινες ἑταῖροι* (*ἕτεροι* Pariss. omnes solenni vitio) *τοῦ Ἀριστοτέλους· οἱ δὲ περὶ δέκα γενῶν τοῦ ὄντος, ὡς Πλωτῖνος ἀντιλέγων ταῖς κατηγορίαις· οἱ δὲ περὶ τῶν τόπων* (*πρὸ τῶν τόπων* Pariss. 1900. 1937. 1938: in 1939. correctum), *ὡς Ἀρχύτας ὁ Ταραντῖνος· οἱ δὲ περὶ τῶν καθόλου λόγων, ὡς Ἄδραστος ὁ Ἀφροδισεὺς* (Pariss. 1937. 1938. *ἀφροδισσεύς*. Sed legendum *ὁ Ἀφροδισιεύς*." *L. M. E. Sahune.*) *ὁ περιπατητικός· νικᾷ δὲ πάσας ἡ τοῦ Ἀριστοτέλους.* Idem in easdem c. II. §. 6. sq.—Ἄλλοι (sc. *ἀποροῦσιν οἱ πλεονεξίαν κατηγοριῶν κατηγοροῦντες* Krabinger.) *διὰ τί μὴ τέσσαρες αἱ κατηγορίαι, ὥς φησιν ὁ Πλωτῖνος* (*ὁ Πλουτῖνος*. sic aliquot Codd.), *οὐσία, ποσὸν, ποιὸν, πρός τι. αἱ γὰρ λοιπαὶ ἐκ τῆς συμπλοκῆς τούτων ἐγένοντο* (Monac. 99. *ἐγένετο*). *καὶ λύει ὁ αὐτὸς λέγων, ὅτι κἂν σύνθετοί εἰσιν, ἀλλ' οὖν ἁπλῆ ἡ νόησις* (*ἡ σύνθεσις* plures Codd.) *αὐτῶν. ἄλλο δὲ εἶδος τοῦ ἁπλοῦ παρὰ τὸ σύνθετον, καὶ ἄλλο τὸ σύνθετον· ἄλλο γὰρ ἄνθρωπος εἶναι* (in Paris. 1939. omissa sunt verba: *ἄλλο δὲ εἶδος—εἶναι*), *καὶ ἄλλο ψυχὴ εἶναι* (*ψυχῇ εἶναι* Krabing.) *ἄλλο σώματι εἶναι, καὶ ἄλλο ἀνθρώπῳ εἶναι.*

p. 1044, 13. Ὅσα *δὲ ἐξετάσαντες—ἐν γένεσιν ὡρισμένοις αὐτοὶ—οὔτε ἄπειρα ὅτι μήτε οἷόν τε μήτ' ἐπιστήμη ἂν γένοιτο.*] Ita cum melioribus libris et Ficino locum correximus et explevimus. Mox *γένη δέ τινα—δέκα κ. τ. λ.* Aristotelis Categorias respicere his verbis Plotinum non est quod comprobare studeamus post ea, quæ ad titulum hujus libri posita sunt, ubi etiam de Archyta aliisque philosophis, qui summa entis genera constituerant, dictum est. De Aristotelis Categoriis ita Simplicius in eas fol. 7. *β*. edit. Basil. 1551: *καὶ γὰρ οἱ μὲν πρὸ τῶν τοπικῶν ἐπέγραψαν τὸ βιβλίον·* (Aristotelis Categoriarum) *οἱ δὲ περὶ τῶν γενῶν τοῦ ὄντος· ἄλλοι δὲ περὶ τῶν δέκα γενῶν· ἄλλοι δὲ κατηγορίαι δέκα· ἄλλοι δὲ κατηγορίαι, ὥσπερ καὶ νῦν φέρεται.*—Categoriarum mentionem etiam facit *Marius Victorinus* Exposition. in Ciceronis Rhetor. I. p. 130. ed. Capperonnerii: "Aristoteles, ait, res omnes, quæ in dictis et factis et in omni mundo aguntur, decem esse; quarum rerum nomina ponemus. Prima *substantia* est: deinde *quantitas*, *qualitas*, *ad aliquid*, *ubi*, *quando*, *situs*, *habere*, *facere*, *pati*." Tum Græca subjicit.

p. 1045, 8. Ὅτι *γὰρ οὐ συνώνυμον τὸ ὂν—ἢ ὁμωνύμως*] Vid. Aristotelis Categ. c. 1. quod inscribitur *περὶ Ὁμωνύμων, Συνωνύμων, Παρωνύμων·* unde hæc excerpta subjiciam: "Æquivoca (*ὁμώνυμα*) vocantur, quorum commune solum vocabulum est, diversis inter se rerum notionibus, quæ ad illud explicandum pertinent; cujusmodi est *animal* vocabulum, cum *hominem*, tum *pictam animalis speciem* significans."—"*Univoca* (*συνώνυμα*) autem dicuntur hæc, quorum et nomen commune, eademque, quæ nomini illi respondeat, explicatio est, quemadmodum *animal* tum *bovem* significat," &c. Cf. Simplicii Commentar. in Aristotelis Categorr. fol. 7. ibique etiam laudd. Iamblich. et Syrianus.—Plotinum tamen etiam ea dicere homonyma, quæ metaphorice seu per *μετάληψιν* a mente ad corpora transferantur arbitratur *Steinhart* in *Quæstionib. De dialectica Plotini ratione* p. 24. not. 80.

p. 1046, 13. *εἰ τὸ ἴδιόν τις ἀποδοίη*] De significationibus verbi *ἀποδιδόναι* in philosophorum disputationibus dictum est supra ad III. 1. 1. p. 228. C. D.

— 17. *οἷον εἴ τις τὸ τῶν Ἡρακλειδῶν γένος ἕν τι λέγοι κ. τ. λ.*] Porphyrius Isagog. in Aristotel. Categorr. c. II. p. 2. Sylb. p. 370—372. Buhlii: *γένος γὰρ λέγεται καὶ ἡ τινῶν ἐχόντων πως πρὸς ἕν τι καὶ πρὸς ἀλλήλους ἄθροισις· καθ' ὃ σημαινόμενον τὸ Ἡρακλειδῶν λέγεται γένος ἐκ τῆς ἀφ' ἑνὸς σχέσεως, λέγω δὴ τοῦ Ἡρακλέους καὶ τοῦ πλήθους τῶν ἐχόντων πως πρὸς ἀλλήλους τὴν ἀπ' ἐκείνου οἰκειότητα, κατὰ ἀποτομὴν τὴν ἀπὸ τῶν ἄλλων γενῶν κεκλημένον.—Ἡρακλεῖδαι γὰρ λέγονται οἱ ἀπὸ γένους καταγόμενοι Ἡρακλέους κ. τ. λ.* (Quæ verba Buhlius cum reliquis, usque ad *ἀγχιστεῖς* inclusive, uncinis inclusit, quod in Ed. Latina Veneta 1481. hæc leguntur: *Romani nam sunt, qui ex genere*

ascendunt Romuli. Sed quis, qui veterum interpretum licentiam cognoverit, non videat, Romanum exemplum Græco exemplo substituere voluisse Romano sermone utentem interpretem?) μετὰ δὲ ταῦτα [καὶ] τὸ πλῆθος τῶν ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς οἷον [τοῦ] Ἡρακλέους, ὃ ἀφορίζοντες καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων χωρίζοντες ἔφαμεν τὸ ὅλον ἄθροισμα Ἡρακλειδῶν γένος. Cf. Ammon. Dexipp. et Boëth. in Porphyr. Recentiorum interpretum miror neminem Plotiniani loci mentionem fecisse; unde tamen Porphyrius hujus exempli ansam arripuisse videri possit. An dicamus, hæc exempla Heraclidarum, Cecropidarum &c. in hac Categoriarum doctrina ad communes locos pertinuisse? Certe communis hic locus fuit in Oratorum Græcorum Rhetorumque orationibus, funebribus maxime. Vid. Himerii Orat. II. §. 3. 10. 11. et in eam annotata Wernsdorfio p. 374. 385. sq. Ad Heraclidarum res novum quid lucrati sumus ex Polybii Excerptis in Scriptorr. Vett. Collect. Vatic. Nova ed. Ang. Maii Tom. II. p. 386. Adjectivum Ἡράκλειος eximendum est ex Proclo in Platonis Cratylum §. 79. p. 42. Boisson. Exponit Philosophus de nominibus eorum, qui eorum numinum, a quibus appellati sint, virtutem suis etiam actionibus omnique vita prodant et celebrent, velut ii, qui Minerviæ seriei (τῆς Ἀθηναϊκῆς σειρᾶς) adjuncti sint. Deinde, nonnullis interjectis pergit: Τὸν γοῦν Ἡρακλέα, φασὶν, Ἀλκείδην προσαγορευόμενον ἀπὸ τῶν θνητῶν πατέρων ἡ Πυθία κέκληκεν Ἡρακλέα, διὰ τὴν πρὸς τὴν Ἡράκλειον τάξιν καὶ θεότητα συγγένειαν· θεὸς γὰρ ὀνόματος ἀνθρώπῳ μεταδιδοὺς εἰς τὴν ὅλην αὐτοῦ σειρὰν καὶ τὴν ζωὴν ἣν προβέβληται βλέπων τὴν πρέπουσαν τίθησιν ἐπωνυμίαν. Lege: διὰ τὴν πρὸς τὴν Ἡραίαν τάξιν κ. τ. λ. Ad Junonium enim ordinem se composuerat Hercules, et ea dea ejus certaminum et gloriæ per certamina partæ auctor exstiterat: vid. Procl. ibid. §. 123. p. 78. Etymologiæ nominis obloquitur Astyages Grammaticus, assentientibus Lexicographis veteribus. Vid. Etymol. Gud. p. 248. Orion. Theb. in Etymol. ibiq. Larcher. p. 69. Cf. Koesii Excerpta e Cod. Reg. Paris. ad Calc. Orionis p. 186. ed. Sturzii. Σειρῶν in similibus locis mentio frequentatur. Proclus p. 159. in Alcib. pr.: καὶ ἔχεις πάλιν ἐνταῦθα τὴν σειρὰν τῶν ἀγαθοειδῶν αἰτίων ἐκφαινομένην. Ὁ μὲν γὰρ Σωκράτης εἰς δαίμονα ἀποβλέπει, ὁ δὲ δαίμων εἰς θεὸν οὗ ἐστιν ὀπαδὸς, καὶ συνάπτεσθαι (leg. συνάπτεται) τῷ θείῳ διὰ τοῦ δαιμονίου ὁ Σωκράτης. Eunapius in Excerptt. Historr. XVI. p. 264. (in A. Maii Nova Collect. Vatic. II.) de Juliano imperatore: ὥσπερ ὁ ἐκείνου (Πλάτωνος) Σωκράτης φησὶ, μετὰ μὲν Διὸς ἡμεῖς, ἀλλ' οὐ μετ' ἄλλου τῶν θεῶν. ταύτην (leg. ταύτῃ) καὶ αὐτὸς εἰς τὴν ἡλιακὴν βασιλείαν καὶ χρυσῆν σειρὰν ἀναφέρων καὶ συναπτόμενος.—In hanc rem disputat etiam Simplicius in Categorias Fol. 43. a.: Πλειόνων δὲ τῶν πρός τι λεγομένων ὑπὸ τοῦ Ἀριστοτέλους, καὶ ἐνταῦθα ὡς τὸ μεῖζον καὶ διπλάσιον, καὶ ἕξις, καὶ ἀνάκλισις, καὶ τὰ λοιπὰ, καὶ ἄλλων δὲ ὑπ' αὐτοῦ παραδοθέντων, ὧν πρότερον ἐμνημονεύσαμεν, τῶν τε καθ' ὑπεροχὴν καὶ ἔλλειψιν, καὶ τῶν κατὰ δύναμιν καὶ ἀδυμίαν [leg. ἀδυναμίαν] καὶ τῶν ἄλλων τοιούτων ἀπορεῖ ὁ Πλωτῖνος, τίς ἡ ἐν πᾶσι τούτοις κοινότης. ἆρα γενική τις, ἢ κατ' ἄλλον τρόπον, κατὰ τὴν εἰς ἓν ἀναφορὰν ὡς τοὺς Ἡρακλείδας, εἰς ἕνα κοινὸν ἀναφέρεσθαι τὸν Ἡρακλέα φαμέν. καὶ γὰρ εἰ μὲν ἐφαπτόμενα τῶν ὑποκειμένων καὶ ἐχόντων τὴν σχέσιν, ὧν τὰ μέν ἐστιν ἐν οὐσίᾳ, τὰ δὲ ἐν ποσῷ, τὰ δὲ ἐν τοῖς ἄλλοις, συναλλοιωθήσεται τοῖς ἄλλοις τὰ πρός τι· εἰ δὲ μηδεμίαν ἔχοι κοινωνίαν πρὸς τὰ ἔχοντα τὴν σχέσιν, ἀλλ' ἄσχετός ἐστιν ἡ τῶν πρός τι κατηγορία, οὐχ ἕξει σχέσιν ἐκεῖνα, οὐδὲ ἔσται πρός τι οὐδὲ τούτων κοινότης ἐκείνη· Μήποτε οὖν οὐδὲ συναλλοιοῦσθαι δεῖ τοῖς πράγμασιν, οὔτε παντάπασιν αὐτῶν ἀπέχεσθαι, ἀλλ' ἅμα ἐξηρημένων τῶν διαφερόντων τὴν πρὸς ἄλληλα κοινωνίαν συνέχει κατ' αὐτὴν τὴν τῆς σχέσεως ἰδιότητα. καὶ γὰρ εἰ τοῖς διαφέρουσι, καὶ ἀντιδιαιρουμένοις ἐν ὃν τὸ αὐτὸ πανταχοῦ πάρεστι, χωριστὸν ἔσται καὶ κρεῖττον τῶν ἐναντίων, ὥστε οὐ, κἂν ὑφ' ἑνὸς αὐτῶν κατέχοιτο, οὐδὲ ἐμποδίζοιτο καὶ τῷ ἑτέρῳ παρεῖναι. εἰ δὲ ταῦτα ἀληθῆ λέγομεν, ὅσαι ἂν ὦσι καὶ ὁποῖαι διαφοραὶ τῶν πρός τι, πᾶσαι ὑπὸ μίαν τὴν χωριστὴν ταχθήσονται κατηγορίαν, μηδαμῶς ἐκείνης ὑπὸ τῆς διαφορᾶς τῶν μετεχόντων αὐτῆς ἐξισταμένης ἀφ' ἑαυτῆς. Ἕτερον δὲ ἀποροῦσι κ. τ. λ.

p. 1048, 1. Ἀριθμὸν δὴ πρῶτον ποσὸν λέγουσιν] De numeris est peculiaris liber philosophi nostri, sextus hujus Enneadis, ubi vid. annotatt. in titulum et ipsa capita. Hoc loco excutit et refutare studet Plotinus Aristotelis Categoriarum caput quartum, quod inscribitur περὶ ποσοῦ, et ita incipit (p. 30. sq. Sylb.): τοῦ δὲ ποσοῦ τὸ μέν ἐστι διωρισμένον τὸ δὲ συνεχές· καὶ τὸ μὲν ἐκ θέσιν

ἐχόντων πρὸς ἄλληλα τῶν ἐν αὐτοῖς μορίων συνέστηκε, τὸ δὲ ἐξ οὐκ ἐχόντων θέσιν. Ἔστι δὲ διωρισμένον μὲν [οἷον] ἀριθμὸς καὶ λόγος· συνεχὲς δὲ [οἷον] γραμμὴ, ἐπιφάνεια, σῶμα. ἔτι δὲ παρὰ ταῦτα τόπος καὶ χρόνος. Cf. Metaphyss. IV. 13. p. 86. sq. Sylb. et Simplicium in Categg. l. l. fol. 31.

p. 1049, 11. *Αὐτοί τε διὰ τί ποσόν·*] Simplicius in Categg. Fol. 32. b: *ἔτι δὲ ὁ Πλωτῖνος ζητεῖ ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τοῦ ὄντος εἰ τὸ συνεχὲς ποσόν ἐστιν, οὐκ ἔστι τὸ διωρισμένον ποσόν· εἰ δὲ ἄμφω ποσὰ, δεικτέον, τί τὸ ἐν ἀμφοτέροις κοινόν· καὶ λύει τὴν ζήτησιν ἐν τῷ τρίτῳ λέγων* (cf. hujus Enneadis lib. III. c. 13. p. 628.) *ὅτι κοινῶν αὐτοῖς ἐστι, τὸ τοσόνδε, δηλονότι τὸ ὡς μέτρον καὶ ὡς πέρας θεωρούμενον, καθὸ ποσὸν ἕκαστον γινώσκεται· τοῦτο γὰρ οὐκ ἀπὸ τοῦ ἀριθμοῦ τῷ μεγέθει ἐνεδόθη ὥς τισι δοκεῖ, ἀλλ' ἔστιν ἴδιον μέτρον καὶ τοῦ ἡνωμένου τε καὶ τοῦ ἀλληλουχουμένου, καὶ ἔτι μέντοι τοῦ διωρισμένου. ἰδία γὰρ καὶ φύσις ἑκάστῳ, ὡς καὶ ἐν τῷ παντὶ κόσμῳ θεωρεῖται. τοῦ μὲν συνεχοῦς ἡ φύσις, ἣ καλεῖται μέγεθος, κατὰ ἕνωσιν καὶ ἀλληλουχίαν· τοῦ δὲ διωρισμένου ἥ τις καλεῖται πλῆθος, κατὰ σωρείαν καὶ παράθεσιν. καὶ γὰρ κατὰ μὲν τὴν τοῦ μεγέθους οὐσίαν, εἷς ὁ κόσμος ἐστί τε καὶ νοεῖται σφαιρικὸς καὶ συμπεφυκὼς ἑαυτῷ, διατεταμένος τε καὶ ἀλληλουχούμενος. κατὰ δὲ τὸ πλῆθος, ἥτε σύνταξις καὶ ἡ διακόσμησις ἡ ἐκ τοσῶνδε φέρε εἰπεῖν στοιχείων, καὶ ζώων ἢ φυτῶν θεωρεῖται, καὶ ἐναντιοτήτων ἢ ὁμοιοτήτων τόσων καὶ τόσων· εἰ οὖν ἐν ταῖς εἰκόσιν οὕτω ταῦτα κεχώρισται, πολὺ πρότερον ἐν τοῖς νοουμένοις γένεσι· καὶ πρὸ τούτων, ἐν τοῖς καθ' αὑτὰ ἀΰλοις εἴδεσι διέστηκε κοινὸν ἔχοντα, ὡς εἴρηται τὸ μέτρον καὶ πέρας. Ἐγκαλοῦσι δὲ οἱ περὶ τὸν Λούκιον καὶ Νικόστρατον τῇ διαιρέσει κ. τ. λ.*

p. 1050, 11. *οὐκ ἂν κοινόν τι ἔχοιεν πρὸς τούτους ἐκεῖνοι, ἀλλ' ἢ ὄνομα μόνον.*] Ita cum duobus præstantioribus libris scripsimus. De locutione *ὄνομα μόνον* diximus ad IV. 3. 2. p. 373. E.

— 14. *μετρεῖται μὲν γὰρ (λόγος)· ἀλλὰ λόγος ὢν τοσόσδε ἐστίν. ᾗ δὲ λόγος, οὐ ποσόν· σημαντικὸν γὰρ, ὥσπερ τὸ ὄνομα καὶ τὸ ῥῆμα—ἡ δὲ πληγὴ μᾶλλον ὁ λόγος κ. τ. λ.*] Ita bonorum librorum auctoritate hunc locum constituimus. Aristoteles Categor. IV. p. 31. Sylb.: *ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ λόγος [τῶν διωρισμένων ἐστί.] ὅτι μὲν γάρ ἐστι ποσὸν ὁ λόγος, φανερόν· καταμετρεῖται γὰρ συλλαβῇ βραχείᾳ καὶ μακρᾷ λέγω δὲ τὸν μετὰ φωνῆς λόγον γινόμενον κ. τ. λ.* Definitionem λόγου (orationis) mature tentarunt philosophi, Stoici alii. Plato in Theæteto p. 206. c. d. p. 313. Bekk. hanc ponit: Σω. *φέρε δὴ, τί* (alii et Heindf. *τίνα*, sed Bekkeri lectionem confirmant Cod. Bodleian. et Darmst.] *ποτὲ βούλεται τὸν λόγον ἡμῖν σημαίνειν; τριῶν γὰρ ἕν τί μοι δοκεῖ λέγειν. Θεαι. τίνων δή;* Σω. *τὸ μὲν πρῶτον εἴη ἂν τὸ τὴν αὐτοῦ (αὑτοῦ* Heindf. et Cod. Darmst.) *διάνοιαν ἐμφανῆ ποιεῖν διὰ φωνῆς μετὰ ῥημάτων τε καὶ ὀνομάτων ὥσπερ εἰς κάτοπτρον ἢ ὕδωρ τὴν δόξαν εἰς τὴν διὰ τοῦ στόματος ῥοήν. ἢ (ᾗ* Cod. Darmst.) *οὐ δοκεῖ σοι τὸ τοιοῦτον (τ. τοιοῦτο* Darmst.) *λόγος εἶναι;* Respicit tamen etiam Plotinus hanc Stagiritæ definitionem *περὶ Ἑρμηνείας* c. IV. p. 59. Sylb.: *Λόγος δέ ἐστι φωνὴ σημαντικὴ, ἧς τῶν μερῶν τι σημαντικόν ἐστι κεχωρισμένον· ὡς φάσις, ἀλλ' οὐχ ὡς κατάφασις [ἢ ἀπόφασις· λέγω] οἷον, ἄνθρωπος σημαίνει μέν τι, ἀλλ' οὐχ ὅτι ἐστὶν ἢ οὐκ ἔστιν· ἀλλ' ἔσται κατάφασις ἢ ἀπόφασις, ἐὰν προστεθῇ τι.* Atque hanc veram definitionem esse pronuntiat G. Jo. Vossius in Aristarcho C. I. p. 366. (Opp. Tom. II.) e Charisio, Diomede Priscianoque alias simul apponens definitiones. Tu confer præterea Porphyrium et Simplicium in Categorr. l. l. et Ammonium in *περὶ Ἑρμην.* l. l. Olympiodorus in Plat. Alcib. pr. p. 66: *ὅτι πρόσωπον τῆς ἀπηχήσεως ὁ λόγος.* Idem Cap. VI. p. 53. de Apolline Delphico vaticinante: *ὅτι οὐ πληγῇ μόνον ἀέρος ταῦτα ἔλεγε καὶ φωνῇ, ἀλλὰ ζωτικῶς καὶ ἐνθέως,* quæ cum Plotinianis B. lin. 5. sq. *εἰ δὲ μὴ κατὰ τὴν πληγὴν ἡ φωνὴ, ἀλλὰ κατὰ τὸν ἀέρα* componenda sunt.

p. 1051, 7. *ἐκ τῆς σημαντικῆς εἰς συσσημαντικὸν ἐκείνης τῆς κατηγορίας*] Ita pro *εἰς σημαντικὸν* scripsimus cum Ficino ex Codd. bonorum vestigiis. Hujus Adjectivi exemplum unicum laudatur ex Etymol. M. p. 649. 20. Heidelb. p. 588. Lips. Ei igitur hoc Plotinianum accedat, et Schneideri Lexico hæc vox addatur. Mox cum libris nostris plurimis dedimus *ἐνιαύσιος* pro *ἐνιαυσιαῖος* editionis et *ἐφαπτομένη* pro *ἐφ' ἁπτομένη*, denique post *τὰ μετέχοντα* ex libris nostris adjecimus *πάντα*. Respicit autem in hoc loco de *Tempore* Aristotelis hæc in Categorr. IV. 6: *Ἔστι δὲ καὶ ὁ χρόνος καὶ ὁ τόπος τῶν τοιούτων· ὁ γὰρ νῦν χρόνος συνάπτει πρός τε τὸν παρεληλυθότα καὶ πρὸς τὸν μέλλοντα.* Exempla quoque v. c. *ὁ τρίπηχυς* in fine Capitis quinti Plotiniani ex Ari-

stotelis Categg. desumpta sunt. Cf. IV. 12. Quod semel monuisse sufficiat, ne magnam Categoriarum libelli partem in nostras Annotationes transferre cogamur.

p. 1052, 1. Τὸ δὲ *πρός τι κ. τ. λ.*] Aristotelis Categg. V. 1: Πρός τι δὲ τὰ τοιαῦτα λέγεται, ὅσα αὐτὰ, ἅπερ ἐστιν, ἑτέρων εἶναι λέγεται, ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως πρὸς ἕτερον.

p. 1053, 10. *καὶ ἐπὶ διαθέσεως ὡσαύτως· τί οὖν ἂν εἴη παρὰ ταῦτα τὰ πρὸς ἄλληλα, ἢ ἡμῶν τὴν παράθεσιν νοούντων; τὸ δ' ὑπερέχον τὸ μὲν τοσόνδε μέγεθος—ὁ δὲ δεξιὸς—τὸ δεξιὸν καὶ τὸ ἀριστερὸν ἐνοήσαμεν.*] Ita Codicum nostrorum ope cum Ficino hunc locum integravimus et correximus. Extrema hujus capitis: *τὸ δὲ πρότερον καὶ ὕστερον ἡμεῖς ὡσαύτως* proxime videntur ad ea accedere, quæ recenti memoria Regiomontanus philosophus Kantius in eo loco Critices, quem transcendentalem Æstheticam appellavit, de Tempore et Spatio tanquam formis contemplationis nostræ (Formen unserer Anschauung) exposuit.

p. 1055, 15. *πατρὸς ἀπελθόντος—ὅμοιος οὗτος τῷ τεθνηκότι*] Supra I. 4. 7. p. 34. F. *ἀπελθεῖν* de morte voluntaria posuit Plotinus. Hoc loco simpliciter est *mori*, ut apud Diogen. Laërt. II. 6: Σωκράτους δ' ἀπελθόντος (cf. Annot. nostr. supra in I. 4. 7. p. 34. D., pro quo etiam *ἀπελθεῖν* vel *ἀπιέναι εἰς τὸ χρεὼν* usurpant scriptores (Vid. Wyttenbach. ad Plutarch. Consolat. Apollon. p. 753. sq.) et *ἀπελθεῖν ἐξ ἀνθρώπων* Diog. Laërt. VII. 184. cf. Baguet. ad Chrysippi Reliquias p. 39. sq. not. 69.

p. 1056, 4. Ἆρ' *οὖν τὰς σχέσεις ταύτῃ διαιρετέον, ᾗ*] Ita ex libris cum Ficino reposuimus pro *ἀρ'— ἤ*. Idem interpres mox non expressit *θεωρεῖν* post *κειμένην*, igitur in versione adjecimus *si contempleris*. Deinde cum eodem Ficino ex Codd. dedimus: *τὰ δὲ—ἢ ἀεί πως* (pro *πρὸς*) *τὴν σχέσιν καὶ εἶχε καὶ πρὸ τοῦ* (pro *πρὸς*) *τὴν ἑτοιμότητα.*

— 5. *ἀργὸν τὴν σχέσιν*] Cf. annot. mea in Procli Inst. Theol. p. 180. et cf. infra p. 582.

p. 1057, 7. *τοῦ γὰρ διπλάσιον εἶναι τὸ διπλάσιον αὐτὸ αἴτιον· τῷ δὲ, τὸ ἥμισυ*] Bini libri *τὸ δὲ τὸ ἥμισυ*. Videtur scribendum *τοῦ δὲ* (sc. *ἡμίσυ εἶναι*) *τὸ ἥμισυ.*

p. 1058, 17. Τὴν *δὲ ποιότητα ἀφ' ἧς ὁ λεγόμενος κ. τ. λ.*] Simplicius in Categorias, postquam aliorum sententias *περὶ κοινοῦ τοῦ ποιότητος* explicuit (Fol. 57. b. 20.) de Plotino refert: Ὁ δὲ Πλωτῖνος *τὸ κοινὸν τῆς ποιότητος δύναμιν εἶναι ἔθετο, ἀφ' ἧς τὸ ἔχον δύναται ἃ δύναται. πάσαις γὰρ ἐφαρμόζειν τοῦτο ταῖς τέτρασι ποιότησι. καὶ ὅτι μὲν ὡς μοναχῶς χρῆται τῇ δυνάμει καὶ τὸ δύνασθαι, καίτοι πλεοναχῶς αὐτῶν εἰωθότου κατηγορεῖσθαι, πρόδηλον. ἑκάστη γὰρ τῶν κατηγοριῶν ἐφαρμόττει τοῦτο. ἐκεῖνο δὲ ἐπιστῆσαι χρὴ μήποτε εἰς τὸ αὐτὸ περιδεδράμηκεν ἡμῖν ἡ ἀπορία. ἦν μὲν γὰρ τὸ ζητούμενον, εἰ πολλαχῶς λεγομένης αὐτῆς, οὐδέν ἐστι κοινὸν, τὴν δὲ δύναμιν ἀντὶ τῆς ποιότητος μεταλαβόντες, οὐδὲν πλέον πεποιηκέναι δοκοῦμεν. εἴπερ γὰρ ὁμωνύμως καὶ αὐτὴ λέγεται, καὶ πάλιν ὥσπερ τῆς ποιότητος τὸ κοινὸν δύσκολον εὑρεῖν, οὕτω καὶ τῆς δυνάμεως τί ποτέ ἐστι τὸ γένος οὐ ῥᾴδιον συλλογίσασθαι. καὶ ἴσως ἀληθὴς ὁ τοῦ Πλωτίνου λόγος. διότι γὰρ μέση ἐστιν ἡ ποιότης τῶν τε ἐπικτήτων συμβεβηκότων, καὶ τῶν αὐτοφυῶν οὐσιῶν, διὰ τοῦτο τῇ δυνάμει ἔοικε μέσην καὶ αὐτὴ τὴν φύσιν ἐχούσῃ. καὶ διότι μεν κοινωνεῖ τῆς τοῦ εἴδους οὐσίας ὁπωσοῦν, διὰ τοῦτο καθ' ἕνα κοινὸν λόγον χαρακτηρίζεται. ἐπεὶ δὲ καὶ τῆς ἐπιγεννηματικῆς κατηγορίας συμμετέσχηκεν, ὥσπερ ἡ τοῦ κεῖσθαι καὶ ἔχειν κατηγορία, διὰ τοῦτο καὶ αὐτὴ προσλαμβάνει τὸ πλεοναχῶς λέγεσθαι. ὥσπερ καὶ ἡ δύναμις. καὶ γὰρ ἐπὶ ταύτης τὸ πλεοναχῶς λεγόμενον αὐτῆς, ἀπ' αὐτῆς ἔχει τὸ κοινὸν συνυπάρχον, ἢ τῷ ἀφ' ἑνὸς ἢ πρὸς ἓν συντετάχθαι, ἢ τῷ περὶ τὸ αὐτὸ ποιεῖσθαι τὴν ὕφεσιν τῆς δυνάμεως.* In sequentibus transit Simplicius ad divisionem *δυνάμεων*, neque amplius de Plotino sermo est usque ad fol. 58. a. 23. ubi legitur: Ἀλλ' *εἰ ἡ δύναμις τοιαύτη, φησὶν ὁ Πλωτῖνος, αἱ ἀδυναμίαι οὐκέτι ἔσονται ποιότητες· εἰ δὲ ποιότητες καὶ αὐταὶ, οὐκ ἐφαρμόσει κατὰ πασῶν ὁ τῆς ποιότητος διορισμός. πρὸς δὴ τοῦτο ἀναγκαῖον διελέσθαι, πῶς λέγεται δύναμις καὶ ἀδυναμία. εἰ μὲν γὰρ ὡς οἱ Στωϊκοὶ ἀποδιδόασι, δύναμίς ἐστιν ἡ πλειόνων ἐποιστικὴ συμπτωμάτων, ὡς ἡ φρόνησις τοῦ τε φρονίμως περιπατεῖν, καὶ τοῦ φρονίμως διαλέγεσθαι, ἔσονται κατὰ τὸν τοιοῦτον διορισμὸν, καὶ αἱ νῦν λεγόμεναι ἀδυναμίαι, δυνάμεις· καὶ γὰρ αἱ ἀτεχνίαι πλείονα διαπτώματα ἐπιφέρουσιν· εἰ μέν τοι κατ' ἄλλην διάταξιν τῶν Στωϊκῶν λέγοιτο δύναμις, ἡ πλειόνων ἐποιστικὴ συμπτωμάτων, καὶ κατακρατοῦσα τῶν ὑποτασσομένων ἐνεργειῶν, καὶ οὕτως ἐφαρμόττει ὁ τοῦ Πλωτίνου ὅρος. καὶ γὰρ ἡ κακία ἀδυναμία οὖσα κατὰ τὸν τῶν Στωϊκῶν ὅρον κατακρατεῖ τῶν οἰκείων ἐνεργειῶν καὶ αἱ μέσαι τέχναι, ὡς ἂν ἀποπίπτουσαι*

p. 1168, 8. *ὥσπερ ἂν ἡ θέρμανσις—αὔξῃ—τοὐναντίον ἄγῃ*] Ita correxi. Nam licet Cod. Darmst. in Platonis Cratylo p. 391. b. p. 19. Bekk. etiam exhibeat: *ἥτις ποτ' ἄν ἐστιν αὐτοῦ ἡ ὀρθότης*: facio tamen cum Bekkero, qui ibi posuit *ἥ τίς ποτ' αὖ ἐστὶν αὐτοῦ ἡ ὀρθότης*. Qua de re in utramque partem disputarunt viri docti. Vid. Matth. Gramm. gr. §. 599. 2. e. p. 1201. ed. alt. Adde Dissenii Disquisitt. Philoll. I. p. 8. sqq. et Ast. ad Platon. Legg. I. 14. p. 81. Similiter proxime posui *καὶ ᾗ κοινόν τι ἡ κίνησις*, pro *ἥ*, et *δοκοῦσαν ἔχῃ* pro *ἔχει*.

p. 1171, 11. *τὴν ἄνω ὠθοῦσαν καὶ ἄλλην λέγοι*] Fic. expressit in Latinis, quæ in marg. Med. A. addidit post *ἄλλην*, nimirum *τὴν κάτω*. Libri non agnoscunt.

p. 1172, 5. *αὖ ἀποχώρησιν*] Fic. in Latinis ex-

pressit, quæ in marg. Medic. A. addenda esse censet: *καὶ ἡ διάκρισις αὖ.* Libri tamen non suffragantur; et in ejusmodi partitionibus Plotinus ea quoque nonnunquam omittit, quæ ad membrorum æqualitatem necessario pertinere videantur.

p. 1172, 13. *κατὰ τὸ ποσὸν*] Ita correxi ex Cod. Ciz. Ficinus conjecit expressitque *τὸ ποιὸν, qualitatis:* nunc pone *quantitatis.* Ed. habet *κατὰ τόπον.*

p. 1173, 4. *μανὸν δὲ αὖ ἠλλοίωται·*] Simplicius in Aristot. Categg. p. 68. b: *Οἱ δὲ περὶ τὸν Νικόστρατον, καὶ τὴν μανότητα καὶ πυκνότητα, ποιότητες φιλονεικοῦσι δεικνύναι, τὸ πῦρ μανὸν εἶναι παρατιθέμενοι, καὶ τὸν ἀέρα. τὴν δὲ γῆν, πυκνὴν, οὐ κατὰ θέσιν, ἀλλὰ κατὰ ποιότητα. ῥητέον δὲ πρὸς αὐτοὺς, ὡς καὶ ἐν τούτοις κατὰ τὸν θεῖον Ἰάμβλιχον ἑκάτερον τούτων δύο σημαίνει, καὶ θέσιν μορίων, καὶ ποιότητα· θέσιν μὲν, ὡς ἐπὶ τῶν ὑφασμάτων· ποιότητα δὲ, ὡς ἐπὶ τοῦ ἀέρος. διακρίνειν δὲ ταῦτα ἐν εἰσαγωγῇ οὐκ ἦν ἀναγκαῖον· καὶ γὰρ ἄλλο μέν ἐστι μανὸν, οὗ τὰ μόρια ἀφέστηκεν ἀπ' ἀλλήλων, οὐχ ὅτι κενόν ἐστι μεταξὺ, ἀλλ' ὅτι ἑτερογενὲς σῶμα λεπτότερον. ὁ μέντοι ἀὴρ οὐ τῷ ἀφεστάναι ἀπ' ἀλλήλων τὰ μόρια αὐτοῦ μανός ἐστιν, ἀλλὰ τῷ κοῦφος εἶναι καὶ εὐδιαίρετος. διόπερ τῶν κατὰ ποιότητα ἂν εἴη τοιούτων, ἀλλ' οὐ τῶν κατὰ θέσιν. τῷ δὲ τοιούτῳ μανῷ φησὶν Ἰάμβλιχος, οὐ τὸ πυκνὸν, ἀλλὰ τὸ στερεὸν ἀντιτάξομεν, ᾧ τὸ δυσδιαίρετον ὑπάρχει καὶ βαρύ. καὶ τὸ μὲν τοιοῦτον κατὰ ποιότητα ἔσται· τὸ δὲ κατὰ θέσιν ὑπὸ τὰ πρός τι ἀναχθήσεται. ἐπιστῆσαι δὲ ἄξιον, ποῖον τοῦ στερεοῦ σημαινόμενον ἀντίκειται τῷ μανῷ. εἰ μὲν γὰρ τὸ τριχῇ διαστατὸν, ἡ ἐπιφάνεια τούτῳ καὶ ἡ γραμμὴ ἀντίκειται· εἰ δὲ τὸ ἰσχυρόν; τὸ σαθρὸν ἂν εἴη τούτῳ ἀντικείμενον· εἰ δὲ τὸ δυσδιαίρετον, εἰ μὲν διὰ τὴν σκληρότητα ἔχει τοῦτο, τὸ μαλακὸν αὐτῷ ἀντίκειται. εἰ δὲ διὰ τὴν πυκνότητα, τὸ ἀραιόν· καὶ εἴη ἂν τῷ μανῷ κυρίως οὐ τὸ στερεὸν, ἀλλὰ τὸ πυκνὸν ἀντικείμενον. Πλωτῖνος μέντοι οὐκ ἀξιοῖ δύο σημαινόμενα τῆς μανότητος καὶ πυκνότητος ἀκούειν, τὸ μὲν, ὑπὸ τὸ πρός τι, τὸ δὲ ὑπὸ τὸ ποιὸν ἀναγόμενον, ἀλλὰ μόνην ποιότητα ὁρᾷ. οὔτε γὰρ ἐν διαστάσεσιν εἶναι τὰ μανὰ καὶ τὰ πυκνά. κἂν τούτῳ δέ τις φησὶ συγχωρήσειε, ποιότητα εἶναι καὶ τὴν διάστασιν. πρὸς ὃ ῥητέον, ὅτι τὸ διττὸν τοῦτο τῆς φύσεως οὐκ ἔδει συγχεῖν. φιλοσόφου γὰρ ἀνδρός ἐστι, καὶ τὰς ἐν τοῖς κοινωνοῦσι διαφορὰς ἀπολογίζεσθαι. ἀλλ' οὐ δεῖ φασὶ τὴν διάστασιν αἰτιώμενον ὑπ' ἄλλην ἀνάγειν κατηγορίαν. ἤνωται γὰρ ἡ οὐσία καὶ μία ἐστίν. ἀλλ' εἴρηται καὶ πρότερον, ὅτι Ἀριστοτέλης οὐ τὰς πρώτας καὶ στοιχειώδεις τῶν μορίων θέσεις αἰτιᾶται, ἀλλὰ τὰς ἐν τοῖς συνθέτοις ἤδη περιγραφείσας, αἵτινες εἰργόμεναι ὑπὸ λεπτοτέρων σωμάτων, διαφεύγουσι τὴν αἴσθησιν, πῶς ἔχουσι τὸ ἐν διαστάσει συνηνωμένον.*

— 11. *οὕτω γὰρ ἄν τις καὶ κενὸν παραδέχοιτο κ. τ. λ.*] Simplicius l. c. Fol. 109. b: *Ζητοῦσι δὲ καὶ ἐπὶ τῆς γενέσεως καὶ φθορᾶς, τίνας αὐταῖς ἠρεμίας ἀντιθετέον, καὶ λέγουσι τῇ μὲν γενέσει τὴν *τῷ [*τοῦ marg.] μὴ εἶναι. οὕτως δὲ καὶ τῇ μὲν αὐξήσει ἡ κατὰ ἀτελὲς ἠρεμία ἀντίκειται· τῇ δὲ μειώσει, ἡ κατὰ τὸ τέλειον. Πλωτῖνος δὲ ἐφίστησιν, ὅτι ἀποφάσεώς ἐστι τοῦ κινεῖσθαι ἡ ἠρεμία. διότι οὐδὲ ἐν γένει ἄλλῳ ἠρεμίᾳ. εἶτα ζητήσας, διὰ τί οὐχὶ καὶ κίνησις ἀπόφασις τῆς στάσεως; ὅτι, φησὶ, ἡ ἐκεῖ φέρουσα κίνησίς ἐστι, καὶ ὅτι ἡ κίνησις ἔργον, καὶ ἔστιν ἄλλο τι ἐνεργοῦν καὶ οἷον ὠθοῦν τὸ ὑποκείμενον, καὶ μυρία ἐργαζόμενον αὐτὸ καὶ φθεῖρον· ἡ δὲ ἠρεμία ἑκάστου οὐδέν ἐστιν ἄλλο παρ' αὐτό. σημαίνει δὲ μόνον, ὅτι κίνησιν οὐκ ἔχει. ἐπὶ δὲ τῶν νοητῶν, φησὶ, οὐχ ὁ αὐτὸς τρόπος τῷ θατέρῳ μὴ ἀναιρεῖν τὸ ἕτερον, ἀλλ' ἄμφω ἅμα εἶναι, καὶ τὴν κίνησιν καὶ τὴν στάσιν.* Hactenus de Plotino. Inde transit ad aliorum philosophorum sententias, neque redit ad Plotini sententiam refutandam, ut alias mos est Simplicio.

p. 1174, 12. *Περὶ δὲ στάσεως κ. τ. λ.*] Plato Cratyl. p. 426. C. D. p. 142. Heindf. Cf. Pachymereæ Paraphrasis in Dionys. Areopagit. Vol. I. p. 484. De quiete mentis supra agit Plotinus V. 3. 7. p. 503. B. ubi nostri loci lectores admonuimus.

p. 1176, 2. *ἀλλὰ καθ' ὃ στάσις κατείληφεν*] Ficinum plura legisse dixeris h. l. Sed libri nihil amplius offerunt.

— 18. *ὅταν σχέσις οὐσίας ποιῇ*] Ficinum legisse dicas *οὐσίαν.* Libri tamen nihil variant.

p. 1177, 1. *ἀλλ' ἢ καθ' ὃ μέρος τινὸς, οἷον χεὶρ*] Ita posui pro *ἀλλ' ἢ καθὸ μέρος οἷον χείρ.*

LIB. IV.

P. 1178, 7. ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΟ ΟΝ ΕΝ ΚΑΙ ΤΑΥΤΟΝ ΟΝ ΑΜΑ ΠΑΝΤΑΧΟΥ ΕΙΝΑΙ ΟΛΟΝ.] Liber vigesimus et secundus numero secundum temporis ordinem. (Porphyr. de Vit. Plotin. c. V. et XXVI.) Quod idem addit:

πρῶτον, est etiam in duobus libris MSS. nostris. Quod librarius vel alius eruditus lector admonitionem adscripsit in Cod. Marc. E: "*Falsam videri hanc inscriptionem, quod hoc libro non de ente agatur, sed de anima,*" non moramur. Cudworth. in System. intellect. V. 3. 8. p. 1014. ait: "Verum etiam binis libellis hoc argumentum data opera persecutus est (Plotinus): τὸ ὂν ἓν καὶ ταὐτὸν ἀριθμῷ ἅμα πανταχοῦ εἶναι ὅλον. [Nullus Codex vocem ἀριθμῷ agnoscit, et minus accurate librorum horum titulum laudasse Cudworthum jam Moshemius notavit not. 3.] *Id quod unum idemque est* NUMERO *ubique simul totum esse.* Utroque libro id sibi datum credit, ut deum non ex parte hic ex parte illic esse, non secus ac si naturam ejus radio et arundine dimetiri liceret, sed totum ubique individuum versari convincat." Anglice vertit hunc librum Th. Taylor, quem manu scriptum ad me transmisit cum annotationibus vir humanissimus.

p. 1179, 11. καὶ μηδὲν εἶναι ἀφ' ἑαυτοῦ] Taylor ad h. l.: "Quality is that which imparts what is apparent in matter, and what is the object of sense. Hence, as it is well observed by Damascius περὶ ἀρχῶν: 'That which is the object of sight, is neither body nor colour, but coloured body, or colour corporalized, is that, which is motive of the sight. And universally that which is sensible, which is body with a particular quality, is motive of sense.'"

— 12. Διὸ καὶ ἐξ ἀνάγκης τοσοῦτον·] "In the original there is nothing more than that. But from the version of Ficinus it is requisite to add: ὅσον ἐστὶ καὶ τὸ σῶμα. And indeed this addition is necessary. The version of Ficinus is: *Quapropter qualitas necessario tanta est,* QUANTUM EST ET CORPUS." Taylor. Libri nostri nihil adjiciunt editioni.

p. 1181, 2. καὶ οὗ τὸ πᾶν, ἐκεῖ αὐτὸ] Ita emendavi ex bonis libris. Nostra emendatio hanc versionem requirit: — et *ubi* Universum est, *ibi* etiam est ipsum.

— 10. Καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν εἰ τὸ πανταχοῦ κ. τ. λ.] Vid. Cudworth. Syst. intellect. p. 1018. Mosh. et cf. Tennemann. Histor. Philos. VI. p. 123. sq. ibiq. laudd. Enn. V. 1. 4. VI. 5. 2.

p. 1182, 11. ἀνάγκη ὅλον παρεῖναι εἴπερ πάρεστι κ. τ. λ.] Damascius de Principiis p. 34. p. 94. ed. Kopp.: οὕτω γὰρ καὶ τὸ ὂν ὁ Πλωτῖνος ἀξιοῖ νοεῖν, τὸ αὐτὸ πανταχοῦ ὅλον παρὸν κοινῇ τε πᾶσι καὶ ἑκάστῳ τῶν πολλῶν. Cf. etiam Procli Instit. Theol. c. XIX. p. 32. sqq. Idem Damascius ibid. c. 58. p. 160. Kopp.: ἕτερον δὲ λέγεται Ὂν τὸ ὁλοφυὲς πλήρωμα τῶν γενῶν ὃ παρουσίαν ἰδίως καλοῦμεν ὡς ὁ Πλωτῖνος.

— 16. οἷον βολὰς εἶναι λέγουσιν] Quod Marc. A. βουλὰς habet, hæc confusio alibi etiam obvia. Vid. Wesseling. ad Diodor. I. p. 259. et Boissonad. ad Philostr. Heroicc. p. 547. Recte autem *jactus* vertit Fic. indefinite. Nam cum mens (νοῦς) et νοητὸς κόσμος nunc cum sole comparetur, possint *radii* cogitari sive ἡλίου βολαὶ (Lobeck. ad Sophocl. Ajac. p. 366.), nunc eidem ὄψις tribuatur, possint intelligi ὀφθαλμῶν βολαί: (de qua locutione vid. Wagner. ad Alciphron. III. 1. p. 5. Blomfield. ad Æschyli Agamemn. p. 232. Boisson. ad Philostrat. l. l. et ad Aristænet. I. 1. p. 208. sq.) nisi malueris pro *scintillis* accipere, quæ etiam dicuntur βολαί.

p. 1183, 8. μηδενὸς δὲ ὄν] Marg. Ed. ὄντος. Equidem utramque lectionem jungendam esse censeo. Pro ᾧ ἂν αὐτῷ fort. legendum αὐτό.

— 10. ἐκείνου ἐφιεμένου] Fallor, aut Fic. expressit ἐφιέμενον non ἐφιεμένου.

— 13. συμπαραθεῖν τῷ σώματι] i. e. *ut una cum corpore et juxta corpus currat:* (adeoque illud quasi consectetur). Fic. expressit lectionem marginis Ed. et aliquot librorum: συμπαθεῖν.

p. 1184, 13. Πῶς οὖν τὸ ὂν καὶ τὰ ὄντα κ. τ. λ.] Cudworth. Syst. intell. p. 668. sq. ibiq. Mosh. Cf. Plotinum supra V. 2. 11. et 12. p. 492. A. Attigit nostrum locum etiam Brucker. in Hist. Crit. philos. p. 407. Cf. supra p. 471. c. 3. A. B. C. ibiq. Annot.

p. 1185, 10. ἢ ὅλου πανταχοῦ] Fic. Mediceam lectionem εἰ ὅλον πανταχοῦ expressit. Sed eadem sententia nascitur, si ad ὅλου ex proximis cogitando repetas: ἐφ'.

— 16. ἐὸν γὰρ ἑόντι πελάζει] Leguntur hæc in Parmenidis Fragmm. v. 86: πᾶν δὲ πλέον ἐστὶν ἐόντος· τῷ συνεχὲς πᾶν ἐστιν, ἐὸν γὰρ ἑόντι πελάζει. Ad quæ verba Brandis in Commentt. Eleatt. p. 115. et alios locos citavit, et nostrum hunc ipsum. Ad argumentum loci nostri adhibe Plotiniana hæc: p. 364. D. p. 385. sq. et p. 475. A. B.—Cum Ficinus in versione Latina ad

hæc verba addiderit: *ut Parmenides ait*, Taylor in versione hæc adposuit uncinis inclusa: *as Parmenides says*: addens: "The words, ὡς ὁ Παρμενίδης φησὶ, are omitted in the original, but ought to be inserted, as is evident from the verses of Parmenides cited by Simplicius in his Commentary on the first book of Aristotle's Physics. Ficinus also in his version has *ut Parmenides ait.*"—In Latinis correxi in seqq. ex Ed. pr.: HAC *ipsius animæ natura* pro *ac.*

p. 1187, 11. πρὸς ἄογκον] Ita correxi ex bonis libris (pro ὄγκον): *ad* NON *molem*, sive *ad id, quod moles non est.*

p. 1188, 4. τί γὰρ διαφέρει; ἢ καὶ ταῖς προσθήκαις.] Conf. Cudworth. System. intell. p. 1015.

p. 1189, 6. οὐκ ἄμοιρον τοῦ αὐτοῦ πολλαχῇ κείμενον.] "For κείμενον here, it is necessary to read κειμένων, conformably to the version of Plotinus." *Taylor.* Ficinus expressit κειμένων, sed libri tamen cum edit. conspirant.

p. 1190, 10. οὐκ οὔσης ἄλλοθεν αὐγῆς] Fic. expressit lectionem Medic. A. γῆς, *terra.* Pro eo posuimus *lux.* Taylor ad h. l. ita: "It is singular, that Ficinus should have translated αὐγῆς in this passage, as if it was αὖ γῆς. For his version is: *ubi non sit aliunde* TERRA *externæ moli.*"

— 13. τοῦ μικροῦ ἐκείνου] Ed. perperam μικηοῦ. Taylor: "For μικηοῦ in this place, which is evidently erroneous, it is requisite to read, conformably to the version of Ficinus, κέντρου."

— 17. ἢ ἐπ' ἴσης ἂν εἴη] "Here immediately after ἢ ἐπ' ἴσης ἂν εἴη in the original, it is necessary to add ἔνδον καί. Ficinus also has: *et intus.*" Taylor.

p. 1191, 7. δηλοῦσι δὲ αἱ ἀποτομαὶ κ. τ. λ.] Plutarch. de Placitt. Philosophorr. II. 24. p. 587. Wyttenb.: Ξενοφάνης, πολλοὺς εἶναι Ἡλίου καὶ Σελήνας (Wyttenb. malit πολλὰς εἶναι Ἡλίου καὶ Σελήνης sc. ἐκλείψεις) κατὰ κλίματα (Stobæus I. 26. p. 534. Heer.: κατὰ τὰ κλίματα, et hoc Plutarcho vindicavit Beckius p. 56. cf. p. 200.) τῆς γῆς καὶ ἀποτομὰς καὶ ζώνας. Κατά τινα δὲ ("Concinnius Stobæus: κατὰ δέ τινα" Beck.) καιρὸν ἐμπίπτειν (ἐκπίπτειν Stob.) τὸν δίσκον εἴς τινα ἀποτομὴν τῆς γῆς οὐκ οἰκουμένην ὑφ' ἡμῶν, καὶ οὕτως ὥσπερ (ὡσπερεὶ Stob.) κενεμβατοῦντα ἔκλειψιν ὑπομένειν (ὑποφαίνειν Stob. Ceterum cf. Brandisii Commentt. Eleatice. I. p. 54.) Hinc intelligitur, quid hoc loco, ubi de Solis lumine agit Plotinus, per illas ἀποτομὰς declarare voluerit. Est vero hic vocis significatus addendus Lexicis. Verbum ἀποτέμνεσθαι astronomi cum etiam esse arguit locus Arati in Phænomm. v. 541: ὅσσον δ' ὀφθαλμοῖο βολῆς ἀποτέμνεται αὐγὴ, ubi in Scholiis p. 125. Buhlii: ὅσον δὲ τῆς ἀπὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ βολίδος καὶ ἀκτῖνος ἀποτέμνεται καὶ ἀφαιρεῖται ἡ αὐγὴ τοῦ αἰθέρος.

— 18. οὔτε ἔκ τινος τόπου] Fic. expressit οὔτε ἐντός τινος τόπου: sed libri hanc lectionem non offerunt.

p. 1192, 15. Τὸ δὲ ἓν ἐν αὐτοῖς κ. τ. λ.] Attigit hæc Matter. in *Histoire crit. du Gnosticisme.* Vol. II. p. 467.

p. 1195, 6. φανοτέρου] Ed. vitiose φανερωτέρου. Quod in Vaticano est φανωτέρου, est hoc commune vitium librariorum, pænultimam syllabam produci ignorantium. Qua de re nuper post alios monuerunt Stallbaum ad Platonis Phileb. p. 31. et C. Hermannus noster ad Lucian. de conscrib. histor. 49. et 268. De vocabulo hoc a Platonis imitatoribus frequentato supra dictum est p. 481. B. Adde Jo. Chrysostomi Homil. II. p. 371. A: καὶ τὰ προοίμια λαμπρὰ καὶ ἡλίου φανότερα, ubi plura congessit Matthæi p. 117.

— 13. αὐτὴ ὅλη] Si amplectaris lectionem librorum Marce. αὐτῇ ὅλῃ, et abjicias καὶ ante οὐκέτι, hæc sententia exit: non amplius *ipsi toti*, sed *partitioni impotentia* (ita utique scribendum pro: *in potentia*) *accidet.*

p. 1196, 1. τὸ εἴδωλον τοῦ συνηρτῆσθαι] Suspicor: του, i. e. τινὸς, imaginem *cujusquam.*

— 13. τὰ γενόμενα] Ita scripsi ex bonis libris cum Ficino pro γεγενημένα. Vid. Wyttenb. in Selectis Historr. ad Herodot. I. 1. p. 341—344.

— 17. χωρὶς πυρὸς ποιήσει] Uncinis inclusi *non* in Latinis, utpote in nullo libro, nec in Mediceis, quibus Ficinus usus est, conspicuo.

p. 1197, 5. ῥέοντα τὰ ἐξ αὐτῆς] Illud τὰ si a Codice uno et altero abesset, equidem non desiderarem.

— 7. Ἀλλ' ὅτι μὲν μὴ κ. τ. λ.] In Ed. in Latinis deerant verba: *intelligibili fiunt, morti non sint obnoxia, animæque et intellectus omnis sint* —quæ ex Ed. prc. explevi.

— 15. οἷον τῷ φωτὶ τὸ διαφανὲς] Taylor, cum

in Ficini versione sit: *sed* quemadmodum perspicuum corpus, desiderat præmissum ἀλλ', idque addendum esse existimat.

— 16. *τεθολωμένῳ*] Vid. supra ad III. 3. 4. p. 274. B.

p. 1198, 2. *ἐπεὶ καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ*] Fic. expressit: *ἐπεὶ καὶ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ μήλου*: cujus tamen lectionis in nostris Codd. nec vola nec vestigium apparet. Eam vocem Taylor addendam censet.

p. 1200, 11. *οὐδὲ γὰρ οὕτω προητοίμαστο ὥστε μέρος αὐτῆς ὠδὶ κείμενον εἰς τοῦτο ἐλθεῖν κ. τ. λ.*] "Ficinus has in this passage evidently mistaken the meaning of Plotinus. For his version is: *Non enim sic præparata res est, ut pars animæ hic posita ad hoc accederet.* For Plotinus is here speaking of soul, and not of the thing which is prepared to receive it." *Taylor.*

p. 1201, 3. *οὐ μέρους, ὅλου·*] Cum in Ed. sit perperam *μέρος*, Taylor sine libris ex Ficini versione conjecit *οὐ μέρος, ἀλλ' ὅλον*. Sed voluit, credo, scribere *μέρους*.

— 9. *ᾗ προσέχοντες ἀπιστοῦμεν κ. τ. λ.*] Vid. Cudworth. Syst. Intellect. p. 1020.

p. 1202, 4. *πανταχοῦ ἀμερὲς ὂν, παρεῖναι· κ. τ. λ.*] Conf. Cudworth. Syst. Intellect. p. 1018.

p. 1203, 5. *ἀλλ' οὕτως εἶχεν ἀεί·*] Fic. expressit *εἶχον*, quod verum videtur, neque tamen in ullo libro comparet.

— 9. *Ἡμεῖς δὲ, τίνες δὲ ἡμεῖς;*] Hæc admonent Pindari Pyth. VIII. 135. sq.: *Ἐπάμεροι. τί δέ τις; τί δ' οὔ τις; Σκιᾶς ὄναρ, ἄνθρωποι.*

— 11. *καί τινες καὶ θεοὶ*] Ficinus non expressit verba: *καὶ θεοί*. Neque etiam in ed. pr. post: *et alii quidam* verba comparent: *etiam dii* (erant), quæ haud dubie religione prohibitus omisit Marsilius. Est autem hæc sententia conjuncta cum placitis Alexandrinorum aliquot philosophorum, ejusque vestigia exstant cum alibi, tum apud Porphyr. de vita Plotini cap. II. p. 94. Ed. Fabric. et cap. X. p. 111, ubi vid. annot. nostr. Ad h. l. Taylor: "The version of Ficinus has erroneously nothing more than *alii quidam*. For Plotinus is here speaking of human souls, when (according to Plato in the Phædrus) they ascend in conjunction with the mundane Gods to the survey of the supercelestial place. For such souls as ranking among the divine choir, are denominated in that dialogue Gods."

p. 1205, 5. *οἷον ἐκκλησία δημογερόντων καθημένων κ. τ. λ.*] Scripsi h. l. *συννοίᾳ* pro *συννοία*: sed quo constructionis ratio sibi constaret, debebat item scribi *ἐκκλησίαν*. Verum cum nullus liber hanc lectionem offerat, et ejusmodi Anacolutha in his Enneadibus frequentissima sint, manum abstinui. Quod Vaticanus liber habet *δημηγορεόντων*, habet illud quidem Platonicam auctoritatem, sed tamen ab hoc loco alienum est, qui *sedatum Senatum* plebis conturbatæ concioni opponit. Fons comparationis est in Iliad. γ. 149:

εἵατο δημογέροντες ἐπὶ Σκαιῇσι πύλῃσι—

et quæ deinde iidem senes de Helena dimittenda pronuntiant:

ἀλλὰ καὶ ὣς, τοίηπερ ἐοῦσ' ἐν νηυσὶ νεέσθω κ. τ. λ.

In qua similitudine adhibenda Plotino præiit Aristoteles Ethicc. Nicomach. II. 9. 6: *ὅπερ οὖν οἱ δημογέροντες ἔπαθον πρὸς τὴν Ἑλένην, τοῦτο δεῖ παθεῖν καὶ ἡμᾶς πρὸς τὴν ἡδονήν· καὶ ἐν πᾶσι τὴν ἐκείνων ἐπιλέγειν φωνήν· οὕτω γὰρ αὐτὴν ἀποπεμπόμενοι ἧττον ἁμαρτησόμεθα.* Eundem Homeri locum diverso modo deinceps frequentarunt Scriptores. Vid. Sext. Empir. adv. Gramm. II. 3. p. 288. Fabric. Chariton. V. 5. p. 116. ed. Lips. Aristænet. I. 1. p. 9. Boisson. quem locum jam tractaverat Casp. Barth. in Adversarr. XLV. 6. fin. de voce *δημογέροντες* simul monens.

— 6. *δῆμος ἄτακτος τροφῆς δεόμενος*] Hæc et ipsa Homeri admonent Odyss. μ. 341, ubi Eurylochus in esurientium sodalium concione ita:

Λιμῷ δ' οἰκτιστον θανέειν καὶ πότμον ἐπισπεῖν.

Quem locum cum aliis in Republica reprehendit Plato III. p. 240. p. 114. Bekk. Et in proverbium quodammodo cessit: *Venter aures non habet;* et *οἱ ἐν ἀρχαῖς καὶ πλήρεις τραπέζης καὶ πλούτου*, qui dicuntur Libanio in Thersite Vol. IV. p. 945. Reisk. in publica necessitate exsecrationibus populi exponuntur, ni consilium sequuntur Basilii Magni in Homilia de Avaritia p. 386. D. Paris.: *μὴ βαρύτιμος ἔσο ταῖς χρείαις ἐπιτιθέμενος· μὴ ἀνάμενε σιτοδείαν, ἵνα ἀνοίξῃς σιτοδοχεῖα· ὁ γὰρ τιμιουλκῶν σῖτον δημοκατάρατος κ. τ. λ.*—Ceterum hæc tota comparatio *multitudinis* s. *vulgi* et *rationis* a Platonicis philosophis repetebatur ex Pythagoreo symbolo: *τὰς λεωφόρους ὁδοὺς ἐκκλίνων διὰ τῶν ἀτραπῶν βάδιζε.* Vid. Iambl. Protrept. Symb. V. p. 330, qui ita incipit explicare:

καὶ γὰρ τοῦτο τὴν μὲν δημώδη καὶ ἀνθρωπίνην ζωὴν ἀφιέναι παραγγέλλει, τὴν δὲ χωριστὴν καὶ θείαν μεταδιώκειν ἀξιοῖ. Maximus Tyrius Diss. XVII. 7. p. 323. Reisk.: *τὸ δὲ νοητὸν ἀπηλλαγμένον τῆς τούτων ἐπαφῆς καὶ ἐπερείσεως αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ ὁρᾶσθαι πέφυκεν ὑπὸ τοῦ νοῦ, ὁ δὲ τῇ πάσῃ ψυχῇ ἐμφυτευμένος διασπᾶται ὑπὸ τῶν αἰσθήσεων, καὶ ταράττεται, καὶ ἀσχολίαν ἄγει, ὥστε μὴ διορᾷν τὰ αὐτοῦ θεάματα, ἤδη δὲ καὶ δημαγωγηθεὶς ἀναπείθεται, ὥστε συμφθέγγεσθαι ταῖς τῶν αἰσθήσεων φωναῖς, καὶ μηδὲν ἡγεῖσθαι ἄλλο εἶναι παρὰ τὰ ὁρατὰ, καὶ ἀκουστὰ καὶ ὀσφραντὰ, καὶ γευστὰ, καὶ ἁπτά.* (Ubi nemo, qui hunc locum Plotini expenderit et præsertim illa legerit: *πρῶτον αὐτὸ εἰς τὸ κοινὸν τοῦ ζώου ἐφθέγγετο καὶ τὴν αὐτοῦ ταραχὴν ἐδίδου τῷ ὅλῳ*, igitur nemo, arbitror, cum Marklando *σπαράττεται* legendum censuerit pro *ταράττεται*. Nec magis placet Reiskii conjectura: *μὴ ἀεὶ ὁρᾷν* pro *μὴ διορᾷν*.) Proclus in Alcib. pr. §. 80. p. 244. ed. nostr.: *παρακελεύεται τοίνυν ὁ παρὼν λόγος ἀφίστασθαι τῆς ἐπιθυμίας τῆς ἀπεράντου, καὶ ἀποσκευάζεσθαι τὸ πλῆθος τῆς ζωῆς καὶ τὸν ἐν ἡμῖν δῆμον κ. τ. λ.*

p. 1206, 11. ἀλλ' *ὅς τις τρόπος τῆς κ. τ. λ.*] Quod Vat. habet *ὥς τις*, adducere nos in eam conjecturam potest, Plotinum scripsisse: ἀλλ' *ἄλλως ὅς τις τρόπος*. Atque hoc expressit Ficinus.

p. 1207, 10. *οἷον ἐξέθορεν ἐκ τοῦ παντὸς*] Hæc admonent Hesiodi Theog. 281: *ἔκθορε Χρυσάωρ τε μέγας καὶ Πήγασος ἵππος*, ubi antea erat *ἐξέθορε*. Vid. Gaisford. ad h. l. in Poëtt. Grr. Minorr. I. p. 88. atque illa forma est in Oraculo ap. Proclum in Alcib. pr. p. 65: de Amore:

— — — *ὃς ἐκ νόου ἔκθορε πρῶτος·*

ubi aliquot libri *ἔθορε*. Altera forma pedestri orationi accommodata reperitur ibidem p. 51: *ποῦ δὴ οὖν ὑπέστη τὴν πρώτην, καὶ πῶς ἐπὶ πάντα πρόεισι, καὶ μετὰ τίνων ἐξέθορε μονάδων.* Quibus e verbis etiam usus hujus vocis apud philosophos intelligitur, qui hoc verbum de diis potentiisque et viribus usurpant, quatenus vel e superioribus diis potentiisve tanquam e fonte suo emicant, prosiliunt et existunt, vel etiam a sua origine elabuntur et desciscunt. Hac sententia etiam h. l. Plotinus *ψυχὴν* (animam) dicit *ἐκθορεῖν*. Alia constructio est in loco Marci Antonini VIII. 51. init. p. 257: *μήτε ἐν ταῖς πράξεσιν ἐπισύρειν, μήτε ἐν ταῖς ὁμιλίαις φύρειν, μήτε ἐν ταῖς φαντασίαις ἀλᾶσθαι, μήτε τῇ ψυχῇ καθάπερ συνέλκεσθαι καὶ ἐκθόρνυσθαι.*

— 13. *οὐ τόπῳ, ἀλλ' ἐνεργείᾳ γένηται κ. τ. λ.*] "Here after *ἐνεργεία* it is requisite to read *καὶ γένηται τὸ καθ' ἕκαστον κ. τ. λ.* And this reading is confirmed by the version of Ficinus." *Taylor.*

— 16. Τὸ δὲ *εἰς Ἅιδου γίνεσθαι κ. τ. λ.*] Fons in Platonis Cratylo p. 403. a: p. 44. Bekk.: *ὁ δὲ Ἅιδης, οἱ πολλοὶ μέν μοι* (omissum in Cod. Darmst.) *δοκοῦσιν ὑπολαμβάνειν τὸ ἀειδὲς προσειρῆσθαι τῷ ὀνόματι τούτῳ*—ubi solus codex Darmstadinus offert lectionem *ἀϊδὲς* a Bekkero non repertam et tamen confirmatam cum a plerisque libris Plotini h. l. et vero a Proclo in illum Cratyli locum §. 152. p. 92. Boisson.: *τὸν δὲ Ἀΐδην εἰς τὸ ἀϊδὲς καὶ σκοτεινὸν καὶ φοβερὸν ἐπιῤῥαπίζει νῦν ὁ Σωκράτης.* Sed in illis verbis Platonis, quibus vulgi opinatio metusque declaratur, præstare tamen videtur *ἀειδὲς*, i. e. *δυσειδὲς*, sive turpis adspectu et horridus, vid. Valckenaer. ad Euripid. Phœniss. 373. Est autem universa Socratis de inferis disputatio in loco Platonis comparanda cum hoc loco Plotini. Nec minus adhibendi sunt duo alii loci, ubi de Plutonis (Ἅιδου) et vocabulo et notione agit divinus ille philosophus: in Gorgia p. 493. b. et in Phædone p. 80. d. ubi consule Wyttenbach. p. 206.

p. 1208, 1. Ἀλλ' *οὐκ ὄντος ἐστὶ τοῦ σώματος;*] Ficinus expressit *ἔτι*, quod recipere debebam, si vel unus liber suffragabatur. Nunc vero omnes cum ed. habent *ἐστί*. Ceterum ad hæc conf. Cudworth. Syst. intell. p. 1024. sq. et Moshem. p. 955. sq. et confer supr. p. 374. E.

— 5. *οἷον ἐλλάμψῃ πρὸς αὐτὴν*] Pro *αὐτὴν*, quod est in Ed., Taylor legi vult *αὐτὸν*, addens: "For Plotinus is here speaking of the soul with reference to the *εἴδωλον*, or image of it. Ficinus therefore was mistaken in translating this passage as if Plotinus was speaking of the soul illuminating *herself*, and not her image. For his version is: *Sed cum ipsa velut in se refulgeat.*"

LIB. V.

P. 1209, 7. ΠΕΡΙ ΤΟΥ, ΤΟ ΟΝ ΕΝ ΚΑΙ ΤΑΥΤΟΝ (ita scripsi cum libris bonis et ita ipsa editio habet p. 644. hic vero *ταὐτὸ*) ΟΝ, ΑΜΑ ΠΑΝΤΑΧΟΥ ΕΙΝΑΙ ΟΛΟΝ, ΔΕΥΤΕΡΟΝ.] Ex-

tremam vocem agnoscunt, excepto Vat., codd. omnes. Est hic liber vicesimus et tertius, si temporis rationem habes (Porphyr. de Vit. Plotin. c. V. et XXVI.). Casp. Barth. in notis ad Æneæ Gazæi Theophrastum (p. 51.) p. 134. in consimili argumento hunc librum laudans, ita docet: "Specimen dederit anima etiam humana, quæ cum in corpore sit, ubi in eo sit, non potest dici, nisi dicas, quod tota est in toto, et tota itidem in quolibet ejus loco, qua ex re divinitatis similitudo in ea clarissime conspici potest." Tum laudat locum Anastasii Sinaitæ, unde hæc tantummodo excerpam: *Διόπερ οὐδὲ τὸν τοῦ θεοῦ τόπον ἔγνωμεν ἔνθα κατοικεῖ, ἀλλὰ μόνον πιστεύομεν ὅτι πάντη ἐστίν. οὔτε μὴν τὸν τόπον τῆς ψυχῆς, ἔνθα οἰκεῖ ἐν σώματι ἐπιστάμεθα, ἀλλὰ μόνον οἴδαμεν, ὅτι ἐν τῷ παντὶ σώματί ἐστι καὶ ἐνεργεῖ.* Quæ Cudworthus de hujus etiam libri consilio et argumento delibavit, supra attigimus ad p. 644. sive ad titulum libri hujus Enneadis quarti.—Etiam hujus libri versionem Anglicam cum annotatione ad nos transmisit manu scriptam Taylor, vir humanissimus.

— 11. *τὸν ἐν ἑκάστῳ ἡμῶν θεὸν*] Plotinus moriens ad Eustochium ap. Porphyr. de Vita Plotini c. II. p. 94. ed. Fabr.: *πειρᾶσθαι τὸ ἐν ἡμῖν* (ita ibi correxi ex libris MSS. pro *ὑμῖν*) *θεῖον ἀνάγειν πρὸς τὸ ἐν τῷ παντὶ θεῖον.* De quo loco plura dixi supra ad Plotin. I. 7. 3. p. 62. E.

p. 1210, 3. *ἡ ἐκ τῶν καθ' ἕκαστα συγκεφαλαιωθεῖσα*] Ficinus negationem h. l. posuit ("*non* conclusum") et hoc necessarium videtur: sed libri non agnoscunt. Taylor conjicit, pro *ἡ* legendum esse *μή*.

— 16. *Εἰ δὲ ὂν καὶ ἐν τῷ ὄντι ἐκεῖνο*] Taylor ad h. l. hæc: "Plotinus is here speaking of the *essential one*, which is being and subsists in being, and not of the *superessential one*, or the ineffable principle of things."

p. 1211, 2. *ἐμέρισέ τε τὴν οὐσίαν τοιαύτην εἶναι νομίσας*] i. e. *μεριστὴν*, divisibilem, adeoque corpoream. Varius est usus Pronominis *τοιοῦτος* apud Platonem reliquosque philosophos, de quo Heindorfius monuit cum ad Gorgiam §. 105. p. 159. tum ad Phædon. §. 71. p. 113. Hic tamen hujusmodi loci comparandi sunt, ut Epinom. p. 704. B: *εἰ οὖν τις διδάσκοι, κατὰ τρόπον δὲ μὴ ὀρῷ τὸ τοιοῦτον, κρεῖττον μὴ μανθάνειν*, et qui alii collecti sunt a Wyttenbachio ad Plutarch. de Audiend. Poett. p. 173. sq. qui etiam Plutarchi multos locos huc facientes congessit, in quibus tamen plerumque Pronomini Articulus præmittitur.

— 9. *ὃ δὴ γένεσιν ἂν προσήκοι ὀνομάζειν, ἀλλ' οὐκ οὐσίαν*] Cf. supra VI. 3. 2. p. 617. B. ibiq. annot. Nostri autem loci color ductus est partim ex oratione Diotimæ in Platonis Sympos. p. 211. p. 244. Bekk. cf. Nostrum supra p. 545. A.

ib. *τὸ δὲ ὂν ἀεὶ διειλημμένον*] "Thus in the original. But immediately after *ἀεὶ* it is necessary to insert *οὐ*, conformably to the above version. Ficinus also has rightly: *ipsum vero ens semper est* INDIVISUM." Taylor.

— 14. *εἰκότως δι' εἰκότων, εἰκότας καὶ τοὺς συλλογισμοὺς ποιούμενος.*] i. e. ad rhetorum modum, quorum sunt *τὰ εἰκότα* sive verisimilia, non certa ac necessaria ratione. Fons in Platone. Vid. Phædon. p. 92. p. 75. Bekkeri et cf. Wyttenbach. ad eum locum p. 243. sq.

p. 1212, 5. *οἷς δὲ καὶ πάντα ἐν τῷ τί ἐστιν ὑπάρχει*] Totus hic locus Platonici loci in Phædro similis est p. 237. c. p. 22. Bekk.: *περὶ παντὸς, ὦ παῖ, μία ἀρχὴ τοῖς μέλλουσι καλῶς βουλεύεσθαι· εἰδέναι δεῖ περὶ οὗ ἂν ἡ ἡ βουλὴ, ἢ παντὸς ἁμαρτάνειν ἀνάγκη. τοὺς δὲ πολλοὺς λέληθεν, ὅτι οὐκ ἴσασι τὴν οὐσίαν ἑκάστου κ. τ. λ.* Ad quæ Heindorf. p. 220. similem locum e Theage p. 122. b. apposuit, itemque Ciceronis admonuit de Finib. II. 2. 4. et de Officiis I. 2. 12, ubi Tullius "Omnis enim, inquit, quæ ratione suscipitur, de aliqua re institutio debet a definitione proficisci, ut intelligatur, quid sit id, de quo disputetur." Quæ etiam Wyttenbachius loco de *Definitione* adhibuit in Præceptt. Philosoph. Logicæ III. 5. 3. p. 136. sq. Ad illorum locorum similitudinem accedit etiam initium orationis Agathoneæ in Platonis Convivio p. 194. extr. et 195. init. p. 412. Bekk.

p. 1213, 15. *ἢ ταὐτὸν ὅλον πανταχοῦ κ. τ. λ.*] Cudworth. Syst. intell. p. 1024.

p. 1214, 1. *Ἴδε δὲ, εἰ βούλει, καὶ τόνδε τὸν θεὸν οὐ πῇ μὲν εἶναι, πῇ δ' οὐκ εἶναι φαμέν.*] "Thus the original: but both the sense and the version of Ficinus require that for *πῇ* in both places of this passage we should read *που*, conformably to the translation: (*in one place—in another*)." Taylor.—De communi notitia deorum item ani-

marum immortalium similes sunt loci Platonis in Philebo p. 16. Steph. p. 30. sq. Stallb. Aristotelis Metaphyss. XI. 8. et Ciceronis in Tuscull. I. 12. et I. 16.

p. 1214, 4. *καὶ ὁ λόγος δέ φησι δεῖν κ. τ. λ.*] Sext. Empir. Pyrrhon. Hypotypos. III. 1. p. 128. sq. Fabric.: *ἐπεὶ οὖν τῶν δογματικῶν οἱ μὲν σῶμά φασιν εἶναι τὸν θεὸν οἱ δὲ ἀσώματον, καὶ οἱ μὲν ἀνθρωποειδῆ, οἱ δὲ οὔ. καὶ οἱ μὲν ἐν τόπῳ οἱ δὲ οὔ. καὶ τῶν ἐν τόπῳ οἱ μὲν ἐντὸς κόσμου, οἱ δὲ ἐκτός.* Ubi Fabricius loci nostri admonuit. Cf. Cudworth. Syst. Intell. p. 1024. ed. Moshem.

— 8. *οὐκέτι τὸ ὅλον ἐκεῖνο ἔσται.*] Taylor ad hæc: "For when the parts are separated from each other, the continuity of it is dissolved, and thus it becomes a discrete instead of a continuous quantity."

— 13. *εἰ δὲ μὴ ἐπιλείψει, ὅτι πάρεστιν ἑκάστῳ·*] Ficinus expressit: *εἰ δὲ ἐπιλείψει, οὐδαμοῦ π. ἑ.* Libri non suffragantur. Vulgata lectio postulat: "Quod si non deficiet, adest nimirum unicuique." Ego sine libris mutare nolui.—Eadem autem linea cum libris et Ficino dedi *δύναιτο* pro *δύναται*. Quod in fine capitis in Latinis est: "*Sed rem hanc deinceps planius explicemus*," ideo factum, quia Ficinus verba: *καὶ σαφηνείας μὲν ἕνεκα*, unde sequens caput incipit, huc retraxit.

p. 1215, 10. *ἔστι λαμβάνειν*] Taylor cum Fic. addiderit: *tanquam distinctas*, addi vult *ὡς ἀφωρισμένας*. Et ad sequentia (*for all of them subsist in one superficies*) explicanda addit in annotatione: *and a superficies possesses interval.*

p. 1217, 1. *τοῦ κατὰ τὴν ἰδέαν*] Ita, pro vulgato *μετὰ*, etiam Medicei bini: ut mirandum sit, Ficinum tamen vertisse: "post ideam." Scribendum "Secundum ideam."

— 4. *Αὐτὸ δὲ ἄνθρωπος*] "*Ipsum* vero homo." Ficinus expressit *αὐτός*. Sed hoc nec in Ed. Græca nec in libris nostris exstat.

p. 1218, 2. *Ἔξω μὲν οὖν ὁρῶντες ἢ ὅθεν ἐξημμέθα κ. τ. λ.*] "Thus in the original. But for *ἢ ὅθεν* both the sense and the version of Ficinus require that we should read *καὶ μὴ ὅθεν.*" *Taylor.*

— 4. *Εἰ δέ τις ἐπιστραφῆναι δύναιτο*] "Vel si ipsi tam felici esse contingeret, ut a Minerva ipsa retraheretur." Hæc ex Iliade A. 194. ducta sunt, in loco de iracundia Achillis: *ἦλθε δ' Ἀθήνη Οὐρανόθεν—Στῆ δ' ὄπιθεν, ξανθῆς τε κόμης ἕλε Πηλείωνα Οἴῳ φαινομένη—μετὰ δ' ἐτράπετ', αὐτίκα δ' ἔγνω Παλλάδ' Ἀθηναίην.* Qui locus a multis philosophis ita acceptus est, ut Minervam *φρόνησιν* dicerent. Vid. Clarkium et Heynium ad illa poëtæ, et cf. Jo. Laur. Lydum de Menss. IV. 6. 39. et quos ad eum locum laudavit Roetherus noster p. 204. sq.

— 6. *θεόν τε καὶ αὐτὸν*] Fic. cum Cod. Marc. A. non agnoscit *καί*. E nostra lectione vertenda hæc sunt: *et deum et se ipsum et universum conspiceret.*

p. 1219, 4. *ὡς ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν λέγομεν εἰς αἰσθητὸν*] Integravi hunc locum ex libris plurr.: *quemadmodum in rebus sensibilibus in sensibile fieri dicimus illuminationes.*

— 15. *αὐτὸ δὴ πῦρ τὴν ὕλην*] Ita scripsi pro *δέ*. Fic. præterea expressit *κρατῆσαν*; quod in nullo tamen libro comparet.

p. 1220, 3. *ἐν ἀτόπῳ*] Quod in marg. Ed. est *ἐν οὐ τόπῳ* scriptum est per *παραδιόρθωσιν* librarii, qui cautum vellet ne de *inepto* cogitemus.

— 11. *ὑφ' ἑκάστης*] Fic. expressit *ὑφ' ἑαυτῆς ἄλλης*, quod in Med. B. legitur. Ex nostra lectione, quæ est reliquorum librorum et editionis, vertendum est: "ut unusquisque ignis *ab unaquaque idea alia*—ille vero ab alia formetur."

p. 1221, 14. *εἰ πλείων ὁ κόσμος ἦν*] Ad hæc et seqq. adhibe Cudworth. Syst. Intell. p. 1014. cum Moshemii notis.

p. 1222, 12. *τούτῳ ἓν ὄντως εἶναι*] Fortasse scribendum *τοῦτο*. Taylor scribendum esse censet *τῷ*.

— 14. *καὶ τὸν περιέχοντα αὐτὸν εἶναι*] "The sense requires that we should read *καὶ τὸν περιεχόμενον κ. τ. λ.* And this emendation is also supported by the version of Ficinus." *Taylor.*

p. 1223, 9. *ἐφιέμενος τοῦ καλοῦ*] Respicit hic Plotinus Diotimæ verba in Platonis Convivio p. 203. p. 430. init. Bekk. de Amore: *ἐπὶ θύραις καὶ ἐν ὁδοῖς ὑπαίθριος κοιμώμενος*: quem locum attigit noster etiam p. 295. e. Quocirca hoc loco Plotini verba ita scribenda et vertenda: *καὶ οὗτός ἐστιν ὁ θυραυλῶν Ἔρως*: et hic est ante fores accubans Amor.

p. 1224, 1. *διὸ καὶ ξυνὸν τὸ φρονεῖν*] Quod libri duo *συνὸν* habent, eodem pertinet, quo illud *κοινὸν*, quod alibi librarii obtrudunt pro illo voca-

bulo, observante Dorvillio ad Chariton. p. 424. ed. Lips. Plurimi autem libri nostri recte persistunt in *ξυνόν*. Habet enim hæc sententia colorem proverbii antiqui, et Pindarus adjunxit etiam *ξυνὸν* et *καλόν*. Isthm. I. 64. Ceterum ad Plotini sententiam confer Socratis disputationem in Xenophontis Memorabb. *de communi mente sive mente mundi, quam nemo solus sibi totum arripuerit.* I. 4. 6—8. et Cic. de N. D. II. 6. III. 11. et Sext. Empir. adv. Mathem. p. 573. Fabric. E quo Xenophontis loco colorem etiam duxisse videtur Philostratus de Vita Apollonii I. 28. p. 36. cf. G. Josephi Bekkeri nostri Specim. Philostr. p. 91.

— 4. *ἓν δεῖ — συνόν*] Intactum reliqui locum vitiatum et conjecturis etiam tentatum, ut margo Cod. Medic. A. arguit. Libri enim nihil magnopere auxilii præstant.

— 8. *ἐν τῇ συνόδῳ καὶ τῇ ὡς ἀληθῶς συνέσει τὸ φρονεῖν ἐγέννησε*] Attingit leviter Plotinus duplicem vim vocis *σύνεσις*, quæ etiam *conjunctionem* declarat, ut Odyss. κ. 515. Consule Apollonii Lex. Hom. p. 484. Tollii. Cf. etiam supra III. 6. 11. ibiq. annot. nostr. p. 313. Inprimis autem tenenda est Aristotelis disputatio de discrimine inter *σύνεσιν* et *φρόνησιν* Ethicc. Nicomm. VI. 11. unde hæc tantummodo huc transfero: *οὔτε γὰρ περὶ τῶν ἀεὶ ὄντων καὶ ἀκινήτων ἡ σύνεσίς ἐστιν, οὔτε περὶ τῶν γιγνομένων ὁτουοῦν. ἀλλὰ περὶ ὧν ἀπορήσειεν ἄν τις καὶ βουλεύσαιτο. διὸ περὶ τὰ αὐτὰ μὲν τῇ φρονήσει ἐστίν. οὐκ ἔστι δὲ ταὐτὸν σύνεσις καὶ φρόνησις κ. τ. λ.* ad quem locum consule Eustratium, Victorium et Giphanium in Commentar. Zellii nostri p. 235. sqq.

— 17. *τὰ δὲ παρ' αὐτοῦ ἐνταῦθα, καὶ τὸ διδὸν*] Locum lacunosum conjectura explevit et plenius vertit Ficinus: in libris nihil præsidii.

— 19. *οὐ πόμπιος ἡ νοερὰ δόσις*] De forma vid. Wesseling. ad Diodor. XII. 40. p. 504. Significatio autem, qua h.l. vox accipitur, consignanda est in Lexicis.

p. 1225, 3. *εἰ δὴ ἐπὶ σώματος οὐδὲν κ.τ.λ.*] "This is asserted by Plato, in the Timæus, of the body of the universe." *Taylor.* Idem in seqq. distingui vult post *ἑαυτὸ*, nec vero post *ἀδιαστάτου*.

— 12. *ὥσπερ οὐχ ὁρῶντες πᾶν μάθημα — στενοχωρουμένας κ. τ. λ.*] Cf. supra V. 9. 6. et 7. p. 560. Adde Æneæ Gazæi Theophrast. p. 51. Barth.: *ἐν δὲ ταῖς ἀΰλαις ταῖς λογικαῖς* (f. *καὶ τ. λ.*) *οὐσίαις οὐ στενοχωρία τὸ πλῆθος, ἓν γὰρ τὰ πάντα.* Cf. etiam supra p. 495. A: *οὐ γὰρ στενοχωρεῖται.*

p. 1226, 3. *ἀποδέδεικται μὲν οὖν ἤδη πολλαχῇ κ.τ. λ.*] Cf. infra ad VI. 7. 40. p. 731. A.

— 10. *ταύτῃ γὰρ ἑτέρᾳ*] Fallor, aut Ficinus legit *γὰρ αὖ ἑτέρα*. Illud est in aliquot libris: neque hoc displicet.

ib. *πᾶσά ἐστι δύναμις οὐδαμοῦ τοσήδε*] Vid. Cudworth. Syst. Intellect. p. 1021. sq.

p. 1227, 3. [*ἀνταιωρουμένην*] Verbum *ἀνταιωρεῖσθαι* addendum lexicis. Cetera hujus loci intacta reliqui. Libri enim mscrr. non satis expediunt hæc impeditiora. Taylor ad hæc: "Plotinus is here speaking of a corporeal nature which is suspended from eternity, and runs together with time to the permanently abiding power of true being." Idem pro *προσμένουσαν* necessario scribendum esse contendit *πρὸς μένουσαν*.

— 14. *παρῆν μέν τοι παντί*] Ad finem hujus capitis Taylor hæc: "There is obviously in the original a defect in the latter part of the passage within the words *πρὸς πᾶν* and the last words of the chapter. For the original is: *ἀλλὰ πρὸς τὰ πρῶτα τῶν γενῶν, εἶτ' ἐπὶ τούτοις ἄλλα. παρῆν μέν τι παντί.* But it appears to me to be necessary instead of this to read: *ἀλλὰ πρὸς τὰ πρῶτα τῶν γενῶν· εἶτ' ἐπὶ τούτοις πρὸς τἆλλα. ἡ δὲ ὑπερτέρα φύσις παρῆν μέντοι παντί.* Ficinus also has: 'sed in primis ad genera prima, deinde per hæc ad reliqua: verumtamen natura superior æque aderat universo.'"

p. 1228, 2. *οὐ γὰρ ἐν ζωῇ τὴν ὕλην*] In hac varietate lectionis non absurda est conjectura, quam in Med. A. marg. adscripsit et in versione expressit Ficinus.

p. 1229, 6. *ἀλλ' οὗτοι μὲν οἱ θεοὶ — ἐπιστρωφῶσι τὰς πόλεις*] Taylor ante *ἐπιστροφῶσι* addendum esse censet necessario *εἰς τὸ ὄντως ὄν*. Respicit autem Plotinus illa Odyss. ρ. 485. sqq.

> *καί τε θεοὶ ξείνοισιν ἐοικότες ἀλλοδαποῖσιν,*
> *παντοίοι τελέθοντες, ἐπιστρωφῶντι πόληας,*
> *ἀνθρώπων ὕβριν τε καὶ εἰνομίην ἐφορῶντες.*

ubi est: varia figura specieque perambulant urbes. Cf. Eustath. p. 644. Laudandi hujus loci Plotino ansam præbuit Plato cum in Sophista p. 216. p. 126. Bekk. (ubi vid. Scholia et Heindf.

p. 270.) tum in Republ. II. p. 381. p. 102. Bekk. ubi poëtam vituperat. Adhibet Homerica illa etiam Plutarchus in Apophth. Regg. ad Ducc. p. 200. E. ad quem locum consule Wyttenbach. p. 1128. itemque ad Panætii Fragmm. p. 42. sq. Ad finem capitis et libri hæc adnotavit Taylor: "Much of what is said by Plotinus in this paragraph, is to be found in Sect. III. of Porphyry's Ἀφορμαὶ πρὸς τὰ νοητὰ, or *Auxiliaries to the perception of intelligible natures.* Many other parts also of this treatise of Porphyry are derived from the present two books of Plotinus."

LIB. VI.

P. 1230, 7. ΠΕΡΙ ΑΡΙΘΜΩΝ.] Secundum temporis rationem est hic liber tricesimus et quartus (Porphyr. de Vita Plotini c. V. et XXVII.) Fontes autem insunt cum in scriptis Pythagoreorum tum in libris Platonis et Platonicorum veterum. Nolo nunc quærere, utrum Pythagoras hanc doctrinam e Zaratæ (quem Zoroastrem putant [cf. Ursinus de Zoroastre Sect. 4. p. 22. sqq.]) disciplina hauserit, ut est apud Plutarchum De Animarum Generat. in Timæo p. 1012. E. p. 124. Wyttenb., an ab Orphicis (Iamblich. de Vit. Pythag. XXVIII. 146. p. 308. Kiessl.): illud ante omnia tenendum, Pythagoreos philosophos vetustissimos Numerorum doctrinam primariam dicere ejusque ad sapientiæ et sanctioris vitæ vim prædicare. Lege modo Philolai verba in Stobæi Eclogg. I. 3. p. 8. Heeren. quæ Boeckhius tractavit in libro, qui Philolaus inscribitur p. 139. sqq. Perictyone ap. Stob. Floril. Tit. I. p. 7. p. 25. Gaisford.: Ὅστις ὢν ἀναλῦσαι οἷός τ' ἐντὶ πάντα γένη (πάντα τὰ γένεα Iamblich. in Protrept. IV. p. 20. Arcer. p. 58. Kiessling.) ὑπὸ μίαν καὶ τὰν αὐτὰν ἀρχὰν, καὶ πάλιν ἐκ ταύτας (binæ voces absunt a Iamblich.) συνθεῖναι καὶ ἀριθμάσασθαι, (Viri docti, qui nescirent, Iamblichum hæc eadem habere, infelicibus conjecturis hoc verbum tentaverunt. Iambl. συναριθμήσασθαι. Kiessling.: "malim συναριθμάσασθαι—*res ad pythagoricam de numeris doctrinam rationemque* componere:" Optime) οὗτος δοκεῖ (μοι addit Iambl.) καὶ σοφώτατος εἶναι (ἦμεν Iambl. recte) καὶ ἀληθέστατος (παναληθ. Iambl.) ἔτι δὲ καὶ καλὰν σκοπιὰν ἀνευρηκέναι (εὑρηκέναι Iambl. recte) ἀφ' ἃς δυνατὸς ἐσσεῖται τόν τε θεὸν κατόψεσθαι (κατοψεῖσθαι Iambl.) καὶ πάντα τε τὰ (τε non est in Iambl.) ἐν τᾷ συστοιχίᾳ τε καὶ τάξει (Iambl. συστοχείᾳ κ. τ. De hac diversitate monuit Jacobs. in Lectt. Stobenss. p. 37.) τὰ ἐκείνου (Cod. Ciz. τῷ ἐκ. Kiessl. τᾷ ἐκείνω) κατακεχωρισμένα. Unde intelligitur recte illud ἀριθμάσασθαι intactum reliquisse Gaisfordium. Nec tentavit Rudelbach., qui hæc verba Perictyonæ (sive Archytæ. Nam huic ea adscribuntur abs Iamblicho) Latine exhibuit in Comment. De Ethices Principiis p. 109. De ipso Pythagora ita prodit Stobæus Eclogg. I. 11. 12. p. 299: Πυθαγόρας Μνησάρχου, Σάμιος, πρῶτος φιλοσοφίαν τούτῳ τῷ ῥήματι προσαγορεύσας, ἀρχὰς τοὺς ἀριθμοὺς καὶ τὰς συμμετρίας τὰς ἐν τούτοις ἅστινας ἁρμονίας καλεῖ κ. τ. λ. Quod si vero quæras, quo sensu Numeros principia dixerint Pythagoras ejusque discipuli reliquique deinceps Pythagorici (et attigit hæc ipse Ficinus infra p. 681.) præter germana horum philosophorum fragmenta, in primis maxima debet censeri Aristotelis auctoritas. Atque hoc philosopho teste (Metaphyss. I. 5. p. 15. coll. I. 6. p. 20. ed. Brandis.) Pythagorici partim numeros non solum principia rerum, verum etiam substantias atque materiam (ὕλην) rerum (quæ antiquissima ratio fuisse videtur) partim eosdem (Hippasi probabiliter auctoritate. Simplic. in Aristot. Physs. fol. 104. b.) archetypa entium ponebant, sive docebant ad numerorum imaginem omnia entia exstitisse; partim statuebant omnia entia exstitisse imitatione (μιμήσει) numerorum. (Plura de his dat Ritter. in Hist. Philosophiæ Pythag. p. 92. sqq. Rudelbach. l. l. et præsertim Brandis. in Comment. De numerorum doctrina et Pythagoreorum philosophorum et Platonicorum; in Rheinischen Museum für Philol. Philosophie II. 2. p. 209—241.) Addo verba, quæ leguntur ap. Iamblich. de Vit. Pythag. l. l. p. 308. Kiessl.:—ἔφα (Codd. mei plurimi ἔφαν) τὰν ἀριθμῷ οὐσίαν (Miror nullum codicem dare ὠσίαν. Sed plura in his a Dorismo recedunt:) ἀίδιον εἶναι εἶναι μὲν ἀρχὰν προμαθεστάταν (Mon. et Vindob. προμαθεστάντων. Lederl. προμαθεστάτων) τῷ παντὸς ὠρανῷ καὶ γᾶς καὶ τᾶς μεταξὺ φύσιος· ἔτι δὲ καὶ θείων καὶ θεῶν καὶ δαιμόνων διαμονᾶς ῥίζαν (Plurimi Codd. ἐ. δ. κ. θείων θεῶν καὶ θ. κ. δ. διαμονάς. perperam.) Alia omnia leguntur in Fragmento Theanus ap. Stob.

Eclog. I. 11. 13. p. 302. Heeren. unde hæc tantummodo decerpam: ὁ δὲ (Πυθαγόρας) οὐκ ἐξ ἀριθμοῦ, κατὰ δὲ ἀριθμὸν ἔλεγε πάντα γίγνεσθαι: "Ille vero *non ex numeris, sed secundum numeros* oriri cuncta dicebat." Sed illud fragmentum pro spurio recte habet Brandis. l. l. p. 214. Venio ad Platonem. Qui quidem cum in aliis libris, ut de Republ. VII. et VIII. p. 522. sq. et 546. itemque de Legg. V. p. 747. numerorum præstantiam celebrat, tum in eorum doctrinam altius descendit, ut in Timæo p. 35—37. 41. (quibus locis adhibe Chalcidium XXXII. sqq. p. 288. sqq. ed. Fabric.) Cui se applicat auctor Epinomidis p. 977. sqq. vel potius hic scriptor nil fere nisi Pythagoricum sentit. Respicit hunc locum Julianus Imperator Orat. IV. p. 152. Platonem auctorem appellans (in Parmenide p. 144. sqq. et in Theæteto p. 146. sq.) Jam si quæris, quomodo Plato numeros sibi informaverit: eam causam certatim nuper peroratam esse arguunt scripta hæc: Platonis de ideis et numeris doctrina ex Aristotele illustrata a Fr. A. Trendelenburg. Lips. 1826. Ernesti Reinholdi Symbola ad illustrandam Pythagoream Metaphysicam. Jenæ 1827. et Chr. Aug. Brandisii Diatribe de perditis Aristotelis libris de Ideis et de Bono sive Philosophia. Bonnæ. 1823. Atque hic quidem vir doctus p. 33. hæc posuit: "Si *numeri* igitur summa rerum principia sunt, quippe qui simplicis naturæ maneant, etiamsi cetera tollantur omnia (sic enim pergit Platonis ratiocinatio) *ideæ quoque ad eos referendæ sunt. Platonem ideas docuisse numeros esse* sæpius testatur Aristoteles, quam ut operæ pretium sit coacervare loca probantia: ac recte Græci interpretes ejus verbis (Metaph. XIII. 9. p. 234. 5.) ὁ δὲ πρῶτος θέμενος τά τε εἴδη τοὺς ἀριθμοὺς philosophorum illum principem affirmant significari (Pseudo-Alexander et Syrianus in Arist. Metaph. l. l.") Post Platonem veteris Academiæ philosophi Speusippus et Xenocrates in numerorum doctrina elaborarant (Theophrasti Metaphysica p. 255. Alexander in Aristotel. Metaphyss. XIII. 6. cf. Brandisii libr. proxime laudatum p. 45. sq. p. 60. sq.) Nec posteriorum familiarum sectatores hanc disquisitionem neglexerunt; quod vel Excerpta varia docent a Stobæo exhibita in Eclogis I. 2. 8. p. 18—24. Heer. Pythagoricam Platonicamque de numeris doctrinam funditus evertere molitur Sextus Empiricus cum alibi tum præsertim binis disputationibus, quæ περὶ ἀριθμοῦ inscribuntur, in Pyrrhonn. Hypotypp. III. 18. p. 164—168. Fabric. et adv. Mathemat. X. 4. §. 248. sqq. p. 674—684. Contra Philo Judæus cum in aliis libris, tum De Mundi Opificio p. 21. sqq. Mang., numerorum doctrinam ad mundi incunabula in Genesi prodita explicanda adhibuit. Recentiores Platonici nonnulli Pythagoreorum de numeris doctrinam eadem sententia accepisse videntur, atque Theano, quæ quidem videri vult, in fragmento supra laudato accipit. (Cf. Brandis De Pythagorr. et Platonicorr. numeris p. 214.) Ego Procli et Olympiodori de numeris Pythagoricis locos excerptos exhibui supra ad V. 1. 5. p. 486. A. Alios Procli locos, in quibus hujus libri Plotiniani mentio fit, infra laudabo ad p. 678. Hic unum illud addam, quod Proclus in Instit. Theol. c. 113. numerum dixerat divinum (ὁ θεῖος ἀριθμὸς), hoc nomine graviter reprehenditur a Nicolao Methonensi in Ἀναπτύξει τῆς Θεολογικῆς Στοιχειώσεως (p. 140. sq. Voemelii), qui omnem lapidem movet, ut contra ethnicos philosophos Christianam Dei unius et Trinitatis doctrinam tueatur.

p. 1230, 9. Ἆρ' ἔστι τὸ πλῆθος ἀπόστασις τοῦ ἑνὸς, καὶ ἡ ἀπειρία ἀπόστασις παντελὴς—καὶ ἡμεῖς κακοὶ ὅταν πλῆθος] Conjuncta hæc sunt cum Pythagoricorum, inprimisque Philolai doctrina τῶν περαινόντων καὶ ἀπείρων et Platonis de πέρατι, quod ille in Philebo p. 91. idem esse dicit atque τὸ ἓν (vid. Boeckhii Philolaum p. 45. sqq. et Brandis. de Numeror. doctr. p. 221. sqq. ubi etiam Aristotelis hoc de principio sententiæ attinguntur.) E recentioribus Platonicis huc advocandi sunt Proclus in Alcib. pr. p. 50. et præsertim p. 245—250. Idem in Inst. Theol. c. XIII. p. 22—24. quod ita clauditur: ἔστιν ἄρα καὶ ἡ ἀγαθότης ἕνωσις, καὶ ἡ ἕνωσις ἀγαθότης, καὶ τὸ ἀγαθὸν ἓν, καὶ τὸ ἓν πρώτως ἀγαθόν: ubi laudavi Porphyrii Sententt. XXXVIII. de Abstinent. I. 28. Iamblich. περὶ κοινῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης in Villoison. Anecdott. II. p. 195. sq. et ipsum Plotinum p. 199. A. p. 524. sq. p. 667. sq. et p. 763.

p. 1233, 14. φεύγει δὲ οὐκ εἰς τόπον ἄλλον—ἀλλ' ὅταν ἀλῷ, ὑπέστη τόπος] Fons disputationis in

loco Timæi Platonici de materia p. 49. sqq. unde etiam plurium sententiarum color ductus est; præsertim p. 52. sq. p. 64. sqq. Bekk. Quod argumentum deinde tractatum a philosophis est cum in Physicis et in Metaphysicis (Ontologia), tum in Categoriarum doctrina; ut Hermes, qui fertur, in Poemandro cap. 2. c. 11. et 12. et in Asclepio c. 7. Consule præcipue Aristotelis Physica IV. 1. item IV. 5. et IV. 10. et quæ Simplicius et Joannes Grammaticus in eos locos commentati sunt.

p. 1234, 9. *μὴ ἐπιβάλλων τι πέρας ὥσπερ δίκτυον ὑπεκφεύγουσαν ἕξεις*] Illud *ὥσπερ δίκτυον* adjecisse videri possit Plotinus reminiscens illius fabulæ Homericæ (Odyss. *θ*. 266. sqq.) ubi Vulcanus Marti et Veneri rete injicit, sive subtilia nec visibilia vincula; quam fabulam ipsam ad cosmogonicas rationes revocarunt nonnulli philosophi (vid. Eustath. in l. l. cf. Symbolicam nostr. II. p. 325.) Fabulam ipse Noster attigit, sed Platonis sui ad sententiam (vid. supra II. 3. 6. p. 140. C. et cf. Platon. Rempubl. III. p. 390. p. 115. Bekk.) Proxime tamen similitudo ducta est a piscatione indeque varie traducta ad hostium insidias, qui clam subterfugere volentes intercipiunt. Vid. modo oraculum ap. Herodotum I. 62; ad quem locum plura contuli. Verbum autem *ὑπεκφεύγειν*, et quod deinde sub finem capitis usurpatur *ἀποδράναι*, sibi invicem respondent. Phavorinus: *ἀποδράναι· τὸ ἀναχορήσαντά τινα ἄδηλον εἶναι ὅπου ἐστίν κ.τ.λ.* (cf. Ammon. in voc. et Xenophont. Anabas. I. 4. 8. itemque Lexicon Xenophont. I. p. 332.)

p. 1235, 9. *ὁ μὲν οὖν Πλάτων εἰς ἔννοιαν ἀριθμοῦ τοὺς ἀνθρώπους ἐληλυθέναι εἰπὼν κ.τ.λ.*] In Timæo p. 37. sq. Veram autem Platonis sententiam de numeris eorumque ad ideas ratione discimus ex Aristotel. Metaphyss. I. 6. p. 16. Sylb. ejusque interpretibus, in primis Alexandro; unde intelligitur, eum pariter atque veteres Pythagoreos numeros rerum principia dixisse. Vid. Brandisii Diatrib. de perditis Aristotelis libris de Ideis et de Bono p. 30—33.

— 16. *ἀλλὰ μὴν ὅταν λέγῃ ἐν τῷ ἀληθινῷ ἀριθμῷ*] Respicit disputationem in Platonis Parmenide p. 144. sqq. p. 44. sqq. Bekk. institutam. Cui adhibe Ficini Commentar. c. 95. Cf. nostrum infra p. 686. C. ubi *ἀληθέστατοι ἀριθμοὶ* memorantur.

p. 1236, 10. *οἵους ἔλεγον οἱ Πυθαγόρειοι—οἷον διδαιοσύνην τετράδα*] Unus liber: *ἐκ τοῦ ἀναλόγου*. Sed vide, quæ supra p. 416. B. et p. 440. D. de forma hac, pro *ἀνὰ λόγον* usurpari solita, dicta sunt. Pro *δικαιοσύνην* margo Ed. *δικαιοσύνῃ*, unus liber *δικαιοσύνη*. Respicit hanc appellationem Aristoteles Metaphyss. I. 5. p. 15. Brandis.: *ὅτι τὸ μὲν τοιονδὶ τῶν ἀριθμῶν πάθος δικαιοσύνη, τὸ δὲ τοιονδὶ ψυχὴ καὶ νοῦς*. Locus autem classicus est Iamblichi in Nicomachi Arithmet. Introd. p. 20. ad quem adhibe Joach. Camerar. p. 48. sq. et Sam. Tenullium p. 103. Adde Wyttenbach. ad Plutarch. de Isid. et Osirid. p. 264. Ad rem faciunt etiam hæc in Theologumenis Arithm. p. 24. p. 23. Astii: *ἐτίμων δὲ αὐτὴν (τὴν τετράδα) οἱ Πυθαγόρειοι, ὡς δεκάδος γεννητικήν. Καλεῖται δὲ αὐτὴ, ὥς φησιν ὁ Ἀνατόλιος, δικαιοσύνη, ἐπεὶ τὸ τετράγωνον τὸ ἀπ' αὐτῆς, τοῦτ' ἔστι, τὸ ἐμβαδὸν τῇ περιμέτρῳ ἴσον κ. τ. λ.* cf. ibid. p. 28. Alia de quaternario numero posui in Commentatt. Herodott. p. 134. Adde Jo. Laur. Lydum de Menss. Romm. ibique Roetheri meaque annotata p. 61. et p. 233. sq. ed. Roetheri. Mox *ὅμως καὶ τὸν ἀριθμὸν συζυγῆ*. Aliquot Codd. *συζυγεῖ*. Plato de Republ. VIII. p. 546. B. p. 381. Bekk. (loco obscurissimo de numero perfecto, quem locum Aristoteles notat Polit. V. 12. ad quem consule Goettlingii annotat. p. 411—413.)—*ὧν ἐπίτριτος πυθμὴν πεμπάδι συζυγὲις* (Bini Codd. ap. Bekker. *συζυγὴς*) *δύο ἁρμονίας παρέχεται τρὶς αὐξηθείς*. Iamblich. de Vit. Pythag. c. 27. p. 110. Kuster. p. 278: *Πλάτωνα λέγοντα φανερῶς ἐν τῇ Πολιτείᾳ, τὸν ἐπίτριτον ἐκεῖνον πυθμένα, τὸν τῇ πεμπάδι συζευγνυμένον·* ad quem ex Aristide Quintil. de Musica III. p. 152. Kusterus laudat eundem Platonis locum respiciente: *συζυγέντα*. Substantivo *συζυγία* in loco de uno et numeris utitur ipse Plato in Parmenide p. 143. sub. fin. p. 37. Bekkeri. Numerorum in sonis *συζυγίας* norant Pythagorei. Vid. Iambl. de Vit. Pythag. c. XXVI. p. 248. Kiessl. Ibid. p. 250. de Pythagora: *εἶτα κρούων ἀνὰ δύο ἅμα χορδὰς ἐναλλὰξ* (*ἐπαλλὰξ* etiam Memmianus meus aliique) *συμφωνίας εὗρισκε τὰς προλεχθείσας, ἄλλην ἐν ἄλλῃ συζυγίᾳ* (Ita etiam Memm. et plures Codd. in schedd. meis pro corrupto *συντυχίᾳ*): "consonantiam aliam in alia *conjunctione*." Atque hac data occasione hæc paucula addere liceat: Nemo nescit Pythagoreos

τετρακτὺν illam suam hoc nomine prædicasse, quod perennis naturæ ῥίζωμα (radicem) haberet (Iamblich. Vit. Pyth. §. 150. p. 316.). Jam audi, quæ de Simone Mago prodit Theodoretus Hærett. Fabull. Comp. I. p. 217. Schulz.: ἄπειρόν τινα ὑπέθετο δύναμιν· ταύτην δὲ ῥίζωμα τῶν ὅλων ἐκάλεσεν. εἶναι δὲ αὐτὴν πῦρ ἔφησε—τὸν δὲ κόσμον—γεγεννῆσθαι ἐκ τῆς φαινομένης τοῦ πυρὸς ἐνεργείας. πρῶτον δὲ ἐξ αὐτῆς προβληθῆναι τρεῖς συζυγίας κ. τ. λ. Vides hunc hominem non solum Heraclitæ philosophiæ principia, sed etiam Pythagoreas formulas esse imitatum. Lexica ex Apollonio Dyscolo exhibent συζύγως. Neque vero Grammatici solum, verum etiam Arithmetici usurpant hoc Adverbium. Vide v. c. Iamblich. in Nicomach. p. 20. et p. 22. Tenullii. Adde ex Proclo in Alcib. pr. p. 21. ed. nostr.: τῇ μὲν ἁπλῇ καὶ μονοειδεῖ καὶ νοερᾷ γνώσει τὰ νοητὰ πάντα συζύγως θεωρεῖν (copulate s. conjunctim contemplari.)

p. 1238, 1. καὶ δεκὰς—ἔσται αὐτοδεκάς] Theo Smyrnæus de Mathematicis in Platone c. IV. p. 26. Bullialdi p. 28. sq. ed. Gelderi: ἁπλῶς δὲ ἀρχὰς ἀριθμῶν οἱ μὲν ὕστερόν φασι τήν τε μονάδα καὶ τὴν δυάδα. οἱ δὲ ἀπὸ Πυθαγόρου πάσας κατὰ τὸ ἑξῆς τὰς τῶν ὅρων ἐκθέσεις, δι' ὧν ἄρτιοι καὶ περιττοὶ νοοῦνται, οἷον τῶν ἐν αἰσθητοῖς τριῶν ἀρχὴν τὴν τριάδα, καὶ τῶν ἐν αἰσθητοῖς τεσσάρων ἀρχὴν τὴν τετράδα, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀριθμῶν κατὰ ταὐτά. Brevius hæc eadem dat Stobæus in Eclogg. I. 1. 9. p. 20. Heer. Ad illa Bullialdus p. 229: "De forma numeri hic agitur, verbi gratia quæritur, quænam sit forma ternarii aut quaternarii. Aiunt Pythagorici singulos numeros habere proprias formas, quas vocat Theo ἀρχὰς, verbi gratia omnes numeros ternarios habere pro principio τὴν τριάδα, omnes quaternarios τὴν τετράδα, et sic deinceps. Itaque μονὰς, δυὰς, τριὰς, τετρὰς etc. sunt ante res numeratas, siquidem formæ sunt numerorum. In eandem sententiam Plotinus abit." Sequitur hic ipse locus Plotinianus. Quocum præterea comparanda est Platonis disputatio in Philebo p. 23. p. 53. sqq. Stallbaum., et, Pythagoreos quod attinet, Boeckhii Philolaus p. 53. sqq. coll. p. 147. sq. Ceterum vide etiam infra p. 686. C.

p. 1240, 1. οὐ γὰρ ἡ ἐπιστήμη πρὸς αὐτὴν κ. τ. λ.] Fic. h. l. expressit lectionem secundæ manus in Med. A. αὐτό. Deinde non expressit οὐ μένουσαν. Quid, si hoc loco corrigas αὐτὴν, et totum locum ita vertas: "Neque enim scientia (illic) ad se ipsam (convertitur): sed res illic scientiam non manentem (non stabilem), qualis est scientia rei, alteram (a se ipsa diversam) efficit esse, h. e. (esse) veram scientiam—?"

—10. δικαιοσύνης—ἧς ὡς ἀληθῶς καλὸν τὸ πρόσωπον, καὶ οὔτε ἕσπερος κ. τ. λ.] Locus simillimus superiori I. 6. 4. p. 53. D: ὡς καλὸν τὸ τῆς δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης πρόσωπον, καὶ οὔτε ἕσπερος οὔτε ἑῷος οὕτω καλά. Ad quem locum et Wyttenbachius meus et egomet ipse plura dedimus.

— 15. πάντα ἔχουσαν] Medicc. duo πανταχοῦ ἔχουσαν. Fic. expressit: πάντα πανταχοῦ ἔχουσαν. Non male.

p. 1241, 5. πιστούμεθα δὲ—ἢ κατά τι ὁμοίωται] Vereor, ne hic graviora ulcera lateant. Ego certe in istiusmodi locis, quos non plane assequor, timidior videri malo, quam audacior. Quapropter, exceptis typographi erroribus binis, nihil tentavi. Ficinus expressit: τῶν εἰς ψυχὴν ἔρωτι, et linea sequenti: ᾗ κατά τι.

— 9. αὐτοζώου μὴ θαυμαστοῦ τὸ κάλλος καὶ ἀφράστου ὄντος.] Quod sex libri exhibent ἀψαύστου, non absurdum, si *integrum* sive *illibatum* explices (Stephanus in Thes. p. 2435. ed. Londin.) Possis etiam suspicari: ἀφάτου. Hesych. I. p. 637. Alb.: ἄφατον· ἀμήχανον (et ἀμήχανον κάλλος sæpius usurpat ipse Plotinus, ut supra p. 549. extr. cf. Indic.) πολύ· ἀῤῥητον· ἀμέτρητον· δεινόν. (ut v. c. ἀφάτων κακῶν in Plutarchi Mario c. XLV. p. 540.) Sed eadem vis inest in voce ἄφραστον (Hesych. I. p. 649. Etymol. Gud. p. 97. 1. et viros doctos laudatos in Steph. Thes. IV. p. 69. p. 9969. ed. Londin.; ubi tamen dele duos locos: Philon. Jud. II. p. 262. Pfeiff. p. 230. Mang. nam ibi nullus liber habet ἀφραστοτάτοις: omnes ἀφραστάτοις, et Jacobs. ad Anthol. Gr. XI. p. 100. nam ibi explicatur ἄφαστος, et adde Reiskium ad Eunapii Æd. p. 276.) Quare in vulgata acquiesco: "nisi ipsum animal sit pulcritudine mirabili et *ineffabili*."

p. 1242, 6. καὶ δύναμιν—ἐφ' ἑαυτῆς βεβῶσαν] Hoc decretum, veram essentiam esse vim, nihil aliud esse, quam quod Leibnitzius posuerit, Tiedemannus prodit in *Geist der specul. Philosophie* III. p. 307.

p. 1242, 8. *οὗ τὸ ἐφαψάμενον—ἐπαφῆς*] Simplic. in Aristotel. de Anima III. fol. 73. a. med.: *καὶ ὅλως δὲ τὸ ψεῦδος συνίσταται ἐν τῷ πῇ μὲν ἐφάπτεσθαι τοῦ πράγματος, ἵνα καὶ λέγῃ τι περὶ αὐτοῦ, πῇ δὲ μή, ἵνα καὶ αὐτὸ τοῦτο ψεύδηται; τὸ δὲ ἀμέριστον οὐ προσιέναι τὴν κατά τι ἐπαφὴν, διὰ τὸ εἶναι ἀμέριστον, ἀλλὰ τὸ ὅλον, εἰ δεῖ φάναι τὸ ὅλον ἐπὶ τῶν ἀμερίστων, γινώσκεται, ἢ οὐδαμῶς. Καὶ τοῦτο ἦν, ὃ καὶ ὁ Πλωτῖνος ἔφη, ὡς καὶ ἤδη ἐμνηθήμην* (Vid. ibid. p. 70. a. med.) "*ὡς ὁ νοῦς ἢ ἐφήψατο ἢ οὐκ ἐφήψατο· ὥστε ἀναμάρτητος.*" Supra p. 6. E. legimus: *Ἀλλ' εἰ ἀναμάρτητος ἡ ψυχὴ κ. τ. λ.* Hoc adjectivum duplicem vim habere, primum, ut eum designet, qui non aberrat a scopo, adeoque qui non aberrat a lege, qui non peccat, deinde, qui aberrare et peccare non potest (impeccabilem Gellius dicit XVII. 19.) tum qui a libidine rei venereæ immunis est, arguunt loci, quos collegerunt Sturz. in Lex. Xenoph. Upton. et Schweighæuser. in Indic. Græcitat. Epicteteæ, Biel. in Thes. LXX. Interprr. Schleusner. in Lex. N. T. et Suicerus in Thes. Eccles. in voc. Ego Plotini causa nonnullos locos apponam, unde harum sententiarum intelligentia existat. Primarius locus est in Platonis Republ. I. p. 339. sq. p. 27. sqq. Bekk. qui ita incipit: *Πότερον δὲ ἀναμάρτητοί εἰσιν οἱ ἄρχοντες ἐν ταῖς πόλεσιν ἑκάσταις ἢ οἷοί τι* (al. *τε*) *καὶ ἁμαρτεῖν; πάντως που, ἔφη, οἷοί τι* (al. *τε*) *καὶ ἁμαρτεῖν.* Dionys. Hal. Judic. de Thucyd. III. p. 816. p. 66. Krüger.: *οὐδεμία γὰρ αὐτάρκης ἀνθρώπου φύσις οὔτ' ἐν λόγοις οὔτ' ἐν ἔργοις ἀναμάρτητος εἶναι.* Longin. XXXII. 8: *ὡς γὰρ ἀναμάρτητον καὶ καθαρὸν τὸν ῥήτορα* (*Λυσίαν*) *προφέρει, πολλαχῇ διημαρτημένου τοῦ Πλάτωνος.* cf. XXXIII. 2. XXXVI. 1. Dio Cass. LVIII. 16. p. 889. Reimar.: *ἀλλ' ἐν τῷ ἴσῳ καὶ τὸ ἀδικοῦν καὶ τὸ ἀναμάρτητον, τό,τε ὑποπτεῦόν τι καὶ τὸ ἀδεὲς πρὸς τὴν τῶν Σηϊανῶν ἐγκλημάτων ἀνάκρισιν ἐγίγνετο.* Synesii Epist. LXVII. p. 42: *τὸ ἀναμάρτητον θείας ἄντικρύς ἐστι καὶ μοίρας καὶ φύσεως.* Theodoreti Dialog. I. de Sancta Trinit. Vol. V. p. 948. Schulz.: A. *ἀλλὰ καὶ εἴποτε ἥμαρτόν τινες τῶν ἀγγέλων, ἀλλ' εἰσὶν ἄγγελοι ἀναμάρτητοι.* O. *οὐ ζητοῦμεν εἰ εἰσὶν ἄγγελοι ἀναμάρτητοι, ἀλλ' εἰ δύναιντο ἁμαρτῆσαι κ. τ. λ.* Similiter fere Diogen. Laërt. VII. 122: *ἔτι καὶ ἀναμαρτήτους, τῷ ἀπεριπτώτους εἶναι ἁμαρτήματι* (quod in peccatum incidere non possint). Plutarch. de aud. poëtt. p. 25. D. p. 95. Wytt. jungit *ἀπαθὴς* et *ἀναμάρτητος*, et sæpius. Vocem *ἀναμάρτητος*, e titulo sepulcrali erutam, nuper Novo Testamento explicando adhibuit vir doctissimus *Frid. Münter.* in Symbolis ad interpretationem Evangelii Johannis ex marmoribus et numis. Havniæ 1824. VIII. 7.

— 12. *τὸ ὂν πρῶτον, εἶτα νοῦν, εἶτα τὸ ζῶον*] Proclus in Platon. Timæum p. 130: *τὸ αὐτοζῶον Πλωτῖνος μὲν διχῶς ὑποτίθεται, ποτὲ μὲν τοῦ νοῦ κρεῖττον, ὡς ἐν ταῖς διαφοραῖς ἐπισκέψεσι* (h. e. supra III. 9. 1. p. 356. B.), *ποτὲ δὲ καταδεέστερον, ὡς ἐν τῷ περὶ ἀριθμῶν, ὁπόταν λέγῃ πρῶτον εἶναι τὸ ὄν, εἶτα νοῦν, εἶτα τὸ αὐτοζῶον.* Hanc appellationem in loco de Numeris et ideis jam usurpaverat Plato. Brandis. in Diatrib. de perditis Aristot. libris de Ideis et de Bono p. 56: "Cum autem, ait, prima illa *tetras* in se contineret quæcunque et mente et sensibus attingerentur, rerumque universitatis veluti protypum esset, *αὐτοζῶον* eam dixit Plato, id quod ipsis Aristotelis confirmatur verbis." Tum laudat Aristot. de Anima I. 2: *ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας λεγομένοις διωρίσθη, αὐτὸ μὲν τὸ ζῶον ἐκ τῆς τοῦ ἑνὸς ἰδέας καὶ τοῦ πρώτου μήκους καὶ πλάτους καὶ βάθους.* cf. eandem Diatribam p. 57.

p. 1243, 5. *εἰ γὰρ ἐφ' ἑαυτοῦ ἄνευ τῶν ἀριθμητῶν δύναιτο εἶναι*] Sextus Empir. Pyrrhonn. Hypotypp. III. 18. 156. p. 165. Fabric. de Pythagoreis: *ταῦτά τε οὖν ὀνειροπολοῦσι, καὶ ὅτι ἕτερόν τι ἐστὶν ὁ ἀριθμὸς παρὰ τὰ ἀριθμητὰ κατασκευάζουσι κ. τ. λ.* Mox ad verba Plotini hujus paginæ extrema: *καὶ δοτέον ἀριθμὸν ἐξ ὄντος γίνεσθαι* respicere videtur Proclus in Platonis Theolog. c. XI. p. 27: *Πλωτῖνος μὲν γὰρ ἐν τῷ περὶ ἀριθμῶν βιβλίῳ ζητήσας, πότερον τὰ ὄντα πρὸ τῶν ἀριθμῶν ὑφέστηκεν, ἢ πρὸ τῶν ὄντων οἱ ἀριθμοὶ, λέγει διαῤῥήδην, ὅτι τὸ πρώτιστον ὂν πρὸ τῶν ἀριθμῶν ὑπέστη, καὶ ὡς γεννᾷ τὸν θεῖον ἀριθμόν.* Conf. Proclum eodem in opere IV. 32. p. 231.

— 15. *καὶ μὴ κατὰ τὸ ἐπελθὸν*] Ratio apparet, cur Plotinus adjecerit *κατὰ* formulæ *τὸ ἐπελθὸν*, alias præsertim de sermone usurpari solitæ, ubi quidquid in solum venit, proferimus. De ea vid. Tib. Hemsterhusius ad Luciann. Diall. Deorr. XX. 4. p. 255. ubi additur *ἄλλως*. Est enim *ἄλλως ἐπελθὸν οὐκ ἐξεπίτηδες ἤρετό με*, nullo certo consilio neque de industria. Cf. eundem ad

Charon. 13. p. 507. sq. et C. Frid. Hermannum nostrum ad Lucian. de conscrib. Hist. p. 31. et p. 362. et C. G. Jacob. ad Luciani Alexandr. p. 93. sq. Iamblich. de Vit. Pythag. XVII. p. 65. Kust. p. 166. Kiessling.: *ὀνομάξαιμι δὲ καὶ πράτον ἐπελθὼν αὐτῶν τὰς ματέρας, ἀκρασίαν τε καὶ πλεονεξίαν.* Ubi nullus codicum nostrorum exhibet *ὀνομάξαιμι* et *πράτον*: omnes contra *ἐπελθόν*. Et hoc debebat e Cizensi recipere Kiessling.

p. 1244, 9. *διὸ καὶ τὰ εἴδη ἔλεγον—ἀριθμούς*·] Olympiodor. in Alcib. pr. X. p. 95: *ἰστέον γὰρ, ὅτι οἱ Πυθαγόριοι* (f. *Πυθαγόρειοι*: sed vid. tamen not. ad p. 92. Olympiodori) *ἐθαύμαζον τοὺς πρώτους εὑρόντας τοὺς ἀριθμοὺς, λέγοντας ἐγνωκέναι τούτους τὴν οὐσίαν τοῦ νοῦ· εἴ γε ἀριθμοὺς ἐκάλουν τὰς ἰδέας, αἱ δὲ ἰδέαι ἐν τῷ νῷ εἰσιν.* Cf. Aristotelis Metaph. I. 5. Sext. Empir. Pyrrhonn. Hypotypp. III. 152. Nicomachi Instit. Arithm. p. 74. Ast. Cic. Academm. IV. 37. Iamblich. de Vit. Pythag. 146. et Rittershus. ad Porphyr. de Vit. Pythagor. p. 75. ed. Kuster. et vide quæ supra posuimus ad inscript. hujus libri p. 671.

— 11. *ὁ μὲν ἐπιθεωρούμενος τοῖς εἴδεσι*] Plutarchi Demetr. Proœm. p. 2. Reisk.—*τὰ δ' ὑπὲρ τοῦ φυλάξασθαι κατὰ συμβεβηκὸς ἐπιθεωροῦσι.* Sext. Empir. Pyrrhonn. Hypp. III. §. 157: *οὐκ ἄρα τὰ ἀριθμητά ἐστιν ὁ ἀριθμὸς, ἀλλ' ἰδίαν ὑπόστασιν ἔχει παρὰ ταῦτα, καθ' ἣν καὶ ἐπιθεωρεῖται τοῖς ἀριθμητοῖς, καὶ ἔστι στοιχεῖον.* Cf. Plotin. ipsum V. 9. 9. init. et VI. 6. 5. cf. etiam proxime c. 10. hujus libri p. 680. B.

—13. *βάσιν δὲ ἔχει τὰ ὄντα ἐν αὐτῷ, καὶ πηγὴν, καὶ ῥίζαν καὶ ἀρχήν*·] Cic. Acadd. II. 37. 118. p. 213. Goerenz.: "Pythagorei ex numeris et mathematicorum initiis proficisci volunt omnia:" ubi vid. Davis. Ad verbum autem cum Plotinianis hæc Theonis de Mathemm. ad Platon. uti lib. c. II. fin. p. 23. p. 25. ed. Gelderi congruunt: *κατὰ δὲ τοὺς Πυθαγορικοὺς πρεσβευτὰς τὰ τῶν ἀριθμῶν ὡς ἀρχὴ καὶ πηγὴ καὶ ῥίζα τῶν πάντων.* Uterque autem *τεχνικὰ* Pythagoreorum nomina respexit. Videamus de singulis: *Βάσις* in rhythmicis Pythagoreorum libris usurpatum credibile est; Plato de Republ. III. 399: *ἑπόμενον γὰρ δὴ ταῖς ἁρμονίαις ἂν ἡμῖν εἴη τὸ περὶ ῥυθμοὺς, μὴ ποικίλους αὐτοὺς διώκειν, μηδὲ παντοδαπὰς βάσεις, ἀλλὰ βίου ῥυθμοὺς ἰδεῖν κοσμίου τε καὶ ἀνδρείου τίνες εἰσίν.* Quæ respicit Longinus de Sublim. XXXIV. 2. (ubi vid. Ruhnken. reliquosque interprr. p. 443. laudatos Astio in Comment. ad Rempubl. p. 457.) Confer Dionys. Hal. de Composit. XXII. p. 298. et p. 334. ed. Schæfer. Ernesti Lex. Technol. Græcc. Rhetor. p. 56. Adde Olympiod. in Alc. pr. p. 79: *κοινὸν γὰρ ὄνομα ἡ βάσις ἄρσεως καὶ θέσεως, ἅπερ εἰσὶ τοῦ ῥυθμοῦ.* Et Franc. Goeller. ad Dionys. de Composit. p. 187. et p. 300. ibiq. laud. Hermann. de metrorum quorundam mensura rhythmica p. V. ubi docetur, quid *βάσις* musicis sit, nimirum nunc *thesis*, nunc *locus et sedes integri pedis*, nunc etiam *universe incessus numeri*. Ficinus tamen *βάσιν* accepit simpliciter pro *firmamento*. Quod si Plotinum credas respexisse Platonis locum in Timæo p. 81. a. p. 119. Bekk., *βάσιν* hic interpretari possis *vas*, *receptaculum*; de quo significatu vocis vid. Lindavium ad Tim. l. l. p. 123. Ego nihil decerno.—Proxima, *πηγὴν καὶ ῥίζαν*, admonent jurisjurandi Pythagorici (ap. Sext. Empir. adv. Mathemm. IV. 2. VII. 94. Plutarch. de Isid. p. 381. E. de Placitt. Philoss. I. 3. p. 527. Wyttenb. Iamblich. de Vit. Pyth. XXVIII. 150. p. 316. et XXIX. 162. p. 344. Kiessl. et apud alios multos):

Οὐ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν
Παγὰν ἀενάου φύσεως ῥίζωμά τ' ἔχουσαν.

ubi libri nostri partim confirmant lectionem *ἀενάου*, sed omnes vel *ῥιζώματ' ἔχ.* vel *ῥιζώμετ' ἔχ.* Reliquam varietatem hic non moror, alio tempore hæc Iamblichea, si Deus annuerit, in publicum daturus. Venio ad vocem *ἀρχήν*. Philolaus apud Iambl. in Nicomach. p. 109. Tenullii: *οὐ γὰρ, Ἓν, φησὶν, ἀρχὰ πάντων* (cf. Boeckhii Philolaum p. 150.) Alexander ap. Diog. Laërt. VIII. 25: *Ἀρχὴν μὲν τῶν ἁπάντων μονάδα.* Anonymus ap. Stob. Eclogg. Physs. I. 2. 9. p. 20. Heeren. et ap. Theon. c. IV: *ὅτι τῶν ἀριθμῶν εἰσηγήσαντο τὰς ἀρχὰς* (cf. de Gelder. ad Theon. p. 136. et p. 140. sq.) Stobæus Eclogg. I. 11. 12. p. 298. sqq.: *Πυθαγόρας—ἀρχὰς τοὺς ἀριθμοὺς—καλεῖ.* Consulto ad finem reservavi hæc ad universum hoc caput pertinentia. Proclus in Theol. Plat. IV. 22. p. 231: *ἐπεὶ δὲ Πλωτῖνος τὸν ἀριθμὸν πρὸ τοῦ αὐτοζώου τίθεται, καὶ φησὶν τὸ ὂν πρώτιστον παράγειν ἀφ' ἑαυτοῦ τὸν ἀριθ-*

μὸν, καὶ μέσον τοῦτον ἱδρῦσθαι, τοῦ τε ἑνὸς ὄντος καὶ τοῦ αὐτοζώου, βάσιν δὲ ὄντα καὶ τόπον τῶν ὄντων, ἄξιον καὶ περὶ τούτου συντόμως εἰπεῖν. Sequitur disputatio longior, quæ apud ipsum legatur necesse est. Quod Proclus post *βάσιν* adjecit *καὶ τόπον*, monstrat h. l. non musico illo sensu accipiendam esse, quem supra attigimus, sed pro *fundamento*, uti recte etiam nostro loco vertit Ficinus. Eadem pagina extrema idem Proclus l. l. hæc posuit:—*πάσης γὰρ εἰδοποιίας ἡ τετρὰς αὕτη πηγὴ προϋφέστηκεν*.

p. 1245, 4. *βούλομαι—πλῆθος χρυσοῦ ἢ οἰκείων*] Ita cum Fic. scripsi pro *οἰκιῶν*. Illius lectionis vestigium servavit Vaticanus liber exhibens *οἰκειῶν*.

— 14. *ἕκαστόν τε ἓν, εἰ ὁμοῦ πολλὰ ἦν τὸ ἓν τὸ ἐπ' αὐτοῖς*] Ita scripsi cum plurimis libris pro *πολλὰ ὁμοῦ*. Cæterum Ficinus hanc sententiam convertit, quæ secundum Græca ita se habet: Quod si vero unumquodque est unum si simul multa erant unum, quod est in ipsis. Mox in Latinis ad vocem *millenarius* addidi *decies*, et ad *mille* posui *decies millies*. Mox dedi *προσφωνεῖσθαι* pro *προφανεῖσθαι*, nec sine codicum suffragio et Ficini versione. Deinde idem expressit *δεικνύντων ὥσπερ τὰ χρώματα τοὺς ἀριθμοὺς αὐτῶν*. Saltem scribendum videtur *ὥσπερ τὰ χρώματα τὰ αὑτῶν*, quasi ostentarent *sua* (i. e. suos numeros) tanquam colores.

p. 1246, 13. *ἢ αὐτοαγαθὸν*] Alibi *αὐταγαθόν*. De utroque vide annot. in I. 8. 13. supra p. 80. D. Sceptici contra in alia omnia discedebant de numero. Vid. Sexti Empirici disputata Pyrrhonn. Hypotypp. III. 18. quorum ego tantummodo initium adscribo §. 157. p. 166. Fabric.: *παρεισῆλθεν ἡ κατὰ τοῦ ἀριθμοῦ ἀπορία. λέγεται γὰρ ὅτι εἰ ἔστιν ἀριθμὸς, ἤτοι αὐτὰ τὰ ἀριθμητά ἐστιν ὁ ἀριθμὸς, ἢ ἑτερόν τι παρὰ ταῦτα ἔξωθεν. οὔτε δὲ αὐτὰ τὰ ἀριθμητά ἐστιν ὁ ἀριθμὸς, ὡς ἀπέδειξαν οἱ Πυθαγορικοὶ, οὔτε ἕτερόν τι παρὰ ταῦτα, ὡς ὑπομνήσομεν. οὐδὲν ἄρα ἐστὶν ὁ ἀριθμός.*

p. 1248, 16. *ἐν ψιλὸν ἀπηρημωμένον τῇ οὐσίᾳ αὐτοῦ*] De verbo *ἀπερημοῦσθαι* diximus supra ad II. 6. 1. p. 179. A. Unitatis varias definitiones dinumerat Iamblichus in Nicomach. p. 11. sq. Cf. etiam Theon. Smyrn. in Platon. Mathemat. c. III, quod inscribitur: *περὶ ἑνὸς καὶ μονάδος*, et in eum locum Bulialdi nott. p. 226. sq. Ab unitatis investigatione proficiscitur Proclus in Institut. Theol. c. I—VI. p. 2—10. ed. nostr. Quæ deinceps sequuntur ad finem usque hujus capitis, si constructionem spectes, impeditiora sunt, et fortasse luxata librariorum vitiis. Singula aliquot verba ex libris MSS. correximus.

p. 1250, 5. *πρὸς οὓς περὶ αὐτῶν καιρίως ἂν λέγοιτο*] Non dubitavi Mediceam lectionem adoptare cum Fic. pro vulgata *κυρίως*. Et *κύριος* cum *καίριος* sæpe confunditur. Qua de re etiam nuper monuit Jacobs. ad Philostrati Imagg. (p. 92.) p. 531. De harum vocum familia agit Pollux Onomast. VI. 204. p. 688. Hemsterh. Hinc *καιριολεκτεῖν*. Contrarium est *ἄνευ καιροῦ λέγειν*. Cf. Matthæi ad Jo. Chrysost. Oratt. Selectt. III. not. 189. p. 52. Poëtæ pro eo etiam *καίρια* dicunt, ut Callimach. Epigr. XXXVII. 2. *καιριωτέρως* est apud Xenoph. Cyrop. IV. 5. 15.

— 9. *οὐδ' ἡ ἑορτὴ παρὰ τοὺς συναχθέντας καὶ εὐθυμουμένους ἐπὶ ἱεροῖς*] Ita bonorum librorum auctoritate scripsi pro *ἐνθυμουμένους*. Est autem hoc ipsum additum ex Græcorum maxime populorum more, qui festa fere omnia hilariter peragere solebant, nec diis gratum judicabant quod triste esset. Qua de re non est, quod multa addam post Spanhem. annot. in Callimach. Delum v. 324. quocum cf. Plutarch. de Isid. et Osirid. p. 360. extr. et p. 361. A. et ad eum Wyttenb. Animadvv. p. 207. sq. Ceterum hic Plotini locus in Lexicis consignandus est, quod hic *ἑορτὴ* rarissimum significatum habet. Cf. proxime præcedentia: *καὶ ὄχλον καὶ ἑορτὴ καὶ στρατὸν καὶ πλῆθος*. Est igitur h. l. *ἑορτὴ* idem quod *πανήγυρις*, sive *πλῆθος ἑορταστῶν*. Proclus in Alc. pr. XVIII. p. 56. *χορὸν* infert disputans de vi vocis *ὄχλος*, quam distinguit a *πλῆθος* simpliciter, item a *δῆμος*, denique a *χορός*. Adscribo locum Nili de octo vitiis c. II. p. 420. (in Opuscull. Græcorr. sententiosis ed. Jo. Conr. Orelli): *Ὄψις γυναικὸς βέλος ἐστὶ πεφαρμακευμένον· ἔτρωσε τὴν ψυχὴν, καὶ τὸν ἰὸν ἐναπέθετο· καὶ ὅσον χρονίζει πλείονα τὴν σῆψιν ἐργάζεται. ὁ φυλάσσων ταῦτα τὰ βέλη οὐ παραβάλλει πανηγύρεσι πανδήμοις, οὐδὲ ἐν ταῖς ἑορταῖς περιάξει κεχηνώς·* (Cod. Palatin. Heidelberg. N. 356. fol. recto insigni varietate ita: *ἐργάζεται· ὁ πταιούμενος* literis pallidioribus. an *πτοούμενος*? *ταῦτα τὰ βέλη οὐ παραβάλλει πανηγύρεσι· δήμοις οὐκ ἐμφιλοχωρεῖ οὐκ ἐν ταῖς ἑορταῖς*

περιάγει κεχηνώς.) *βέλτιον γὰρ οἴκοι μένοντας σχολάζειν προσευχῇ* (Cod. *σχ. διηνεκὲς τ. πρ.*) *ἢ τιμᾷν νομίζοντας τὰς ἑορτὰς* (Cod. *ἢ διὰ τοῦ τιμᾶν τὰς ἑορτὰς*) *γενέσθαι πάρεργον ἐχθρῶν* (Cod. *πάρεργον γίνεσθαι τῶν ἐχθρῶν*).

— 13. *ἢ ὅτι μὲν ὠδὶ, ὁ δ' ὠδὶ*] Recepissem Vaticanam lectionem *ἢ ὅτι ὁ μὲν ὠδὶ*, nisi ex aliis locis haud paucis vidissem, hoc esse breviloquentiæ Plotinianæ, ut in altero membro ex altero talia supplenda relinquerentur cogitationi, non scriptioni.

p. 1251, 3. *ἄλλου μὲν ὄντος τοῦ φανέντος τοῦ ἀνθρώπου—τοῦ ἕν*] Respicere Plotinus Aristotelis disputationem videtur in Metaphyss. III. 2. p. 49. sqq. Sylb. p. 62—70. Brandis. Ceterum cf. infra VI. 8. 2. p. 758.

p. 1252, 2. *ἡ διάνοια δῆλόν που ἐνταῦθα ποιεῖ ἡ διδοῦσα τὸ ἓν—ἡ ὀξέως—ἰδοῦσα*] Fic. in Medic. primo a secunda manu scriptum legit, sive ipse correxit *οὐ διδοῦσα*. Sed cum in altero membro Vaticanus offerat *ἡ*, haud scio an utrobique legendum sit *ἢ διδοῦσα—ἢ ὀξέως ἰδοῦσα*, "*vel* dans (impertiens) unum,—*vel* acriter perspiciens."— Ceterum ad hæc et sequentia adhibendus est Aristoteles in Metaphyss. VI. p. 134. infr. Brandisii, et IX. 1. p. 192; unde hæc extrema decerpo: *λέγεται μὲν οὖν τὸ ἓν τοσαυταχῶς, τό τε συνεχὲς φύσει καὶ τὸ ὅλον, καὶ τὸ καθ' ἕκαστον καὶ τὸ καθ' ὅλου*: "Tot igitur modis dicitur unum, videlicet continuum natura et totum et singulare et universale." Idem de multitudinis (*πλήθους*) notione exponit ibidem III. p. 63. et IV. p. 106. De iisdem notionibus confer etiam Porphyrii Sententt. XV. p. 223. et Procli Instit. Theolog. LXII. p. 96. et ipsum Nostrum supra V. 3. p. 496. sqq.

— 7. *δῆλον ὅτι—ὑφεστώσης*] Edit. *δ. ὅτι τοῦ ὄντος ἑνός τινος φύσεως καὶ ὑφεστώσης*. Margo Edit.: *δ. ὅτι ὄντος ἑνός τινος φ. κ. ὑφ.* Nos lectionem recepimus, quam optimi libri omnes exhibent et expressit Marsilius. Mox B. lin. 5. noluimus a vulgata recedere, quam omnes tuentur. Unus Marc. B. cum marg. Ed. omittit *αὐτοῖς* post verba *ἔν τε τοῖς αἰσθητοῖς*.

p. 1253, 8. *Ἀλλ' οὔ χρεία — καὶ νοήσεως*] Emendavi hæc partim ex marg. Ed. partim e libris nostris. *πρὸς παντὸς γένεσιν*, quod Fic. expressit, confirmat etiam Cod. Darmst. et vero quæ continuo sequuntur: *πρὸς τὴν τούτων γένεσιν*.

p. 1254, 7. *τῆς αἱρέσεως αὐτὸ φθειράσης*] Fic. expressit *τ. διαιρέσεως*, et ita ipse correxisse videtur in Med. primo. Neque enim alius liber hanc lectionem exhibet, quam tamen germanam habeas, si cogites, quam facile per Iotacismum illud *δι* post *τῆς* præsertim pronuntiando potuerit absorberi. Mox cum Fic. et Cod. Marc. B. dedi *τὸ αὐτὸ* pro *τῷ αὐτῷ*.

p. 1255, 8. *Τί οὖν τὸ κύριον αἴτιον; κ. τ. λ.*] Hoc exemplum etiam alibi obvium (nimirum *ἓν μὲν εἶναι τοῦ ἓν παρουσία, δύο δὲ δυάδος, ὥσπερ καὶ λευκὸν λευκοῦ κ. τ. λ.*). Vid. supr. IV. 3. 2. VI. 3. 4. (p. 619. A.B.C.) Est autem Aristoteleum, Vid. v. c. Metaphyss. VI. 4. et 5. p. 107. sqq. Sylb. p. 132. sqq. Brandis. XII. 8. p. 230. p. 281. Et in hac universa disputatione Aristotelem in primis refutare instituit Plotinus. Nimirum in Metaphysicis XII. (al. XIII.) 8. p. 228. Sylb. p. 279. Brandis., posteaquam Platonis et Pythagoreorum de numeris decreta attigit, ita pergit Stagirites philosophus: *εἰ τοίνυν ἀνάγκη μὲν, εἴπερ ἐστὶν ἀριθμὸς τῶν ὄντων τι καθ' αὑτὸ, τούτων εἶναί τινα τῶν εἰρημένων τρόπων, οὐδένα δὲ τούτων ἐνδέχεται, φανερὸν ὡς οὐκ ἔστιν ἀριθμοῦ τις τοιαύτη φύσις οἵαν κατασκευάζουσιν οἱ χωριστὸν ποιοῦντες αὐτόν.* Deinde post uberiorem disputationem de numeris (*μονὰς, δυὰς, τριὰς—δεκὰς*) p. 233. p. 285. rationem ita concludit: *πάντα δὴ ταῦτα καὶ ἄλλα τοιαῦτα φανερὸν ποιεῖ ὅτι ἀδύνατον εἶναι τὸν ἀριθμὸν καὶ τὰ μεγέθη χωριστά· ἔτι δὲ διαφωνεῖν τοὺς πρώτους περὶ τῶν ἀριθμῶν σημεῖον, ὅτι τὰ πράγματα ταῦτα οὐκ ὄντα παρέχει τὴν ταραχὴν αὐτοῖς.* Hæc extrema ex asse congruunt iis, quæ supra ad p. 680. F. e Sexto Empirico Pyrrh. Hypp. p. 166. protulimus. Plotinus contra, ut in universa fere hac sexta Enneade, ita in hoc libro antiquæ illius doctrinæ de numerorum substantia primigenia perennique vindex existit.— *Δυάδα* quod attinet vide Pythagoricorum decreta exposita apud Proclum in Platonis Tim. p. 54. sqq. cf. Theon. in Platon. Math. c. V. p. 30. Bullialdi. Plutarch. de Placitt. philoss. I. 7. p. 545. Theolog. Arithm. 9. p. 7. Ast. et Annott. in Jo. Laurent. Lydum de Mensibus II. 6. p. 48. sq. Roetheri. Platonis locos de *δυάδι* supra attigi in annot. in V. 4. 2. p. 518. A.

p. 1256, 7. *ἀλλ' αὐτοὺς—τοὺς ἀληθεστάτους ἀριθμοὺς εἶναι, αὐτοδεκάδα, οὐ δεκάδα τινῶν νοητῶν*] Thucyd. V. 20: *αὐτόδεκα ἐτῶν διελθόντων*, ubi vid. Poppo p. 305: *Αὐτοδεκὰς* vero addendum est Lexicis. De Pythagoreis ita Aristotel. Metaph. I. 5. p. 12. Sylb. p. 16. Brandis.: *λέγω δ' οἷον ἐπειδὴ τέλειον ἡ δεκὰς εἶναι δοκεῖ καὶ πᾶσαν περιειληφέναι τὴν τῶν ἀριθμῶν φύσιν κ. τ. λ.* quæ deinde explodit XII. p. 230. p. 281: *ἄτοπον δὲ καὶ τὸ τῆς δεκάδος εἶναι ἰδέαν, ἐνδεκάδος δὲ μή, μηδὲ τῶν ἐρχομένων ἀριθμῶν κ. τ. λ.* Hinc *ἐγκώμιον τῆς δεκάδος* memoratur Iamblicho in Nicom. p. 124. ubi vid. Tenull. p. 186. sq. Cf. Theon. Smyrn. in Plat. Math. c. XXXVII. XXXVIII. p. 146. sqq. Bulialdi. Theologumm. Arithmm. p. 63. Ast. Anatolius ibid. p. 64. Quæ expilavit Jo. Laur. Lydus I. 15. III. 1. ubi vid. Annott. p. 16. sq. p. 82. sq. Roetheri; et adhibe, quæ de vi, quam denario numero Pythagorei philosophi atque Platonici tribuerunt, Brandisii Comment. de doctrina numerorum ap. Pythagoreos et Platonicos in Museo Rhenano II. 2. p. 222. sqq. Confer etiam Plotin. p. 675. F. ibiq. annot.

p. 1257, 7. *Ἐν δὲ τῷ νῷ—νοῦ ἐνέργειαι*] Primum scripsi proxime *οἱ νοῖ* pro *ὡς νοῖ* cum Fic. et ex vestigiis Codicis Vat. deinde cum eodem et pluribus libris: *πρώτως* pro *πρῶτος*: tum e margine Ed. et codd. omnibus revocavi: *ὡς δὲ ἐν νῷ*. Ed. habet: *ὡς οὐδ' ἐν νῷ*. Pendet autem hæc Plotini disputatio a Timæo Platonis p. 41. sq. p. 43. sqq. Bekk.: *θνητὰ ἔτι γένη λοιπὰ, τρί' ἀγέννητα. τούτων οὖν μὴ γενομένων, οὐρανὸς ἀτελὴς ἔσται· τὰ γὰρ ἅπαντα ἐν αὐτῷ γένη ζώων οὐχ ἕξει, δεῖ δὲ, εἰ μέλλει τέλεος ἱκανῶς εἶναι.* et quæ deinceps de particularis animæ generatione reliquaque sequuntur; quæ comparanda sunt cum iis, quæ ibidem de anima universi traduntur p. 34—38. adhibendaque Plutarchea de Animorum generat. in Timæo p. 1016. sqq. p. 136. sqq. Wyttenbach. Quos Platonis locos in aliis etiam libris ante oculos habet Plotinus. Vid. v. c. p. 326. 329. 330. 376. 470. 473. 489. 562. 674. Nostro loco adhibe Proclum in Theol. Platon. IV. 32. p. 231. Ceterum de *numero perfecto* et de virtutibus, quarum continuo Plotinus mentionem facit, consule Ficinum in Platonis Remp. Dialog. VIII. c. 17. h. e. Platon. l. l. p. 576. sq. quem locum supra ad p. 675. B. attigimus.

p. 1258, 10. *Ἀρχὴ οὖν καὶ πηγὴ—ὁ ἀριθμὸς—ἀληθής*] Vid. supra p. 679. E. et annot. in eum locum. Cf. item caput præcedens p. 686. C. Ceterum hic universus locus Plotinianus non minus recondita et obscura includit, quam ille Platonicus in Parmenide, ubi de Uno et de ente disputatur, quique, argumentum quod attinet, cum hoc Plotiniano comparandus est p. 144. sqq. p. 38. sqq. Bekkeri, in quo explicando post Proclum, Damascium aliosque veteres interpretes, e recentioribus Ficinus cap. 95. alii ad hunc usque diem elaborarunt.

p. 1259, 10. *Λεκτέον οὖν—ὡς ὅταν μὲν—ὅταν τοίνυν—εἴπῃς—μερίζων καθ' ἕνα—ποσοῦ*] Primum huic loco consului interpungendo; deinde, pro vulgatis lectionibus *ἐνταῦθα—εἴποις—μερίζον*, reduxi probas e libris nostris; tum exterminando hæc verba inter *αἰσθητοῖς* et *ἀλλὰ καθαρῶς ἓν* in Ed. et paucis codd. interposita: *πῶς ὁ ἀριθμὸς ὁ μὲν οὐσιώδης ὁ δὲ ποσώδης*: *Quomodo numerus alius quidem essentialis, alius vero quantitativus;* quæ et manifestam Lemmatis indolem habent, et in duobus Codd. in margine cum illo *σημείωσαι* comparent, neque a Ficino in Latinis reddita sunt.

p. 1260, 8. *Τί γὰρ ἂν γένοιτο—ἄλλῳ ἀνθρώπῳ—ἀριθμουμένῳ.*] In ed. scriptum est *αὐτῷ* pro *ἀνθρώπῳ*, vitio e scribendi nota orto: ut in Cod. nostro Palatino Heidelbergensi Lysiæ N. 88. sæpiuscule hujusmodi scribendi compendium usurpatum videas. Mox *καὶ ποσῶν τοῦτο τὸ δέκα.* In marg. Ed. est *καὶ ποσῶν τοῦτο δέκα*, in Ed. contextu: *καὶ ποσὸν τοῦτο τὸ δέκα.* Ego utramque conjunxi. Nec aliter fecit Ficinus. Nicolaus Methonensis adversus Procli Inst. Theolog. c. 70. p. 97: *σώματα πεποσωμένα.* Mox post verba *καὶ ἔστι τι ἔξω* expressit Fic. etiam hæc: *καί τι ἐν σοί*, quæ docta manus, probabiliter ipsius Marsilii in margine Codicis Medic. A. adpinxit; et utique hæc excidisse dicas, si reputes, quæ continuo sequuntur. Ego tamen sine librorum auctoritate textui inserere nolui. Proxime pro: *ἢ μὲν πρὸ τοῦ ἀριθμεῖν* marg. Ed. habet *ὁ πρὸ μὲν τὸ δέκα.* De exemplis *στρατοῦ, χοροῦ κ. τ. λ.* vidimus supra ad p. 682. C. D.

p. 1261, 1. *ἢ ὁ τῆς οὐσίας ἡμῶν· μετέχουσα φησὶν ἀριθμοῦ καὶ ἁρμονίας*] Ita scripsi omnium fere librorum suffragio. In ordine editionis est *μετέ-*

χουσαν φύσιν: in margine ejusdem μητέχων (sic) φησίν, quæ παραδιόρθωσις esse videtur ejus, qui necesse arbitraretur hoc Participium referendum esse ad præcedens ἀριθμός. Seorsim autem hæc sententia est accipienda: *Particeps est, dicit, numeri et harmoniæ.* Mox ἀριθμὸς ἄρα ἡ ψυχή κ. τ. λ. Fons harum sententiarum inest in celebrato loco Platonici Timæi de animarum generatione p. 35. sqq. p. 32. sqq. Bekk. quem Gellius III. 10, vel potius Varro apud eum in Hebdomadibus ante oculos habet et Macrobius in Somn. Scip. I. 6. Qui quidem: "Hinc et Timæus Platonis fabricatorem mundanæ animæ deum partes ejus ex pari et impari, id est, duplari et triplari numero intertexuisse memoravit.—Præcedens autem tractatus invenit numeros et ante animam mundi fuisse, quibus illam contextam augustissime Timæi ratio naturæ ipsius conscia et testis expressit. Hinc est, quod pronuntiare non dubitavere sapientes animam esse numerum se moventem." (Sequitur disputatio de septenario numero; de quo laudasse nunc sufficit Valckenaerii disputationem de Aristobulo Judæo p. 97. sqq.) Cf. eundem Macrob. II. 2. Porphyrius in Sententt. XIX. p. 225. Cantabrig.: ὅταν γὰρ τὸ ζῶον αἰσθάνηται, ἔοικεν ἡ μὲν ψυχὴ ἁρμονίῳ (leg. ἁρμονίᾳ) χωριστῇ, ἐξ ἑαυτῆς τὰς χορδὰς κινούσῃ ἡρμοσμένας· τῇ δὲ ἐν ταῖς χορδαῖς ἁρμονίᾳ ἀχωρίστῳ, τὸ σῶμα. Cf. ipsum Plotinum supra p. 307. E. F. Quod vero Plato in Phædone eorum opinionem refutat, qui animam humanam harmoniam statuebant esse, hoc haudquaquam pugnat cum ipsius doctrina in Timæi l. l. ubi tradit animam ex diversis materiis a deo ad certam rationem et proportionem factam esse, et ab inconstantiæ crimine hac in causa eum vindicavit Proclus in Timæum III. p. 178. Qua de re pluribus agit Wyttenbachius ad Phædonem p. 248. Ceterum illa Timæi placita respicit Hermes, qui fertur, in Poemandr. I. 24. p. 11. ed. Genev. 1630. in loco de regressu animæ humanæ, cujus facultates sensuum resolvi dicit et suæ quamque sphæræ restitui: καὶ ὁ θυμὸς καὶ ἡ ἐπιθυμία εἰς τὴν ἄλογον φύσιν χωρεῖ. οὕτως ὁρμᾷ λοιπὸν (leg. τὸ λοιπὸν) ἄνω διὰ τῆς ἁρμονίας, καὶ τῇ πρώτῃ ζώνῃ δίδωσι τὴν αὐξητικὴν ἐνέργειαν καὶ τὴν μειωτικήν. καὶ τῇ δευτέρᾳ τὴν μηχανὴν κακῶν κ. τ. λ.—καὶ τῇ ἑβδόμῃ ζώνῃ τὸ ἐνεδρεῦον ψεῦδος, καὶ τότε γυμνωθεὶς ἀπὸ τῶν τῆς ἁρμονίας ἐνεργημάτων γίνεται ἐπὶ τὴν ὀγδοατικὴν φύσιν τὴν ἰδίαν δύναμιν ἔχων, καὶ ὑμνεῖ σὺν τοῖς οὖσι τὸν πατέρα. Ubi vel notabimus rariorem constructionem γυμνωθεὶς ἀπὸ τῶν ἐνεργημάτων, quam posterioris ætatis scriptores frequentant (Dorvill. ad Charit. p. 534. ed. Lips. Borger. ad Epist. ad Galat. I. 1. p. 78.) vel substituemus ὑπὸ, vel si forte, quod tamen vix probabile, scripserit: γυμνωθεὶς ἀπὸ τῶν ἐνεργημάτων pro γυμνωθεὶς τῶν ἐνεργ. et non tam liberatricem sphærarum harmoniam intelligi voluerit, quam animi humani sensilem harmoniam, qua mens liberata sit, in præcedentibus pro διὰ τῆς ἁρμονίας, necessario scribemus δίχα τῆς ἁρμονίας.

— 9. Εἰ μέντοι ἀρετὴν τέτταρα λέγοις, (καὶ τετράς ἐστί τις οἷον τὰ μέρη αὐτῆς εἰς ἓν) κ. τ. λ.] Hæc quoque ex Pythagoricis fontibus ducta sunt. Vide, ut hoc utar, Timæum Locr. p. 557. f. Proxime tamen respicit Platonis locum Plotinus in libr. III. de Rep. p. 398. sqq. p. 130. sqq. Bekk. quem respicit etiam Sext. Empir. adv. Math. VI. 13. p. 359. Fabric. et Theo Smyrn. de Math. Platon. p. 12. sq. cf. Wyttenb. ad Platon. Phædon. p. 127. et p. 248. adde Proclum in Alcib. pr. p. 197. sqq. nostr. ed. Iamblichus in Nicom. Arithm. p. 56: ὡς τὸ τέλειον καὶ τὸ ἴσον, κατὰ τὴν τῶν ἀρετῶν φύσιν. Obversatur autem h. l. Plotino virtutum principum quaternarius numerus, de quo Platonis itemque Plotini nostri doctrinam explicat Macrobius in Somn. Scip. I. 8. Conjuncta est hæc cum ratione τῆς τετράδος, de qua Theo cap. 43. p. 158, ad quem locum Bulialdus p. 283: "Sunt præterea, ait, tres quaterniones, unus in singulis partibus, quibus homo felix beatusque prædicatur: in animo *Prudentia, Temperantia, Fortitudo* et *Justitia;* in sensu et corpore εὐτισθησία, id est sensus perfectio, Sanitas, Robur, Pulchritudo; in bonis fortunæ Felicitas, Gloria, Potentia, Amicitia." Præcipue in Iamblichi libro περὶ κοινῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης hoc agitur, omnia in numeris consistere, et *virtutem ipsam numerum esse.* De cujus doctrinæ obscuritate Tenullius conqueritur in epistola ad Nicolaum Heinsium in Sylloge Burmanniana Tom. II. p. 798.

p. 1262, 1. ἀλλ' ὅτι ἔξεστιν ἐπὶ τῇ μεγίστῃ—ἐπινοῆσαι μείζω] Ed. ἐπὶ τὴν μεγίστην. Ceteri

libri MSS. *ἐν τῇ μεγίστῃ*. Recepi cum tribus Marcianis exquisitiorem lectionem, quam cum non assequerentur librarii, *ἐν* substituerunt. Est autem accipiendum pro *τῆς μεγίστης* sive *ἢ τὴν μεγίστην*. Cf. Matthiæ Gr. gr. §. 455. not. 3. a. Quod argumentum attinet, id ab eo tantum intelligi potest, qui Platonis disputationem in Philebo contulerit, ubi de *πέρατι* et *ἀπείρῳ* ex Pythagoricorum maxime principiis agitur p. 16. sqq. p. 32. sqq. Stallb. cum hujus Prolegomm. p. L. sqq. Ad Plotini sententiam, *τὸ γὰρ ἄπειρον μάχεται τῷ ἀριθμῷ*, confer Philebi hæc p. 25. p. 65. sq. Stallb.: *τὴν τοῦ ἴσου καὶ διπλασίου καὶ ὁπόση παύει πρὸς ἄλληλα τἀναντία διαφόρως ἔχοντα, ξύμμετρα δὲ καὶ ξύμφωνα ἐνθεῖσα ἀριθμὸν ἀπεργάζεται.* Ubi Baumgarten-Crusius *ἀριθμὸν* significare docet *definitum* quodvis et dispositum; quod ipsum *τοῦ πέρατος χαρακτῆρα* constituit. Cf. locos ab eo laudatos Epinom. p. 979. a. Diogen. Laërt. III. 10.—Sed tamen de numero infinito consule Proclum in Euclidis Elementa lib. I. c. 2. et Plotin. supra VI. 6. 2. init. ubi est *ὁ ἀριθμὸς τῆς ἀπειρίας*.

p. 1262, 9. *Τί οὖν ἐκεῖ γραμμὴ καὶ ποῦ; ὕστερον μὲν* [*γὰρ*] *ἀριθμοῦ.*] Uncinis inclusi *γὰρ*, quod duo libri omittunt et continuo recurrit. In his autem et sequentibus Plotinus ante oculos habuit locum de *ψυχογονίᾳ* in Timæo Platonis p. 35. sq. p. 32. sq. Bekk. ad quem Chalcidius p. 105. p. 288. Fabric.: " Etenim quod nullas partes habet, proptereaque sub nullos sensus venit, est tamen et animo cernitur; geometræ notam appellant; lineam vero sine latitudine prolixitatem, quæ an notas suas desinit: porro eam in qua est latitudo aliqua, superficiem vocant, ut sit superficies nacta latitudinem longitudo. Quod vero ex tribus constat, id est, longitudine, latitudine, profunditate, solidum corpus cognominant."— Macrobius in Somn. Scip. I. 5. item multa de hoc Platonico Argumento disputat, unde hæc tantum excerpam: " Ex his apparet antiquiorem esse numerum superficie et lineis, ex quibus illam constare memoravimus, formisque omnibus. a lineis enim ascenditur ad numerum tanquam ad priorem, ut intelligatur ex diversis numeris linearum quæ formæ geometricæ describuntur." Cf. Proclum in Euclid. Elem. II. 11. cf. etiam ipsum Plotinum IV. 4. 23. et VI. 5. 11.

p. 1263, 3. *οἷον πυρὶ—ἡ ἐκεῖ πυραμίς*] Plato Timæo p. 56. p. 71. sq. Bekk.: *ἔστω δὴ κατὰ τὸ μὲν τῆς πυραμίδος στερεὸν γεγονὸς εἶδος πυρὸς στοιχεῖον καὶ σπέρμα.* Cf. Plutarch. Quæst. Platonn. p. 609. sq. Chalcid. in Tim. p. 90. sq. p. 283. Fabric. Theon. in Mathem. Platon. XXXVIII. p. 152. Buliald.

—9. *Ἀλλὰ νοῦς, φησὶν, ὅσα ὁρᾷ ἐν τῷ παντελεῖ ζώῳ*] Plato Timæo p. 30. p. 27. Bekk.: *ἐν τῷ παντελεῖ ζώῳ.* Ibid. p. 39. extr. p. 40: *ᾗπερ οὖν νοῦς ἐνούσας ἰδέας τῷ ὃ ἔστι ζῷον, οἵαί τε ἔνεισι καὶ ὅσαι, καθορᾷ, τοιαύτας καὶ τοσαύτας διενοήθη δεῖν καὶ τόδε σχεῖν.* Quæ verba Plotinus tribus locis supra respexit: p. 203. fin. et sq. p. 356. A. p. 362. B.

p. 1264, 1. *οὐδ' ἐλείφθη τις οὐδὲ λειφθήσεται, ἵνα καὶ προστεθῇ αὐτῷ.*] Ita non dubitavi scribere partim cum Codd. partim cum Fic. pro *ἐλήφθη—λῃφθήσεται—προτεθῇ*.

—11. *ἀλλ' ἡ πρώτη καὶ ἐναργεστάτη* (*ζωὴ*) *καὶ τὸ τρανὸν ἔχουσα τοῦ ζῆν*] Noster philosophus supra I. 4. 2: *τρανωτέρα ζωή.* IV. 4. 20: *τὴν τρανὴν ἐπιθυμίαν.* Proclus Inst. Theol. 145. p. 214. sqq. ed. nostr.: *καὶ ὁ μὲν λίθος μετέχων τῆς καθαρτικῆς δυνάμεως, σωματικῶς μόνον· τὸ δὲ φυτὸν, ἔτι τρανέστερον, κατὰ τὴν ζωήν. τὸ δὲ ζῶον ἔχει καὶ κατὰ τὴν ὁρμὴν τὸ εἶδος τοῦτο·* i. e. *clarius, disertius, efficacius.* Cf. quos ad eum locum laudavi. p. 216. adde Coraii annot. in Theodor. Prodr. vs. 124. in *Ἀτάκτοις* I. p. 112.

—15. *ἀγαθώτερον αὐτὸ—παρέχεται*] Ita scripsi cum optimis Codd. Post *ἐπιχρώσας* tamen desideratur *τε*, nisi malis *καὶ* inserere ante illud Participium. De forma Alexandrina *ἀγαθώτερον* vid. Fischer. ad Weller. II. 95. sq. et Sturz. de Dialecto Alex. p. 143. Ad sententiam hujus loci confer supra p. 556. sq. et infra p. 714. sq.

p. 1265, 4. *καὶ μᾶλλον εὐτόνως ζῶντα ὁρᾷν*] Non male vertit Ficinus. Cf. de hoc Adverbio Sturz. Lex. Xenoph. II. p. 420. Schleusner. Lex. N. T. in voc. et Valckenaerii Scholl. in N. T. I. p. 558. sq. In Pollucis Onom. IX. 105: *ἔδει τὴν σφαῖραν εὐτόνως πρὸς τὸ ἔδαφος ῥήξαντα —ἀντιπέμψαι* viri docti conjiciunt *ἐντόνως* et *εὐπόνως*. Neutrius rationem video idoneam. Lucianus Nigrino 36. p. 77. sq. Hemsterh. de sagittariis: *ἀλλ' οἱ μὲν αὐτῶν σφόδρα τὰς νευρὰς ἐπιτείναντες εὐτονώτερον τοῦ δέοντος ἀφιᾶσι.* Josephus

de B. Jud. IV. 8. 4. p. 295. Havercamp.: *καὶ τοὺς μὲν φυγάδας αὐτῶν οἱ ἱππεῖς ὑπετέμνοντο, τὰς συμπλοκὰς δὲ τὸ πεζὸν εὐτόνως διέφθειρον*, ubi continuo verbum sequitur: *οὐδὲ ηὐτόνουν ῥῆξαι τὴν φάλαγγα*. In Aristoph. Pluto 1096: *εὐτόνως προσίσχεσθαι* est *firmiter*, *tenaciter* adhærere. Vid. Fischer. p. 286. Cf. etiam Matthæi ad Jo. Chrysost. Homill. IV. p. 125. et III. p. 4. Clemens Alex. Pædag. III. p. 297. Potter. in Zenonis Stoici descriptione virginis: *μὴ ὕπτιος ὁ τράχηλος, μηδὲ ἀνιέμενα τὰ τοῦ σώματος μέλη. ἀλλὰ τὰ μετέωρα ἐντόνοις ὅμοια*. Experiar an conjectando meliorem emendationem alius Critici elicere queam. Ego tantisper suspicor: *μηδὲ ἀνειμένα τὰ τοῦ σώματος μέλη ἄλλα, τὰ μετέωρα δ' εὐτόνοις* (Hanc lectionem pro *ἐντόνοις* Sylburg. e Palatino Cod. enotavit) *ὅμοια* i. e. "non supina "cervix, neque remissa corporis membra reliqua, "sed superiora (quæ maxime conspici solent) "generose firmis (generose intensis) similia." Nam *εὔτονος* est etiam *γενναῖος* (Zonaræ Lex. Gr. p. 903.).

— 18. *ὥστε ταύτῃ Παρμενίδης ὀρθῶς ἓν εἰπὼν τὸ ὂν καὶ οὐ δι' ἐρημίαν ἄλλου ἀπαθές*·] Parmenidis Fragg. v. 97. sqq.:

> — — — — *οὐδὲν γάρ ἐστιν ἢ ἔσται*
> *ἄλλο παρὲξ τοῦ ἐόντος· ἐπεὶ τό γε Μοῖρ' ἐπέδησεν*
> *οὖλον ἀκίνητον τ' ἔμεναι, τῷ πάντ' ὄνομ' ἐστίν,*
> *ὅσσα βροτοὶ κατέθεντο, πεποιθότες εἶναι ἀληθῆ*
> *γίνεσθαί τε καὶ ὄλλυσθαι, εἶναί τε καὶ οὐχί,*
> *καὶ τόπον ἀλλάσσειν, διά τε χρόα φανὸν ἀμείβειν.*

cf. Brandisii Commentt. Eleatt. I. p. 118. et ab eo laudd. Platon. Parmenid. p. 132. b. c. 134. a. Sophist. p. 252. c. etc. Theæt. p. 180. d. e. aliosque locos. Confer etiam Plotin. supra p. 648. A. Scripsi autem *ἐρημίαν* optimis libris jubentibus; indeque correxi versionem Marsilii.

LIB. VII.

P. 1267, 7. ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΩΣ ΤΟ ΠΑΘΗΟΣ ΤΩΝ ΙΔΕΩΝ ΥΠΕΣΤΗ, ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΓΑΘΟΥ.] Quod Codd. aliquot offerunt, *καὶ περὶ τ' ἀγαθοῦ*, eadem varietas comparet in binis locis Porphyrii de Vita Plotini c. V. et c. XXVI. Indidem discimus, hunc librum esse duodequadragesimo loco ponendum, rationem temporis si ineas, quo singuli compositi sunt. Non est autem, quod de argumento ejus multa præmittamus post ea, quæ indicavi cum ad initium libri de primo Bono et reliquis Bonis Ennead. I. p. 61. tum ad p. 169. A. Quam arcto vero vinculo hic liber cum superiore de Numeris cohæreat, utriusque argumentum docet. Neminem tamen pœnitebit legere, quæ de numerorum, idearum Bonique rationibus ex doctrina Platonis Speusippique aliorumque Academicorum disputavit Brandis. in Diatribe de perditis Aristotelis libris de *Ideis et de Bono* sive Philosophia 10. p. 61—68. Unde hæc paucula adhibere placuit (p. 65. sq.): "Alia autem ex definita dyade repetierunt Platonici adhibitis numeris, alia statim e principiis, e summa scilicet unitate et illa dyade; (Aristotel. Metaphyss. XIII. 8. p. 230. 10. Sylb.)—Bonum autem (*τὸ ἀγαθὸν*) eum (Platonem) ad summam unitatem retulisse, et quæ de eo disputat in l. VII. de Republica, et illa verba Aristotelica, ac denique commentariorum indices egregie demonstrant, quos Aristoteles ceterique de Platonis Philosophia scriptos reliquerant. Neque igitur dubium est, quin Plato inter eos fuerit, de quibus Aristoteles: *τῶν δὲ τὰς ἀκινήτους οὐσίας εἶναι λεγόντων οἱ μέν φασι αὐτὸ τὸ ἓν τὸ ἀγαθὸν αὐτὸ εἶναι· οὐσίαν μέντοι τὸ ἓν αὐτοῦ ᾤοντο εἶναι μάλιστα*. (Metaph. XIV. 4. p. 246. sq. Sylb. p. 301. Brandis.)—Ceterum qua ratione res cunctæ e Boni Idea penderent, Plato neque in Scholis satis accurate videtur persecutus esse. Aristoteles certe notionem *τοῦ οὗ ἕνεκα* neglectam esse in Platonica Philosophia affirmat, et Alexander in Comment. de Bono non actum de ea fuisse monet. (Sequitur Aristotelis locus in Metaph. I. 6. p. 18. 3. Sylb. p. 23. Brandis. et Alexandri in eum.)" Hæc unumquemque docere possunt, post Platonem et Academicos reliquam in his quæstionibus de ideis et de Summo Bono fuisse amplissimam materiam in qua philosophi elaborarent, et in qua his ipsis libris ipse etiam elaboravit Plotinus.

— 10. *φωσφόρα περὶ τὸ πρόσωπον ἔθηκεν ὄμματα*] Plato in Timæo p. 45. a. b. p. 50. Bekk.: *τῶν δὲ ὀργάνων πρῶτον μὲν φωσφόρα ξυνετεκτήναντο ὄμματα, τοιᾷδε ἐνδήσαντες αἰτίᾳ*. Plutarchus De facie in orbe Lunæ p. 928. B.: *ὥσπερ ὄμματα φωσφόρα τῷ προσώπῳ τοῦ παντὸς ἐνδεδεμένοι περιπολοῦσιν*. Idem de Fortuna p. 98. B.: *οὐκ ὄψις οὐδὲ ὄμματα φωσφόρα φησὶν ὁ Πλάτων*: ad quem

locum Wyttenb. in Animadvv. p. 670. e Platone laudat *ἐτεκτήναντο*, haud dubie memoriæ vel calami vitio. Priorum Platonis editionum vitium *συνεκτήναντο* exhibentium comparet etiam in *παραδιορθώσει*, quam in margine Codicis Med. B. nescio quis instituit in oratione Plotini, scribendum jubens *ἐκτήνατο* [sic] pro *ἔθηκε*. Sed illud vitium jam ad Pollucem in Onomastico Platonis verba laudantem II. 63. p. 183. ed. Hemsterh., sustulerat Jungermannus. Utrum vero ex Plutarchi l. l. et Plotino conjectura ducenda sit: Platonis verba antiquitus pleniora fuisse, certe vocem *πρόσωπον* ibi lectam fuisse, non dixerim. Etenim in Stobæi Eclogis I. 55. 2. p. 1110. ed. Heeren. Platonis verba non integra exhibentur et Procli Commentarius non usque ad eum locum pertingit. Libri quidem scripti in Imm. Bekkeri apparatu critico nihil amplius offerunt. Lindavius ad h. l. Timæi nil de lectione monuit; neque vero Plutarchi Plotinique locos novit.

p. 1268, 3. *ταῦτα δὲ εἰδὼς κ. τ. λ.*] Male neglectum δὲ in Vaticano Cod.: inservit enim apodosi. Vid. Wolf. ad Demosth. Lept. p. 297. et Buttmann. ad Midian. p. 126. sq. ed. Spalding. Mox cum Ficino, partim, partim cum Codd. scripsi *καὶ δι' ὧν ἐνεργήσουσιν ὀργάνων.*

— 10. *ἵνα ἄλλου ὦσι, καὶ ἵνα ἐν κακῷ εἶεν,—ἵνα σώζοιντο ἐν τῷ κακῷ*] Ita scripsimus et plurimorum librorum et Ficini marginisque exemplo. Priore autem in membro observanda est subita conversio constructionis a Conjunctivo in Optativum: altero in membro *ἵνα* cum Optativo significationem habet rei, quam fieri volumus, optamus, et quam posse fieri putamus: (cf. Matth. Gr. Gr. §. 514. et §. 518. 4.). Reputanti vero mihi hanc Conjunctivi cum Optativo consociationem, nunc minus placet, quod supra II. 2. 1. p. 108. C: *Θεῖ οὖν ἐν ᾧ ἔχει—οὐχ ἵνα μένοι* (libri optimi *μένῃ*), *ἀλλ' ἵνα φέροιτο*, posui *φέρηται*. Ceterum h. l. secundum membrum ita accipiendum arbitror: ut animæ licet in malo (i. e. in hac vita) constitutæ sint, si quidem fieri possit, nihilo secius conserventur.—Ceterum quod argumentum hujus loci inde ab initio capitis attinet, malo quærere, quam decernere, an Plotinus Anaxagoræ, Democriti aliorumque veterum philosophorum ipsiusque fortasse Socratis placita de consiliis Opificis mundi in generandis formandisque animalibus itemque de usu partium corporis sensuumque etc. respiciat. Quæ placita qui nosse cupiat, is legat Xenophontis Memm. Socr. I. 4. et Aristot. de Partib. Animal. I. 1.—Hoc certum, Platonicum Timæum obversatum Plotino esse, cum hæc scriberet.

— 14. *ἀλλὰ αἴσθησις μέν οὔπω — πῶς ἔνι ταύτην τὴν ἕξιν πρὸς αἰσθητοῦ διανόησιν ἀφικνεῖσθαι*] Consulere huic loco studuimus codicum ope, et aptiore interpunctione. In extremis Fic. expressit lectionem Cod. Medicei primi. Editionis et ceterorum librorum lectio ita vertenda est: "Quomodo fieri potest, ut talis habitus ad ejus quod sensibile est, cogitationem perveniat?" De voce *συμπέρασμα* vid. quæ supra laudavimus ad pag. 579. A.—Quæ continuo sequuntur de *λογισμῷ*, ad Platonis locum in Timæo laudatum pertinent. Nam cum *λογισμοῦ* vocabulo sæpiuscule utatur ille philosophus, Lectores suos Plotinus admonet, ne id in falsam sententiam detorqueant. Universum vero hoc caput vel maxime tenendum est illis, qui Platonis Timæum recte intelligere discupiant.

p. 1269, 15. *ἀλλ' εἰ δεῖ ἑκάστην ἐνέργειαν μὴ ἀτελῆ εἶναι κ. τ. λ.*] Conf. annotat. meam ad pag. 519. nimirum ad Enn. V. 5. 1. init.

Joann. Philoponus adversus Proclum de æternitate mundi.

II. 5. *Καὶ ὁ φιλόσοφος Πλωτῖνος ἐν τῷ περὶ νοητῶν ἢ περὶ ἀγαθοῦ, τὰ παραπλήσια περὶ τῆς δημιουργικῆς τε καὶ προνητικῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως ἀπεφήναντο οὕτω λέγειν· "οὐ μὴν, ἀλλ' εἰ δεῖ ἑκάστην "ἐνέργειαν μὴ ἀτελῆ εἶναι μηδὲ θέμις τοῦ θεοῦ "ἄλλο τι νομίζειν, ἢ ὅλον τε καὶ πᾶν, δεῖ ἐν ὁτω- "οὖν τοῦ αὐτοῦ πάντα ἐννυπάρχειν. δεῖ τοίνυν καὶ "τοῦ ἀεὶ εἶναι. δεῖ τοίνυν καὶ μέλλοντος ὡς ἤδη "παρόντος εἶναι. οὐ δὴ ὕστερόν τι ἐν ἐκείνῳ. ἀλλὰ "τὸ ἤδη ἐκεῖ παρὸν ὕστερον ἐν ἄλλῳ γίνεται. εἰ "οὖν ἤδη πάρεστι τὸ μέλλον, ἀνάγκη οὕτω παρεῖ- "ναι, ὡς προνενοημένον εἰς τὸ ὕστερον. τοῦτο δέ "ἐστιν ὡς μηδὲν δεῖσθαι μηδενὸς τότε. τοῦτο δέ "ἐστι, μηδὲν ἐλλείψοντος. Πάντα ἄρα ἤδη ἦν καὶ "ἀεὶ ἦν. καὶ οὕτως ἦν, ὡς εἰπεῖν ὕστερον τόδε διὰ "τόδε. ἐκτεινόμενον μὲν γὰρ καὶ οἷον ἁπλούμενον "ἔχει, δεικνῦναι τόδε μετὰ τόδε. ὁμοῦ δὲ ὂν πᾶν, ἓν "τόδε. τοῦτο δέ ἐστιν ἔχον ἐν ἑαυτῷ καὶ τὴν αἰτίαν."* Καὶ *ὁ Πλωτῖνος ἄρα οὐ μόνον τὰ ὄντα, ἀλλὰ καὶ*

τὰ μέλλοντα ἤδη τῇ προγνώσει παρεῖναι τῷ θεῷ φησιν. ὃ γὰρ ἐν τοῖς γινομένοις ὕστερον ὑφίσταται, τοῦτο ἐν ἐκείνῳ φησὶ παρεῖναι ἀεί. εἶτα καὶ τὸν τρόπον προσέθηκε, πῶς τὸ μέλλον θεῷ πάρεστιν, ὅτι τῷ νοεῖν καὶ τὰ μήπω ὄντα. ἀνάγκη γάρ φησιν οὕτω παρεῖναι ὡς προνενοημένον εἰς τὸ ὕστερον. εἰ οὖν πάντα τῷ θεῷ τῇ προγνώσει, καὶ τὰ μήπω ὄντα, ὡς ὄντα πάρεστιν, οἷδε δήπου καθ' ὃν τρόπον ἕκαστον τῶν ἐσομένων καὶ καθ' οὓς λόγους γινήσεται. καὶ γινομένων, τίσι λόγοις καθ' ἑκάστην βίου αἵρεσιν τὰ παρὰ τῆς ἀπαραλογίστου προνοίας ἕξει ἑπόμενα. Πάντα γάρ φησιν ὁ Πλωτῖνος ἤδη ἦν, καὶ ἀεὶ ἦν· τὸ γὰρ ἤδη δηλοῖ τὸ πρὶν γενέσθαι, παρεῖναι θεῷ τὰ ὕστερον ἐσόμενα. καὶ ἵνα μὴ τὸ ἤδη ἀρχῆς τινος εἶναι σημαντικὸν, νομίσοι τις, ἐπήγαγε, καὶ ἀεὶ ἦν. καὶ οὕτω φησὶν ἦν, ὡς εἰπεῖν ὕστερον, τόδε διὰ τόδε. τουτέστιν, ὧν τὰς αἰτίας ἡμεῖς τῆς γενέσεως μετὰ τὴν ὕπαρξιν νοοῦμεν, ὅτι τυχὸν διὰ τὴν τοῦ λόγου ἐνέργειαν μόνον τῶν ἐνταῦθα ζώων χερσὶ χρῆται ὁ ἄνθρωπος, ὄργανα τῷ λόγῳ τοῦ δημιουργοῦ τὰς χεῖρας πεποιηκότος. τοῦτο οὖν ἡμεῖς μετὰ τὴν ὕπαρξιν ἔγνωμεν. τόδε διὰ τόδε τοῦτο ἀεὶ ἐν τῇ γνώσει τοῦ θεοῦ προὐφέστηκε. καὶ οὐ μόνον ἐφ' ὅλων εἰδῶν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστον ἰδίᾳ συμβαινόντων ὁ αὐτὸς λόγος. ἐξηγούμενος γοῦν ἑαυτὸν ἐπήγαγεν. ἐκτεινόμενον γάρ φησι καὶ οἷον ἁπλούμενον ἔχει δεικνῦναι, τόδε μετὰ τόδε. τουτέστιν εἰς γένεσιν ἀγόμενον. ὅτι τυχὸν μετὰ τὴν τῶν στοιχείων κρᾶσιν, ἡ σύμπηξις καὶ ἀλλοίωσις γίνεται· εἶτα ἡ διάπλασις· εἶτα ἡ ψύχωσις. καὶ ἐπὶ πάντων ὡσαύτως. ὁμοῦ δὲ ὅν φησι, πᾶν τόδε. τοῦτο δέ ἐστιν ἔχον ἐν αὑτῷ τὴν αἰτίαν. ὁμοῦ δέ φησιν, ἀντὶ τοῦ ἐν τῇ τοῦ θεοῦ προγώσει. ἀμερῶς γὰρ ἐν ἐκείνῃ πάντων οἱ λόγοι πάρεισι.

Jo. Philoponus adversus Proclum:

IV. 16. Εἰ οὖν κατὰ τὰς εὐσεβεῖς περὶ θεοῦ εὐνοίας αὐτὸς ἑαυτοῦ πλήρωμά ἐστιν ὁ θεὸς, μηδενὸς τοῦ ὑπ' αὐτοῦ παρηγμένου εἰς τελείωσιν δεόμενος, δῆλον ὡς οὐδὲ ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων ὑπάρξεως προσλαμβάνει τι εἰς τελείωσιν. οὔτε ἐκ τοῦ μὴ εἶναι ταῦτα αὐτὸς ἑαυτοῦ ἀτελέστερος ἔσται, ὥσπερ κατὰ Πλωτῖνον καὶ τὰ μήπω ὄντα ὡς ὄντα τῷ θεῷ πάρεστιν. Παρεθήκαμεν οὖν αὐτῷ καὶ πρότερον περικοπὴν ἐκ τοῦ λόγου τοῦ περὶ τῶν νοητῶν ἢ περὶ τἀγαθοῦ, ἧς καὶ νῦν μνησθῆναι ἄξιον. περὶ γὰρ τῆς δημιουργικῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως διαλεγόμενος, ἐν ἐκείνοις ταῦτά φησιν· "'Αλλὰ μὴν εἰ δεῖ ἑκάστην "ἐνέργειαν μὴ ἀτελῆ εἶναι, μὴ θέμις τοῦ θεοῦ ὁτιοῦν "ἄλλοτι νομίζειν, ἢ ὅλον τε καὶ πᾶν, δεῖ ἐν ὁτω- "οῦν τῶν αὐτοῦ πάντα ἐνυπάρχειν. δεῖ τοίνυν καὶ "τοῦ ἀεὶ εἶναι. δεῖ καὶ τοῦ μέλλοντος ἤδη παρόντος "εἶναι. οὐ δὴ ὕστερόν τι ἐν ἐκείνῳ. ἀλλὰ τὸ ἤδη "ἐκεῖ παρὸν, ὕστερον ἐν ἄλλῳ γίνεται. εἰ οὖν ἤδη "πάρεστι τὸ μέλλον, ἀνάγκη οὕτω παρεῖναι ὡς "προνενοημένον εἰς τὸ ὕστερον. τοῦτο δέ ἐστιν ὡς "μηδὲν δεῖσθαι μηδενὸς τότε. τοῦτο δέ ἐστι μηδὲν "ἐλλείψοντος. πάντα ἄρα ἤδη ἦν καὶ ἀεὶ ἦν. καὶ "οὕτως ἦν ὡς εἰπεῖν ὕστερον τόδε διὰ τόδε. ἐκτει- "νόμενον μὲν γὰρ καὶ οἷον ἁπλούμενον ἔχει δεικνῦ- "ναι τόδε μετὰ τόδε. ὁμοῦ δὲ πᾶν τόδε. τοῦτο δέ "ἐστιν ἔχον ἐν ἑαυτῷ καὶ τὴν αἰτίαν."

Jo. Philoponus adversus Proclum XVI. 3.

Εἰ οὖν μὴ συμμερίζεται τοῖς γνωστοῖς ἡ τοῦ θεοῦ γνῶσις, ἀλλ' ἀμεταβάτως ἐν τῷ ἑνὶ μένουσα. καὶ ἀδιαιρέτως γνώσκει πάντα, οὐ μόνον τὰ καθόλου, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ καθ' ἕκαστά τε καὶ ἀτομώτατα. οὕτω δὲ γνώσκει ἕκαστον ὁ θεὸς, ὥσπερ καὶ ὑπέστησεν ἕκαστον. ἀμερῶς τε καὶ ἀμεταβάτως· οὐ μόνον τὰ καθόλου, ἀλλὰ καὶ τὰ ἀτομώτατα. καὶ ἐν χρόνῳ τὸ εἶναι ἔχοντα. καὶ ποτὲ μὲν ὄντα, ποτὲ δὲ μὴ ὄντα. μὴ συγκινούμενος τῇ τῶν γινομένων κινήσει, κἂν τὰ γινόμενα ποτὲ μὲν εἴη, ποτὲ δὲ μὴ εἴη. εἰ δὲ ἡ τοῦ θεοῦ βούλησις αὐτῷ τῷ εἶναι παράγει ὃ βούλεται, ὥς φησιν ὁ Πρόκλος, ἡ βούλησις ἄρα τοῦ θεοῦ ἀμερῶς καὶ ἀμεταβάτως. κατὰ τὸ ἓν πάντα ὑφίστησιν. οὐ συμμεριζομένη τοῖς παραγομένοις. οὐδὲ κινουμένη περὶ αὐτά. ἀλλ' ἐνοειδῶς τὰ πεπληθισμένα ποιεῖ. καὶ τὰ μεριστὰ ἀμερῶς. καὶ ἀμεταβάτως τὰ ἐν μεταβάσει τοῦ χρόνου τὸ εἶναι ἔχοντα. εἰ δὲ καὶ τὰ ἀτομώτατα ἀμερῶς τε καὶ ἀμεταβάτως ποιεῖ ἡ τοῦ θεοῦ βούλησις, μὴ κινουμένη περὶ αὐτά. τὰ δὲ μερικά τε καὶ ἀτομώτατα ποτὲ μὲν ἔστι, ποτὲ δὲ οὐκ ἔστιν, ἐνδέχεται ἄρα, καὶ τὴν περὶ τοῦ ποτὲ ὄντος κόσμου τοῦ θεοῦ βούλησιν, ποτὲ μὲν εἶναι, ποτὲ δὲ μὴ εἶναι, μὴ δὲ τὸ πρότερον ἔχειν καὶ τὸ ὕστερον, ἅτε δὴ μὴ δὲ κινουμένην περὶ τὰ ὑπ' αὐτῆς γινόμενα. τούτοις δ' αὐτοῖς καὶ τὸν Πλωτῖνον κ. τ. λ.

p. 1270, 11. ἢ, εἰ δοίημεν, χωρίς.] Fic. expressit οὐ χωρίς, quod etiam ex correctione in Medic. A. legitur, est restitui vult Taylor in epistola ad me data. Ceteri libri non suffragantur. Si tamen negatio requiratur, fortasse *cogitari* possit οὐ, tanquam repetitum ex antecedente οὐκέτι, quod in breviloquentia Plotiniana non inauditum sit.

p. 1271, 12. *ταῦτα μηδενὶ ἐλλείποντα, μηδὲ τῷ διὰ τί ἐλλείπειν.*] Ita scripsimus bonorum librorum auctoritate. Edit. habet *τό*. Supra I. 5. 9. p. 45. D. *ἀλλὰ ἀνθρώπου ἐστὶ τοῦτο ἐλλείποντος τοῖς καλοῖς ἐν τῷ παρόντι καὶ τῷ μὴ ἔχειν νυνί.* Adde sub finem hujus cap. p. 695. C. *ὅτῳ ἐλλείπει.* Qui loci constructionis causa addendi sunt et Stephani Thes. p. 5724. Londin. et reliquis Lexicis.

p. 1272, 9. *ἡ συνυπόστασις*] Hoc substantivum, quod infra VI. 7. 40. p. 732. B. iterum legitur, addendum Lexicis est.—Mox :—*καὶ δεῖ μὴ ἀπηρτῆσθαι ἐν αὐτοῖς ἂν ἔχοι τὰ αἰτιατὰ τὰς αἰτίας.* Phalaridis, qui fertur, Epistola L. p. 168. Lennep.: *καθ' ἕνα γὰρ ὑμῶν ὀνομαζόντων πολλὰς αἰτίας, ἀπηρτημένας ἔξω δείκνυτε*: "cum enim quisque vestrum nominatis multas causas, *alienas* valde profertis." ubi post alios ipsi laudatos Lennepius accurate de hac vi verbi *sejungere* agit. De altera potestate ejusdem non minus accurate exposuit Wyttenbach. in Animadvv. in Plutarch. Consol. ad Apollon. p. 717. ita incipiens: "Nam *ἀπαρτᾶσθαί τινος* duplicem habet notionem ac diversam."—Igitur *ἀπαρτᾶσθαι* est *ab aliquo remotum esse*:—est item *ab aliqua re suspensum esse*, ut *ἐξαρτᾶσθαί τινος*. Ad hanc posteriorem vim pertinet illud substantivum *ἀπάρτησις*, quod supra legitur V. 1. 2. p. 483. D.—Iamblichus de Myster. Ægypt. I. 8. p. 16. Gal.: Ἀλλ' *ἐπειδὴ* δεῖ (aliquot libri mei *δή*. male) *λόγου στοχάζεσθαι μᾶλλον καὶ τῆς θείας ἐπιστήμης, ἀλλὰ μὴ πρὸς ἄνδρα διαλέγεσθαι, καὶ ἡμεῖς διὰ τοῦτο ἐναρμόσομεν* (plures Codd. *ἐναρμόζομεν*) *τὴν ἐπηρτημένην ἀμφισβήτησιν πρὸς εὔλογόν τινα καὶ θεολογικὴν ἀντίληψιν.* (Cod. Fesch. *ἀπηρτημένην*· dubitationem *sejunctam* (*remotam*, *alienam*) uti *τὸ ἀπηρτημένον* legitur ibid. III. p. 93. et uti suaserat Lennepius. Atque hanc conjecturam plane confirmat Cod. Vindob. n. CCLXIV. cujus excerpta Schubartio meo debeo.

p. 1273, 4. *οἷον καὶ ἀνθρώπου*] Fic. expressit: *οἷον κατὰ ἄνθρωπον*, uti correctum est in Med. A. et a prima manu scriptum in Darmst. Neque vero necesse est ita corrigi, modo Genitivum objective, quod aiunt, accipias *de homine*.

— 10. *ἀλλὰ τὸ βουλεύσασθαι καὶ τὸ λελογίσθαι διὰ τὴν ὑπόθεσιν κ. τ. λ.*] Pertinent hæc etiam ad eos Timæi Platonici locos, ubi in mundi opificio consilia et rationes attribui videntur opifici deo. Cf. quæ supra monui ad pag. 693. A.—Mox lectio Vatican. libri: *τὸ δ' ἀεὶ γινόμενα ἐνδείξασθαι* nescio quomodo placet. Si vulgatam retines, ad *ἐνδείξασθαι* cogitandum est *τινά* vel *ἡμᾶς*. Ceterum multæ Plotini sententiæ cum alibi, tum hoc in libro dictæ magnifice congruunt cum libro, qui ex Arabico sermone in Latinum sæpius conversus Aristotelis nomen mentitur, inscribiturque de Theologia Ægyptiorum (de quo libro vid. Fabricii Bibl. Gr. Vol. III. p. 278—280 ibiq. Harlesii additamenta). Etenim in eo libro leguntur etiam hæc XIV. 15: "Quare probatum, quod Deus, cujus nomen exaltetur, *creavit universum absque consultatione seu cogitatione*."

p. 1274, 3. *καὶ διὰ τί ὀφρύες*] Fic.: "Iterum cur *narcs*." Correxi quoniam omnes libri MSS. conspirant in *ὀφρύες*. Quæ continuo sequuntur: *καὶ γὰρ εἰ ἕνεκα σωτηρίας κ. τ. λ.* dicta videntur de Socrate et iis, qui post ipsum rationes persecuti erant teleologicas, quas hodie dicunt. Cf. supra p. 692. D. ibiq. annott.

p. 1275, 8. *ἀλλ' εἰ μὲν ζῶον λογικὸν ὁ ἄνθρωπος κ. τ. λ.*] Hanc quæstionem *de homine* Plotinus sub vitæ suæ finem iterum instituit in libello, quem Porphyrius in limine harum Enneadum collocavit, nimirum ita, ut jam sit Enneadis primæ liber primus. Inscribitur autem: *τί τὸ ζῶον καὶ τίς ὁ ἄνθρωπος*; estque cum hac ipsa disputatione componendus.

p. 1276, 9. *ἆρ' οὖν αὐτὸς ὁ λόγος ζῷόν ἐστι λογικὸν, ἢ τὸ συναμφότερον—ἢ ἡ ψυχὴ ὁ ἄνθρωπος ἔσται.*] Ante oculos habet Plotinus Socratis disputata in Alcibiade priore p. 123. Ad quem Olympiodorus c. XXIV. p. 202:—*τίς ἡ οὐσία ἡμῶν· οὐ τὸ σῶμά ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, οὐ τὸ* (f. *οὐδὲ τὸ*) *συναμφότερον.*—Ὁ δὲ *κατηγορικὸς τοιοῦτος· ὁ ἄνθρωπος ὀργάνῳ χρῆται τῷ σώματι. καὶ γὰρ δεσπόζει αὐτοῦ, ὅτε γὰρ βούλεται, καὶ ἐφ' ὅσον βούλεται, καὶ ὅπου βούλεται, κινεῖ αὐτό. τὸ ὀργάνῳ χρώμενον τῷ σώματι ψυχή ἐστιν· ὁ ἄνθρωπος ἄρα ψυχή ἐστιν. κ. τ. λ.* Nam totus ille locus cum Plotiniano comparandus est c. XXIV. et XXV. usque ad p. 209. ubi in annott. et Plotinum et Julianum aliosque ad partes vocavimus.

p. 1277, 8. *ἐν σώματι δὲ μορφώσασα κατ' αὐτὴν καὶ ἄλλο εἴδωλον ἀνθρώπου.*] Ficinus expressit: *καθ' αὐτὴν*, quod recepturus eram, modo libri

addixissent. Similitudo pictoris, quæ sequitur, admonet nos sententiæ Plotini apud Porphyrium in illius vita c. I. p. 92. Fabr.: *Οὐ γὰρ ἀρκεῖ φέρειν ὃ ἡ φύσις εἴδωλον ἡμῖν περιτέθεικεν, ἀλλὰ καὶ εἰδώλου εἴδωλον συγχωρεῖν αὐτὸν ἀξιοῦν πολυχρονιώτερον καταλιπεῖν, ὡς δή τι τῶν ἀξιοθεάτων ἔργων*; Ceterum pictoris et picturæ similitudinem sæpius usurpat noster philosophus. Vide v. c. VI. 3. 8. extr. et VI. 4. 10.

— 11. *τὰς δυνάμεις ἀμυδρὰς πάντα*] Fic. expressit *ἀμυδρὰ πάντα*, quam lectionem nullus liber exhibet, et ferri potest vulgata, si accipias *πάντα* pro *πάντως*. Idem mox inter *ἄλλων* et *αἰσθήσεις* cogitavit vel legit *καί*. Illud quod sequitur *καὶ εἰκόνας* explicuimus supra in annot. ad p. 53. B. ubi etiam tractavi locum p. 56. F: *τὰ ἐν σώμασι καλὰ—ὡς εἰσὶν εἰκόνες καὶ ἴχνη καὶ σκιαί κ. τ. λ.*

— 16. *καὶ εἴη ἂν ὁ Πλάτων—χρωμένην σώματι*] Vid. Alcib. pr. p. 123. b. et confer quæ supra ad hunc Platonis locum posui, ad cap. proximum p. 697. B. Ceterum ex hoc loco aliisque Platonicorum philosophorum apparet, hos Alcibiadem priorem pro germano Platonis fetu habuisse.

p. 1278, 5. *ἢ τὸ αἰσθητικὸν τῶν ἐκεῖ ἀναισθήτων κ. τ. λ.*] In hoc loco codices nos parum adjuvant. Vulgata tamen vitiosa videtur. Quid enim hoc est: Sensus pertinet ad ea, quæ illic non *sensibilia* exstant—? Fic. expressit et in Med. A. fortasse etiam correxit *τῶν ἐκεῖ αἰσθητῶν*. Deinde mox male etiam me habet illud *δὲ* inter *τῇ* et *αἰσθήσει*. An forte *δή*? Sine libris tamen lectionem intactam reliqui: interpungendo, quoad ejus fieri poterat, universo huic loco consulere studui.

— 10. *εἰ γὰρ ἦν ἐκεῖ σώματα ταῦτα, ἦσαν αὐτῶν τῇ ψυχῇ αἰσθήσεις κ. ἀντιλ.*] Ita cum libris plurimis et optimis libris atque Ficino scripsi et distinxi pro *ἡ γὰρ—σώματα, ταῦτα—*

p. 1279, 14. *οὓς φησιν ὁ Πλάτων δαίμονας*] Cum in aliis libris, Epinomide, Alcibiade priori, Phædone p. 107, d, e. p. 107 Bekk., tum præsertim in Republica X. p. 617 sq. p. 509 sqq. Bekk. Cf. Plotin. supra p. 377 sqq. et præsertim librum Plotini integrum de Genio nos sortito III. 4. Mox Ficinus expressit *ἑλομένῃ ψυχῇ, ἡ συνηρτημένη κρείττονι ὅτε—τὸν ἐν αὐτῇ λόγον.* Ego sine libris immutare nolui. Ceterum *συνέπεσθαι* Platonicum est vocabulum (Vid. v. c. de Legg. IV. 706. A:—*ὅτῳ ἂν συνεχῶς ἀεὶ καλῶν τι ξυνέσπηται*, ubi alii *ξυνέπηται*) et ab aliis quoque scriptoribus cum Dativo construitur. Vide quos laudat Schleusner in Lex. N. T. in voc. *συνέπεσθαι*.

p. 1280, 6. *τί γὰρ κωλύει τὴν μὲν δύναμιν τῆς—ψυχῆς προϋπογράφειν—καὶ τὴν προϋπογράφην—εἶναι*] Clearchus in Eroticis ap. Athen. XII. p. 553. f. p. 558. sq. Schweigh.:—*ἀρχή τε γὰρ εὐτυχίας* (*συντυχίας* conj. Casaub.) *καὶ παράδειγμα τῆς βουλήσεως αὐτοῖς γίνεται διὰ τούτων αἰτηθεῖσι μὲν, τῷ προσαγορευθῆναι. δοῦσι δὲ προϋπογράφειν, ὅτι δεῖ καὶ αὐτοὺς μεταδιδόναι τῆς ὥρας.* Loquitur de floribus et pomis, quæ amantes in manibus gestare soleant. Vid. Casaub. et Schweigh. in Animadvv. p. 539. Atque hic: Sic, ait, *ὑπογράφειν ἐλπίδας, spem ostendere*, sæpe apud Polybium. Vid. Lexic. Polyb. p. 634. "Alias partes hujus loci tractarunt Jacobs. in Additamm. Animadvv. in Athen. p. 294. et *I. B. Verraert* in erudita Diatriba Academica de Clearcho Solensi p. 54. sq. Propius ad Plotiniani loci similitudinem accedit Io. Chrysost. in Epist. ad Rom. XVI. p. 137. (laudata a Seagero ad Stephani Thesaur. Lond. p. 3060): *Ὁρᾷς, ὅτι—ἐν αὐτῇ τῇ φύσει ἡ διὰ τοῦ βαπτίσματος ἄνωθεν προϋπογράφηται γέννησις.* Substantivum autem *προϋπογραφὴ*, quod uno libro excepto agnoscunt codices omnes, ex hoc Plotini loco addendum est Lexicis.

— 12. *ὥσπερ—πρὸς τὸ δοθὲν αὐτῷ δρᾶμα*] Supra p. 264. A. *εἴ τις δρᾶμα μέμφοιτο, ὅτι μὴ πάντες ἥρωες ἐν αὐτῷ*, ubi confer Annot. Adde nunc Boissonadium in Notitiis et Excerptis Codd. e Biblioth. Reg. XI. 2. p. 136. sq. et p. 156. Posteriore loco vir ille doctissimus Procli locum in Platonis Rempubl. p. 352. Plotinianis similem partim e libris MSS. partim conjectura ita restituit: *ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς δράμασιν ἄλλως μὲν τὰ οἰκετικὰ πρόσωπα φθεγγόμενα μιμητέον, ἄλλως δὲ τὰ τῶν ἐλευθέρων, καὶ ἄλλως μὲν γυναῖκας, ἄλλως δὲ ἄνδρας τι λέγοντας. δεῖ γὰρ ἀποδιδόναι τὰ οἰκεῖα ταῖς φύσεσι ταῖς ἡλικίαις ταῖς τύχαις τοῖς ἐπιτηδεύμασι ταῖς ἀξίαις ῥήματα τὸν τῶν ἑκάστων μιμητήν.* Mox Codd. Marc. A. et Mon. C. dant *ἐπισπόμενοι*: reliqui omnes *ἐπισπώμενοι*, quod

expressit etiam Ficinus et huic loco accommodatius existimo. Vid. de hac confusione supra dicta ad pag. 494. A. infra.

p. 1281, 3. *οὕτως ὠνομάσαμεν, ὅτι ἀσώματα, ἄλλον δὲ τρόπον ἐν ἀντιλήψει.*] Margo Edit. et Marc. B. *ὠνόμασεν* (scil. Plato in Timæo), sed reliqui omnes in vulgata persistunt. In sequentibus Ficinus expressit: *ὅτι σώματα μέν*, et hanc lectionem recepissem, unus modo si codex suffragaretur. Mox cum Marcianis duobus et Ficino scripsi *ὠνομάζομεν* pro vulgato *ὀνομάζομεν*. In linea antepænultima hujus capitis Ficinus expressit *ἀντιληπτικὸς*, et reapse aut ita scribendum, aut linea præcedente cum libro Ciz. legendum *καὶ τοῦτο*.

— 14. *ὅτι ὑπῆρχεν ἵππου νόησις—καὶ οὐχ ἵνα γένηται ἐνοήθη, οὐ πρὸς τὰ τῇδε βλέπων εἶχε—ἵππον*] Ita scripsimus auctoritate plurimorum præstantissimorumque Codicum et ipsius Platonis. In ed. est *οὐ πρὸ τ. τ. βλ.* Obversabantur Plotino hæc scribenti verba Timæi Platonici p. 29. a. p. 24. Bekk.: *εἰ μὲν δὴ καλός ἐστιν ὅδε ὁ κόσμος ὅ,τε δημιουργὸς ἀγαθὸς, δῆλον ὡς πρὸς τὸ ἀΐδιον ἔβλεπεν. εἰ δὲ, ὃ μηδ' εἰπεῖν τινι θέμις, πρὸς τὸ γεγονὸς κ. τ. λ.* Ceterum hic Plotini locus comparari debet cum gemino supra V. 6. 6. p. 538. A. ubi idem exemplum tractatur: *ἵππος, ἵππου νόησις* (*ἱππότης*). Cf. etiam p. 542. D. ibiq. Annot.

p. 1282, 10. *τὸ γὰρ πλῆθος ἐν ἐλλείψει. τί οὖν κωλύει δυάδα εἶναι κ. τ. λ.*] Vid. quæ supra de *δυάδι* et *πρώτῃ ἑτερότητι*, quæ et *τόλμα* Pythagoreis appellata est, annotavimus ad p. 494. A. infra. Cum hujus capitis fine præterea comparanda sunt, quæ Plotinus disputavit in libro: *εἰ πᾶσαι ψυχαὶ μία*; IV. 9. Ceterum hæc si legeris in Aristotelis, si Diis placet, libris de Theologia Ægyptiorum (de quo fetu supra dictum est a nobis in annot. ad hujus libri c. III. init. p. 695. infr.) Lib. XIV. c. 7: "Animalium irrationalium, brutorum, multitudo in orbe (mundo) intellectuali est, quia auctor unus est, et mundum unum creavit, et creatum primum, *cum non sit unitas ejus æqualis unitati creatoris, creat plura*:" hæc igitur si legeris, fidenter mecum pronuntiabis: aut Plotinum ei scriptori lectitatum fuisse, aut utrumque ex uno eodemque orientalis haud dubie philosophiæ, fonte hanc sententiam hausisse.

p. 1283, 13. *ἔνι γάρ πως καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις πολλὰ διανοίας ἔργα.*] Omnibus animalibus rationem agentem attribuerat Anaxagoras (*λόγον ἐνεργητικὸν*), teste Plutarcho, qui fertur, De Placitt. Philosophorr. V. 20. p. 668. Wyttenb. Sed tamen Plotinus Pythagoram Platonemque in his maxime sequi videtur. Idem scriptor ibidem: *Πυθαγόρας, Πλάτων, λογικὰς μὲν εἶναι καὶ τῶν ἀλόγων ζώων καλουμένων τὰς ψυχὰς, οὐ μὴν λογικῶς ἐνεργούσας παρὰ τὴν δυσκρασίαν τῶν σωμάτων καὶ τὸ μὴ ἔχειν τὸ φραστικὸν, ὥσπερ ἐπὶ τῶν πιθήκων καὶ τῶν κυνῶν, λαλοῦσι μὲν γὰρ οὗτοι, οὐ φράζουσι δέ.* De animalibus rationalibus et irrationalibus disputat Plato in Politico p. 263. p. 259. Bekk. obiter, et accurate Simplicius in Aristotel. de Anim. III. Sect. 2. nr. 57. Porphyrius de Abstinentia III. 16. et passim. Confer de hoc argumento exponentes, recentiorum quoque, ut Cartesii, ratione habita, Cudworthum et Moshemium in System. intellect. I. 37. p. 54. sqq.

p. 1285, 5. *οἷον—ἀνεφάνη ὄνυξ καὶ τὸ γαμψώνυχον ἢ τὸ καρχαρόδουν ἢ κέρατος φύσις*] "Quemadmodum—apparuit unguis et quod aduncos ungues habet vel quod serratos dentes vel cornu natura." Ita ad verbum hic locus vertendus est, quem liberius tractavit Ficinus, qui *rostrum* etiam interposuit cujus in libris MSS. nullum vestigium. Nimirum universam magis sententiam in talibus spectare solet Marsilius. Ceterum, ne fortasse *ὀδοὺς* excidisse putes, nec ejus vocis ullum vestigium in libris comparet, et Plotinus non curare solet æqualitatem membrorum orationis. Ad *τὸ γαμψώνυχον* consulito Eustath. et Apollon. Lex. Hom. ibiq. Villoison. p. 68. Tollii, ad hæc poëtæ Odyss. II. 217: *φῆναι ἢ αἰγύπιοι γαμψώνυχες.* Alteram autem formam Aristoteles agnoscit De partib. Animall. II. 13. p. 42. Sylb.: utramque IV. 12. p. 119. Iamblich. Protrept. in Symboll. Pythagg. XX. p. 348. Kiessl.: *τὸ δὲ γαμψώνυχον μηδὲν παράτρεφε πυθαγωρικώτερον συμβουλεύει*: quæ sequuntur supra tractavimus ad IV. 5. 2. p. 442. B.— *Καρχαρόδουν* non est, quod explicemus post Schneideri annotata in Aristotelis Hist. Animall. II. 3. 8. p. 84. De tralato usu vocum *κάρχαρος* et *καρχαρόδους* docte egit Carol. Frid. Hermannus noster ad Lucian. De conscrib. histor. c. 43. p. 261. sq. Adde Lexicographum in *καρχαρό-*

ὄους in Bachmanni Anecdott. Græcc. I. p. 268. ἀνακύπτειν Platonicum vocabulum. Vid. Wyttenb. ad Phædon. p. 302. sq. Hemsterh. ad Lucian. I. p. 196. Bip. cf. Præparat. ad pecul. edit. Plotini de Pulcrit. p. LXXVII. not. 28. Adde Olymp. in Alcib. pr. p. 44. extr.

— 10. *τί γὰρ κέρατα ἐκεῖ πρὸς ἄμνναν*;] Ante oculos habet Platon. Tim. p. 76. extr. p. 111. Bekk. Verba quod attinet cf. supra p. 410. A: *καὶ ὁ θυμὸς δὲ εἰς ἄμνναν παρακαλῶν*, ibiq. Annott. Ceterum de cornuum ratione usuque in variis animalibus consule exponentem Aristotelem de partib. animall. lib. III. c. 2. Mox cum Fic. et tribus Codd. scripsi *τῷ ἄλλο* pro *τῷ ἄλλῳ* et *τὸ ἄλλο*, quorum illud editio in ordine habet, hoc in margine.

p. 1287, 2. *ἐπεὶ καὶ τὸ τῇδε φυτὸν λόγος ἐστὶν ἐν ζωῇ κείμενος*] Obversatur Plotino nobilissimus Platonis locus de plantis, in Timæo p. 77. A. B. p. 111. sq. Bekk.—: *πᾶν γὰρ οὖν, ὅ, τί περ ἂν μετάσχῃ τοῦ ζῆν, ζῶον μὲν ἂν ἐν δίκῃ λέγοιτο ὀρθότατα· κ. τ. λ.* Quæ respicit Galenus V. f. 144. delibavit Stob. Ecl. Physs. p. 752. Heer. Refutare studet Ammonius Hermiæ in Tim. p. 45. A. Quos scriptores adhibuit Lindavius in Annott. in Tim. p. 118. sq.: non item Plotinum neque Proclum in Theolog. Plat. III. 1. p. 128. extr. et sq.: *τὰ δὲ αὖ ζῶντα πάντα τῆς νοερᾶς οὐκέτι μετέχει δυνάμεως· ἐπεὶ καὶ τὰ φυτὰ ζῷα μέν ἐστιν, ὥς φησιν ὁ Τίμαιος, αἰσθήσεως δὲ αὐτοῖς ἡ φαντασίας οὐ μέτεστι, πλὴν εἴ τις τὴν συναίσθησιν λέγει* (f. *λέγοι*) *τῶν τε ἡδέων αὐτοῖς καὶ τῶν λυπηρῶν. καὶ ὅλως αἱ ὀρεκτικαὶ πανταχοῦ δυνάμεις ζωαί τε εἰσὶ καὶ τῆς ὅλης ζωῆς ἰνδάλματα, καὶ ποιήσεις ἔσχαται. νοῦ δὲ καὶ ἄμοροι καθ' ἑαυτὰς, καὶ τῆς γνωστικῆς ἀμέτοχοι δυνάμεως· διὸ δὴ καὶ ἀμέτοχοι καθ' ἑαυτάς εἰσι καὶ ἀόριστοι, γνώσεως ἁπάσης παρῃρημένοι.* Sunt autem conjungendæ cum his Plotiniani loci de differentiis, s. gradibus, vitæ II. 16. 1. supra p. 267. itemque de contemplatione (*θεωρίᾳ*) quam etiam plantæ appetere dicuntur III. 8. 1. p. 343. et quæ in hanc rem in illo libro plura disputantur p. 345—350. cet. in quas quæstiones etiam descendit Platonicæ philosophiæ intelligentissimus Cudworthus in Syst. Intellect. et quidem in Dissertatione *de natura genitrice*, præsertim §. 16. et 17. p. 171 sq. Moshem. Cum Platone Plotinoque facit *Gotth. Henr. Schubert* in egregio libro: *Ansichten von der Nachtseite der Naturwissenschaft* Dresd. 1818, qui p. 305. ita: "*Fast das ganze Pflanzenreich zeigt in dem hoechsten Moment seines Daseyns eine Vorahndung des thierischen Lebens.*" &c. Sed longum est, etsi ab interpretationis munere haudquaquam alienum, et hujus viri et aliorum, per Germaniam maxime, acute et ingeniose excogitata cum Plotini placitis ubique componere. Quocirca me ipse contineo, et eorum scripta Lectoribus nostris commendata cupio.

— 9. *γῇ δὲ πῶς; κ. τ. λ.*] Vid. Plat. Tim. p. 40. p. 41 sq. Bekk. itemque p. 55 sq. p. 71. Bekk. et cf. Plotin. II. 1. 6. III. 6. 6. IV. 3. 15. sqq. IV. 4. 22. IV. 5. 1.

p. 1288, 7. *εἰ δὲ καὶ τὸ πῦρ λόγος τις ἐν ὕλῃ ἐστὶ κ. τ. λ.*] De igne Plato in Tim. p. 56. p. 71. sqq. Bekk. Cf. Plotin. I. 6. 3. II. 2. 1. IV. 4. 23. IV. 5. 2. IV. 7. 2. sqq. V. 3. 7. VI. 6. 17.

— 9. *ἤδη γὰρ ὄντος ἐν τῷ παντὶ πυρὸς ἡ παράτριψις*] Hoc inventum Mercurio tribuitur ab Homero, Hymno in illum v. 108—110:

> *δάφνης ἀγλαὸν ὄζον ἑλὼν ἐπελεψε σιδήρῳ*
> *ἄρμενον ἐν παλάμῃ· ἄμπνυτο δὲ θερμὸς ἀϋτμή.*

Quod Plotino *παράτριψις*, id Theophrasto Hist. Plant. V. 10. simpliciter *τρίψις*. Luculenter describit Lucretius V. 1095. sqq.:

> Et ramosa tamen cum ventis pulsa vacillans
> Æstuat in ramos incumbens arboris arbor,
> Exprimitur validis extritus viribus ignis;
> Et micat interdum flammaï fervidus ardor,
> Mutua dum inter se rami stirpesque teruntur;
> Quorum utrumque dedisse potest mortalibus ignem.

Attritum vocat Seneca Quæst. Naturr. II. 22. quem vide, et confer Schneideri Animadvv. in Eclogas Physs. XIII. 47. 48. p. 136. sq.

— 13. *διὸ καὶ Πλάτων—ψυχήν φησιν εἶναι—τὸ αἰσθητὸν πῦρ*] Negat Tennemannus in Hist. Philos. VI. p. 132. hoc Platonem unquam dixisse, adeoque, si constare sibi vellet, dicere potuisse. Potuerint tamen in hanc sententiam accipi nonnulla, quæ ex Platonis doctrina de elementis refert Diogenes Laërtius libr. III. §. 74; et potuerunt Platonici recentiores multa Platonis decreta, quæ ille suis dialogis non incluserat, sed in scholis prodiderat, et accuratius exposuerat.

per manus quasi tradita servataque habere. Plotini quidem non est istiusmodi ingenium, quod cuiquam ex veteribus philosophis quidquam affingat.

p. 1289, 10. *καὶ ὅτι ἂν σὰρξ γένηται ἐκ τοῦ αἵματος.*] Sequitur Platonem in Timæo p. 80. extr. p. 119. Bekk.: *ὃ καλοῦμεν αἷμα, νομὴν* (pabulum, cibum) *σαρκῶν καὶ ξύμπαντος τοῦ σώματος.* Quæ verba in exemplis posuit, quo monstrarent humani corporis fabricam divino dicendi genere esse depictam, Longinus de Sublim. §. XXXII. p. 108. Weiskii.

— 16. *τοῦτον τὸν τρόπον πάρεστι καὶ τὴν ψυχὴν—καὶ οὐ πάρεισι*] Fic. expressit: *πάρεστι καὶ ἡ ψυχὴ—καὶ οὐ πάρεστι*, et ita sententia commoda nascitur. Sed sine libris hanc lectionem contextui inferre noluimus.

p. 1290, 9. *ἐν ῥοῇ καὶ ζωῇ μενούσῃ*] Ita ex libris correximus. Ceterum hæc similitudo soni in duobus vocabulis non putanda est studiose quæsita a Plotino a verborum lenociniis vel maxime alieno. Non idem judicandum de Callicleo illo flosculo in Platonis Gorgia p. 494. p. 98. Bekk.: *νόμον τε καὶ λόγον καὶ ψόγον*, nec de Agathoneis illis in Symposio p. 137. D: *ἐν πόνῳ, ἐν φόβῳ, ἐν πόθῳ, ἐν λόγῳ.* Sed tamen ipsi Platoni talia haud pauca (ut v. c. illud Rep. VI. p. 495. E: *ἐκ δεσμῶν λελυμένου, ἐν βαλανείῳ δὲ λελουμένου*) excidisse exemplis comprobavit doctissimus Groen van Prinsterer in Prosopographia Platonica 104. sq. cf. Geelii Hist. Sophist. p. 54: et p. 254. sq. et C. Fr. Hermann. ad Lucian. de Conscrib. Hist. p. 268. et, qui ex ecclesiæ quoque scriptoribus similia nuper collegit, I. F. Boissonade in Notices et Extraits Vol. XI. 2. p. 141. sq. Ego unum addam ex oratione Romanorum principis: Cicero in Verrem II. 2. . . . "—ita tamen novo more, ut legati lædant: legatio laudet." Brevissime hanc rem attigi supra ad p. 542. E. extr. De voce *ῥοὴ* vidimus item supra ad pag. 443. E.

p. 1291, 4. *καὶ ὁμοῦ οἰνώδους ποιότητος*] Retinui vulgatam, quam codices aliquot tuentur et expressit Fic. Quid vero? si legas: *κ. ὁ. οἰν. πυρότητος*, ut igneam vim vini significet. Nam *οἶνος πυρίβλητος* dicitur, et vocabulum rarum nec in Lexicis consignatum, supra tamen obvium p. 180. A: *πυρότης*, facile a librariis obduci potuit vulgatissimo et in præcedentibus frequentato.

— 16. *ὁμοιομερές τι καὶ ἀποίκιλον*] Est hic locus addendus tribus illis, quos nuper sub voc. *ἀποίκιλον* collegerunt viri docti in Steph. Thesaur. p. 7797. ed. Londin. Locus Iamblichi de Vit. Pythag. XXIII. §. 103. p. 222. Kiessling. ita habet: *εἴ τις διαρθρώσειε σαφῶς τὰς τῶν Πυθαγορικῶν συμβόλων ἐμφάσεις καὶ ἀποῤῥήτους ἐννοίας, ὅσης ὀρθότητος καὶ ἀληθείας μετέχουσιν ἀποκαλυφθεῖσαι καὶ τοῦ αἰνιγματώδους ἐλευθερωθεῖσαι τύπου,* (*καὶ* addit Cod. Monac. B.) *προσοικειωθεῖσαι δὲ καθ' ἁπλῆν* (*κατὰ ἁπλῆν* idem) *καὶ ἀποίκιλον* (*ἀπίκιλον* Memm. A. vitio ex recentiorum Græcorum pronuntiatione nato) *παράδοσιν ταῖς τῶν φιλοσόφων τούτων μεγαλοφυΐαις, καὶ ὑπὲρ ἀνθρωπίνην ἐπίνοιαν θεωθεῖσαι* (Arier. *θεωθεῖσι*, in quo vitio Codd. omnes nostri perseverant. De hac confusione Krabingerus vir doctissimus in Excerptis Codd. Monacc. laudat Bastii Comment. palæograph. p. 752.).

p. 1293, 2. *ἡ δὲ πλάνη αὐτῷ ἐν τῷ τῆς ἀληθείας πεδίῳ.*] Plato Phædro p. 248. b. p. 43. sq. Bekk.: *οὗ δ' ἕνεχ' ἡ πολλὴ σπουδὴ, τὸ ἀληθείας ἰδεῖν πεδίον οὗ ἐστιν, κ. τ. λ.* Proclus in Theol. Plat. IV. 15. p. 201: *ἐπὶ δὴ τούτοις τριάδα θεωρήσωμεν ἄλλην ἐν τῷδε τῷ τόπῳ προϋπάρχουσαν, ἣν καὶ αὐτὸς ὁ Σωκράτης ἐξύμνησε, τὸ τῆς ἀληθείας πεδίον, τὸν λειμῶνα, τὴν τροφὴν τῶν θεῶν* (de hoc nutrimento vid. supra ad p. 552. C.) Idem ibid. p. 204: *τὸ δὲ τῆς ἀληθείας πεδίον ἡ τοῦ φωτός ἐστιν ἐξάπλωσις τοῦ νοητοῦ, καὶ ἔκφανσις, καὶ ἡ ἀνάπτυξις τῶν ἔνδον λόγων, καὶ ἡ τελειότης ἡ πανταχοῦ προϊοῦσα κ. τ. λ.* Plotinus supra p. 21. B. de Dialectica:—*παύσασα δὲ τῆς περὶ τὸ αἰσθητὸν πλάνης ἐνιδρύει τῷ νοητῷ, κακεῖ τὴν πραγματείαν ἔχει, τὸ ψεῦδος ἀφεῖσα, ἐν τῷ λεγομένῳ ἀληθείας πεδίῳ τὴν ψυχὴν τρέφουσα κ. τ. λ.* Unde etiam intelligitur in hac appellatione mox Articulum præponi voci *ἀληθείας*, mox omitti.

p. 1294, 3. *οὐδέν ἐστιν αὐτοῦ*] Fortasse scribendum *οὐδὲ ἕν.* Ita certe, aut *καὶ οὐδέν ἐστι* legisse videtur Ficinus.

— 8. *ὡς οὐκ ἀνέχεται—μὴ ἄλλος εἶναι.*] Noster philosophus I. 6. 2. p. 52. A: *οὐκ ἀνασχομένης τῆς ὕλης τὸ πάντῃ κατὰ τὸ εἶδος μορφοῦσθαι*, et, ut h. l., sine articulo Olympiodor. in Alc. pr. XI. p. 101: *μὴ ἀνεχόμενος ὁμολογῆσαι.* Ibid. XXVIII.

p. 226: ἔστι γὰρ φύσει ἐλευθέρα ἡ ἀρετὴ, μὴ ἀνεχομένη τοῖς χείροσιν ὑποκατακλιθῆναι. Ad quos locos de hac constructione insolentiore plura diximus.

— 13. ἀλλὰ καὶ ῥῖνες] Ed. et plurimi libri ῥίνες. Idem vitium occuparat Pollucis Onomast. II. 76. p. 191. ante correctionem Jungermanni, quem vide. Et meliorem scripturam sistunt duo libri Marciani in nostris. Ceterum αἱ ῥῖνες sunt *nares*, quæ vulgari loquendi usu appellantur τὰ ῥινία (Aristot. Physiogn. III. 57.). Vide de hoc Deminutivorum usu Lobeck. ad Phrynich. Eclog. p. 211. Partium nasi, quas continuo memorat Plotinus, appellationes exhibet idem Pollux II. 79. p. 192. Ceterum speciosa est lectio Medicei A: οὐχ ἡ οὖσα ἓν, neque vulgata tamen non bona.

p. 1295, 6. ἀλλ' ἔστιν ἡ λεγομένη ἐν τῷ παντὶ φιλία τοῦτο κ. τ. λ.] Philosophus noster V. 1. 9. p. 490. A. ita: τῷ δὲ Ἐμπεδοκλεῖ τὸ μὲν νεῖκος διαιρεῖ, ἡ δὲ φιλία ἑνοῖ. ἀσώματον δὲ καὶ αὐτὸ τοῦτο. Ubi de hoc placito Empedocleo diximus. Cf. etiam II. 4. 7. p. 162. ibiq. annot.

— 12. ἀτιμάσας] De tribus formis ἀτιμάζω, ἀτιμάω et ἀτιμόω vid. Suid. I. p. 371. Kust. Zonar. Lex. Gr. p. 337. (ubi in fragm. Æliani corrigendum est οὐκ ἠτίμασαν οἱ φαν.) Lexicon ap. Hermann. de emend. rat. Gramm. Gr. p. 340. Bast. Lettr. Crit. p. 101. Boisson. ad Philostr. Heroica p. 420. et Buttmann. Gr. gr. ampl. §. 121. 4. II. p. 363. Singularis est Lexicographus in Bekkeri Anecdott. Grr. I. p. 207.

— 18. τὸ ἀγαθοειδές φησιν] Plato in Rep. VI. p. 509. a. cf. I. 2. 4. III. 8. 10. ibiq. annot. V. 3. 3. V. 3. 6. V. 6. 4. et 5.

p. 1296, 10. συνέθρανε] Ita scripsimus cum plurimis Codd. pro συνέθρανε, et illud marg. Ed. haud dubie etiam volebat, sed operæ non parcerunt. Hesych. II. p. 1308: συνθραύεσθαι· συντρίβεσθαι. ubi Albertius in not. binos locos Dionis Cassii p. 392. et p. 628. Reimari laudat. Sed vid. Sturz. Lex. Xenoph. IV. p. 187. ibiq. Xenoph. Agesil. II. 14. et Euripid. Orest. 1569. 1571.

— 12. Διὸ καὶ εἴ τις αὐτὸν ἀπεικάζοι] Ita scripsi pro ἀπεικάζει, quo Modorum ratio sibi constaret, propter sequentia φαντάζοιτο—ὁρᾷη.—Deinde retinui cum omnibus libris MSS. ὡς φέγγει. Margo Ed. ὡς φωτί, quod pro interpretamento habendum. Videtur autem Plotino obversatus esse hic locus Platonis in Phædone p. 110. B. p. 111. sq. Bekk.: Λέγεται τοίνυν, ἔφη, ὦ ἑταῖρε, πρῶτον μὲν εἶναι τοιαύτη ἡ γῆ αὐτὴ ἰδεῖν, εἴ τις ἄνωθεν θεῷτο αὐτὴν, ὥσπερ ἂν δωδεκάσκυτοι σφαῖραι, ποικίλη, χρώμασι διειλημμένη, ὧν καὶ τὰ ἐνθάδε εἶναι χρώματα ὥσπερ δείγματα, οἷς δὴ οἱ γραφεῖς καταχρῶνται. Quæ docte illustravit Plotini non oblitus Wyttenbachius in annot. p. 304—307. et iterum attigit in Animadvv. in Plutarch. de Ei Delphico p. 285. ed. Oxon.

p. 1297, 1. Χρὴ δὲ—μεταβαίνειν—πρὸς τὸ ἄνω ἀΐξαντα] Plato Theæt. p. 144. b: πρὸς τὰς ὀργὰς ὀξύῤῥοποί εἰσι καὶ ἄττοντες φέρονται ὥσπερ τὰ ἀνερμάτιστα πλοῖα: (quem locum ob extrema verba supra tractavi ad I. 8. 8.) Alcib. pr. p. 118. b: διὸ καὶ ἄττεις ἄρα πρὸς τὰ πολιτικά. Quod Olymp. reddit: ὁρμᾷς ἐπὶ τὰ πολιτικὰ πράγματα, plane ut Hesych. in διάττειν, et Schol. Philostrati Heroic. p. 600. Boisson. Cf. annot. nostr. in Olympiod. p. 134. Adde Lexicogr. in Bekkeri Anecdott. Grr. I. p. 460. Republ. X. p. 621. 6. p. 515. Bekk. de animabus in corpoream vitam ruentibus: καὶ ἐντεῦθεν ἐξαπίνης ἄλλον ἄλλῃ φέρεσθαι ἄνω εἰς τὴν γένεσιν, ἄττοντες ὥσπερ ἀστέρες. De stellis, meteoris Clemens Alex. Protrept. p. 81. Potteri: πῶς δαὶ καὶ οἱ διαΐσσοντες καὶ οἱ κομῆται, διὰ πάθος ἀέρος γεγενημένοι; Similiter Plutarch. in Agid. XI. p. 304: ἐὰν—ἀστὴρ διάξῃ. Et Nonnus Dionyss. β. v. 192: ἀστέρες ἀϊκτῆρες et mox διαΐσσουσα ἀστεροπή. Plutarch. de Anima in Fragmm. vol. V. p. 724. Wytt. et in Stob. Florileg. CXIX. p. 604. (Vol. III. p. 465. ed. Gaisford.): ὁ δὴ καὶ λόγον ἔχει, καθαπερεὶ κάμπης τινὸς ἀνείσης, οἷον ἐξάττειν καὶ ἀναθεῖν τὴν ψυχὴν ἀποπνέοντος τοῦ σώματος, ἀναπνέουσαν αὐτὴν καὶ ἀναψύχουσαν (ubi ante Koenium, Valeken. et Gesner. legebatur: ἐξάπτειν καὶ ἀναθεῖναι.) Locum hunc similesque Plutarcheos attigi in Symbolica III. p. 569. sq. ed. alt. ubi, hæc verba cum Platonis Cratylo p. 399. D. componenda esse dixi, et κάμπην hoc quoque loco *erucam* esse, unde papilio excluditur, imagine de animæ humanæ vicissitudinibus usurpari solita. Philostrat. Vit. Apollon. IV. 42. p. 226. sq. Olear. de leone mansuefacto: οὐ γὰρ τὸ τῶν θυομένων αἷμα ἀνελιχμᾶτο, οὐδ' ἐπὶ τὰ διειρόμενα τε καὶ ῥα-

χιζόμενα τῶν ἱερείων ἦγεν. Cod. Florent.—Schellershem.: *ἦττεν.* Leg. *ᾖττεν,* et ita plane emendavit Jacobs. (vid. Additamm. in Athen. p. 161. ad Frontonis Epistoll. Græcc. in F. A. Wolfii Analectt. I. p. 116. et in Philostrati Imagg. p. 472.); cui conjecturæ cum nuper firmamentum accessisset Codicis Vratislaviensis, nunc alterum accedit Schellershemiani (Ex hoc eodem libro paullo ante Philostrato reddendum est *λέοντα ἥμερον* pro λ. *ἵμερον.*) Theodoretus de Providentia II. p. 505. Schulz.: *ἵνα γὰρ μὴ νομίσῃς, αὐτόματον ἅττειν ἄνω τῶν ὑδάτων τὴν φύσιν, διδάσκει σε ὁ ποιητὴς κ. τ. λ.*

p. 1297, 10. *ἐνόει αὐτὸν πολλὰ μερίζων αὐτὸν παρ' αὑτῷ*] Fic. expressit bis *αὐτὸ,* quod verum videtur, sed sine libris, qui partim offerunt *αὐτὸν,* mutare nolui. Cum libris autem deinde scripsi *τῷ νοεῖν μὴ—δύνασθαι* pro *τὸ νοεῖν.*

p. 1298, 5. *Ὥσπερ δὲ ὁ ἥλιος τοῦ ὁρᾶσθαι—αἴτιος ὢν—οὕτω καὶ ἡ τοῦ ἀγαθοῦ φύσις αἰτία οὐσίας κ. τ. λ.*] Rursus in mentem tibi revoca illum Platonis locum in Rep. VI. p. 509. a. ad quem te amandavimus in annot. in caput præcedens p. 708. B.

p. 1300, 2. *διὰ μὲν τὸ πολὺ τῆς ζωῆς πολλὰ ὁρισθεῖσα*] Ficinus expressit *ὁρισθέντα.* Libri vero non suffragantur. Igitur retinui vulgatam, quæ si vera est, hoc participium rursus pendet ex superiori *ζωή.*

p. 1301, 1. *Ἀλλ' ἀγαθοειδῆ—καὶ ζωὴ καὶ νοῦς καὶ ἰδέα*] Consuluimus huic loco partim auxilio bonorum librorum partim aptiore interpunctione. Ad argumentum conferenda sunt, quæ philosophus noster disputavit II. 1. 7. p. 102. A.

— 10. *ἐπεὶ καὶ ἄλλο τὸ εἰς πρώτην ἐνέργειαν—δοθέν*] Margo Ed. *ἐπεὶ καὶ εἰς ἄλλο,* et ita plures libri MSS. Ficinus expressit *ἐπεὶ καὶ ἄλλο, εἰς ὃ ἡ πρώτη ἐνέργεια,* cujus lectionis tamen in Codd. nullum vestigium. Quocirca in ejusmodi locis malo vulgata retinere, quam novando peccare.

p. 1302, 1. *Ἀλλ' εἰ ἐν τῇ ζωῇ ἐκείνῃ ἐνίοιτο ἐξ ἐκείνου*] Vat. *ἐνίοιτο.* Fic. expressit *ἔνι τὸ* vel *ἐνείη τὸ,* [quod per Iotacismum obliteratum videtur:] quod in ordinem recepissem, si vel unus liber consentiret. Proxime cum bonis libris dedi *ὄντως* pro *ὄντος.*

p. 1303, 1. *καὶ τὸ συνάμφω*] Ed. vitiose *καὶ τὸ συναμφώτερον,* pro quo recte margo Marciani B. *συναμφότερον.* Sed nos tamen optimorum codicum lectionem dedimus. Philosophi sermonis causa hos locos apponere juvat: Lucian. Dialogg. Mort. III. p. 340. ed. Amst.: *ἐξ ἀνθρώπου τι καὶ θεοῦ σύνθετον.—ὃ μήτε ἄνθρωπός ἐστιν—μήτε θεός. καὶ συναμφότερόν ἐστι.* Idem Prometh. V. p. 31: *τί οὖν οὐχὶ καὶ ἔμπαλιν γένοιτ' ἂν εὔμορφόν τι ἐκ δυοῖν τοῖν ἀρίστοιν ξυντεθὲν, ὥσπερ ἐξ οἴνου καὶ μέλιτος τὸ ξυναμφότερον ἡδιστον.* Schol. in Odyss. θ. 1. *ἠὼ* explicans cum alios significatus enarrat, tum dicit esse eam *τὸ συναμφότερον, ἡμέραν τε καὶ νύκτα.* vel ut in Eustathio in Odyss. p. 140. et 1430. est, *τὸ ὅλον νυχθήμερον.* Disertius Plato et suo more explicatius in Philebo p. 21. fin. p. 52. Stallb.: Πρ.: *Οὐδέτερος ὁ βίος—ἔμοιγε τούτων αἱρετὸς—φανῇ.* Σωκρ.: *τί δ' ὁ ξυναμφότερος—ἐξ ἀμφοῖν ξυμμιχθεὶς, κοινὸς γενόμενος;* Πρ.: *Ἡδονῆς λέγεις καὶ νοῦ καὶ φρονήσεως.* Qui locus componi debet cum ejusdem philosophi Symposio p. 198. p. 402. Bekk.: *πρῶτον μὲν γὰρ τρία ἦν τὰ γένη τὰ τῶν ἀνθρώπων, οὐχ, ὥσπερ νῦν, δύο, ἄῤῥεν καὶ θῆλυ, ἀλλὰ καὶ τρίτον προσῆν, κοινὸν ὂν ἀμφοτέρων τούτων—ἀνδρόγυνον γὰρ ἓν τότε μὲν ἦν.* Est tamen etiam fere *utrumque simul* igiturque idem fere quod *συνάμφω.* Utriusque vocis exempla dat Schweigh. in Lex. Polyb. p. 585. Nos tamen germanice bene distinguimus: *συναμφότερον: von beyden Zusammen, συνάμφω: Beyde Zusammen.* Luculenter Aristoteles Metaph. XI. 5. p. 221. Brandis.: *καθάπερ γὰρ διῃρημένων αὐτῶν οὐθὲν μᾶλλον ἡ κατάφασις ἢ ἡ ἀπόφασις ἀληθεύεται, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τοῦ συναμφοτέρου καὶ τοῦ συμπεπλεγμένου καθάπερ μιᾶς τινος καταφάσεως οὔσης οὐθὲν μᾶλλον ἡ ἀπόφασις ἢ τὸ ὅλον ὡς ἐν καταφάσει τιθέμενον ἀληθεύσεται.* Idem ibid. p. 168:—*ὁμοίως δὲ καὶ οἵους Ἀρχύτας ἀπεδέχετο ὅρους· τοῦ συνάμφω γάρ εἰσιν. οἷον τί ἐστι νηνεμία; ἠρεμία ἐν πλήθει ἀέρος κ. τ. λ.* Idem *περὶ ἑρμην.* XV. p. 69. extr. Sylb.: *εἰ γὰρ ὅτι ἑκάτερον ἀληθὲς, εἶναι δεῖ καὶ τὸ συνάμφω, πολλὰ καὶ ἄτοπα ἔσται.* Noster philosophus p. 165. A: *ὅταν—τὰ μεμεγεθυσμένα νοῇ, ὡς σύνθετα νοεῖ· ὡς γὰρ κεχωρισμένα καὶ ὅλως πεποιωμένα. τὸ ὅλον οὖν νοεῖ καὶ τὸ συνάμφω.* Cf. etiam p. 600. B. et Olympiod. in Alc. pr. c. I. p. 3. extr.

— 10. *Ἆρ' οὖν τῇ ἐφέσει καὶ τῇ ψυχῇ ἐπιτρέψομεν; κ. τ. λ.*] Vide quæ supra ad p. 530. extremam ex Philebo p. 20. p. 46. sq. Stallb. item-

que ex Aristotel. Eth. Nicom. X. 2. ad hoc argumentum apposuimus. Cf. Stallbaumii Prolegg. ad Phileb. XXIII. LXVII. XC. Adde Platonis, quæ feruntur, Definitiones p. 413. a. p. 568. Bekk.: Ἀγαθὸν τὸ αὐτοῦ ἕνεκεν (sc. ἐφετόν). Contraria prorsus in Ciceronis de Finibus libro III. 8. 27. hæc sunt: "Illud autem perabsurdum, bonum esse aliquid, quod non expetendum sit." &c. Cf. ibid. IV. 6. 15, ubi *de virtute* cum summi Boni notione conjuncta. Atque ex his conjicere licet, quos philosophos hoc caput scribens refutare studuerit.

p. 1304, 8. *κἂν ἄλλο φῶμεν αἴτιον, τὸν θεὸν*] Philo Jud. Leg. Allegorr. III. p. 101. Mang. p. 284. Pfeiff.: *ὁρᾷς ὅτι τὸν* Εἰρ (Genes. XXXVIII. 7. ubi est Ἡρ, et ita Suid. et Zonar. in voc.) *ἀποκτείνει οὐχ ὁ κύριος, ἀλλ' ὁ θεός; οὐ γὰρ καθ' ὃ ἄρχει καὶ ἡγεμονεύει δυναστείᾳ κράτους αὐτεξουσίᾳ χρώμενος ἀναιρεῖ τὸ σῶμα, ἀλλὰ καθ' ὃ ἀγαθότητι καὶ χρηστότητι χρῆται. Ὁ θεὸς γὰρ ἀγαθότητός ἐστι τοῦ αἰτίου ὄνομα, ἵνα εἴδῃς ὅτι καὶ τὰ ἄψυχα οὐκ ἐξουσίᾳ πεποίηκεν, ἀλλ' ἀγαθότητι, ᾗ καὶ τὰ ἔμψυχα. Ἔδει γὰρ εἰς τὴν τῶν βελτιόνων δήλωσιν γένεσιν ὑποστῆναι καὶ τῶν χειρόνων, ὑπὸ δυνάμεως τῆς αὐτῆς ἀγαθότητος τοῦ αἰτίου, ᾗ τις ἐστὶν θεός.* Ubi præstat, quod ex editt. et Cod. A. profert Pfeifferus *αὐτεξουσίῳ*. Obiter moneo ex Eustath. in Iliad. Δ. p. 335. laudari *ἡ αὐτεξουσία*, sed ibi p. 354. ed. Lips. legitur *αὐτὸ ἐξουσία*. Item in Indic. Initt. Philosoph. Platon. nostrorum laudatur *αὐτεξουσία*. Locus vero est Procli in Alcib. pr. p. 143. ubi recte legitur *τὸ αὐτεξούσιον*, quod sæpe etiam in Plotino obvium est. Ceterum Philo l. l. ut alias nonnunquam in hac quoque sententia *de Deo Boni causa* Stoicos philosophos sequi videtur, quorum hoc placitum fuisse discas ex Gatakeri notis in Marc. Antonin. II. 11. p. 47.

— 9. *οὐ μὴν ἀποστατέον*] Marg. Ed. et tres libri MSS. *καὶ μήν*, quod expressit Ficinus: *Sed denique.* Mihi videtur *παραδιόρθωσις*, cum propter sequentia, tum quia Plotinus in ejusmodi quæstionibus *non desistendum esse* suis lectoribus acclamare solet.

p. 1305, 1. *καὶ τοῦτο τὸ ἀγαθὸν θησόμεθα;*] Ne forte credas Ficinum legisse *κ. τοῦτον*: nihil variant libri ipsi Medicei, et nihil frequentius in his Enneadibus, quam generis subita mutatio. Cum eodem Fic. retinui *θησόμεθα*. Margo et haud pauci libri hic etiam habent *στησόμεθα*.

— 2. *κρίνουσα μὲν δικαιοσύνην κ. τ. λ.*] Color hujus loci ductus videtur ex nobilissimo Platonis loco de sortitione animarum in Reip. libro X. p. 617. p. 509. Bekk.

p. 1306, 5. *Τὸ γὰρ οἰκεῖον, εἰ μὴ ἀγαθὸν εἴη, οἰκεῖον μέν ἐστι, φεύγει δέ τις αὐτό.*] Diotima in Platonis Conviv. p. 205. E. p. 434. Bekk.: *ὁ δ' ἐμὸς λόγος οὐθ' ἡμίσεός φησιν εἶναι τὸν ἔρωτα, οὐθ' ὅλου, ἐὰν μὴ τυγχάνῃ γέ που, ὦ ἑταῖρε, ἀγαθὸν ὄν, ἐπεὶ αὐτῶν γε καὶ πόδας καὶ χεῖρας ἐθέλουσιν ἀποτέμνεσθαι οἱ ἄνθρωποι, ἐὰν αὐτοῖς δοκῇ τὰ ἑαυτῶν πονηρὰ εἶναι. οὐ γὰρ τὰ ἑαυτῶν, οἶμαι, ἕκαστοι ἀσπάζονται, εἰ μὴ εἴ τις τὸ μὲν ἀγαθὸν οἰκεῖον καλεῖ καὶ ἑαυτοῦ, τὸ δὲ κακὸν ἀλλότριον· ὡς οὐδέν γε ἄλλο ἐστὶν οὗ ἐρῶσιν ἄνθρωποι, ἢ τοῦ ἀγαθοῦ.* Ad extrema adhibe Charmid. p. 163. C. Priora ante oculos habere videtur Porphyrius in Epistola ad Marcellam c. XXXIV. p. 36, cui nuper medicam manum adhibuit elegantissimus Jacobs. in Lectionibus Stobenss. p. 63. not.

— 14. *καὶ τοῦ φωτὸς—γλιχόμενος*] Quod in novo Thesauro Stephan. Londin. p. 3004. sq. non consignatum reperio, Etymolog. Gud. p. 126. 49. 50: Γλιχόμενος, *καρτερῶν ἢ ἐπιθυμῶν, παρὰ τὸ λίαν ἔχεσθαί τινος. συντάσσεται μετὰ γενικῆς καὶ δοτικῆς*, illud me advertit. Utrum locus sanus, an legendum *καὶ αἰτιατικῆς*? Hoc censeo. Vid. Scholiast. Luciani ad Aëtion. p. 833. ed. Amst. (ad verba *ἥκειν οἱ νομίσας τὸν καιρὸν, οὗ* [ita corrigendum istud *οὐ*] *μάλιστα ἐγλίχετο*): *γλίχομαι· λίαν ἔχομαι. γενικῇ καὶ αἰτιατικῇ.* Cf. Suid. I. p. 484. Kust. unde explendus est Zonaras p. 442. Constructionis rationem discas vel ex uno Demosthene. Vid. Reiskii Indic. Græcit. Demosth. p. 179. De constructione cum *περὶ* ambigitur. Vid. Cattierii Gazophyl. p. 96. et Steph. Thes. l. l. Antiphanes ap. Stob. Floril. p. 608. Vol. III. p. 473. Gaisford.:

— — — *οὐδεὶς πώποτε,*
ὦ δέσποτ', ἀπέθαν' ἀποθανεῖν πρόθυμος ὤν·
τοὺς γλιχομένους δὲ ζῆν κατασπᾷ τοῦ σκέλους
ἄκοντας ὁ Χάρων, ἐπὶ τὸ πορθεῖόν τ' ἄγει—

ut egregie Valckenaerius hunc locum restituit. Iamblichus contra in Protrept. cap. VII. p. 42. Arcer. p. 110. Kiessl.: *οὐδὲ δεῖ χρημάτων ἕνεκα πλεῖν ἐφ' Ἡρακλέους στήλας καὶ πολλάκις κινδυ-*

νεύειν, διὰ δὲ φρόνησιν μηδὲν πονεῖν (ita Cod. Memm. in ordine: in marg. *ποιεῖν*, quod posterius ed. Arcerii in ordine habebat) *μηδὲ δαπανᾷν. ἢ* (ᾗ unus e Codd. in schedis nostris) *μὴν ἀνδραποδώδες γε τοῦ ζῆν, ἀλλὰ μὴ* (abest ab uno libro) *τοῦ* (ita etiam nostri, ut Ciz. Edit. Arcerii male *τὸ*) *ζῆν εὖ γλίχεσθαι.* Dionys. Hal. de Composit. Verbb. XXII: *ἐν μὲν δὴ τοῖς ὀνόμασι ταῦτα πειρᾶται διώκειν, καὶ τούτων γλίχεσθαι* (Ita Aldina in Rhetorr. Grr. sed margo: *γρ. γλίχεται* " l. κ. τ. *γλίχε*," apud Goeller. p. 61. *γλίχεται* receperunt recentiores.)

p. 1307, 1. *καὶ τοίνυν ψυχὴ λαβοῦσα εἰς αὑτὴν ἐκεῖθεν ἀπορρύην—καὶ ὄντως πτεροῦται—τῇ μνήμῃ μεῖζον κουφίζεται*] Primaria hujus loci sententia ducta est e celebratissimo loco Phædri Platonici p. 251. B. p. 49. Bekk. cf. annott. nostrr. supra ad p. 54. D. 294. B. 297. A. et p. 691. A. Neque tamen prorsus *ἀσύμβολος* discedam ab hoc loco. Quod *οἴστρων πίμπλαται* dicit Plotinus: similiter verbum *διοιστρεῖσθαι* usurpatur de Centauris vini odore excitatis Diod. IV. 12. p. 258. Wessel.: *συνέβη διοιστρηθῆναι τούτους.* Eunapius in Excerptt. Histor. (in Nova Collect. Vatican. II. p. 258.) de Constantio adversus Julianum bellum meditante: *καὶ διοιστρούμενος ὑπὸ φθόνου καὶ λύπης πρὸς τὸν ἐμφύλιον ἐξώγκωτο πόλεμον.* Philostratus de Vita Apollonii I. 34. p. 42. Olear. de eunuchis: *ἐπειδὴ γὰρ ἡ τομὴ τὸ ἀφροδισιάζειν ἀφαιρεῖται σφᾶς, ἀνεῖνταί σφισιν αἱ γυναικωνίτιδες, κἂν ξυγκαθεύδειν ταῖς γυναιξὶ βούλονται* (*βούλωνται* recte Cod. Schellershem.) *τὸ δὲ ἐρᾷν, εἶπεν, ἢ τὸ ξυγγίνεσθαι γυναιξὶν ἐκτετμῆσθαι αὐτοῖς οἴει; ἄμφω, ἔφη· εἰ γὰρ σβεσθείη τὸ μόριον, ὑφ' οὗ διοιστρεῖται τὸ σῶμα, οὐδ' ἂν τὸ ἐρᾷν ἐπέλθοι οὐδένα.* Sequentibus adhibendus est elegans locus Nili Ascetæ *περὶ ἀγνείας καὶ σωφροσύνης* in Græcorr. Opuscull. Sententiosis ed. Jo. Conr. Orellii T. I. p. 352: Hinc fortasse medela parari potest loco Taciti multis virorum doctorum conjecturis tentato, Annall. XIII. 44: " Tum, ut adsolet in amore et ira, jurgia, preces, exprobratio, satisfactio: et pars tenebrarum libidine seposita. *Ex qua æstu* incensus nihil metuentem ferro transverberat." Nemesianus Cyneget. 3. " mihi pectus ab *æstro* æstuat." Quid, si Tacitus scripsit: " *Et quasi æstro* incensus"—?

— 15. *ᾧ μὴ ἐμπρέπει χάρις ἐπιθέουσα τῷ κάλλει*] De constructione et usu verbi *ἐμπρέπειν* vid. Pierson. præfat. ad Mœrin p. XLII. sq. et Valcken. ad Herodot. VII. 67. Euripidi nuper reddidit Jacobs. in Lectt. Stobb. p. 33. Himerii Orat. XV. 6. p. 680: *ἵνα ὑπὸ τούτοις οὕτω γραφέντες* (*τραφέντες* Wernsdorf. Tu vide de hac formula Wurmii Commentar. in Dinarchi Oratt. p. 135. sq.) *τοῖς ἤθεσιν ἀττικοῖς λειμῶσιν ἐμπρέψωσι, καὶ τὰ κάλλη τῶν ἀγωγίμων ἐνθένδε λαβόντες οὕτως ἐπὶ τὰ ἑαυτῶν ἀσκήσωσιν.* Theodoretus de Provident. IV. p. 543: *ἐπὶ τὴν γραμματικὴν βαδιοῦμαι τέχνην τῷ λόγῳ, ἣ τῶν ἄλλων ἐστὶ λογικωτέρα, καὶ ἐμπρέπουσα τῷ ζώῳ τῷ λογικῷ.* De verbo *ἐπιθέειν* dixi supra ad I. 6. 5. p. 54. II. 9. 6. p. 204. F. De symmetria tanquam pulcritudinis effectrice ipse noster philosophus disputat p. 50. dat p. 51. A: *ὡς συμμετρία τῶν μερῶν—κάλλος ποιεῖ*, ad quem locum multa collegimus in peculiari editione libri de *Pulcritudine* p. 146—152. Hic autem locus, quem nunc tractamus vel maxime tenendus est ad interiorem rationem pulcritudinis et gratiæ (*χάριτος*) et artium naturam cognoscendam.

p. 1308, 1. *καὶ μήπω τοῦ προσώπου—μεμαρασμένου*] Ita bonorum librorum ope correxi. Vid. supra ad p. 51. A. ad quem locum in peculiari editione laudavi Thucyd. II. 49. cum Scholiis, Isocrat. ad Demonic. p. 2. ed. Langii. Interprr. in Alciphron. I. p. 208. p. 268. Isidori Pelusiotæ Epistoll. V. 3. p. 554. A. et ipsum Plotinum infra p. 725. A.

p. 1309, 5. *τοῦτο δ' ἀδύνατον*] Conf. Luc. Holsten. et Conr. Orelli ad Sallust. de diis et mundo p. 99. sq.

— 6. *Ἃ δ' ἄλλα λέγουσιν ἀγαθὰ, εἰς τοῦτο—καὶ τὰ ἄλλα ὅσα λόγου ἢ νοῦ ἢ ζωῆς μετέχει*] Profecit hinc Sallustius de Diis et Mundo cap. 5: *εἰ μὲν οὖν ἦν μόνον τὰ ὄντα, ἀγαθὰ δὲ οὐκ ἦν, ἀληθὴς ἦν ὁ λόγος. εἰ δὲ δι' ἀγαθότητά* (fort. *δι' ἀγαθότητός*) *ἐστί τε τὰ ὄντα, καὶ μετείληχεν ἀγαθοῦ ὑπερούσιον μὲν ἀγαθὸν δὲ εἶναι τὸ πρῶτον ἀνάγκη.* Ad quem locum Luc. Holsten. p. 99. sq. ed. Orelli et Plotiniana hæc ad partes vocavit et vero Procli Instit. Theol. XII. ejusdem Theol. Platon. I. 18. p. 46. ejusdemque comment. in Remp. Dissert. 2. et 36. et in Timæum p. 109; denique Dionys. Areopag. De Divinn. nominibb. c. 4. In fine capitis Ficinum secutus verba *εἰ δέ τι—εἶναι* ab

hoc capite abscissa et in sequentis limine posita huc revocavi.

p. 1310, 10. *ὁ τάχ' ἄν τις δυσχεραντικὸς ἀνὴρ εἴποι, ὡς ὑμεῖς, ὦ οὗτοι, τί δὴ ἀποσεμνύνετε τοῖς ὀνόμασιν, ἄνω καὶ κάτω ζωὴν ἀγαθὸν λέγοντες*] Ita scripsimus auctoritate bonorum librorum, qui et *ὑμεῖς* et *ἀποσεμνύνετε*, sed *ὄμμασιν* pro *σώμασιν* editionis exhibent. Hoc quidem expressit etiam Ficinus suo isto *spectando*. Sed nimis religiosus videar, si hoc ipsum intactum relinquam. In ordinem tamen recipere conjecturas sine librorum suffragio ceteroqui non facile audeo. Sed cum haud dubie Plotinus scripserit *ἀποσεμνύνετε τοῖς ὀνόμασιν*, hoc recepi. De hac confusione et alii egerunt, in his vir summus Porson. ad Euripid. Orest. 1081. et ipse nuper ad Olympiodor. in Alcib. pr. p. 281. Unum locum addo ex ipso Platone Phædon. p. 83. A. p. 56. Bekk.: *ἐνδεικνυμένη ὅτι ἀπάτης μὲν μεστὴ ἡ διὰ τῶν ὀμμάτων σκέψις*. Iamblichus Protrept. XIII. p. 79. Arc. p. 198. Kiessl. qui Platonis verba exhibet: *ὅτι ἀπάτης μεστὴ* (*μὲν* omissum in binis libris meis, sed recte interpositum e Platone a Kiessl.) *ἡ διὰ τῶν ὀμμάτων* (unus liber meus et unus Bekkeri in Var. Lect. Platon. *ὀνομάτων*) *σκέψις*. Videamus de usu vocabuli: Plato Apolog. 17. p. 89. sq. Bekk.: *οὐ μέντοι, μὰ Δί', ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κεκαλλιεπημένους γε λόγους, ὥσπερ οἱ τούτων, ῥήμασί τε καὶ ὀνόμασιν, οὐδὲ κεκοσμημένους, ἀλλ' ἀκούσεσθε εἰκῇ λεγόμενα τοῖς ἐπιτυχοῦσιν ὀνόμασι*. Sympos. p. 198. p. 419. Bekk.: *τὸ δὲ ἐπὶ τελευτῆς τοῦ κάλλους τῶν ὀνομάτων καὶ ῥημάτων τίς οὐκ ἂν ἐξεπλάγη ἀκούων*; Phædr. p. 234. a. p. 16. Bekk.: *ὁ λόγος; οὐχ ὑπερφυῶς τά τε ἄλλα καὶ τοῖς ὀνόμασιν εἴρηται*; Menex. p. 235. a. p. 378. Bekk.: *κάλλιστά πως τοῖς ὀνόμασι ποικίλλοντες γοητεύουσιν ἡμῶν τὰς ψυχάς.—Ὀνομάτων καινοτομία* etiam Platonicum. Usurpat Libanius; cui hac data occasione fœdam maculam eluere possum. Laudat Epistola MDC p. 727. Wolfii facundam orationem Basilii: *ἡ γλῶττα γάρ μοι τούτων ἐθὰς οὐκ ἦν, ἀλλ' ὥσπερεί τινα κρημνὸν διοδεύοντος πληγεῖσα τῇ τῶν ὀνομάτων καινοτομίᾳ ἐμοὶ τῷ πατρὶ ἔλεγε· πάτερ οὐκ ἐδίδαξας. Ὅμηρος οὗτος ἀνὴρ, ἀλλὰ Πλάτων, ἀλλ' Ἀριστοτέλης, ἀλλὰ Σουσαρίων ὁ πάντα ἐπιστάμενος. καὶ ταῦτα μὲν ἡ γλῶττα*. Nimirum fingit Libanius hæc sibi patri (i. e. magistro Basilii) linguam exprobrasse. Omitto leviora. Pro *Σουσαρίων* alii libri *Σουδαρίων*. Wolfius de Susarione laudat Bentleium. Sed a Bentleio discere poterat, Susarionem antiquissimum comicum ea auctoritate non fuisse, ut juxta Homerum, Platonem, Aristotelem locum habere possit, adeoque dici *ὁ πάντα ἐπιστάμενος*. Quid quæris? Veram lectionem præstat Codex Palatinus Heidelberg. noster nr. 356: *ἀλλ' Ἀριστοτέλης—ἀλλὰ σοῦ γὰρ μείζων*. Nimirum nominibus Homeri, Platonis, Aristotelis addit lingua: *sed enim te major*, et qui omnia callet, indidit Basilio illam eloquentiam. Nisi malueris evadere Libanium, poëtica forma usum: *σοῦ γὰρ ἀρείων*, ad istum errorem procliviores reddidisse librarios. Illuc revertor. Verbum *ἀποσεμνύνειν* a Platone potuit sumsisse Plotinus. Vid. Theæt. p. 168. d: *ἀποσεμνύνων τὸ πάντων μέτρον*. Iamblich. de Mysterr. I. 21. p. 38: *καὶ τὰ μὲν ὡς θεῖα ἀποσεμνύνειν, τὰ δὲ ὡς ἀνθρώπινα γενέσθαι ἡγεῖσθαι εὐκαταφρόνητα*. ubi Cod. Gothan. et Vindob. respuunt *γενέσθαι*. Recte. Addam locos propius accedentes ad Plotiniani loci similitudinem. Plato Phædr. p. 244. d. p. 36. Bekk.: *οἰονιστικὴν ἐπωνόμασαν. ἣν νῦν οἰωνιστικὴν τῷ ὦ σεμνύνοντες οἱ νέοι καλοῦσιν*. Dio Cass. LX. 5. p. 943: *οὕτω δὲ δὴ τοὺς πατέρας ἀποσεμνύνας αὐτὸς οὐδὲν ἔξω τῶν ὀνομάτων τῶν εἰς τὴν ἀρχὴν φερόντων ἐδέξατο*. Basilius M. in Hexaëm. 2: *οἱ τούτῳ τῷ ὀνόματι αὐτὸν* (*τὸν ἄνθρωπον*) *ἀποσεμνύνοντες*. Max. Tyr. Diss. XXIX. 1. p. 69. Reisk.: *ἔχεις εἰπεῖν, τίνας ὀνομάζει Ὅμηρος—διογενεῖς—καὶ λαῶν ποιμένας, καὶ ἄλλα, ὅσα ποιητὴν εἰκὸς ἀποσεμνύνοντα τοῖς ὀνόμασιν ἀρετὴν ἀνδρός*. Formula *ἄνω καὶ κάτω* nec minus Platonis lectorem arguit. Gorg. p. 493. a: *τῆς δὲ ψυχῆς τοῦτο—τυγχάνει ὂν οἷον ἀναπείθεσθαι καὶ μεταπίπτειν ἄνω καὶ κάτω*, ubi vid. Heindf. p. 157. cf. 115. et ad Theæt. p. 320. adde Stallbaum. ad Phileb. p. 127. Jo. Chrysost. Tom. III. p. 445. VI. p. 275. C. T. X. p. 669. B. Theodoreti Epistol. 86. p. 1157. Schulz. quem locum adscribam, quia ad Plotiniani loci similitudinem propius accedit: *τί δή ποτε ἐπὶ τοῖς ἐμοῖς βρενθυόμενοι δικαιώμασι καὶ ἄνω καὶ κάτω περὶ τοῦ νόμου διαλεγόμενοι τὴν ἐντεῦθεν ἀφέλειαν οὐ προσδέξασθε*; Quocirca Plotini locus ita vertendus est: " Vos, o viri, quid igitur *magnifice celebratis verbis* ultro citroque vitam Bonum dictitantes?" *ὡς* post verba dicendi non tam frequens, quam *ὅτι*, sed

tamen et ipsum bonis scriptoribus usurpatum docent collecta a Vigerio p. 564 et a Matthia in Gramm. gr. §. 539. 1. ed. alt.

p. 1311, 1. *ἢ τί ἂν διαφέροι ἐν τῷ εἶναι ἢ ὅλως μὴ εἶναι—καὶ τὸν φόβον τῆς φθορᾶς κ. τ. λ.*] Hæc admonent Ciceronis in Tuscull. I. 6: "M. Ubi sunt ergo hi, quos miseros dicis? aut quem locum incolunt? Si enim sunt, nusquam esse non possunt. A. Ego vero nusquam esse illos puto. M. Igitur ne esse quidem. A. Prorsus isto modo; et tamen miseros ob id ipsum quidem, quia nulli sunt." Quem vero ista objicientem Plotinus introducit h. l. is ex Epicureorum sententia videtur argumentari, qui et in voluptate felicitatem ponebant, et illud jactare solebant: *Ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς.* Wyttenb. ad Platon. Phædon. p. 142—144. Proxime tamen respicit Calliclis et similium placita, quæ Socrates in Gorgia redarguit. Quo pertinent etiam ea, quæ de *φιλίᾳ* (amicitia) hîc leguntur. Vid. Gorgiam p. 507. e. p. 133. Bekk. An respexit Plotinus Timæi Platonici locum, ubi de *φιλίᾳ* Universi agitur p. 32. e. p. 29. Bekk. (quem locum laudat etiam Eubulus advers. Aristotelem in Ang. Maii Collect. Vatican. II. 674, qui etiam *συνδήσαντος* habet, neque igitur patrocinatur conjecturæ Lindavii *συμφύσαντος*).

— 5. *Πλάτων—ἐν τῷ Φιλήβῳ*] Obversatur Plotino nobilis illa disputatio in eo dialogo p. 22. sq. p. 154. Bekk.:—*οὐδὲ γὰρ ὁ σὸς νοῦς, ὦ Σώκρατες, ἔστι τἀγαθὸν, ἀλλ' ἕξει που ταὐτὰ ἐγκλήματα κ. τ. λ.* Cui loco non adhibitum miror Plotinum a Stallbaumio p. 54. sq. cum tamen philosophus noster de consilio Platonis et de ejus sententiis exponat. Comparanda autem est cum illa altera disputatio in Platonis Gorgia p. 506 sq. p. 130 sqq. Bekk.: *Σω. Ἄκουε δὴ ἐξ ἀρχῆς ἐμοῦ ἀναλαβόντος τὸν λόγον. Ἆρα τὸ ἡδὺ καὶ τὸ ἀγαθὸν ταὐτόν ἐστιν; κ. τ. λ.*

p. 1313, 6. *παρὰ τῶν ζώντων ἡ ἐπιμέλεια καὶ ἡ κήδευσις*] Ita margo et libri MSS. optimi pro *ζώων* et *ἐπιμένεια*. Substantivum *κήδευσις* adjiciendum exemplis, quæ nuper ad Stephan. Thesaur. collegerunt viri docti et consignandum in Schneideri Lexico. Usurpatur autem hoc genus vocum proprie de cura mortuis impertiri solita, Zonar. Lex. 1204: *κήδεια. ἡ ταφή· καὶ ἡ συγγαμβρία.* Plura ex Grammaticis collegit Heynius ad Iliad. *ψ.* 160. in quibus etiam ipsa vox *κήδευσις* occurrit. Jungitur autem *ἐπιμέλεια* cum hujus familiæ vocabulis. Dio Cassius XLIII. 17. sub fin. p. 353. Reimar.: *τὴν μὲν πρόνοιαν τήν τε κηδεμονίαν τὴν παρ' ἐμοῦ καρπούμενοι.—καὶ ἐγὼ ὡς παίδων ὑμῶν ἐπιμελῶμαι.* Dio Chrysost. Orat. LIII. p. 556. C. p. 279. Reisk. de Jove tanquam hominum patre:—*ὡς δέον τὴν τῶν βασιλέων ἐπιμέλειαν πατρικὴν καὶ κηδεμονικὴν εἶναι.* Theodoretus in Ezech. XXXVI. Vol. II. p. 993: *ἐπειδὴ γὰρ αὐτοὺς δίκην προβάτων ὑπὸ τὴν ἐμὴν ἀφώρισα κηδεμονίαν, ποιμενικῆς αὐτοῖς ἐπιμελείας μεταδώσω.* Mox etiam *ἀμετανόητον* tanquam tertium exemplum hujus usus consignandum in Lexicis est.

— 15. *οἷον ἐπὶ τῷ παιδὶ ὅτι πάρεστιν ἥδεσθαι*] Ne forte quis putet, minus recte acceptum hunc locum a Ficino esse, et cogitandos esse pueros, quos qui in deliciis habent semper secum esse optant, et ut in Platonis Symposio est p. 192. p. 408. Bekk.: *ἐν τῷ αὐτῷ γενέσθαι ὅτι μάλιστα ἀλλήλοις, ὥστε καὶ νύκτα καὶ ἡμέραν μὴ ἀπολείπεσθαι ἀλλήλων.* et in Charmide p. 155. e: *καὶ ἐνόμισα σοφώτατον εἶναι τὸν Κριτίαν τὰ ἐρωτικὰ, ὃς εἶπεν ἐπὶ τοῦ καλοῦ λέγων παιδός κ. τ. λ.*—primum ejusmodi interpretatio Attico potius et liberæ rei publicæ æquali scriptori accommodata esset—deinde ad rerum venerearum mentionem in sequentibus demum transgreditur Plotinus. Ceterum tenendus est ex loco laudato Charmidis indefinitus usus Articuli etiam ad nostrum locum; de quo usu ibid. Heindorf. egit. Cf. Matth. Gr. gr. §. 267. In extremis vero verbis illud *re* uncinis inclusi, in Latinis, et adjeci *omnino:* illud feci, ut *femina* cogitetur, quod requirit vocula *ἧ*: hoc, ut ne quis illud *δρῶντα* referat ad *concubitum.*—Supra p. 321. F. 322. A: *ἐργασίαν* de perficiendo opere venereo usurpavit ipse Plotinus, quod alibi est quæstus meretricius. (Vid. Valcken. ad Herodot. I. 93.) Ipse concubitus est *ἔργον πορνείας* Gregorio Nazianzeno: *περὶ βλέψεως ἐμπαθοῦς* in Cod. Heidelb. nr. 356. ubi Theologus ita: *εἶδον κάλλος γυναικὸς βασανίζον μου τὴν διάνοιαν καὶ τὴν σωφροσύνην. καὶ τὸ μὲν ἔργον πορνείας διέφυγον, τὴν δὲ ἐμαυτοῦ παρθενίαν ἐμόλυνα κατὰ διάνοιαν καρδίας.*—Ceterum Plotinus videri potest h. l. ad Platonis verba Republ. VI. p. 505. p. 313. respicere:—*ἀγαθὰ δὲ*

οὐδενὶ ἔτι ἀρκεῖ τὰ δοκοῦντα κτᾶσθαι, ἀλλὰ τὰ ὄντα ζητοῦσι, τὴν δὲ δόξαν ἐνταῦθα ἤδη πᾶς ἀτιμάζει.— Καὶ *μάλα.*

p. 1314, 6. *κἂν ἐθέλῃ αὐτὸ, καὶ χαίρῃ τῷ ὁμοίῳ*] Margo ed. et aliquot scripti libri: *κἂν ἔχῃ.* Ficinus utramque lectionem in sua versione conjunxit. Non male, opinor. Ceterum illud proverbium huc pertinet: *ὡς ὅμοιον ὁμοίῳ ἀεὶ πελάζει,* ut exprimitur in Platonis Convivio p. 195. b. vel prouti aliis in locis aliter effertur. Vid. Lysid. p. 214. Ast. ad Phædr. p. 336. Zell. ad Aristot. Ethic. Nicomach. VIII. 1. 4. p. 333. Ciceron. de Senect. III. init. ibiq. Gernhard. p. 15. sq.

p. 1315, 1. *Διὸ καὶ μᾶλλον οἰκείωσις πρὸς αὐτοὺς—τοῖς μᾶλλον ἀγαθοῖς*] Hanc sententiam copiosius exponit Plato in Gorgia p. 507. sq. p. 132. sq. Bekk.

— 5. *εἰ ὅπου μηδαμῶς ἕνι ἄλλο τὸ δὲ ἄλλο—ἀγαθόν ἐστιν ἑαυτῷ*] Ita scripsimus cum Fic. et optimis Codd. pro *ἑνὶ,* ex qua depravatione factum puto, ut postea ante *ἡ οἰκείωσις* adderetur *ἔστιν,* quod propterea uncis inclusimus. Fic. aliter huic loco consulere studuit, nimirum interponendo *καὶ* ante *ἀγαθόν ἐστιν αὐτῷ.*

— 10. *ἀλλὰ τὸ μὲν εἰ μὴ ἐποιεῖτο ἡδονῇ*] Ad *τὸ μὲν* intellige *κτᾶσθαι τὸ ἀγαθόν.* "Sed etiamsi adipisci Bonum (adeptio Boni) non cum voluptate perpetraretur."

p. 1316, 4. *Ἀλλὰ τοῦ εἴδους ἐπελθόντος ὥσπερ ὀνείρατος ἀγαθοῦ*] Ante oculos habet philosophus Lycopolites illam materiæ descriptionem, quam Plato mirifice exegit in Timæo p. 49. sqq. ubi de materia et alia multa dicuntur, et vero hæc: (p. 51. p. 62. Bekk.) *μεταλαμβάνον δὲ ἀπορώτατά πῃ τοῦ νοητοῦ.* Somni similitudo et ipsa Platoni usitata est, ut eodem dialogo p. 52. p. 64. Bekk., quamquam ibi quidem paullo aliter. Cf. Plotinum quoque supra p. 164. E. p. 175. C. p. 367. G.

— 14. *τὸ δ' ἐπὶ μᾶλλον—καὶ νοῦς ψυχῆς*) *τὸ ἀγαθὸν ἂν προσχωροῖ τῷ τῆς ψυχῆς ἐναντίῳ, καὶ οἷον καθαιρομένῳ.*] Fic. expressit *δ' ἔτι,* et ita correctum est in Med. A. (Fort. Plotinus dedit *δ' ἔπι* i. e. *ἔπεστι*); deinde *τῷ τῆς ὕλης ἐναντίῳ* (et proxime Darmst. exhibet: *ὅ,τι ψυχῆς ἀποτιθ.* pro *ὕλης*); Ego nihil mutavi, nisi *προχωροῖ* in *προσχωροῖ,* quod boni libri præstabant. Et sanum videatur *τῷ τῆς ψυχῆς ἐναντίῳ* cogitanti, animam in inferiora inclinari et cupere sensibilium rerum oblectamenta, quæ ipsum Bonum aspernetur ac refugiat. Universo autem huic loco interpungendo consului.

p. 1317, 8. *καὶ μὴ κινεῖσθαι, ἀλλ' ὡς μετὰ τὸ αὐτὸ ἔχειν· ὃ—ἐνδεεῖ*] Fic. expressit *κ. μ. κινεῖσθαι ἄλλως,* quod verum videtur, neque tamen librorum suffragium habet.

— 13. *τὸν ἀντίτυπον λόγον ἀπωσαμένοις. ἔστι δὲ οὗτος.*] Vide supra laudatos locos Platonis in Philebo p. 22. sq. p. 154. sqq. Bekk. et in Gorgia p. 506. sq. p. 130 sqq. Bekk. et quæ Plotinus ipse istos dissentientes philosophos dicere facit sub finem capitis XXIV. p. 716. C. D. E. ibiq. annott.

p. 1319, 2. *Τὸ μὲν οὖν οἴεσθαι τὸ ἀγαθὸν ἔκ τε τοῦ νοῦ—τιθέντος*] Vid. Platonis locum laudatum, videlicet in Philebo p. 22. sqq. p. 154 sqq. Bekk.

p. 1320, 3. *τὸ μεθυσθεὶς ἐπὶ τοῦ νέκταρος, καὶ ἐπὶ δαῖτα—ἑστίασιν*] Plato Symposio p. 203. p. 429. Bekk.: *ὅτε γὰρ ἐγένετο ἡ Ἀφροδίτη, εἱστιῶντο οἱ θεοί, οἵ τε ἄλλοι καὶ ὁ τῆς Μήτιδος υἱὸς Πόρος. ἐπειδὴ δὲ ἐδείπνησαν κ. τ. λ.—ὁ οὖν Πόρος μεθυσθεὶς τοῦ νέκταρος κ. τ. λ.* quem locum supra copiose tractavit Plotinus III. 5. 5. 7. 8. 9. III. 6. 14. *Δαὶς* autem quoties memoretur de diis in Iliade et Odyssea, putidum sit exemplis commonstrare. Cf. etiam Platon. Phædr.: *ὅταν δὲ δὴ πρὸς δαῖτα καὶ ἐπὶ θοίνην ἴωσιν (θεοί)* [p. 247.] *—καὶ τὸ μείδησε πατὴρ* est Iliad. ε. 426. ο. 47.

— 8. *Διὸ καὶ ἀλήθειαν τῷ μίγματι προστίθησι*] Plato Philebo p. 60. sqq. p. 200. sqq. Stallb. unde hæc tantummodo appono: *Σω. οὐκοῦν εἰ τἀληθέστατα μίγματα ἑκατέρως ἐσκοποῖμεν πρῶτον ξυμμίξαντες, ἆρ' ἱκανὰ ταῦτα ξυγκεκραμένα τὸν ἀγαπητότατον βίον ἀπεργασάμενα παρέχειν ἡμῖν, ἤ τινος ἔτι προσδεόμεθα καὶ τῶν μὴ τοιούτων;*

p. 1321, 7. *ὡς μὴ λείπεσθαι κατὰ δύναμιν θέλειν* (ita optimi libri. Ed. *ἐθέλειν* cum aliis) *τῇ τοῦ ἐρωμένου σωφροσύνῃ*] De constructione vid. Thom. Magistr. cum interprett. p. 160. ed. Bernard. Habet autem *θέλειν* h. l. vim majorem studii et cupiditatis. Nos: *um ja nicht zurückzubleiben,* vel: *angelegentlich wünschend nicht zurückzubleiben.* De qua vi verbi hujus vid. Wesseling. ad Herodot. IX. 14. Markland. ad Lysiam I. p. 152. p. 616. Reiskii. Plato Convivio de So-

crate p. 220. A: *καὶ πίνειν οὐκ ἐθέλων—πάντας ἐκράτει.* Argumentum quod attinet et colorem, imitatus videtur Platonem Plotinus. Ille enim de Legg. VIII. p. 836. d: p. 91. Bekk.: *ζητοῦμεν γὰρ ἀεὶ δή τι τῶν τιθεμένων πρὸς ἀρετὴν φέρει καὶ τί μή. φέρε δὴ, τοῦτο ἐὰν συγχωρῶμεν καλὸν ἢ μηδαμῶς αἰσχρὸν, νομοτεθεῖσθαι τὰ νῦν, τί μέρος ἡμῖν ξυμβάλλοιτ' ἂν πρὸς ἀρετήν; πότερον ἐν τῇ τοῦ πεισθέντος ψυχῇ γιγνόμενον ἐμφύσεται τὸ τῆς ἀνδρίας ἦθος, ἢ ἐν τῇ τοῦ πείσαντος τὸ τῆς σώφρονος ἰδέας γένος; ἢ ταῦτα μὲν οὐδεὶς ἂν πεισθείη ποτέ, μᾶλλον δὲ ἅπαν τούτου τοὐναντίον τοῦ μὲν ταῖς ἡδοναῖς ὑπείκοντος καὶ καρτερεῖν οὐ δυναμένου ψέξει πᾶς τὴν μαλακίαν, τοῦ δ' εἰς μίμησιν τοῦ θήλεος ἰόντος τὴν τῆς εἰκόνος ὁμοιότητα ἆρ' οὐ μέμψεται;* In Symposio item de legibus ad amorem spectantibus disputat Pausanias p. 184 sq. Unde hæc tantum adscribam p. 392. Bekk.: *ὅταν γὰρ εἰς τὸ αὐτὸ ἔλθωσιν ἐραστής τε καὶ παιδικὰ, νόμον ἔχων ἑκάτερος, ὁ μὲν χαρισαμένοις παιδικοῖς ὑπηρετῶν, ὁτιοῦν δικαίως ἂν ὑπηρετεῖν, ὁ δὲ τῷ ποιοῦντι αὐτὸν σοφὸν κἀγαθὸν δικαίως αὖ ὁτιοῦν ἂν ὑπουργεῖν, καὶ ὁ μὲν δυνάμενος εἰς φρόνησιν καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν ξυμβάλλεσθαι, ὁ δὲ δεόμενος εἰς παίδευσιν καὶ τὴν ἄλλην σοφίαν κτᾶσθαι.* Cf. Euthydem. p. 282. b. p. 414. Bekk. nisi quod in loco Plotini *amatus* tanquam temperantiæ reliquæque virtutis particeps comparet. Cf. etiam Xenophontis Sympos. c. VIII. §. 15 sqq.

p. 1321, 14. *ὑπεροψίαν τῶν τῇδε ἔχει—ὑποψίαν ἔχει πρὸς αὐτά.*] Dicas Ficinum etiam posteriori loco in suis libris legisse *ὑπεροψίαν*. Neque tamen in Mediceis magis quam in aliis hujus varietatis ullum vestigium. Secundo autem loco est: anima *suspicionem habet de pulcris*, quæ in hoc mundo sunt.—Mox *ὅτι ἐν σαρξὶ καὶ σώμασιν ὁρᾷ αὐτὰ ὄντα.* Plato Conviv. p. 211. p. 444. Bekk.: *οὐδ' αὖ φαντασθήσεται αὐτῷ τὸ καλὸν οἷον πρόσωπόν τι οὐδὲ χεῖρες οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν ὧν σῶμα μετέχει·* et p. 445: *τί δῆτα, ἔφη οἰόμεθα, εἴ τῳ γένοιτο αὐτὸ τὸ καλὸν ἰδεῖν εἰλικρινὲς, καθαρὸν, ἄμικτον, ἀλλὰ μὴ ἀνάπλεων σαρκῶν τε ἀνθρωπίνων κ.τ.λ.* Cf. Plotinum supra p. 505. A. (c. 9.)—Mox *μὴ γὰρ ἂν τολμῆσαι ἐκεῖνα—ἐμβῆναι*: Non enim *audere* ea immergere se *τολμᾷν* enim, ut Latinum *tolerare*, sæpius est *audere* etiam apud Platonem. Cf. J. A. Ernesti ad Taciti Ann. III. 3. In hac doctrina de lapsu superiorum ad hæc infima cogitanda insuper est illa *τόλμα* s. audentia Pythagoreorum et vero Platonicorum; de qua vide quæ supra posui p. 481. extr.—In seqq. plurimorum Codd. auctoritate substitui: *ἐπιθέον* vitioso *ἐπιθετέον*. Vid. modo cap. proximo p. 721. C: *οἷον τὸ ἐπιθέον*. De hoc verbo plura dixi ad I. 6. 5. p. 54. A.

p. 1322, 4. *καὶ ἐπερῤῥώσθη—πληρωθεῖσα*] Sophocl. Œdip. Colon. 661: *κείνοις δ' ἴσως κεἰ δεῖν' ἐπερῤῥώσθη λέγειν'* ubi est *ῥώμην ἔλαβε*. Vid. Elmsley p. 171. infr. Plotinus rursus Platonem imitatur: Symposio p. 210. d. e. p. 443. Bekk.: *—ἕως ἂν ἐνταῦθα ῥωσθεὶς καὶ αὐξηθεὶς κατίδῃ τινὰ ἐπιστήμην μίαν τοιαύτην, ἥ ἐστι καλοῦ τοιοῦδε;* quem locum etiam Proclus ante oculos habuit in Alcib. pr. p. 246.

— 9. *καλὸν μὲν ὠδὶ μένειν;*] Hæc admonent verborum Petri cum Christo divina specie apparenti diceret: *καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι.* Evang. Matth. XVII. 4. Marc. IX. 5. Luc. IX. 33.

— 16. *ὃ δὲ μηδεὶς ἐποίησε τίς ἂν ποιήσειε;*] Ex versione Ficini conjicias: *τί ἂν τις ποιήσειε*; Neque tamen libri scripti suffragantur.

p. 1323, 13. *ἐράσμιον δὲ ὂν—τὸ κάλλος.*] Cf. Platonis Phædrus p. 250. p. 47. sq. Bekk.: ubi et alia et hoc sub finem paginæ: *νῦν δὲ κάλλος μόνον ταύτην ἔσχε μοῖραν, ὥστ' ἐκφανέστατον εἶναι καὶ ἐρασμιώτατον.*

— 15. *ὥστε ἀρχὴ κάλλους καὶ πέρας κάλλους κ.τ.λ.*] Cf. supra I. 6. 9. p. 58. A: *καὶ πηγὴν καὶ ἀρχὴν τοῦ καλοῦ* cf. Platon. Hipp. maj. p. 289. d. Pro fontibus autem universæ hujus disputationis habendi sunt Platonis loci in Philebo p. 64. C. et in Convivio p. 211. a. b. c. in Rep. VI. p. 509. Unde etiam fluxerunt, quæ leguntur ap. Iambl. *περὶ κοινῆς μαθ. ἐπιστ.* in Villoison. Anecdd. II. p. 191. apud Proclum in Theol. Plat. III. 18. p. 151. cf. II. 4. p. 90. apud Damascium *περὶ ἀρχῶν* p. 233. Cf. Plotin. et l. l. p. 58. A. B. et p. 555. sq. unde rursus profecit Dionysius Areopagita de Divinn. nominibb. c. IV. p. 558. sq. Hunc ipsum autem, quem tractamus, scriptoris nostri locum attigit Brucker. in Hist. Crit. Philos. II. p. 397.—Quod vero proxime præcedit *ἄνθος ἐστὶ κάλλους καλλοποιὸν*, et ipsum Platonis est vocabulum (Vid. Sympos. p. 183. E. Cf. Heusdii Specim. Crit. ad Platon. p. 114. sq.) multorum deinceps imitatione

celebratum. Sufficit hæc bina adscribere: Proclus in Timæum p. 330: *ἄνθος νοερόν.* Olympiodor. in Alcib. pr. II. p. 109: *κάλλος τὸ ἄνθος τοῦ εἴδους.*

p. 1324, 5. *Διὸ—φευκτέον—ἵνα μὴ ἐκπέσῃς—εἰς τὸ—καλὸν λεγόμενον*] Philosophus noster I. 6. 8. p. 56. E. F: *ἴτω δὴ καὶ συνεπέσθω εἰς τὸ ἔσω ὁ δυνάμενος, ἔξω καταλιπὼν ὄψιν ὀμμάτων, μηδ' ἐπιστρέφων αὐτὸν εἰς τὰς προτέρας ἀγλαΐας σωμάτων· ἰδόντα γὰρ δὴ τὰ ἐν σώμασι καλὰ μήτι δεῖ προστρέχειν, ἀλλὰ γνόντας, ὡς εἰσὶ εἰκόνες καὶ ἴχνη καὶ σκιαί, φεύγειν πρὸς ἐκεῖνο, οὗ ταῦτα εἰκόνες.*

— 9. *ὡς δικαιοσύνην καὶ σωφροσύνην—καίτοι καλὰ ὄντα*] Reposui in Latinis extrema verba, quæ a reliquis sejunxerat Ficinus, suo loco.— Plato Conviv. p. 209. p. 440. Bekk.: *πολὺ δὲ μεγίστη, ἔφη, καὶ καλλίστη τῆς φρονήσεως ἡ περὶ τὰς τῶν πόλεών τε καὶ οἰκήσεων διακοσμήσεις, ἣ δὴ ὄνομά ἐστι σωφροσύνη τε καὶ δικαιοσύνη.* Sed etiam in sequentibus obversatus est Plotino egregius ille epilogus orationis Socraticæ sive Diotimeæ in eodem Symposio p. 211. sq. p. 444—446.

p. 1325, 7. *Μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὸ τῶν ἐραστῶν* (ed. male *ἀρετῶν*) *πάθος, ὡς ἕως—ἐν ἐκείνῳ τῷ τὸν* (ed. *τὸ*, sed pertinet ad sequens *τύπον*, quæ ratio constructionis non rara in his libris) *αἰσθητὸν ἔχοντι, οὔπω ἐρᾷ.*] Videntur pugnare hæc cum Plutarcheis Symposiacon V. 7. p. 681. A. B. p. 790. Wyttenb.: *καὶ τῶν ἐρωτικῶν ἃ δὴ μέγιστα καὶ σφοδρότατα παθήματα τῆς ψυχῆς ἐστιν, ἀρχὴν ἡ ὄψις ἐνδίδωσιν· ὥστε ῥεῖν καὶ λείβεσθαι τὸν ἐρωτικὸν, ὅταν ἐμβλέπῃ τοῖς καλοῖς οἷον ἐρχόμενον εἰς αὐτούς.* Neque tamen reapse pugnant.

— 10. *βλέπειν δὲ ζητεῖ τὸ ἐρώμενον, ἵνα ἐκεῖνο ἐπάρδῃ μαραινόμενον*] Supra II. 9. 3. p. 201. D. ad verba *καὶ ἄρδεται τούτῳ τῷ φωτί* hujus formulæ originem et imitationes aliquot attigimus. Addamus paucula ad verbum compositum facientia. Lucianus de Gymnass. XXVI. p. 909. Wetst.: *πολὺ τὸ θερμὸν τὸ ἔνδοθεν ἐπιῤῥέον—ἀποπληροῖ εὐθὺς ἐπάρδον τῇ ἀκμῇ, καὶ ἀκαμάτους ἐπιπλείστον παρέχεται.* Idem in Amoribus XLV. p. 448: *τοιαύταις ἀρεταῖς ἀπαλὴν ἔτι ψυχὴν ἐπάρδων.* Heraclides Allegorr. Homerr. p. 2. ed. Schow.: *τοῖς ἔπεσιν αὐτοῦ (Ὁμήρου) καθαπερεὶ ποτίμῳ γάλακτι τὰς ψυχὰς ἐπάρδομεν·* cujus loci rationem demum expediit Boissonadius ad Philostrati Heroica p. 311. Himerius Orat. XIV. 35. p. 668: *τὰ δὲ ὑμῶν πτερὰ Μοῦσαι μὲν ἔφυσαν ἐν μνημοσύνης* (leg. *ἐν Μνημ.*) *κήποις, ἔθρεψαν δὲ Ὧραι καὶ Χάριτες, ἐκ πηγῶν Ἀληθείας ἐπάρδουσαι.* Non admonuit nos Platonis Wernsdorfius, et tamen fortasse his firmari potest lectio in Phædro p. 246. e. p. 41. Bekk.: *τούτοις δὴ τρέφεταί τε καὶ αὔξεται μάλιστα τὸ τῆς ψυχῆς πτέρωμα.* Ita omnes libri Platonis hoc loco: contra omnes *ἄρδεται* secundo loco p. 251. b. Sed plurimi Codd. Procli in Alcib. pr. p. 29. ed. nostr. e primo quoque loco laudant *ἄρδεται.* Himerius Eclogg. XXXII. 2. p. 300: *Αὐτός τε φυτεύει τῷ φυτῷ τούτῳ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, ἀττικὰ ἐπάρδων τὰ νάματα,* Theodoretus Hist. Religios. p. 1202:—*ἀπήλαυσε μὲν τῶν Βασιλείου τοῦ μεγάλου ναμάτων γειτονεύοντος, καὶ τὴν Καππαδόκων ἀρδεύοντος, τῆς δὲ ἀρδείας ἀξίους ἀπέδωκε τοὺς καρπούς·* Clem. Alex. Strom. I. p. 321. Potter.: *Πλάτων κελεύει τοὺς γεωργοὺς μὴ ἐπαρδεῦσαι.* Nonn. Dionys. XI. 166: *ὕδασιν ἀμπελόεσσαν ἐπαρδεύουσιν ὀπώρην.*—Ad sententiam cf. Platon. Sympos. p. 211. p. 445. Bekk.:—*οὓς (παῖδας) νῦν ὁρῶν ἐκπέπληξαι, καὶ ἕτοιμος εἶ καὶ σὺ καὶ ἄλλοι πολλοὶ, ὁρῶντες τὰ παιδικὰ καὶ ξυνόντες ἀεὶ αὐτοῖς—ἀλλὰ θεᾶσθαι μόνον καὶ ξυνεῖναι.* De vi obtutus amantium inter se adde Plutarch. Symposs. l. l. p. 791. Wytt. Quod Ficinus in proximis addidit: *ut ita loquar,* cavere voluit Lectoribus, ne in Plotiniano hoc loco *ἄμορφον* et *ἀμορφότερον* forte ita accipiant, ut sit *deformis* cet.; ut v. c. *ἀμορφότερος* est in Symposio Xenophontis VIII. 17.

p. 1327, 1. *μίμησις δὲ τοῦτο καὶ οἱ ἐνταῦθα ἐρασταὶ καὶ ἐρώμενοι συγκρῖναι θέλοντες*] Fic. expressit *τούτου,* et fortasse ipse ita correxit in Med. A. Sine libris mutare nolui, licet arrideat mutatio. *Συγκρῖναι* si verum est, cogitari debet *ἑαυτούς*: aut latet aliud vel *συγκραθῆναι* vel *συντακῆναι*? Aristophanes in Platonis Symposio p. 192. e. p. 408. Bekk. de amante: *συνελθὼν καὶ συντακεὶς τῷ ἐρωμένῳ ἐκ δυεῖν εἰς γενέσθαι.* Infra C. lin. pænultima malim: *ἀνθ' αὑτῆς.*

— 7. *ἔνθα δὴ οὐδὲν πάντων ἀντὶ τούτου ἀλλάξαιτο κ. τ. λ.*] Et antecedentia in hoc capite et vero magis etiam consequentia rursus fluxerunt ex oratione Socratis apud Platonem in Convivio, præsertim sub finem p. 210—212. A. p. 443—446. Bekk.

p. 1327, 15. *οὐδὲ γαργαλιζομένου λέγει τοῦ σώματος.*] Ita scripsi cum optimis libris pro *γὰρ μαλιζομένου* editionis, et *γὰρ γαλιζομένου* marginis. Plato Conviv. p. 189. A. p. 400. Bekk.: *εἰ τὸ κόσμιον τοῦ σώματος ἐπιθυμεῖ τοιούτων ψόφων καὶ γαργαλισμῶν κ. τ. λ.* Plutarch. de Esu Carn. p. 997. B.: *καὶ ἀφ' ἧς τὸ* (Jacobs. Lect. Stobb. p. 156: *τὸ ἐπαφῆς*) *θρυπτόμενον καὶ θηλυνόμενον τιθεῖ* (idem *τίκτει*) *ψηλαφήσεις καὶ γυναικώδεις γαργαλισμούς.* Plato Philebo p. 46. p. 209. Bekk.: Σω. *Λέγε δὴ, τὰς μὲν, ὅταν πλείους λύπαι τῶν ἡδονῶν γίγνωνται, τὰς τῆς ψώρας λεγόμενας, νῦν δὴ ταύτας εἶναι, καὶ τὰς τῶν γαργαλισμῶν, ὁπόταν ἐντὸς τὸ ζέον ᾖ καὶ τὸ φλεγμαῖνον, τῇ τρίψει δὲ καὶ τῇ κνήσει μὴ ἐφικνῆταί τις.* Ita dudum vulgatam *κνήσει* Wyttenbach. ad Plut. p. 1013. et Heusdius correxerant. Similiter in Platonis Symposio p. 185. e. p. 394. Bekk. nunc editum est *κνήσαιο* pro *κνήσαις.* Plato Phædro de animarum *πτεροφυΐᾳ* p. 251. c: *κνῆσίς τε καὶ ἀγανάκτησις—ζεῖ τε καὶ ἀγανακτεῖ καὶ γαργαλίζεται φύουσα τὰ πτερά.* Ibid. p. 253. E. de auriga: *ὅταν γαργαλισμοῦ τε καὶ πόθου κέντρων ὑποπλησθῇ.* Plutarch. de Sanit. tuenda p. 126. B: *ὥσπερ τὰ ψωριῶντα κνησμῶν ἀεὶ δεῖσθαι καὶ γαργαλισμῶν.* Idem de Discrim. Amici et Adul. p. 61. D. p. 233. Wytt.: *κνᾷ καὶ γαργαλίζει.* Atque, ni animus me fallit, hinc medicina paranda est Philoni Judæo Legis Allegorr. III. 118. p. 336. Pfeiff.: *Διὸ καὶ τοῖς λέγουσι καταστηματικὴν εἶναι τὴν ἡδονὴν οὐ συμφέρεται· ἠρεμία γὰρ λίθῳ μὲν καὶ ξύλῳ καὶ παντὶ ἀψύχῳ οἰκεῖον, ἀλλότριον δὲ ἡδονῇ* (*ἡδονὴ* ed. Pfeiff. vitiose). *γαργαλισμοῦ γὰρ καὶ σπασμώδους ἐφίεται, καὶ ἐπ' ἐνίων οὐκ ἠρεμίας, ἀλλὰ συντόνου καὶ σφοδρᾶς αἰκίσεώς ἐστι χρεία* (*χρεῖα* Pfeiff. male). Alii *ἀσκήσεως.* Ruhnkenius ad Timæi Lex. Platon. p. 19. ita: "At *ἄκκισις,* quod Mangeius Philoni. T. I. p. 118. obtrudit, Græcis inauditum." Lego: *γαργαλισμοῦ γὰρ καὶ σπασμώδους ἐφίεται, καὶ ἐπ' ἐνίων οὐκ ἠρεμίας, ἀλλὰ συντόνου καὶ σφοδρᾶς ἀεὶ κνήσεώς ἐστι χρεία*: vehemente et intenta *continuo titillatione* opus est. Ita enim Cicero Epicuream vocem *γαργαλισμὸν* vertit. Vid. de Nat. Deorr. I. 40. p. 183. ib. Davis. et nostr. annot. cf. Moser. ad Cic. de Legg. I. 17. extr. p. 116. Adde Bakium ad Cleomed. Meteora II. 1. p. 431. sq. ad verba Epicurea *γαργαλισμὸς σώματος,* quæ ex illo loco enotavit Tib. Hemsterhusius in egregia disputatione ad Thom. Magistr. p. 179—181; cui nunc jungendis est Lobeckius ad Phrynichi Eclogg. p. 97. Addo locum Basilii Magni cum verbis tum sententiis cum Philone l. l. et Plotino h. l. comparandum. Etenim ille in Homil. Attende Tibi Isr. p. 351. B. C. hæc eloquitur: *ἐὰν οὖν προσέχῃς σεαυτῷ, καὶ μνησθῇς ὅτι τοῦτο μέν σοι τὸ παρὸν ἡδὺ εἰς πικρὸν καταντήσει πέρας, καὶ ὁ νῦν ἐκ τῆς ἡδονῆς ἐγγινόμενος τῷ σώματι ἡμῶν γαργαλισμὸς οὗτος γεννήσει τὸν ἰοβόλον σκώληκα ἀθάνατον κολάζοντα ἡμᾶς ἐν τῇ γεέννῃ—εὐθὺς οἰχήσονται φυγαδεῖσαι αἱ ἡδοναὶ, καὶ θαυμαστή τις ἔνδον γαλήνη περὶ τὴν ψυχὴν καὶ ἡσυχία γενήσεται, οἷον θεραπαινίδων ἀκολάστων θορύβου κατασιγασθέντος δεσποίνης τινὸς σώφρονος παρουσίᾳ.*

p. 1328, 14. *οὐ κατὰ τὴν τῶν ἀγαλμάτων φύσιν ὄντα*] Ad sententiam recte vertit Fic. Proprie: ut statuæ cum eo *comparari* possint. Plato Sympos. p. 211. p. 445. Bekk.: *ὃ* (*αὐτὸ τὸ καλὸν*) *ἐάν ποτε ἴδῃς, οὐ κατὰ χρυσίον τε καὶ ἐσθῆτα καὶ τοὺς καλοὺς παῖδάς τε καὶ νεανίσκους δόξει σοι εἶναι κ. τ. λ.* (Qui locus universe etiam argumenti causâ nostro cum loco comparari debet:) cf. Rempubl. VIII. p. 555. a. et consule Viger. de Idiotismm. p. 637. et Matth. Gr. gr. §. 581. ed. alt. ibiq. laudatos.

p. 1329, 3. *καὶ τάχ' ἂν σώζοι τὸ ἀνάλογον ἡ εἰκὼν*] i. e. Et fortasse hæc comparatio convenientiam servabit (sive: hæc a me adhibita comparatio domus dominique retinebit ac tuebitur congruentiam cum re comparata, si etc.) Vid. Wyttenb. ad Plut. de Profectt. in Virtute (p. 75. A.) p. 552, qui ita docet: "*λόγος σώζει τι, sententia servat aliquid,* id est, *retinet ac tuetur, non tollit ac negat,*" laudans Aristid. Orat. Plat. I. p. 32. Plato ipse Republ. X. p. 621. p. 515. Bekk.: *καὶ οὕτως—μῦθος ἐσώθη καὶ οὐκ ἀπώλετο.* Cf. Ast. ad Platon. Sympos. p. 255.

— 10. *μεθυσθεὶς τοῦ νέκταρος*] Plato Convivio p. 203. p. 429. Bekk. Verba ipsa apposui supra ad pag. 721. D. Mox *ἢ σεμνοτέρῳ εἶναι τοιαύτης μέθης* est proprie: quam graviorem esse, ut ejusmodi ebrietatem sibi indulgeat; sive, nimis reverendum esse etc.

p. 1330, 6 *μήτε ἐν τῷ ἄλλῳ—ἄλλο ἐν ἄλλῳ εἶναι*] Vide Platonis Phædon. p. 83. p. 56. Bekk. et Wyttenbach. ad eum Dialogum p. 219. quem

supra adhibuimus V. 8. p. 546. C. quem locum inspici velim.

— 15. *καὶ μέγιστόν φησι τοῦτο εἶναι μάθημα*] Plato Republ. VI. p. 505. a. p. 312. Bekk.:— *ἐπεὶ ὅτι γε ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέα μέγιστον μάθημα πολλάκις ἀκήκοας, ᾗ καὶ τἆλλα προσχρησάμενα χρήσιμα καὶ ὠφέλιμα γίγνεται.*—Mox: *αἱ σύμπασαι μὲν οὖν ἀναλογίαι.* Inspicienda sunt, quæ supra scriptor noster de *ἀναλογίᾳ* in universo rerum ordine disputat: III. 3. 6. p. 276. D. E. et quæ ad illa annotatio habet.

p. 1331, 3. *καὶ ἀναβασμοί τινες*] Plato Sympos. p. 211. p. 444 sq. Bekk.:—*ἀρχόμενον ἀπὸ τῶνδε τῶν καλῶν ἐκείνου ἕνεκα τοῦ καλοῦ ἀεὶ ἐπανιέναι, ὥσπερ ἐπαναβαθμοῖς χρώμενον κ. τ. λ.* De formis *ἀναβασμὸς* et *ἀναβαθμὸς* copiose exposuit Lobeck. ad Phrynichi Epitom. p. 324. Ceterum ad rem confer Plotin. supra p. 50. et p. 292. F. Mox ex editionis marginisque et codicum lectionibus *ἀρεταὶ, ἀραιαὶ* effeci *ἀραί τε*, et *precibus* habet etiam Fic. Sunt autem hæc vocabula ducta e sacris ritibus præsertim initiorum; et verba præiit Plotino ipse Plato Symposio p. 210. A. Nolo nunc plura addere. Consulatur Heusdius meus in Initiis Philosophiæ Platonicæ, I. p. 57. et conferatur Plotinus VI. 9. 11. p. 770.

— 16. *αὐτὸς δὲ αὐγὴ μόνον γεννῶσα νοῦν*] Conjuncta hæc sunt cum doctrina Platonis, quæ deum ponit et mentem et ideas generantem. Vid. de Republ. X. p. 596. b. c. d. cf. ib. VI. p. 508. c. p. 509. a.

p. 1332, 11. *δεῖ νοεῖν, εἰ μὲν οὐσία ἐστὶν ἀεὶ νοοῦσα*] Hic plura in suis libris legisse Ficinus ei videatur, qui non teneat, quod ubivis hæc Latina cum Græcis comparanti tenendum est, eum intelligentiæ adjuvandæ causa hæc membra adjunxisse. Ubivis enim consulere studet Marsilius lectoribus densa illa brevitate Plotinianæ orationis impeditis.

— 13. *καὶ οὐχ' ἁπλοῦν λέγουσιν—τὸ ὁρᾷν κατ' ἐνέργειαν*] Nicephorus Gregoras, qui in Hist. Byzant. Libr. XXII. p. 688 sq. Paris. p. 549 sqq. Venet. in mentione disputationis cum Cabasila, et quidem in quæstione, an dei natura substantiæ et operationis discrimen patiatur, Plotini testimonia e pluribus locis sejunctim exhibuit, hunc quoque locum laudat p. 551 sq.: *καὶ αὐθίς φησιν, ὡς ἁπλῆ ἐστιν ἡ τοῦ νοῦ οὐσία καὶ οὐκ ἄλλο νόησις καὶ ἄλλο νοῦς. οἱ γὰρ λέγοντες ἄλλως προστιθέασιν αὐτῇ ὥσπερ ὀφθαλμοῖς τὸ ὁρᾷν. ἑαυτέον οὖν ἐπὶ τῆς ἁπλῆς φύσεως τἆλλα μηδεμιᾶς ἐπικουρίας δεομένης, ᾧ γὰρ ἂν προσθῇς ἠλάττωσε τῇ προσθήκῃ τὴν οὐδενὸς δεομένην.* Reliqua leguntur infra p. 733. A.

p. 1333, 7. *Διόπερ νοῦν φησιν ὁ Πλάτων εἶναι ὀρθῶς*] Fallor, aut Ficinus legit *Διὸ ὑπέρ*. Sed in scriptis libris nulla diversitas ab editione: attamen illud flagitat disputationis tenor, et si legeris, quæ in Republ. VI. p. 508. p. 348 sq. Bekk. Plato de sole tanquam visus auctore et de bono tanquam intellectus causa docet, illum locum hic obversatum dicas nostro philosopho. Poterat Nicephorus Gregoras δαδούχου nobis usum præstare, si accuratius nobis reddidisset hæc Plotiniana. Nunc vero ita scribit l. l. p. 552: *καὶ πολλὰ πολλαχῇ περὶ τούτου διεξελθὼν* (Πλωτῖνος) *ἐπιφέρει καὶ Πλάτωνα, βεβαιοῦντα τὸν λόγον αὐτοῦ. Νοῦς γὰρ, φησί, μὴ νοῶν ἀνόητος ἂν εἴη. Καὶ Ἀριστοτέλης δ' ὁμοίως. Τέλειος, φησί, νοῦς αὐτοφυής ἐστιν ἐνέργεια, καὶ ταὐτόν ἐστιν ἐπ' αὐτοῦ, ταὐτὸν καὶ ἐνέργεια· ἢ οὐ μεταβάλλει ἄλλο τι ὢν τὴν οὐσίαν, καὶ ἄλλο τὴν ἐνέργειαν.* Cf. etiam Schol. in Procli Theol. Platon. II. 1. p. 90. ubi docetur: ex Platonis sententia *primam causam esse supra mentem.*

— 12. *μηδὲν δὲ ἔργον εἶναι αὐτῷ, ὅτι μηδὲν ἐπιβάλλει αὐτῷ ποιεῖν*] Debebat Ficinus; "quia nihil *pertinet* ad eum facere." Dio Cass. XXXVI. 15. p. 95:—*πᾶσιν αὐτῆς (τῆς τιμῆς) οἷς γε ἐπιβάλλει, προσήκει τυγχάνειν.* Marcus Antonin. V. 15. p. 156. Gatak.: *ἃ ἀνθρώπῳ, καθ' ὃ ἄνθρωπος, οὐκ ἐπιβάλλει*, ubi vid. Gatak. Ibid. VII. 7. p. 209: (exstat hic locus hoc titulo: *ἐπικτήτου ἐγχειρίδιον δεύτερον*, in Cod. Monacensi mscr. 529. e quo hæc excerpta in schedis habeo: *Μὴ αἰσχύνου* [Schol. in marg. cod. *ἐγκαλύπτου*] *βοηθούμενος, πρόκειται γάρ σοι ἐνεργεῖν τὸ ἐπιβάλλον* [Cod. *τοὐπιβάλλον* et in marg. schol. *τὸ ἁρμόζον σοι*]) ubi item consule Gatakerum et Upton. in Indice Græcitatis Epictet. p. 328. Schweigh. Adde Valckenaerii Scholas in N. T. I. p. 225. qui Antonini posteriorem locum adhibuit his Evang. Lucæ verbis XV. 12: *Δός μοι τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας*, ubi sit fortasse, qui *μέρος* Scholiastæ additamentum judicet. Videlicet qui hujusmodi locos respiciat: Archytas ap. Stob. Florileg.

XLIII. p. 170. Gaisford.: *ὁ νόμος—διανεμεῖ τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ καὶ τὸ ἐπιβάλλον.* et qui uncinis inclusum viderit *μέρος* post verba *τὸ ἐπιβάλλον* in Demosthen. de Corona p. 312. Reisk.—Sed eum ab eo conatu abducent restitutus locus ab Imm. Bekkero p. 219. (ubi confer Scholia p. 324.) —et vero H. Grotii Annott. ad Evang. Lucæ l. l. et Wesseling. not. in Diod. I. 1. p. 4. Ceterum Scholiastes Aristidis p. 107. Frommel. *ἐπιβάλλειν* explicat *μερίζεσθαι*, unde alium hujus verbi significatum disces. De *ἐπιβάλλειν* supra dictum est ad I. 8. 11. p. 79. G. Ceterum non est quod commonstremus, quantopere hæc Plotiniana sententia distet a sententia Epicuri: *τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει, οὔτε ἄλλῳ παρέχει.* Vid. Cic. de N. D. I. 30. et ipsum Plotinum II. 9. 15. p. 213. F. et cf. Nostrum proxime c. XXXIX. p. 730. D.

p. 1333, 15. *Ἔστι δὲ οὐδὲ τὸ ἔστιν·*] Est vero neque (illud) *est*. Ficinus pro *ἔστι* initio tentaverat *ἔτι*, et hoc expressit etiam. Nos optimos libros sumus secuti, et horum lectio plus acuminis elegantiæque habet. Sedes autem hujus disputationis inest in verbis Platonis de Rep. VI. p. 509. p. 320. Bekk.:—*καὶ τοῖς γιγνωσκομένοις τοίνυν μὴ μόνον τὸ γιγνώσκεσθαι φάναι ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ παρεῖναι οὐκ οὐσίας ὄντος τοῦ ἀγαθοῦ, ἀλλ' ἔτι ἐπέκεινα τῆς οὐσίας πρεσβείᾳ καὶ δυνάμει ὑπερέχοντος.* (In quo loco explicando cum Stallbaumio viro optimo facere haudquaquam possum. Vid. ej. Prolegg. in Phileb. p. LXXXIX.) Indidem ductus etiam est alter locus Nostri supra III. 8. 9. p. 352. B:—*ἢ ἔστι μὲν μηδὲν τούτων, ὧν ἐστιν ἀρχή, τοιοῦτο μέντοι, οἷον μηδενὸς αὐτοῦ κατηγορεῖσθαι δυναμένου, μὴ ὄντος, μὴ οὐσίας, μὴ ζωῆς, τὸ ὑπὲρ πάντα ταῦτα εἶναι. εἰ δὲ ἀφελὼν τὸ εἶναι λαμβάνοις, θαῦμα ἔξεις.* Ad illum Reipublicæ locum exigendus est alter in Timæo p. 29. E. p. 25. Bekk.: *λέγωμεν δὴ δι' ἥντινα αἰτίαν γένεσιν καὶ τὸ πᾶν τόδε ὁ ξυνιστὰς ξυνέστησεν. ἀγαθὸς ἦν.* (Quem locum respicit Plotinus p. 330. D. p. 474. B.) Nimirum ne forte cuiquam parum sibi constans videatur Plato, tenendum est, quod instituta in Timæo docendi ratio sibi poscebat. Dicam verbis Nostri p. 727. B: *ὁ λόγος διδάσκων γινόμενα ποιεῖ.* Videlicet in Timæo omnia *fiunt*. Existit Deus primarius mundi opifex, existunt dii secundarii illius ministri. Operantur et illa et hi. Jam si causam requiras, cur ad operandum Deus ille se converterit, respondetur, *quia bonus est*, et propterea nihil quidquam cuiquam invidit. Veram autem Platonis sententiam hanc fuisse nemo nescit, ut *mundum æternum* poneret. Hæc si reputassent viri nostrates egregii, et Plotino intelligendo magis operam dedissent, non in eum errorem inducti essent, ut Timæum Platoni abjudicarent.—Ad superiora cf. Nostrum VI. 8. 8. p. 742. et, qui Plotinum imitari solet, Sallustium de Diis et Mundo c. V. p. 20. Orellii: *ὑπερούσιον μὲν ἀγαθὸν δὲ εἶναι τὸ πρῶτον ἀνάγκη.*

p. 1334, 8. *Ἐγὼ εἰμί.*] Hæc admonent Commentarii Theodoreti in Exodum XV. p. 133. Schulz.: *ὁ γὰρ τοῖς πατριάρχαις οὐκ ἐδήλωσεν ὄνομα τοῦτο αὐτῷ δῆλον ἐποίησεν. ἔφη γὰρ πρὸς αὐτὸν, ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. τοῦτο δὲ παρ' Ἑβραίοις ἄφραστον ὀνομάζεται. καλοῦσι δὲ αὐτὸ Σαμαρεῖται Ἰαβέ Ἰουδαῖοι δὲ Ἀϊά* (al. Ἰὰ vel potius Ἰαώ.) Vid. Thom. Gatakeri Diss. de Nomine Tetragrammato p. 40. sq. Potter. ad Clem. Alex. Stromm. V. p. 666. Wesseling. ad Diodor. I. 94. p. 105. et quæ collegit Doctissimus Gesenius in Lex. Hebr. in Voc. יְהוָה. Et vero illud Ἰαώ sæpissime obvium in phylacteriis (amuletis) ut in lamina plumbea, quæ penes me est, in quo inscriptus titulus incipit: ABPACAC. finitur IAΩ. Reliqua enim non est, quod adscribam, cum integrum hunc titulum nuper exhibuerint duumviri harum rerum curiosi.

— 17. *ἔστιν ἤδη τὸ ἀγαθὸν πρὸ τῆς νοήσεως αὐτοῦ*] Quod pro *νοήσεως* marg. ed. dat *ἀναστείσεως* (sic), et libri aliquot scripti *ἀναστάσεως*, videri possint voluisse: *ἀνατάσεως*, de quo dictum est supra ad V. 8. 13. p. 554. A. Sed tamen nec satis aptum hoc huic loco videtur, et argumentationis continuatio confirmat lectionem vulgatam.

p. 1336, 5. *καὶ ἐπίκτητος αὐτῶν ἡ νόησις*] Hoc Adjectivum est Platonici usus, ut Phædr. p. 341. in quem Hermias p. 131. tanquam contraria ponit: *ζωὴν ἐπίκτητον* et *σύμφυτον*. Galenus Protreptico p. 4. δ. (cap. γ. p. 6. Willet.): *οὐκ ἐπίκτητον οὐδὲ κομμωτικὸν κάλλος*, cui adjicitur deinde *ἐμφυές*. Iamblich. de Vit. Pythag. XXXI. §. 205. p. 416. sq. Kiessl. *εἶναι δὴ τὰς πολλὰς τῶν ἀνθρωπίνων ἐπιθυμιῶν ἐπικτήτους* (*τε* ex Ciz. addi-

dit Kiessl. et ita plane Cod. Memm. in meis excerptt.) καὶ κατεσκευασμένας ὑπ' αὐτῶν τῶν ἀνθρώπων.—τὸ δὲ ἐπιθυμεῖν περιέργου καὶ πολυτελοῦς καὶ ποικίλης οἰκήσεως (οἰκίσεως ed. Arcer. sed οἰκήσεως etiam Memm.) ἐπίκτητον εἶναι. Proclus in Alcib. pr. p. 103: τρίτον τὸ τὰ ὑπάρχοντα μεγάλα εἶναι δείκνυσιν ἐπικτήτῳ μεγέθει κοσμούμενον, ἀλλ' οὐ τῷ οἰκείῳ τῶν ψυχῶν οὐδὲ τῷ αὐτοφυεῖ. Confer et Wyttenb. ad Plutarch. de Discern. Adul. ab Amico p. 502. et ipsum nostrum II. 9. 17. V. 1. 4. et quæ posui in annot. in pag. 54. C. D. præsertim in Ed. Heidelb. p. 242.

— 11. ἔλεγε μὲν οὖν ὁ Πλάτων περὶ τῆς οὐσίας λέγων ὅτι νοήσει] Cod. Vat. Πλάτων sine Articulo, et articulum plurium Codd. auctoritate ante hoc nomen delevimus alibi in his Enneadibus. Ad sententiam adhibe Platon. Republ. p. 509. A. p. 319. sq. Bekk. Phædr. p. 247. B. C. p. 42. Bekk.

— 17. Δεῖ γε μὴν παραμύθια ἄττα πρὸς τοῖς εἰρημένοις κομίζειν] Noster supra VI. 5. 11. post init. p. 669. A: δεῖ δέ τινων καὶ παραμυθιῶν, καίτοι οὐκ ἐλάχιστον ἀλλὰ μέγιστον εἰς Πειθὼ ἦν ἐκείνη ἡ φύσις. Sumpsit a Platone suo, qui ita in Phædone p. 70. b: ἀλλὰ τοῦτο δὴ ἴσως οὐκ ὀλίγης παραμυθίας δεῖται καὶ πίστεως, ubi vid. Heindorf. p. 64. et præsertim Wyttenb. p. 175. Altera forma et ipsa Platonis exemplo commendatur. De Legg. IX. 880. A. p. 171. Bekk.: καὶ ἐὰν μέν τις τοιούτοις παραμυθίοις εὐπειθὴς γίγνηται, εὐήνιος ἂν εἴη. cf. ibid. X. p. 885. A. p. 177. Bekk. et ad utrumque locum Stephan. et Ast. in hujus Animadvv. p. 466. et 470. item in Critia p. 115. b. p. 161. Bekk.: παραμύθια πλησμονῆς μεταδόρπια. Adhibe etiam Wass. ad Thucyd. V. p. 371. et de his formis Lobeck. ad Phryn. Parergg. p. 517. Alciphron. Epist. I. 9. p. 49. Wagn.: τὸ μὲν γὰρ ἐπὶ λεπτῶν κερμάτων ἀποδιδόσθαι καὶ ὠνεῖσθαι τὰ ἐπιτήδεια, λιμηρὰν (Cod. Palat. Heidelb. A. λυμηράν. Voluit fortasse λυπηρὰν, neque tamen hoc probandum) τὴν (articulus abest a Palat. B. male) παραμυθίαν. Idem I. 35. p. 204: μικρὰ δὲ ἔπεστί μοι παραψυχὴ καὶ μαραινόμενον ἤδη παραμύθιον. Pro quo paullo ante usurpaverat παρηγόρημα. Non absimili sententia et παραμυθία ap. Theodoret. in Ezechiel. p. 1038. Schulz.:—ἄλλης πάλιν τοῖς ἱερεῦσιν ἀφοριζομένης εἰς παραμυθίαν γῆς.

p. 1339, 1. ἡ συνυπόστασις οὖσα] Vid. supra VI. 7. 2. p. 695. B. et ibi annot.

— 8. ἡ δύναμις αὐτοῦ ἣν ἐμάνθανεν, ἄλλη δὲ ἣ ἐμάνθανεν] Tenendus est in ejusmodi locis usus Platonicus Verbi μανθάνειν pro *intelligere*. Vid. Stallbaum. ad Phileb. p. 157. et ad Euthyphron. p. 14.

— 10. κινδυνεύει γὰρ βοήθεια τὸ νοεῖν δεδόσθαι κ. τ. λ.] His et seqq. rursus adhibenda est disputatio in Platonis Republ. p. 507. sq. p. 316. sqq. Bekk.

p. 1340, 5. Ἑατέον οὖν—οὐδενὸς δεομένην] Excerpsit hæc Nicephorus Gregoras Hist. Byz. XXII. p. 551. ubi est: ἐπὶ τῆς ἁπλῆς φύσεως, τἆλλα, omisso πάντη. Integra Verba exhibuimus supra ad p. 729. A.

— 7. ὅτι ψυχὴ δεῖται νοῦν ἔχειν] Vid. Platon. Remp. VI. p. 507 sq. cf. 511. et 486. Phædon. p. 65. A. et de intellectuali animæ humanæ essentia Wyttenb. ad Phædon. p. 245.

— 11. καὶ τὸ γνῶθι σεαυτὸν] Cf. supra IV. 3. 1. p. 371. B. et vide Platon. Phædr. p. 229. e. p. 8. Bekk. Protagor. p. 343. B. p. 213. Bekk. Cicero de Legg. I. 22. 58. et quæ plura collegit Wyttenb. ad Plutarch. de Εἰ Delph. (p. 385. D.) Animadvv. p. 275. Adde Proclum in Alcib. pr. I. p. 5. et p. 19. ed. nostr. et Olympiod. in eund. dialog. p. 8. 172. et 201 sq. Porphyrius, qui in Sententiis suis Plotiniana placita in compendium redegit XXXIV. p. 239. ed. Cantabr.: πρῶτον μὲν οἷον θεμέλιος καὶ ὑπόβαθρα τῆς καθάρσεως τὸ γνῶναι ἑαυτὸν ψυχὴν ὄντα ἐν ἀλλοτρίῳ πράγματι καὶ ἑτερουσίῳ συνδεδεμένην.

p. 1341, 8. οὔτε ἐπιστήμη, ὅτι μηδέν ἐστι—αὐτοῦ κατηγορεῖν ὡς παρόν.] Vide Platonis Timæum p. 28. d. e: p. 23. Bekk. Plat. Rep. p. 508. e. p. 319. Bekk. et 511. b. p. 324. Bekk.

— 16. Διὸ—λέγεται περὶ τὸν πάντων βασιλέα πάντα ἐστὶ κ. τ. λ.] Platonis locum ex Epistola II. p. 312. e. p. 403. Bekk. supra adscripsi ad V. 1. 8. p. 489. A. Hic alia nonnulla adjiciam. Proclus in Theol. Plat. II. 4. p. 103 sq. hanc sententiam copiose exponit, in quibus et hæc leguntur p. 104: τίς οὖν ἐστι τῶν πάντων βασιλεὺς, ἢ ὁ ἑνιαῖος θεὸς, ὁ τῶν πάντων ἐξηρημένος, καὶ τὰ πάντα παράγων ἀφ' ἑαυτοῦ, καὶ κατὰ μίαν αἰτίαν ἐξηγούμενος τῶν ὅλων διακόσμων. Ex iisdem fontibus hausit etiam Dionysius Areopagita de Di-

vinis Nominib. XII. 3. p. 866., ubi illam primæ causæ *κυριότητα* celebrat *καὶ βασιλείαν ὑπερκειμένην κ.τ.λ.* Ad verba: *κἀκείνου ἕνεκα πάντα* adhibendus est item Proclus l. l. et Cudworth. ac Moshem. in System. Intellect. V. 5. 20. sqq. p. 1184 sqq. et ad universum locum IV. 23. p. 488. Ceterum illa verba Plotini et Procli satis arguunt, hos Platonicos certe Epistolam illam pro germano Platonis fetu habuisse.

LIB. VIII.

P. 1343, 7. ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΈΚΟΥΣΙΟΥ ΚΑΙ ΘΕΛΗΜΑΤΟΣ ΤΟΥ ΈΝΟΣ.] Eadem inscriptio est apud Porphyr. de Vita Plot. c. XXVI., sed altero loco c. V. ibid. multo brevior: *περὶ τοῦ ἑκουσίου.* Quod post hoc vocabulum *καὶ* omissum est in Codice Ciz., inde factum, quod tanquam Adjectivum librarius minus doctus retulit ad *θελήματος*. Est autem liber hic numero undequadragesimus, si seriem chronologicam respicias. Scripserat Aristoteles peculiare opus *περὶ ἑκουσίου*, laudatum Diogeni Laërtio in ejus vita V. 24. Nunc hujus philosophi primariæ hoc de argumento sententiæ repetendæ sunt ex Ethicis ad Nicomachum III. 1. Magnn. Morall. I. 9. Eudem. II. 6. 7. 8. et 9. Ac teneamus hanc definitionem Stagiritæ: *Λέγω δὲ ἑκούσιον, ὃ ἄν τις τῶν ἐφ' αὑτῷ ὄντων εἰδὼς καὶ μὴ ἀγνοῶν πράττῃ.* Comparandus est etiam Nemesius de Natura hominis cum in eo capite, quod inscribitur: *περὶ ἑκουσίου καὶ ἀκουσίου*: *De eo quod sponte et invite fit:* XXIX. p. 260 sq. ed. Matthæi, tum in reliquis, quæ sequuntur usque ad Cap. XLII. p. 331. Τὸ *ἑκούσιον* Lucretio, Ciceroni cet. est *sponte factum*: aliis nunc *spontaneum, voluntarium*, nunc *liberum arbitrium.* Hoc tamen potius est *τὸ ἐφ' ἡμῖν.* Vid. Jo. Camerar. ad initium Aristotelici libri laudati Eth. Nicom. et confer Zellii Commentar. p. 81. et Plutarchi Definitiones formularum, quæ in hac doctrina usurpantur in libro *περὶ Εἱμαρμένης* proditas. Argumentum hujus libri Plotiniani quod attinet, nemo non intelligit, conjunctum hoc esse cum iis quæstionibus, quæ in libro *De Fato* tractantur (III. 1.) Ad ejus titulum (p. 228.) et hinc inde ad locos aliquot libri ipsius veterum philosophorum sententias de eo, quod sponte et invite fit, attigimus. Hic proinde sufficit fontem indicare ejus sententiæ, quam in hoc libro Plotinus tuetur, et unum alterumque locum eorum philosophorum addere, qui cum primario Nostri placito conspirant. Sumpsit autem Plotinus disputandi materiam cum ex aliis dialogis Platonis, ut ex Phædro p. 248 (quocum loco cf. Plotin. de Providentia libr. pr. p. 264. E. F. ibiq. Annott.) Timæo p. 41. e. p. 42. (cf. Plotin. p. 376. C. D. 470. 473. A. 489. A. cap. 8.) tum præsertim ex hoc loco De Rep. X. p. 596. p. 468. Bekk., ubi de summo Numine hæc leguntur: *ὁ αὐτὸς γὰρ οὗτος χειροτέχνης οὐ μόνον πάντα οἷός τε σκεύη ποιῆσαι, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐκ τῆς γῆς φυόμενα ἅπαντα ποιεῖ, καὶ ζῷα πάντα ἐργάζεται τά τε ἄλλα καὶ ἑαυτὸν, καὶ πρὸς τούτοις γῆν καὶ οὐρανὸν καὶ θεοὺς καὶ πάντα τὰ ἐν οὐρανῷ καὶ τὰ ἐν Ἅιδου ὑπὸ γῆς ἅπαντα ἐργάζεται.* Unde efficiebant Platonem secuti philosophi illud, deum summum *αὐτοφυῆ, αὐτογενῆ*, non aliunde pendere ac sui liberique prorsus arbitrii esse. Lactantius Divinn. Institt. II. 7. p. 4. Bünemann.: "Verum quia fieri non potest, quin id, quod sit (alii Codd. *quod factum sit*) aliquando esse cœperit; consequens est, ut quando nihil ante illum fuit, ipse ante omnia ex se ipso sit procreatus: ideoque ab Apolline *αὐτοφυὴς*, a Sibylla *αὐτογενὴς*, et *ἀγέννητος* et *ἀποίητος* nominatur, quod *Seneca*, homo acutus, in Exhortationibus vidit: *Nos*, inquit, *aliunde pendemus. Itaque ad aliquem respicimus, cui, quod est optimum in nobis, debeamus. Alius nos edidit, alius instruxit: Deus ipse se fecit.*" Idem II. 8. p. 227: "Ex se ipso est, ut in primo diximus libro, *et ideo talis est, qualem esse se voluit, impassibilis, immutabilis, incorruptus, beatus, æternus.*" Appuleius De Dogm. Platon. I. p. 584. p. 205. ed. Bosschæ: "Quare nec omnia ad fati sortem arbitratur esse referenda. Ita enim definit: Providentiam esse divinam sententiam, conservatricem prosperitatis ejus, cujus causa tale suscepit officium: *divinam legem esse Fatum, per quod inevitabiles cogitationes Dei atque incepta complentur.* Unde si quid providentia geritur, id agitur etiam fato: et quod fato terminatur, providentiâ debet susceptum videri." ubi confer Elmenhorst. annot. Adde Appuleium de Mundo p. 749. p. 365. et Plutarch. de Fato IX. p. 573. B. p. 308. Wyttenb.: *καὶ ἡ μὲν Εἱμαρμένη πάντως κατὰ Πρόνοιαν, ἡ δὲ Πρό-*

νοια οὐδαμῶς καθ' Εἱμαρμένην. Explicantur deinde loci plures in Timæo Platonis. Proclus in Plat. Theol. IV. 16. p. 205. infr.: *τῶν μὲν γὰρ εἱμαρμένων νόμων οὐ μόνον οἱ θεοὶ κρείττονς, ἀλλὰ καὶ ψυχαὶ μερικαὶ ζῶσαι κατὰ νοῦν, καὶ τῷ τῆς προνοίας ἑαυτὰς ἐπιδοῦσαι φωτί.* Conf. et Alcinoum de Doctr. Platon. c. XXVI. et præcipue c. 30: *πῶς ἑκούσιον ἡ ἀρετὴ, ἀκούσιον δὲ ἡ κακία.* Plotini consilium in hoc libro scribendo Cudworthus in Syst. Intell. IV. 23. p. 487. dicit præcipue hoc esse: " partim ut, summum Numen per se existere, efficaciori quadam et expressiori ratione inculcaret, partim ut insanam, quam nonnulli possint fovere, sententiam de Deo refelleret, ac si ille id, quod est, casu ac fortuna factus esset, aut vero certa quadam naturæ lege ac necessitate, ut id esset, quod est, compulsus fuisset. Quod quidem genus docere cupiebat philosophus, Deum semper id esse quod esse vult, neque aliter sese habere, ac si semet ipsum sua sponte libereque fecisset et condidisset."

p. 1344, 18. *Ἑκούσιον μὲν γὰρ πᾶν—ἐφ' ἡμῖν δὲ—πρᾶξαι*] Vide annot. nostr. in hujus libri titulum ibiq. locos Aristotelis etc. Adde Epicteti Enchirid. I. 1. et notas, et qui loci laudantur in voc. *ἐφ' ἡμῖν* in Indice Græcit. Epictet. Hieroclem de Providentia et Fato p. 2. sqq. ed. Londin. 1673. de Provid. p. 62. sqq. (cf. Photii Biblioth. Cod. 251. p. 463. ed. Bekkeri) et Nemesium de Nat. Hom. c. 39: *περὶ τοῦ αὐτεξουσίου, ὅ ἐστι τοῦ ἐφ' ἡμῖν.* p. 311. sqq. Matth.—Quæ a nobis pendent, sive in nostra potestate sunt, ea etiam dicuntur *παρ' ἡμᾶς εἶναι, π. ἡ. γίγνεσθαι.* De qua formula exposuit Baguet. ad Chrysippi Fragg. p. 222. not. 89.

p. 1345, 15. *καὶ μαινομένοις—καὶ πεπλανημένῳ τῷ λογισμῷ*] Hierocles in Aurr. Carmm. Pythagor. p. 269. sq.: *καὶ τὰ ἑπόμενα τῇ ἀβουλίᾳ παραδείκνυσι, καὶ πῶς ἀκούσια ἅμα καὶ ἑκούσια τὰ πλημμελήματα, ἐκουσίαν μὲν τὴν κατ' ἐπιπέδου κυλινδρικὴν κινήσει ἐοικέναι φήσας τὸν τῶν ἀνοήτων βίον, ὃς κύκλῳ ἅμα καὶ ἐπ' εὐθείας ποτὲ κινεῖται· κύκλῳ μὲν, δι' αὐτόν· ἐπ' εὐθείας δὲ, διὰ τὴν πτῶσιν. ὡς γὰρ ὁ κύλινδρος οὐ κατακρατεῖ τῆς περὶ τὸν ἄξονα κυκλικῆς περιαγωγῆς ἀπὸ τῆς ὀρθότητος πλαγιασθείς· οὕτως οὐδὲ ψυχὴ τῆς τεύξεως τῶν ὄντων ἀγαθῶν τυγχάνει, τοῦ ὀρθοῦ λόγου καὶ τῆς πρὸς θεὸν στάσεως ἀποπεσοῦσα· πλανᾶται δὲ περὶ τὰ δοκοῦντα ἀγαθὰ, καὶ ἐκφέρεται ἐπ' εὐθείαις καὶ αἰσθητικαῖς προσπαθείαις κυλιουμένη* (an *καὶ ἐκφέρεται ἀπ' εὐθείας*, deleto altero *καὶ αἰσθ. π. κ.?*) Usurpaverat Chrysippus cylindri lapidis similitudinem in doctrina de fato et libero arbitrio. Vid. Cicero de Fato c. 18. 42. p. 641. ed. Moseri. Gellii N. A. VI. 2. et Chrysippi Fragg. p. 219. Baguet. Addo Olympiod. in Alc. pr. p. 45: *οὕτω δὲ καὶ ἐν Τιμαίῳ· αἰτία ἑλομένου, θεὸς ἀναίτιος.* (Platon. Tim. p. 47. c.) *καὶ ἔτι ἐν Πολιτείᾳ·* (X. p. 617. c. cf. Plotin. supr. p. 141. sqq.) *ὑμεῖς* (ita legendum pro *ὑμᾶς*) *δαίμονα αἱρήσεσθε* (vulg. *αἱρήσεσθαι* vitiose) *οὐχ ὑμᾶς δαίμων λήξεται· ἐν ἡμῖν γὰρ ἔστιν ἑλέσθαι τοιόνδε βίον· ἑλομένους δὲ πράττειν τὰ ἑπόμενα τῷ βίῳ οὐκ ἐν ἡμῖν, ἀλλ' ἀναγκαίως· ὥσπερ καὶ λίθον ῥίψαι μὲν ἐφ' ἡμῖν. Ὥστε δεῖ λέγειν.* Locus lacunosus quomodo expleri possit, satis intelligitur e Gellii et Hieroclis ll. ll.

p. 1346, 6. *Εἶτα—τῶν παθημάτων—φαντασία—πῶς ἐν τούτοις κυρίους ποιεῖ;*] Ita scripsi cum marg. edit. et libris præstantioribus pro *κυρίως*. Huc faciunt verba Alcinoi de Doctr. Platonis XXX. p. 524. Heins.: *αὗται γὰρ βλάβαι διάφοροι, καὶ τὸ ἀκούσιον ἐν ἀγνοίᾳ τινὶ ἢ πάθει κεῖται.* Plutarchi Fragg. XX. 2. p. 837. Wytt.: *θηρίον ἐστὶ δουλαγωγὸν ἡδονὴ, ἀλλ' οὐκ ἄγριον· εἴθε γὰρ ἦν· φανερῶς ἂν πολεμοῦσα ταχέως ἐάλω. Νῦν δὲ καὶ ταύτῃ μισητότερον, ὅτι κλέπτει τὴν ἔχθραν ὑποδυομένη σχῆμα εὐνοίας· ὥστε διχῇ ἀποτρόπαιον, καὶ ὧν βλάπτει, καὶ ὧν ψεύδεται.* Cf. Ejusdem fragm. de Amore XXV. 3. ubi eadem similitudo, ducta illa quidem ex Platone in Republ. IX. 588. C. cf. IV. 439. b. nec ignota Plotino nostro. Vide supra I. 1. p. 4. G. His imitationibus accedit nunc locus Eunapii in Excerptt. Histor. p. 258 (Nova Collect. Scriptorr. Vatic. II.): *ὁ μὲν γὰρ Ῥωμαῖος Μάριος τὸν ἀντίπαλον Σύλλαν διπλοῦν θηρίον ἀποκαλῶν, ἀλώπεκα καὶ λέοντα κ. τ. λ.* ubi Ang. Maius recte laudat Juliani Epist. XXIII. Etenim illic (p. 31. Heyleri) Constantii aulicos homines *θηρία* appellat *πᾶσιν ἐποφθαλμιῶντα*. Plotinus ipse I. 1. 10. p. 6. A. corpus vocat *θηρίον*.

p. 1347, 16. *Καὶ γὰρ κενώσεις σίτων καὶ ποτῶν —καὶ πληρώσεις κ. τ. λ.*] Cf. Xenoph. Cyripæd. I. 6. 17. Memorabb. I. 3. 6. et de vi nimii in potu, cibo rebusque venereis in animum humanum mores, ingenium, Galeni Protrept. cap.

XI. et quæ ibi plura congessit Willet. p. 116. sqq.

p. 1349, 8. *καὶ δουλεύει τοῦτο, ὃ μὴ κύριόν ἐστιν ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν ἐλθεῖν—διὰ τοῦτο—δουλεία ψέγεται κ. τ. λ.*] Non abs re erit hic admonere locorum Platonis, ut in Rep. X. p. 617. e. p. 509. Bekk.: *ἀρετὴ δὲ ἀδέσποτον, ἣν τιμῶν καὶ ἀτιμάζων πλέον καὶ ἔλαττον αὐτῆς ἕκαστος ἕξει* (cf. Astii Commentar. p. 632.) Sympos. p. 184. p. 392. Bekk.:— *οὕτω δὴ καὶ ἄλλη μία μόνη δουλεία ἑκούσιος λείπεται οὐκ ἐπονείδιστος· αὕτη δέ ἐστιν ἡ περὶ τὴν ἀρετὴν κ. τ. λ.* Quæ deinde *ἐθελοδουλεία* appellatur. Plato Alcib. pr. 135. b: *πρὶν δέ γε ἀρετὴν ἔχειν τὸ ἄρχεσθαι ἄμεινον ὑπὸ τοῦ βελτίονος, ἢ τὸ ἄρχειν, ἀνδρὶ, οὐ μόνον παιδί—*Ἐλευθεροπρεπὲς δὲ ἡ ἀρετή. Ad quæ Olympiodorus p. 231: *κατασκευάζει, ὅτι οὐ μόνον ἐλευθέρα ἐστὶν ἡ ἀρετὴ, ἀλλὰ καὶ ἀρχική. ἡ γὰρ ἀρετὴ συνάπτει ἑαυτὴν θεῷ καὶ τῷ πάντων ἄρχοντι, ἡ δὲ κακία τῇ ὕλῃ ὑπὸ πάντων ἀρχομένῃ καὶ ἐσχατιᾷ οὔσῃ. Τί οὖν; οὐ δουλεύει θεῷ ὁ σπουδαῖος; ἢ* (fort. *ἡ*) *δουλεία αὕτη κρείττων ἐστὶ πάσης ἀρχῆς, καὶ τῇ τοιαύτῃ ἄρχει τῶν ἄλλων. Ἄμεινον γὰρ τὸ τοιοῦτο ἑτεροκίνητον τοῦ αὐτοκινήτου.* Similia in Epicteti Fragm. VIII. et in Pauli Epist. ad Romann. VI. 6. VII. 25.

— 14. *καὶ οὐδὲ τὸ δυνάμει ἔχουσα ἄλλο, ἄλλο δὲ τὸ ἐνεργείᾳ*] Hujus loci nec minus eorum, quæ sequente capite disputantur, intelligentiam adjuvant hæc Alcinoi de Doctr. Plat. XXV. p. 511. Heins.: *τὸ μὲν γὰρ δυνάμει ἐπιτηδειότητά τινα ἀποσημαίνει πρός τινα οὔπω τὴν ἕξιν ἔχοντα ὡς ὁ παῖς δυνάμει ῥηθήσεται καὶ γραμματικὸς καὶ αὐλητὴς καὶ τέκτων. ἔσται δὲ τὸ τηνικάδε ἐν ἕξει ἑνός τινος ἢ δυοῖν τούτοιν, ὁπόταν ἐνεργῇ ἀπὸ τῆς ἕξεως ἐκείνης ἣν κέκτηται.* Plutarchus De Fato p. 566. C. p. 290. Wyttenb. in fato distinguit et actionem et essentiam: *πρῶτον τοίνυν ἴσθι, ὅτι Εἱμαρμένη διχῶς καὶ λέγεται καὶ νοεῖται. ἡ μὲν γάρ ἐστιν Ἐνέργεια, ἡ δὲ Οὐσία.* (Quodsi reputas in sequentibus alteram dici: *κατ' ἐνέργειαν*, alteram: *κατ' οὐσίαν*—p. 291; priori illo loco scribendum censeas: *ἐνεργείᾳ* et *οὐσίᾳ*.) Utramque deinde copiose explicat Plutarchus. Cf. ejusdem disputata in sequentibus p. 570. sq. p. 299. sqq. Wytt.

p. 1351, 5. *καὶ πενίαν, ἵνα τὸ ἐλευθέριον ἐνδεικνύοιτο*] Hanc lectionem prætulimus alteri *τὸ ἐλεύθερον*. Confusio frequens. De hac et de discrimine vid. Sturz. Lex. Xenoph. III. p. 132. sq. et Wyttenb. ad Plutarch. de Puerorr. Educat. p. 65. Et miror Heindorfium et Bekkerum Platoni non restituisse *ἐλευθερίως* ex Athenæo pro *ἐλευθέρως* in Theæt. p. 175. e. p. 246. Bekk. Teles ap. Stob. in Floril. Tit. XCVII. p. 523. p. 271. Gaisford.: *Διὸ καὶ εἰ βούλει τὸν υἱόν σου τῆς ἐνδείας καὶ σπάνεως παῦσαι, μὴ πρὸς τὸν Πτολεμαῖον πέμπε, ὅπως χρήματα κτήσεται· εἰ δὲ μὴ, ἀλαζόνειαν προσλαβὼν ἀπελεύσεται, περαιεῖ δὲ οὐδέν· ἀλλ' εἰς Ἀκαδημίαν πρὸς Κράτητα. ἐκεῖνος ἠδύνατο ἐξ ἁπλήστων καὶ πολυτελῶν ἐλευθερίους καὶ ἀφελεῖς κατασκευάζειν.* Ibid. p. 268: *οὐχ ὁρᾷς ἑνίους κεκτημένους μὲν πολλὰ, ὡς δοκοῦσιν, οὐ χρωμένους δὲ τούτοις δι' ἀνελευθερίας*, et ita sæpius in eodem fragmento. In universo quoque hoc Titulo multa insunt, quæ huc faciant; nec minus in Plutarchi fragmm. ex libro Contra divitias XXI. p. 840. sq. Wytt. Quibus accedunt nunc sententiæ ex Fabricii ad Pyrrhum Oratione excerptæ ap. Dionem et Dionysium Halic. in Ang. Maii Nova Collect. Vatic. II. p. 175. sq. et p. 512. sq.

— 8. *ὥσπερ ἂν εἴ τις ἰατρὸς οἷον Ἱπποκράτης—τέχνης*] Non solum medicinæ et medicorum similitudo frequentatur in Socraticorum scriptis, sed etiam Hippocratis nomen auctoritate Platonis itemque Aristotelis celebratum est. Ille enim binis locis cum laude illius mentionem facit, et in Phædro p. 270. c. et in Protagora p. 311. b: quem posteriorem locum miror effugisse præstantissimi Groenii van Prinsterer in Prosopographia Platonica p. 193. diligentiam. Stagiritæ locus est in Politia VII. 4. p. 224. ed. Goettling.: *οἷον Ἱπποκράτην οὐκ ἄνθρωπον ἀλλ' ἰατρὸν εἶναι μείζω φήσειεν ἄν τις κ. τ. λ.* Cf. etiam Suidam in *Ἱπποκράτης*. Unde nil mirum a recentioribus quoque Platonicis ejus vel sententias usurpari sine nomine (v. c. Porphyr. de Abstinent. III. p. 233. Rhoer.) vel diserte ejus auctoritatem adhiberi. Vid. v. c. Olympiod. in Alcib. pr. I. p. 6. XIV. p. 124. Ceterum contraria plane sententiæ Plotinianæ est hæc Comici in Medicos maledicentissimi Philemonis ap. Stob. Floril. Tit. II. p. 332. Gaisf. (cf. Menandri et Philemonis Fragg. XLVI. a. p. 413. Meinek.):

> *Οὔτε γὰρ ἰατρὸς οὐδὲ εἷς, ἂν εὖ σκοπῇς,*
> *τοὺς αὐτὸς αἑτοῦ βούλεθ' ὑγιαίνειν φίλους,*
> *οὔτε στρατιώτης πόλιν ὁρᾷν ἄνευ κακοῦ.*

p. 1352, 3. *οἷον νοωθῆναι τὴν ψυχὴν ποιοῦσα*] Cf. infra c. 6. C. Tangit hæc Brucker. in Histor. Crit. Philos. II. p. 417. in hunc modum pronuntians: "Ita quidem notiones intellectus et voluntatis confundit Plotinus, cuncta ad contemplationem revocando."

p. 1353, 1. *καὶ τὸ ζῆν κελεύουσαν προΐεσθαι—ἀλλ' οὐ τὸ εἶναι τῶν ὑπ' αὐτὴν*] Fortasse hæc ante oculos habuit Sallustius de Diis et Mundo C. V. (Orellii p. 20.): *τοῦ γὰρ εἶναι διὰ τὸ ἀγαθὸν αἱ σπουδαῖαι καταφρονοῦσι ψυχαὶ, ὅταν ὑπὲρ πατρίδος ἢ φίλων ἢ ἀρετῆς κινδυνεύειν ἐθέλωσι*: ubi et alia laudat Luc. Holsten. p. 100.

— 8. *Ταῦτα γὰρ ἔοικε φησὶν ἐγγύς τι τείνειν τοῦ σώματος*] Ita scripsi auctoritate quatuor librorum mss. Plato in Phædone p. 65. a. p. 18. Bekk., eo loco ubi de philosophiæ officio animam a servitute corporis liberandi disseritur: *Καὶ δοκεῖ γέ που, ὦ Σιμμία, τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις, ᾧ μηδὲν ἡδὺ τῶν τοιούτων μηδὲ μετέχει αὐτῶν οὐκ ἄξιον εἶναι ζῆν, ἀλλ' ἐγγύς τι τείνειν τινὸς, similem esse alicujus*: exposuit Heindorfius p. 39; de sententia Wyttenbachius p. 149. sq. Videtur ergo Plotinus memoriter citasse hæc verba Platonis.

p. 1354, 15. *εἰ μή τις τολμηρὸς λόγος ἑτέρωθεν σταλεὶς λέγοι, ὡς τυχοῦσα οὕτως ἔχειν ὡς ἔχει κ. τ. λ.*] Videri possit h. l. Plotinus reprehendere Democritum, Epicureos Stratonemque Peripateticum, reliquos, qui a casu fortunaque omnia suspensa fecerant. Vid. Aristotel. de Partt. Animall. I. 1. Ciceronem de Fato cap. X. et XI. Plutarchum adv. Colotem p. 1115. B. (p. 557. Wyttenb.) qui de Stratone hæc refert: *τελευταῖον τὸν κόσμον αὐτὸν οὐ ζῷον εἶναί φησι, τὸ δὲ κατὰ φύσιν ἔπεσθαι τῷ κατὰ τύχην. ἀρχὴν γὰρ ἐνδιδόναι τὸ αὐτόματον, εἶτα οὕτω περαίνεσθαι τῶν φυσικῶν παθῶν ἕκαστον.* Consule tamen etiam Cudworthi Syst. Intell. p. 100. sqq. et p. 152. sqq.

p. 1356, 1. *οὔτε οὐ κύριον τῆς αὐτοῦ γενέσεως, ὅτι μηδὲ γέγονε*] Hæc extrema tria verba vel maxime tenenda sunt, quia unicuique fidem faciunt, quomodo Plotinus accipienda existimarit verba Platonis De Rep. X. p. 596: *ὁ αὐτὸς—καὶ ζῷα πάντα ἐργάζεται τά τε ἄλλα καὶ ἑαυτόν.* Vid. quæ plura laudavimus ad hujus libri titulum p. 734. med. Obversantur autem illa Platonis verba Plotino cum hoc loco tum aliis hujus ipsius libri. Cf. etiam, quæ Noster infra c. 20. p. 754. explicatius de hoc argumento proponit.

p. 1357, 5. *καίτοι οὐδὲν ἂν εὕροιμεν εἰπεῖν—περὶ αὐτοῦ—ὕστερα*] Plato Phileb. p. 65. a. p. 222. Stallb.: *Οὐκοῦν εἰ μὴ μιᾷ δυνάμεθα ἰδέᾳ τὸ ἀγαθὸν θηρεῦσαι ξὺν τρισὶ λαβόντες, κάλλει καὶ ξυμμετρίᾳ καὶ ἀληθείᾳ, λέγωμεν κ. τ. λ.* Sallustius cap. V. de prima causa hanc ipsam vocat *τὴν οὕτως ἄῤῥητον δύναμιν*. Ad quem locum Orellius p. 102. et hæc Plotini verba adhibuit, et hæc Arnobii I. 31: "Prima enim tu causa es, infinitus, ingenitus, immortalis, perpetuus, solus—de quo nihil dici et exprimi mortalium potis est significatione verborum."

— 16. *τό,τε γὰρ εἶναι ἀφῃροῦμεν*] Vid. Nostr. VI. 7. 38. p. 729. A. et quæ illic annotavimus.

p. 1358, 4. *συμβῇ—συνέβη—πῶς οὖν ἦλθε; τύχη τις*] Huic loco adhibenda est Plutarchi disputatio in libello de Fortuna, ubi de *τύχῃ* et de *συμβεβηκότι* agit cap. VII. p. 571. sq. p. 304. sqq. Wyttenbachii, qui vir doctus illum locum etiam Platoni adhibuit in Phædone. Vid. ejus annot. p. 113. sq.

p. 1359, 3. *ἀλλ' ὅπερ ἐχρῆν εἶναι· οὐ τοίνυν οὕτω συνέβη, ἀλλ' ἔδει οὕτω*] Adhibuit hunc locum in disputatione contra Atheos Cudworth. in Syst. Intell. V. 5. 1. p. 1167. ubi Moshemius in Annot. 4. hæc posuit: "Huc ergo redit verborum (Plotini), quæ hic afferuntur, sententia, Deum ipsa naturæ suæ necessitate talem esse, qualis est, nec vel cogitando fingere fas esse, alio se modo Deum habere posse."—Sequentia: *ὁ βασιλεὺς,—ὄντως βασιλέα* colorem duxerunt ex loco in Epistolis Platonis II. p. 312. e. p. 403. Bekk.: *περὶ τὸν πάντων βασιλέα πάντ' ἐστὶ καὶ ἐκείνου ἕνεκα πάντα, καὶ ἐκεῖνο αἴτιον ἁπάντων τῶν καλῶν*, quæ supra attigimus ad p. 733. B. infr.

p. 1361, 8. *ἐν δὲ τοῖς μὴ προηγουμένως—ἀλλὰ συμπτώμασι*] Adverbium hoc legitur etiam III. 8. 3. IV. 4. 39. et cf. Annot. in I. 8. 2. ad v. *προηγούμενα*. De *συμπτώμασι* adde iis, quæ nuper ad Steph. Thesaur. congesta sunt, Menandri Fragg. LXIII. p. 218. Meinek. et CCLXXXI. p. 269, ubi *Τύχη* et *τύχαι* cum hac voce junguntur. Cf. Wyttenb. ad Plutarchi Consol. Apollonii p. 700. et p. 781. sq. Eunapii Excerptt. Historiæ p. 258. ed. Ang. Maii: *ἔοικε μὲν οὖν καὶ ἄλλως ὁ χρόνος ἐν ταῖς μακραῖς περιόδοις καὶ κινήσεσι πολλάκις ἐπὶ τοιαῦτα καταφέρεσθαι συμπτώματα.*

p. 1361, 11. *πολλῶν μὲν ἡ τύχη κυρία, νοῦ δὲ—οὐ κυρία*] Sunt similes sententiæ in veterum scriptorum monimentis, in his etiam, quæ fortunæ vim ita prædicant, ut etiam in contrariam sententiam deflectantur. Vid. Herodot. I. 32. Plato de Legg. IV. 709. p. 340. Bekk.: *τὸ θνητὸν μὲν μηδένα νομοθετεῖν μηδὲν, τύχας δ' εἶναι σχεδὸν ἅπαντα τὰ ἀνθρώπινα διακυβερνῶσι πράγματα.* Chæremon vel alius poëta ap. Plutarch. de Fortuna p. 97. C: *τύχη τὰ θνητῶν πράγματ', οὐκ εὐβουλία.* Theophrastus apud Ciceron. Tuscull. V. 9. ex poëta:

Vitam regit fortuna, non sapientia.

Plura in eam rem collegerunt Davisius ad Ciceronem l. l. Lennep. ad Phalarid. Epist. LV. p. 182. et Wyttenbach. ad Plutarch. *περὶ Τύχης* p. 665. Mox verba Plotini: *εἰ οὖν μηδὲν πρὸ ἐκείνου κ. τ. λ.* in collectione decretorum Plotinianorum exhibuit Brucker. in Hist. Crit. Philos. II. p. 398.

p. 1363, 4. *ζήτησιν ἅπασαν χρὴ νομίζειν κ. τ. λ.*] Paullo aliter Aristoteles Analytt. poster. I. p. 244. Sylb.: *τὰ ζητούμενά ἐστιν ἴσα τὸν ἀριθμὸν, ὅσαπερ ἐπιστάμεθα. ζητοῦμεν δὲ τέτταρα, τὸ ὅτι, τὸ διότι, εἰ ἔστι, τί ἐστιν.* Ad quem locum adhibe Jo. Grammat. Commentar. fol. 75. vers. cf. Alex. Aphrodis. in Analytt. priorr. I. c. 27. et Themist. in Posterr. II. 1.

p. 1365, 6. *αὐτουσία*] Consignatum est in Steph. Thes. Londin. ex Epiphanio. Cui adde hunc locum, et omnino adde Lexico Schneider. aliisque.

— 13. *Τὸ δὲ πεποιηκὸς ἐλεύθερον—ἐλευθεροποιὸν—εἴπερ—θεμιτὸν φθέγγεσθαι;*] Hæc deprecationis formula duplicem causam habet, primum quoniam de primo principio sive summo Numine loquitur, deinde quod servitutis vocabulum ex moribus Veterum auditu molestum, ne ignominiosum dicam; quod philosophi ad Ethicam traducunt. Epictetea II. 1. 23: *ἐλευθερία καὶ δουλεία, τὸ μὲν ἀρετῆς ὄνομα τὸ δὲ κακίας.* Idem IV. 1. 176: *δόγμα περιποιήσασθαι ἐλευθεροποιόν.* Et *ἐλευθεροῦσθαι* atque *ἐλευθερώτης, manumitti, manumissor*, est apud Jureconsultos (Theophil. Institutt. Paraphras. I. 4. 77. ubi additum: *τῆς δουλείας*—et I. 19. 294.) Similes locutiones adhibitæ Novi Testamenti scriptoribus et Ecclesiæ Patribus ad Christianam libertatem significandam. Vid. Valckenaerii Scholl. in N. T. I. p. 520. Borgeri Comment. in Galat. V. 1. p. 326. sq. et Suicer. Thesaur. Eccles. I. p. 1088.—De Deo autem similiter deprecatur Plato in Tim. p. 29. a. p. 24. Bekk.: *εἰ δὲ, ὃ μηδ' εἰπεῖν τινι θέμις, πρὸς τὸ γεγονὸς (ἔβλεπεν ὁ δημιουργός.)* Cf. Nostrum cap. seq. p. 748. B: *Δεῖ δὲ συγχωρεῖν τοῖς ὀνόμασι—ἃ ἀκριβείᾳ οὐκ ἐῶμεν λέγεσθαι.*

p. 1367, 17. *οὔτε ἔξω τῆς βουλήσεως αὐτοῦ ἡ οὐσία κ. τ. λ.*] Tractat hæc et plura e sequentibus Cudworth. in Syst. Intell. p. 485. 486. 487. ed. Mosh. quocum confer Bruckeri disputata in Hist. Crit. Philos. II. p. 398. et Tiedemanni in Libro: *Geist der speculativen Philosophie* III. p. 384. sq.

p. 1368, 13. *Ἔστι γὰρ—θέλησις αὐτοῦ οὐ δεδεκασμένου—ἐπισπωμένου—ἑλομένου*] "Est enim re vera Boni natura ipsiusmet voluntas, *neque corrupti neque sua natura attracti, sed ejus, quod se ipsum elegit.*" Ita corrigenda existimo Ficiniana, *Οὐ δεκασμένον.* Vid. Timæi Lex. Platon. p. 75. (p. 64. ed. Koch.): *Δεκάζει, ὁ κρίσιν ὠνούμενος παρὰ δικαστοῦ. Δεκάζεται, ὁ κρίσιν πιπράσκων.* Ubi Ruhnkenius, si locum Plotini nosset, magis etiam suspicatus esset hanc vocem in Platone esse obliteratam. Adde Lex. Rhetor. a Bekkero Anecdott. I. 236. editum et Bastii Epist. Crit. p. 56. in Timæi l. l. corrigentis: *ἔνθεν ἀδέκαστος.* (Vid. Kochii Additam. l. l.) Lysias adv. Philocrat. p. 182. p. 834. Reisk.: *ὡς πεντακόσιοι μὲν αὐτοῖς εἶησαν δεδεκασμένοι.* Plura de verbo *δεκάζειν* et inde ductis congessere Wyttenbach. ad Plutarch. de cap. ex inim. util. p. 636. et Car. Frid. Hermann. ad Lucian. de conscrib. Histor. p. 247. sq.—Extrema: *ἀλλ' ἑαυτὸν ἑλομένου*, ducta sunt ex Platonis Republ. X. 617. p. 509. Bekk.: *οὐχ ὑμᾶς δαίμων λήξεται, ἀλλ' ὑμεῖς δαίμονα αἱρήσεσθε.* Vult igitur significari Plotinus, Bonum illud summumque Numen neque blandimentis quasi et corruptione, neque quadam velut vi naturæ suæ compulsum, sed sua ipsum libera electione id esse, quod sit.

p. 1369, 11. *ὥστε αὐτὸν πεποιηκέναι αὑτὸν, ὁ λόγος ἀνεῦρεν*] Vid. Platonem de Republ. X. p. 596. p. 468. Bekk. Verba ipsa adscripsimus ad hujus libri titulum supra p. 734. Consule præterea de hoc loco et similibus Cudworth. et Moshem. in System. Intell. IV. 23. p. 486.

p. 1371, 15. *αἴτιον ἑαυτοῦ—αὐτός.*] Plato Rep. X. 596. p. 468. Bekk. Tractavit hæc Cudworth. in Syst. Intell. IV. 23. p. 486. Bruckerus autem

in Histor. Crit. Philos. II. 400. de hoc loco Plotini pronuntiat: "Pertinet hæc observatio etiam ad audaciores Plotini locutiones, quando *Deum se ipsum efficere dicit.*" Tu vide, quæ philosophus noster posuit supra p. 741. C. et cf. insuper annot. in p. 734. med. et p. 748. D. Adverbium *ὑπερόντως* hinc addendum est Lexicis. De *ὑπερὼν* cf. Corderii Onomast. in Dionys. Areopag. in voc. Habet etiam Nicolaus Methonensis in libro adversus Procli Instit. Theolog. cap. VIII. p. 17. ed. princ. Francof. Nec minus Adverbium habet idem Nicolaus ibid. cap. XXII. p. 41. et cap. XXXV.

— 18. Καὶ ἐράσμιον, καὶ ἔρως ὁ αὐτὸς] Plato Tim. p. 87. e. p. 132. Bekk.: *πάντων θεαμάτων τῷ δυναμένῳ καθορᾶν κάλλιστον καὶ ἐρασμιώτατον*, et sæpius usurpat Plato. Cf. etiam Nostrum VI. 7. 22. VI. 7. 33. Hic tamen locus Orphicum colorem habet. Hymnn. Orphicc. LVIII. (57.) 1:

Κικλήσκω μέγαν, ἁγνὸν, ἐράσμιον, ἡδὺν Ἔρωτα.

Laudat autem hanc Plotini disputationem Gassendius De Vita, Moribus et Placitis Epicuri Tom. II. p. 55.

p. 1372, 6. *πάλιν αὖ αὐτός ἐστιν οὗτος ὁ ποιῶν ἑαυτὸν κ. τ. λ.*] Redundantiam *πάλιν αὖ* sic amplectitur Noster, ut etiam ante parem syllabam usurpet, ut h. l. De sententia hac Platonis vid. annott. ad p. 734. med. p. 748. D. 749. D. Neque hunc nostrum locum neglexit Cudworth. in Syst. Intell. IV. 23. p. 485. ed. Moshem.

— 13. Πάντα γὰρ τὰ ἄλλα—δοῦλα καὶ κείμενα τύχαις] Credas Ficinum legisse *καὶ ἐκκείμενα τύχαις*, quod etiam cum dativo construitur. Alciphron. III. 29. *ἔκκειμαι τοῖς βουλομένοις κ. τ. λ.* De altera constructione cum *πρὸς* vid. Procli Inst. Theol. LXXX. p. 124: *πρὸς τὸ διαιρεῖσθαι—καὶ πάσχειν ἐκκείμενον*, obnoxium; vid. annot. in eum locum. Verum nullus Codex a vulgata recedit. Neque est, qui *κείμενα ἐν τύχαις* exhibeat, ut est ap. Ælian. V. H. IX. 37: *ἐν τρυβλίου ῥοφήματι αἱ ἐλπίδες κεῖνται*, *collocatæ* sunt. Igitur, si acquiescendum in vulgata lectione est, explicari debet *constituta sunt et fixa fortunis*, sicut *κεῖσθαι νόμος* dicitur. (Vid. Lysias Orat. VI. p. 107: *ὁ περὶ αὐτοῦ κείμενος νόμος*. Cf. Schleusner. Lex. N. T. in *κεῖσθαι*) nisi malueris ita accipere: omnia nostra servilia (mancipata) sunt et fortunis *sepulta*. Κεῖσθαι enim de mortuis et sepultis dici docet Hesychius: *κεῖται· ἀεὶ ἐπὶ κακοῦ τίθεται τοῦτο ἢ θανάτου ἢ ἀπραξίας* (vid. laudd. Astio ad Platon. de Legg. VI. 20. p. 327.): et mox dicit Noster: *προσάπτειν τύχαις*.

p. 1374, 10. *αὐτὸς ὢν τοῦτο ὅπερ ἠγάπησε*] Etiam hanc sententiam aliasque in hoc capite inclusas adhibuit disquisitioni suæ Cudworthus in Syst. Intell. IV. 23. p. 485. sq.

p. 1375, 9. *ἡ δὲ ἐγρήγορσίς ἐστιν—καὶ νοῦ καὶ ζωῆς ἔμφρονος*] Cf. supra III. 6. 5. III. 6. 6. Basilius junior in epistola dedicatoria ad Constantinum, ut videtur, Porphyrogen., in Notices et Extraits Paris. 1827. Tom. XI. part. 2. p. 61: *τί γάρ σοι τῶν ἁπάντων ἐρασμιώτερον ἢ τί γε τιμαλφέστερον ἄλλο ἢ Γρηγορίου καὶ τὰ* (*τοῦ* add. Cod. Florent. et Coislin.) *Γρηγορίου ἐνοπτρίζεσθαί τε καὶ ἀκοντίζεσθαι; τίνος ἥδιον λόγους ἢ νοῦν ἀνιχνεύειν ἢ τοῦ γρηγόρου νοῦ τούτου* (*οὕτω γὰρ καλεῖν αὐτόν ἐστιν οἰκειότερον*) ubi Fr. Boissonadius in Annotatione duo alia exempla ejus appellationis, qua Gregorium Nazianzenum passim impertiebant, apposuit. Vox autem *ὑπερνόησις* hinc addenda est Lexicis. De Adjectivo *ὑπέρνους* dictum est ad Procli Instit. Theol. cap. CXV. p. 168. ed. Francof. Cujus adversarius Nicolaus Methonensis cap. XXIII. p. 43. ed. princ. Francof. idem vocabulum usurpavit.

— 18. *οὕτω τοι* (ita ex libris MSS. dedi pro *τὸ*) *καὶ ἀεὶ ἐν τοῖς συνοῦσι κεῖσθαι τοὺς λόγους ἐν μείζονι εὐθημοσύνῃ*] Ita hunc locum legendum censui supra ad IV. 4. 6. p. 401. C. ubi editio et boni libri habent: *ἄλλος γὰρ τρόπος τῆς εἰς τὸ πᾶν παρ' αὐτῶν εὐθημοσύνης*. Sed nostro loco omnes Codd. et Ficin. cum Ed. conspirant in *εὐθυμοσύνῃ*. Non repetam, quæ illic ad firmandam hanc mutationem congessi: alia quædam adjiciam, unde intelligatur, quam late hæc confusio grassetur, et quo emendationis necessitas commonstretur. Plato Legg. VI. p. 758. p. 426. Bekk.: *ἐπὶ τοῖς αὐτῶν ἰδίοισι μένοντας εὐθημονεῖσθαι τὰ κατὰ τὰς αὐτῶν οἰκήσεις*. ubi Cod. V. apud Bekkerum dat: *εὐθυμονεῖσθαι*. Sed vid. Astii Comment. p. 291, qui explicat *εὐθετεῖν*, *disponere*, *administrare*. Addiderim *recte* s. *concinne*, uti fecit Blomfield. in Glossario Æschyl. Choëph. ad v. 78: *δμωαὶ γυναῖκες, δωμάτων εὐθήμονες*; quem vide p. 119. Adde Orionis Etymol. p. 59. Sturz.: *εὐθημοσύνη*

παρὰ τὸν θήσω μέλλοντα θῆμος παράγωγον καὶ θημόσυνος, καὶ εὐθημοσύνη· ὡς ἵππος ἱπποσύνη· καὶ οἰκαῖος δικαιοσύνη. θήτω θῆμος θημοσύνη. Φιλόξενος. Hinc sumserunt alii et Zonaras p. 907. qui ad *εὐθημοσύνη* addit *τάξις*. In Theophrasti Hist. Plant. III. 18. 7. p. 115. Schneid. erant, qui pro *γωνοειδῆ καὶ εὐθυμότερα* e Plinio, qui vertit angulosa *concinnioraque*, legi vellent: *γ. κ. εὐθημονέστερα* (quod prætermissum video a Schneidero in annott. p. 263.) sed ibidem nunc rectius legitur: *καὶ τῷ γωνιοειδεῖ καὶ εὐρυθμότερα*, quo ducunt etiam Dioscorides et Oribasius, qui perperam habent *ἐρυθρά*. Synesius de Providentia I. p. 98. A. de dæmonibus: *φύσις ἔμπληκτος καὶ θρασεῖα καὶ τῷ πλήθει τῆς ἐκεῖθεν ἀποστάσεως οὐκ ἐπαΐουσα τῆς εὐθημοσύνης τῶν θείων*, ubi vetus interpres, qui vertit: "de divina *tranquillitate animi* nihil percipiunt" in suo codice *εὐθυμοσύνης* videtur reperisse. Debebat autem: Non sentiens (intelligens) aptam rerum divinarum dispositionem. Maximi Prologus in Opera Dionysii Areop. p. XXXV. Corder.: *ὅτι τῇ σοφῶν ἀμαθίᾳ συμμετροῦσι καὶ τὰς τῶν ἑξῆς ἀνθρώπων φιλομαθεῖς εὐθυμοσύνας*. Asteriscum præmiserunt huic loco in Thes. Steph. p. 4343. editores Britannici, et suspicor: *εὐθημοσύνας*, discendi amantes beneque ordinatos habitus. Dionysius ipse De Divin. nominib. VIII. 5. p. 776: *καὶ δυναμοῖ τὰ ἡνώμενα πρὸς τὴν ἀλλήλων φιλίαν καὶ κοινωνίαν, καὶ τὰ διακεκριμένα πρὸς τὸ εἶναι κατὰ τὸν οἰκεῖον ἕκαστα λόγον καὶ ὅρον ἀσύγχυτα καὶ ἀσύμφυρτα· καὶ τὰς τοῦ παντὸς τάξεις καὶ εὐθυμοσύνας εἰς τὸ οἰκεῖον ἀγαθὸν διασώζει*. Hinc etiam Corderius in Onomastico Dionysiano: "*εὐθυμοσύνη, Rectus ordo.*" Lege: *εὐθημοσύνας*, et ita habet Maximus in Scholiis: *εὐθημοσύνας φησὶ τὰς εὖ ἐχούσας θέσεις καὶ τάξεις εὐθέτους καὶ εὐσχήμους δημιουργίας*. Quid quæris? A Plotino arbitror hoc vocabulum sumpsisse Dionysium, nec dubitavi in ordinem recipere *εὐθημοσύνη*, quæ vox, ut loci et supra et hic laudati docent, præsertim de divino mundi opificio ordineque usurpari solet.

p. 1377, 4. Τὸ *γὰρ ἔξω αὐτός ἐστι, περίληψις πάντων καὶ μέτρον*] Fons in Platonis Legg. IV. p. 716. e. p. 355. Bekk.: *ὁ δὴ θεὸς ἡμῖν πάντων χρημάτων μέτρον ἂν εἴη μάλιστα, καὶ πολὺ μᾶλλον, ἢ πού τις, ὥς φασιν, ἄνθρωπος*. Tangit Plato Protagoræ illud: *πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρωπον εἶναι*. Vid. Theæt. p. 152. a. cum not. Heindorfii p. 313. cf. Cratyl. p. 385. e; cui loco adhibe Procli Scholia λθ p. 14. sq. Boissonad. Aristotel. Metaphyss. III. 5. p. 61. Sylb. p. 76. Brandis. Præcipue comparandus est cum Plotino Proclus in Inst. Theol. c. CXVII. quod ita incipit p. 172: *πᾶς θεὸς μέτρον ἐστὶ τῶν ὄντων· εἰ γάρ ἐστιν ἑνιαῖος ἅπας (ὁ πᾶς* Cod. A.) *θεὸς, τὰ πλήθη πάντα τῶν ὄντων ἀφορίζει καὶ μετρεῖ*. Cf. supra I. 8. 2. p. 72. D. cum nostra Annot.

p. 1379, 7. *Ὅθεν καὶ δέον καὶ καιρὸν ὁ Πλάτων ὡς οἷόν τε ἦν σημῆναι ἐφιέμενος, ὅτι πόῤῥω τοῦ ὡς ἔτυχε*] Respicere Plotinus videtur locum Cratyli Platonici p. 419. a. p. 76. Bekk.: *ἀλλὰ δέον καὶ ὠφέλιμον καὶ λυσιτελοῦν καὶ κερδαλέον καὶ ἀγαθὸν καὶ συμφέρον καὶ εὔπορον τὸ αὐτὸ φαίνεται ἑτέροις ὀνόμασι σημαῖνον τὸ διακοσμοῦν καὶ ἰὸν πανταχοῦ*. In præcedentibus *τοῦ ἀγαθοῦ* fit mentio. Phædon. p. 99. C. p. 89. Bekk.: *καὶ ὡς ἀληθῶς τἀγαθὸν καὶ δέον ξυνδεῖν καὶ ξυνέχειν οὐδὲν οἴονται*, ubi Ficinus item vertit "bonum atque *decens:*" ad quem locum Wyttenbachius p. 262: "*δέον* et *necessarium*, *officium*, *debitum*, *justum* notat, sed et *ligans*, *vinciens*. Quam Etymologiam frequentarunt Stoici in loco *περὶ τοῦ ἀγαθοῦ* v. c. apud Diogen. Laërt. VII. 98. 99." Conf. Heindf. ad eum locum p. 189. Quapropter Ficini versionem intactam reliqui. Platonis locum laudat Eubulus advers. Aristotelem p. 674. ed. A. Maii; quem locum infra adponam ad p. 764. B. *Καιροῦ* notio hic non repetenda ex *Ὅροις* sive Definitionibus p. 114. a. p. 570. Bekk. Aristoteles in Analytt. Priorr. I. 35. p. 142. Sylb.: *πάλιν, ὅτι ὁ καιρὸς οὐκ ἔστι χρόνος δέων. θεῷ γὰρ καιρὸς μέν ἐστι, χρόνος δ' οὐκ ἔστι δέων, διὰ τὸ μηδὲν εἶναι θεῷ ὠφέλιμον· ὅρους μὲν γὰρ θετέον, καιρὸν, καὶ χρόνον δέοντα, καὶ θεόν*. Quem locum citavit Olympiodorus in Alc. pr. p. 39. Ceterum *Καιρὸν* deum appellaverat Ion Chius in Hymno (Pausan. V. 14. 7.), deum etiam Menander secundum Pallad. ep. 118. Vid. Jacobsii Annot. in Callistrati Statuas VI. (ad calc. Philostrati) p. 698.

p. 1380, 2. *καὶ οὐδ' ἂν ἔχοι ἀΐξας που εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ*] Ad hanc lectionem refinxi versionem Ficini. Ad sententiam cf. superiora VI. 7. 16. init. p. 708: *μεταβαίνειν δ' ἔτι πρὸς τὸ ἄνω ἀΐξαντα* et quæ illic annotavi.

— 5. *χρὴ δὲ ἴσως καὶ τὸ ἐπέκεινα οὐσίας καὶ*

ταύτῃ νοεῖσθαι τοῖς παλαιοῖς λεγόμενον ὃι' αἰνίξεως] Primum confer Nostri VI. 7. 38. init. p. 729. med. et quæ illic commentati sumus; deinde adhibe, quæ ad hæc Olympiodori in Alcib. pr. p. 133: *εἰ δὲ καὶ τὸ πρῶτον αἴτιον ἄῤῥητόν ἐστιν, ἀλλ' ὡς ὑπερειῶδος ὄν* (lege: *ἀλλ' ὡς ὑπὲρ εἶδος ὄν*, tanquam id, quod supra ideam est) ex Damascio *περὶ ἀρχ.* p. 238. p. 258. et p. 60. Wolfii apposui, ubi Babylonii dicuntur *τὴν μίαν τῶν ὅλων ἀρχὴν σιγῇ παριέναι*, et ab Ægyptiis dicitur *ἡ μὲν μία τῶν ὅλων ἀρχὴ σκότος ἄγνωστον ὑμνουμένη*. Unde intelligitur, quod Plotinus dicit, veteribus illud summum, quod supra essentiam est, obscure et per tesseras duntaxat esse significatum. Probabile vero est eum Orphicorum carmina et oraculorum atque Initiorum sacrorum effata cogitasse. Proclus in Inst. Theol. CXXIII. p. 182. ita exorditur: *Πᾶν τὸ θεῖον αὐτὸ διὰ τὴν ὑπερούσιον ἕνωσιν ἄῤῥητόν ἐστι καὶ ἄγνωστον πᾶσι τοῖς δευτέροις κ. τ. λ.* Color hujus loci et similium ductus ex Platonis Sophista p. 239. a. b. itemque ex Timæo p. 28. c: *τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν*. Cf. infra Nostrum VI. 9. 3. p. 759. A. et Proclum in Platon. Theolog. p. 106. supra.

p. 1381, 15. *Νῦν δὲ εἰ καὶ πρὶν αἰῶνα εἶναι ὅπερ ἐστὶν ἦν—καὶ οἷον γεννήσει ἀϊδίῳ*] Hæc comparanda sunt cum Platonis Timæo p. 37. d. e. p. 36. Bekk. et p. 42. e. p. 46. Bekk. itemque Parmenide p. 136. b. et p. 154. sq. et ipsius Plotini disputatis p. 329. D. et p. 554. A. Adde Procli Inst. Theol. LV. p. 86. et CIV. p. 154. De *γεννήσει ἀϊδίῳ* Dei Filii ex Patre locos collectos reperias apud Suicerum in Thes. Ecclesiast. p. 756. sq. quibus adde Nicolai Methonens. Disputat. adv. Proclum p. 41. ed. Voemel. Quæ placita Christianorum doctorum utrum cum Platonicorum philosophorum placitis comparari fas sit, nec ne, discordia est inter Cudworthum et Moshemium. Vid. v. c. Syst. Intell. IV. 15. p. 315. sqq. Ceterum nemo non videt hanc *ἀΐδιον γένεσιν* tantummodo loquendi modum esse doctrinæ causa inventam. Namque *τὸ πρώτως καὶ ἀρχικῶς ὄν, ὡς μὲν ἁπλῶς ὄν—κατὰ Πλάτωνα γένεσιν οὐκ ἔχει, ἀλλ' ἔστιν ἀεὶ ἀγεννήτως ὤν* secundum Nicolaum Methonensem l. l. Et absurdum dicit, Alcinous de Doctr. Platonis X. p. 481, Deum putare *γεννητόν*. Est potius *ἀγέννητος ἀρχὴ* dicendus. Cf. ipsum Nostrum V. 4. 1.

p. 1383, 5. *ἀπὸ οὐσίας ἀνενεργήτου*] Hanc lectionem in marg. ed. exhibitam pro vitiosa *ἀνεργήτου*, quæ contextum fœdat, confirmant et Codd. plurimi et vero etiam Nicephorus Gregoras in Excerptis Plotinianis Histor. Byz. lib. XXII. p. 683. Paris. p. 551. Venet. In hoc vocabulo sæpius peccatum est. Sic ut hoc utar, in Iamblichi loco ap. Stob. Eclogg. I. 52. 32. ed. Canteri dat: *ἐνέργειτον*, ubi nunc recte legitur *ἀνενέργητον*. Cf. Heerenii not. a. p. 882. Adde quæ supra ipsi annotavimus in Nostri V. 6. 6. p. 537. A.

p. 1384, 1. *ἀφελὼν πάντα—μήτι προστιθεὶς*] Cf. Nostrum p. 332. C. et p. 352. D. E. Quos locos ante oculos habuit Proclus, cum hæc scriberet in Inst. Theol. VIII. p. 14. sqq.: *τὸ ἄρα πρώτως ἀγαθὸν οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ἀγαθὸν, ἂν γάρ τι ἄλλο προσθῇς, ἠλάττωσας τῇ προσθήσει τὸ ἀγαθὸν, τὶ ἀγαθὸν ποιήσας ἀντὶ τοῦ ἀγαθοῦ τοῦ ἁπλῶς κ. τ. λ.*

LIB. IX.

P. 1385, 7. ΠΕΡΙ ΤΑΓΑΘΟΥ Η ΤΟΥ ΕΝΟΣ.] Ita scripsi cum plurimis libris Plotini et Porphyrii. Editio vitiose: *Περὶ οὗ ἀγαθοῦ*. Est autem hic liber ultimus numero nonus si temporis ordinem respicis. Vid. Porphyr. De Vita Plotini c. IV. cf. cap. XXVI. Si fontes hujus libri requiras, sunt ii in pluribus dialogis Platonis, præsertim in Parmenide (ubi consule Ficinum c. 36.) in Sophista p. 238. sq. (ubi cf. Ficin. c. 31.) in Philebo p. 20. (quem locum reprehendit Aristoteles Eth. Nicom. X. 2. cui adhibe Eustratii locum in Zellii nostri Commentar. p. 426. sq. et cf. Plotin. p. 530. extr.) in Republ. VI. p. 505. (cf. Plotin. p. 718. B. C. et p. 727. extr.) in Timæo denique p. 29. c. et p. 30. (cui adhibendus Proclus in Tim. p. 112. sqq. cf. et Plotin. p. 216. B. 330. D. 474. B. infr. 721. A. infr. et universum librum III. 8. *περὶ φύσεως καὶ θεωρίας καὶ τοῦ ἑνός*.) Hæc de Summo Bono sive Uno placita Platonis in compendii formam redegit Alcinous De Doctrina Platonis cap. X. p. 476—481. Dan. Heins. Platonica et Plotiniana Proclus in Inst. Theol. cap. VIII, quod inscribitur: *Περὶ τοῦ πρώτου, ὃ καὶ ταγαθὸν καλεῖται*.

item c. IX: *περὶ αὐτάρκους.* Idem ibid. c. XIII. p. 24: *ἔστιν ἄρα καὶ ἡ ἀγαθότης ἕνωσις, καὶ ἡ ἕνωσις ἀγαθότης, καὶ τὸ ἀγαθὸν ἓν, καὶ τὸ ἓν πρώτως ἀγαθόν.* Idem cap. CXXXIII. p. 198: *ἀλλ' ὁ μὲν πρώτιστος (θεός ἐστιν) ἁπλῶς ἕν.* In quo enim loco, secundum Porphyrii quidem dispositionem, desinunt hæ Enneades, nimirum in quæstione *De summo Bono eodemque Uno*, ab eo in illis Elementis suis disputandi initium cepit. Proficiscitur enim ab *Uno* et *Multitudine*. Idem in Theol. Plat. II. 4. p. 95. duplicem rationem attingit, qua Plato Unum illud significaverit: *Διττὸς οὖν ὁ τρόπος τῆς τοῦ ἑνὸς ἐνδείξεως· διττὰ γὰρ αὖ καὶ ὀνόματα παραδίδωσιν ἡμῖν ὁ Πλάτων τῆς ἀῤῥήτου αἰτίας. ἐν Πολιτείᾳ μὲν γὰρ τἀγαθὸν αὐτὴν ἀποκαλεῖ, καὶ τῆς ἀληθείας τῆς ἐνιζούσης τόν τε νοῦν καὶ τὰ νοητὰ πηγὴν ἐπιδείκνυσιν. ἐν Παρμενίδῃ δὲ Ἕν ἐπονομάζει τὴν τοιαύτην ἀρχὴν, καὶ τῶν ἑνάδων ἀποφαίνει τῶν θείων ὑποστατικήν.* Timæi Platonici rationem attigit Proclus ibid. V. 17. p. 280, unde efficitur Unum, Bonum et Deum idem esse. Similiter pronuntiat Syrianus in Aristotel. Metaphyss. (XII.) XIII. 7. vers. Lat. "Unum et Bonum idem sunt apud Platonem, et abstractum est ab omni substantia et intellectu et vita." In eandem sententiam Platonicæ philosophiæ restitutor Bessario in libro In Calumn. Platon. lib. II. c. 3: "Unum ipsum, ait, Plato supersubstantialem Dei divinitatem appellat." Hæc sufficiant intelligendæ et inscriptioni et materiæ hujus libri Plotiniani. Anglice eum vertit Thomas Taylor in Select Works of Plotinus p. 468—506. Insigniora hujus libri Germanice in numerum pronuntiatorum redegit Tennemann. in Hist. Philosophiæ VI. p. 69—89.

p. 1385, 12. *οὔτε γὰρ στρατός ἐστιν, εἰ μὴ ἓν ἔσται, οὔτε χορὸς κ. τ. λ.*] Cf. supra VI. 6. 12. p. 682. C.D. ubi eædem similitudines adhibentur. Sed etiam argumentum illius loci cum nostro comparari debet.

p. 1386, 2. *τῶν φυτῶν καὶ ζώων σώματα, ἓν ὄντα ἕκαστα, εἰ φεύγει τὸ ἓν εἰς πλῆθος θρυπτόμενα τὴν οὐσίαν αὐτῶν—ἀπώλεσεν*] Frangendi significatum proprium obtinet hoc loco *θρύπτειν*, adjuncta tamen corruptionis et nequitiæ quadam nota. Maximi Scholia in Dionys. Areopag. Epist. VIII. 1. p. 123. Corderii: *θρύπτεσθαι κυρίως τὸ κατακλᾶσθαι. λέγεται δὲ ἡ λέξις καὶ ἐπὶ τῶν ἐρωμένων, οἱ τὴν πρὸς τοὺς ἐρῶντας ἀναβαλλόμενοι συντυχίαν τοιούτῳ τῷ σωματικῷ* (Steph. vult. *τεθρυμμένῳ*. Ego non tento propter exempla quorum partem afferam:) *τουτέστι κατακεκλασμένῳ κέχρηται ἤθει.* De propria vi Verbi et de simplici forma *θρύω*, unde ductum est, vid. egreg. not. Coraii in Heliodor. Æthiop. II. p. 63. adde Hemsterh. et Ruhnk. ad Tim. Lex. Platon. p. 46. sq. Usurpat aliquoties Plato, v. c. in Phædro p. 228. c. de Legg. VI. p. 778. e. Comici etiam (vid. Eupolis in Lex. Rhetor. in Bekkeri Anecdott. I. 43. ubi jungitur *ὡραΐζεσθαι.*) Alia nuper laudavit Baguet. ad Dionis Chrysost. Orat. VIII. p. 127. Jungitur cum *παίζειν*. Himer. Orat. XXVI. 4. p. 308. de pictore: *τὴν μὲν αὖραν* (*ἁβρὰν* conj. Wernsdorf.) *ἐποίει καὶ θρυπτομένην καὶ παίζουσαν*: cum *κατακλᾶσθαι*. Philo Jud. Vol. I. p. 360. med. Mang.: *τῶν δὲ σωμάτων διὰ τὸ ἀβροδίαιτον* (hinc firmamentum paratur conjecturæ Wernsdorfii) *κατακλῶσι καὶ θρύπτουσι τὰς δυνάμεις.* Cyrillus ap. Suidam in *σπάθων*: *κεκλασμένως βαδίζειν, τεθρυμμένως φθέγγεσθαι.* Jo. Chrysost. Homil. IV. in Selectis p. 108. ed. Matthæi: *ὁρῶν γυναῖκα πόρνην, γυμνῇ τῇ κεφαλῇ, μετὰ πολλῆς τῆς ἀναισχυντίας εἰσιοῦσαν χρυσᾶ περιβεβλημένην ἱμάτια, μαλακιζομένην, θρυπτομένην, ᾄσματα ᾄδουσαν πορνικὰ, κατακεκλασμένα μέλη.* Jungitur etiam cum *ἀκκίζεσθαι*. Alciphron. Epist. III. 8. *Ἡσθημένη γὰρ τὸν ἔρωτα ἐκκεκαυμένον τοῦ μειρακίου θρύπτεται καὶ συνεχῶς ἀκκίζεται.* Alia exempla congessit Ruhnken. ad Tim. p. 19. Cui ego addam Pselli locum ex Epistoll. XXV. e Cod. Palat. nuper a me vulgatis in Friedemanni et Seebod. Miscellann. Critt. p. 618: *καὶ σὺ μὲν ἴσως, οὕτως ἵν' εἴπω, θρύπτῃ καὶ ἀκκίζῃ, τὸ μὲν τοῦ ποθουμένου παραδεικνὺς, τὸ δὲ ἔχων ἀθέατον.* Quid impedit, quo minus adjiciam elegantissimum locum Nili Ascetæ *περὶ ἀκολασίας* p. 420. sqq. ed. Jo. Conr. Orellii, præcipue cum ejusdem Codicis nostri ope plures mendas ex eo eluere possim? *φεῦγε συντυχίας γυναικῶν, ἐὰν θέλῃς σωφρονεῖν, καὶ μὴ δὸς παῤῥησίαν αὐταῖς θαῤῥῆσαί ποτε. κολακείαν γὰρ ἐν ἀρχῇ ἢ ἔχουσιν ἢ ὑποκρίνονται* (imo leg. *εὐλαβείαν* cum Cod. Palat.) *ὕστερον δὲ πάντα τολμῶσιν ἀναιδῶς. πρώτη συντυχία καὶ* (imo *πρώτη συντυχία. καὶ*) *τὸ βλέμμα ἔχουσι κάτω, λαλοῦσι πρᾴως* (*πραέως* cod.), *καὶ δακρύουσι συμπαθῶς· σχηματίζονται σεμνῶς* (*σεμνὰ* elegantius Cod.), *καὶ*

στενάζουσι πικρῶς· (πυκνὰ Cod. recte) ἐρωτῶσι περὶ ἀγνείας καὶ ἀκούουσι σπουδαίως. δεύτερον εἶδες, καὶ μικρὸν ἀνένευσαν ἄνω· τρίτον, καὶ προσέχουσιν ἀναιδῶς· ἐμειδίασας, κἀκεῖναι κεχυμένως ἐγέλασαν· κοσμοῦνται λοιπὸν, καὶ ἐνδείκνυνταί σοι σαφῶς· βλέμμα μορφοῦσιν, εὐαγγελιζομέναι τὸ πάθος (βλ. μορφοῦσιν εὐαγγελιζόμενόν σοι τ. π. bene) ὀφρῦς ἀνατείνουσι καὶ περιστρέφουσι βλέφαρα· γυμνοῦσι τὸν τράχηλον καὶ ὅλον τὸ σῶμα θρύπτονται· (Cod. ὅλῳ τῷ σώματι θρύπτονται) λόγους λαλοῦσι μαλάσσουσαι τὸ πάθος (Cod. μαλάσσοντας τ. π. rectius.) Ut ad Plotinum revertar, hæc et sequentia congruunt cum Procli disputatione de *Unitate* in Commentario in Platonis Alcib. pr. LXXXII. p. 245. sqq. quæ ita incipit: φευκτέον τὸ πλῆθος κ. τ. λ. Quibuscum confer ipsius Nostri sententias p. 396. et p. 478. D. et ibi annott.

— 13. ὥσπερ καὶ πρὸς ἄνθρωπον ἄνθρωπον συλλαμβάνουσαν] Pro extremo margo et aliquot Codd. habent βλέπουσαν. In Med. A. correctum haud dubie a Ficino: πρὸς ἄνθρωπον βλέπουσαν, ἄνθρωπον, συλλαμβάνουσαν, et hoc ipsum expressit Fic. Taylor conjiciebat: ὥσπερ καὶ πρὸς ἄνθρωπον βλέπουσαν ἄνθρωπον ὁμοιοργεῖ. Sed verbum ex antecedente ποιεῖν facile cogitari potest. Ceterum cum neutram conjecturam Codices confirment, contextum intactum reliqui, ita tamen, ut verum vidisse Ficinum existimem. Proxima: τῶν γὰρ ἓν λεγομένων—ὅ ἐστιν ita explicat Taylor: i. e. "The nature of its being depends on the nature of the unity which it participates; so that its being is more or less excellent according as this unity partakes in a greater or less degree *of the one itself*."

p. 1388, 6. καὶ τοῦ ἑνὸς—εἶναι ἄνθρωπος κ.τ.λ.] Has quæstiones postea accurate persecutus est Plotinus cum in libro: *De Natura, Contemplatione et Uno* (III. 8.) tum præcipue *De Numeris* (VI. 6.) Confer, quæ supra posuimus in Annott. in hunc librum cap. XIII. ad p. 683. A—C. ubi Aristotelis locos laudavimus, quos respicere videtur Noster.

p. 1389, 12. οὐδὲ γὰρ ἡ ἰδέα ἓν, ἀλλ' ἀριθμὸς μᾶλλον κ. τ. λ.] Conf. quæ supra disputat Noster V. 9. 5. et 6. p. 559. sq. item VI. 5. 6—8. p. 664. sqq. rursus VI. 6. 12. p. 682. Respicit nostrum locum Ficinus in Argumento p. 16. extr. Conferenda etiam sunt, quæ posuimus ad titulum et ad initium libri de Numeris p. 671. med.

p. 1390, 12. Οὐ τοίνυν οὐδὲ τὸ ἓν τὰ πάντα ἔσται] Taylorus, vir Platonicorum monumentorum studiosissimus, hæc ita illustrat: "It is well observed by Damascius περὶ ἀρχῶν, that neither *the one* nor *all things* accords *in reality* with the nature of *the one*. For these are opposed to each other, and distribute our conceptions. For if we look to the simple and *the one*, we destroy its immensely great perfection: and if we conceive all things subsisting together, we abolish *the one* and the simple. But this is because we are divided, and look to divided particularities. In short, so far as it is *the one*, it is exempt from all things, and is without any multitude; but so far as it is the principle of all things, it is all things prior to all." Ad proxima: τοῦ νοῦ τὰ πάντα ὄντος conferas I. 8. 2. p. 73. A.

— 16. μὴ ῥᾴδιον εἰπεῖν εἶναι] Cf. supra Annot. in VI. 8. 19. p. 754. B. In sequentibus ex marg. Ed. et Codd. scripsi φοβεῖται pro φθονεῖται. De forma ἐξολισθάνει dictum est ad II. 2. 1. p. 108. B.

p. 1391, 10. Ὅμως δὲ χρὴ οὕτω ποιεῖν τὸν μέλλοντα—φιλοσοφήσειν] Ita scripsimus cum plurimis Codd. Plato de Rep. VI. p. 491. A. p. 287. Bekk.: τόδε μὲν οὖν, οἶμαι, πᾶς ἡμῖν ὁμολογήσει, τοιαύτην φύσιν καὶ πάντα ἔχουσαν ὅσα προσετάξαμεν νῦν δὴ, εἰ τελέως μέλλοι (all. μέλλει. cf. Matth. Gr. gr. §. 498. d. Ast. ad Remp. p. 538. et quæ laudavi ad Plotin. de Pulcrit. p. 384. ed. Heidelb.) φιλόσοφος γενέσθαι, ὀλιγάκις ἐν ἀνθρώποις φύεσθαι καὶ ὀλίγας. Qui universus locus de philosophi indole cum hoc nostro est componendus.

— 16. καὶ ἓν ἐκ πολλῶν γενέσθαι, ἀρχὴν—ἐσόμενον] Taylor necessarium censet scribi ἀρχῆς, et plane ita correctum a secunda manu in Med. A. haud dubie a Ficino, qui quidem hæc ita distinxit et vertit. Recepissem in ordinem, modo unus liber suffragaretur.

p. 1392, 5. ἢ μέγεθος ἢ σχῆμα κ. τ. λ.] Cf. Platonis Sympos. p. 211. p. 444. sq. quem locum supra sæpius laudavimus. Hic cum eo compositum velimus Alcinoum De Doctrina Platonis c. X. p. 476. sqq. ed. Dan. Heins. Imitatus est etiam hæc Sallustius De Diis et Mundo c. V. Mox verba οὐδὲ ὄν, καὶ γὰρ τὸ ὂν οἷον μορφὴν τὴν

τοῦ ὄντος ἔχει: Taylor vertit: "Nor is it being; for being has, as it were, the form of *the one*." Vult enim legi τοῦ ἑνὸς pro τοῦ ὄντος, addens: "For it is absurd to suppose Plotinus would say, *that being has, as it were, the form of being*." Libri omnes in vulgata conspirant, et recte habet, modo sonus ponatur in μορφήν: Si Deus summus ens esset, quasi *formam* haberet entis. Hoc negandum est et pernegatur. Ratio intelligitur ex Platonis loco laudato. Nec magis favent libri conjecturæ Orellii, qui ad Sallustii l. l. p. 99. ad verba sequentia: ἄμορφον δὲ ἐκεῖνο καὶ μορφῆς νοητῆς suppleri vult: ἄμοιρον vel κεχωρισμένον. Sed tenenda est breviloquentia Plotini, et si non apte dici posset ἄμορφόν ἐστι μορφῆς, non inepte tamen dicitur ἀμ. ἐ. μορφῆς νοητῆς.

p. 1392, 16. οὐδὲ κινούμενον, οὐδ' αὖ ἑστὼς] Ex Platonis doctrina Proclus in Theolog. Platonis III. 20. p. 164: τὸ δὲ πρώτως ὂν οὔτε ἕστηκεν οὔτε κινεῖται, ὡς αὐτὸς διατάττεται (ὁ Ἐλεάτης ξένος).

p. 1393, 10. Γίνεται δὲ ἡ ἀπορία—ὅτι μηδὲ κατὰ ἐπιστήμην ἡ σύνεσις ἐκείνου] Vid. Plato de Rep. VI. 505. sqq. Aristot. Ethic. Nicom. X. 7. Proclus in Theol. Plat. I. 25. Cf. Andr. *Rudelbach*. Disquisitio de *Ethices Principiis* hucusque vulgo traditis. Havniæ 1822. p. 144: "Qui vero illam, quam de cognitione, scientia omni majore sententiam tuiti sumus, aliunde haurire atque confirmare velit, Plotinum adeat Ennead. VI. 9. 4, ubi de cognitione illa sub præsentiæ nomine loquitur."

p. 1394, 11. ὀπισθοβαρὴς ὑπάρχων] Simplicius in Epicteti Enchirid. XII. p. 78. p. 128. Schweigh. de sene ad discessum ex hac vita præparando: ἵνα μὴ, τοῦ καιροῦ τῆς ἀναχωρήσεως ἐνστάντος, καλούμενος, ὀπισθοβαρὴς εὑρεθῇς, ὑπὸ τῶν δεσμῶν ἀνθελκόμενος. Verbum ἀνθέλκεσθαι Platonicum. Vid. de Legg. I. p. 644. e. p. 219. Bekk. Usurpant Antoninus Imperator III. 5. p. 73. Jo. Chrysost. Homill. Selectt. III. 28. ed. Matth. Porphyr. Sententt. XXXII. p. 233. Sozomenus Hist. Eccles. IX. 10. ἀνθολκὴ Clemens Alex. III. Iamblich. Protrept. p. 386. Kiessl. quorum locorum argumentum partim cum nostro loco cognatum est.

ib. καὶ οὐ μόνος ἀναβεβηκὼς κ. τ. λ.] Ita scripsimus auctoritate marginis et plurium Codd. De sententia hujus loci Brucker. in Hist. Crit. Philos. II. p. 417. posteaquam hæc Plotini verba apposuit, ita judicat: "Nullo fere loco enthusiasmum systematis sui et fontem et finem esse Plotinus magis prodit, quam hoc." Equidem non miror virum ceteroquin eruditum, sed media in omnibus potius, quam sublimiora, sectantem, hujusmodi magni philosophi effata assequi non potuisse.

p. 1395, 4. ἃ δὲ ἐν τοῖς λόγοις—διανοείσθω] Suspiceris Ficinum aliter legisse hæc extrema. Sed libri scripti nihil suppeditant. Intactam reliqui versionem Latinam. Taylor tamen clarius ita vertit: "But with respect to arguments in the belief of which he is deficient, he should conceive as follows."

— 10. φύσιν ψυχῆς—καὶ ὡς παρὰ νοῦ—ἀρετὴν ἴσχει] His refragari videri possit Plato in Menone p. 99. 2: ἀρετὴ ἂν εἴη οὔτε φύσει οὔτε διδακτὸν, ἀλλὰ θείᾳ μοίρᾳ παραγιγνομένη ἄνευ νοῦ οἷς ἂν παραγίγνηται. Quæ uberius exposuit Maximus Tyrius XXXVIII. p. 230—235. Reisk. Sed ne Plato secum ipse pariter atque cum Plotino pugnare putetur, comparandi sunt hi loci de Rep. IV. p. 444. e. p. 212. Bekk. Lach. p. 188. c. Phædon. p. 61. A. (p. 8. Wyttenbachii, cujus annotatio plura suppeditabit.) Cf. p. 172. Adde Alcinoum De Doctr. Platon. X. p. 478. et XXVIII. p. 517. sqq.

— 16. νοῦν—πατέρα αὐτῆς (τῆς ψυχῆς) ὄντα κόσμον νοητὸν] Patris appellatio in Timæo p. 37. p. 30. Bekk. et p. 41. p. 43. Bekk. dici non potest quam multis imitationibus disputationibusque ansam præbuerit. Et πατὴρ nunc ipsum *Bonum*, respectu mentis habito, est: Alcinous c. 10. p. 478. de Summo Deo: πατὴρ δέ ἐστι τῷ αἴτιος εἶναι πάντων καὶ κοσμεῖν τὸν οὐράνιον νοῦν καὶ τὴν ψυχὴν τοῦ κόσμου πρὸς ἑαυτὸν καὶ πρὸς τὰς ἑαυτοῦ νοήσεις, quem affectato suo dicendi genere τὸν ἀρχίφωτον πατέρα dicit Dionysius Areopagita, qui fertur, de Cœlest. Hierarch. I. p. 11. Nunc *Mens:* Proclus in Platon. Theol. III. p. 5. post med.: σωμάτων μὲν καὶ ψυχῶν πατέρα τὸν νοῦν ἀποφαίνει (Πλάτων): et quidem tripliciter. Hinc τρεῖς πατέρες νοεροὶ (tres patres intellectuales) Proclus l. l. V. 3. p. 252. sq. appellatione fortasse e priscis Græcorum religionibus ducta, quæ Tritopatores celebrabant. (Vid. Cicero de N. D. III. 21. ex

emendatione Hemsterhusii: cf. annot. nostr. p. 587.) Indidem Juppiter nunc Mens vocatur Philosophis, nunc Mentis filius, nunc ipse Pater genitorque rerum omnium (Proclus l. l. coll. 204. et 303.) quod et ipsum conjunctum est cum popularibus religionibus (Cic. de N. D. II. 2. cum annot. p. 211. et II. 25. p. 305.) Cujus rei significationem addo ex historiis repetitam: Dio Cass. in Excerptt. CXVI. p. 231. (Nov. Collect. Vat.): *ὅτι ὁ δῆμος ἐπὶ Μακρίνου πρὸς τὸν Δία εἶπον, ὡς Κύριος ὠργίσθης, ὡς πατὴρ ἐλέησον ἡμᾶς.*

p. 1396, 3. *Οὔτε γὰρ διακέκριται, ὡς οἱ λόγοι οἱ ἤδη καθ' ἓν νοούμενοι κ. τ. λ.*] Taylor: "For it is neither separated like the reasons [i. e. forms or ideas in the human soul] which are perceived by our intellect one at a time [and not simultaneously] nor is it a confused multitude:" addens in nota, hæc non recte intellecta et conversa esse a Ficino: "For the human intellect," ait vir ille doctus, "perceives only one form or idea at a time; but a divine intellect sees all forms at once." Nunc e Med. A. intelligitur, Ficinum ex conjectura explevisse locum: *ὡς οἱ λόγοι ἐν προφορᾷ ἀλλ'*, inde profectum est illud: "sicut rationes in *prolatione* (ita corrigendum est in Taylori nota istud *probatione*) solent, sed"—Neque vero ullus codex firmat conjecturam Marsilii. Mox (p. 763. A. *τὸ δὴ πρὸ νοῦ τοῦ κ. τ. λ.*) Taylori suspicionem confirmatam vides libris nostris. Ego locum ita constitui *τὸ δὴ πρὸ νοῦ, τοῦ ἐν τοῖς οὖσι τιμιωτάτου, εἴπερ δεῖ τι πρὸ νοῦ εἶναι κ. τ. λ.*

— 16. *Εἴπερ δὲ δεῖ ὀνομάσαι κοινῶς ἂν λεχθὲν —χαλεπὸν μὲν γνωσθῆναι.*] Vid. supra ad VI. 8. 19. p. 754. B. ubi fontes in Platonis Timæo et Sophista indicavimus. Quos locos respicit Alcinous de Doctr. Plat. X. p. 476: *ἐξῆς δὲ περὶ τῆς τρίτης ἀρχῆς ποιητέον τὸν λόγον, ἣν μικροῦ δεῖν καὶ ἄῤῥητον ἡγεῖται ὁ Πλάτων.* Cf. p. 478. med.

p. 1397, 8. *καὶ τὴν ψυχὴν ἑνοῦν θέλοντες*] Edit. vitiose *ἐν οὐ*, Fic. et Taylor *ἓν εἶναι* conjecerant. Ego ex Cod. Vat. manum Plotini restitui. Paullo superius: *ὡς πηγὴν τῶν ἀρίστων ὄντα κ. τ. λ.* cf. Alcinous p. 477: *ἀγαθόν. λέγω δὲ οὐχ ὡς ὁρίζων ταῦτα, ἀλλ' ὡς κατὰ πάντα εἰς δύναμιν ἐνεργετεῖ παντὸς ἀγαθοῦ αἴτιος ὤν.* In compendium redegit, quæ leguntur in Platonis Timæo p. 29. p. 25. Bekk. itemque in Rep. VI. p. 509. p. 320. Bekk.

— 15. *ἢ ὡς μονὰς καὶ σημεῖον ἐνίζεται—ἡ ψυχὴ ἀφελοῦσα—πλῆθος κ. τ. λ.*] Alcinous p. 479: *ἔσται δὲ πρώτη μὲν αὐτοῦ (τοῦ Ἑνὸς) νόησις ἡ κατὰ ἀφαίρεσιν τούτων, ὅπως καὶ σημεῖον ἐνοήσαμεν κατὰ ἀφαίρεσιν ἀπὸ τοῦ αἰσθητοῦ, ἐπιφάνειαν νοήσαντες, εἶτα γραμμὴν, τελευταῖον τὸ σημεῖον.*

p. 1398, 7. *οὐ τῷ ἀδιεξιτήτῳ—ἀλλὰ τῷ ἀπεριλήπτῳ*] Ita pro *περιλήπτῳ* restituimus e libris nostris. Vidit etiam Taylor: viderat antea et restituerat civis ejus, quem in Platonis Platonicorumque studio honestissime imitatur Cudworth. in Syst. Intell. V. 3. 11. p. 1018. qui hunc similesque locos Plotini adhibuit. De voce *ἀδιεξίτητος* dictum est ad II. 4. 7. Cf. VI. 6. 17.

— 13. *δεῖ μὲν γὰρ ἱκανώτατον ἁπάντων καὶ αὐταρκέστατον καὶ ἀνενδεέστατον εἶναι*] Plato Timæo p. 33. e. p. 30. Bekk. de Mundo: *ἡγήσατο γὰρ αὐτὸ ὁ ξυντιθεὶς αὔταρκες ὂν ἄμεινον ἔσεσθαι μᾶλλον ἢ προσδεὲς ἄλλων.* Clemens Alex. Pædag. II. 12. p. 247. Potter.: *ἱκανότης δὲ ἕξις ἐστὶν ἐξικνουμένη πρὸς τὸ οἰκεῖον πέρας ἀνελλιπῶς καὶ ἀπερίττως. μήτηρ δὲ αὐτῶν ἡ δικαιοσύνη, τιθηνὴ δὲ, ἡ αὐτάρκεια. αὕτη γοῦν τοι ἕξις ἐστὶν ἀρκουμένη οἷς δεῖ, καὶ δι' αὐτῆς πoριστικὴ τῶν πρὸς τὸν μακάριον συντελούντων βίον.* Adde Proclum in Inst. Theol. IX. *περὶ αὐτάρκους*, ubi Boni ipsius rationem et *τοῦ Αὐτάρκους* ita declarat p. 18. ed. nostr.: *Εἰ οὖν τὸ αὔταρκες πεπλήρωκεν ἑαυτὸ τοῦ ἀγαθοῦ, τὸ, ἀφ' οὗ πεπλήρωκεν ἑαυτὸ, κρεῖττον ἂν εἴη τοῦ αὐτάρκους, καὶ ὑπὲρ αὐτάρκειαν· καὶ οὔτε ἐνδεές τινος τὸ ἁπλῶς ἀγαθόν.* Cf. Plotinum ipsum p. 352. sq. et Simplicium in Aristotel. Physs. p. 7. b. Adde locum Eubuli super Aristotel. Polit. II. (in Nova Scriptt. Collect. Vat. ed. Ang. Maii II. p. 674.): *καίτοι γ' ἐχρῆν καὶ τοῦ ἐν Φαίδωνι Σωκράτου (Σωκράτους) ἀκούειν βοῶντος ὡς ἄρ' οὐδὲν οὕτως οἶδε συνδεῖν τὰ ὄντα καὶ συνέχειν ὡς τὸ ἀγαθὸν, παντὸς Ἄτλαντος ἰσχυρότερον ὂν (ὄν) εἰς ταύτην τὴν δύναμιν* (Plato Phædon. p. 99. c. p. 89. Bekk. ubi conf. Wyttenbachii annot. p. 262. cf. annot. nostra supr. in VI. 8. 18. p. 753. E.) *καὶ αὐτὸ τὸ δέον ὄντος ὑπάρχον· ἐπείσθη γὰρ ἂν τούτοις ἑπόμενος, ὅτι τὸ αὐταρκέστερον πᾶν, ὅτου οὖν* (leg. *πᾶν ὁτουοὖν*) *ἥνωται μᾶλλον, καὶ ἓν μειζόνως ἐστὶν, ὥσπερ καὶ αὔταρκες μειζόνως. τὸ γὰρ μᾶλλον τοῦ συνδέοντος μετέχον μᾶλλόν ἐστιν ἕν. τὸ δὲ τοῦ ἀγαθοῦ μᾶλλον μετειληχὸς, τοῦ συνδεῖν δυναμένου διὰ τὸν ἐν Φαίδωνι λόγον μετέχειν· μᾶλλον τὸ δὲ αὐταρκέστερον μᾶλλον τοῦ ἀγαθοῦ μετέχει* (fort.

leg. ὃ. τ. ἐ. Φ. λόγον μετέχει μᾶλλον. τὸ δὲ μᾶλλον αὔταρκες· τὸ δὲ αὐταρκέστερον μ. τ. ἀ. μ.) στοιχεῖον γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ τὸ αὔταρκες. Hæc extrema comparanda sunt cum Procli sententia in Timæum ad l. l. ubi dicit: *Unum, Perfectum et sibi ipsum Sufficiens* (τὸ αὔταρκες) *esse elementa divinitatis.* Damascii locum nostro loco adhibuit et Anglico sermone ejus insigniora adjecit Taylor.

p. 1399, 8. Τόπος τε οὐδεὶς αὐτῷ] Hanc sententiam in Excerptis Plotini exhibet Nicephorus Gregoras Hist. Byz. T. XX. 1. p. 552. ed. Venet. Ceterum cum Plotini hoc loco comparandus est Porphyrius in Sententt. c. XXXVII. p. 244. sq.

p. 1400, 1. Ἀλλ' ἔστιν ὑπεράγαθον] Vid. supra V. 5. 13. ubi in Annot. p. 532. F. utrosque locos conferri jussimus. Cf. etiam Nicephorus l. l.

p. 1402, 1. οἷαν ἴσως καὶ Μίνως ποιούμενος ὀαριστὴς τοῦ Διὸς ἐφημίσθη εἶναι—εἰς νόμων—θέσιν.] Plato Legg. I. p. 624. post in.: Μῶν οὖν καθ' Ὅμηρον λέγεις, ὡς τοῦ Μίνω φοιτῶντος πρὸς τὴν τοῦ πατρὸς ἑκάστοτε συνουσίαν δι' ἐνάτου ἔτους καὶ κατὰ τὰς παρ' ἐκείνου φήμας ταῖς πόλεσιν ὑμῖν θέντος τοὺς νόμους (cf. Dialog. qui Minos inscribitur p. 319. D. p. 18. sqq. Boeckh. et quos plures laudat Ast. ad Legg. l. l. p. 7. quibus adde Plutarch. in Theseo p. 7. a. p. 35. ed. Leopold. Plutarch. Maxime cum Princip. Philos. Esse Diss. p. 776. e. p. 115. sq. Wytt.: ἀκούομεν δὴ Ὁμήρου τὸν Μίνω θεοῦ ὀαριστὴν ἀποκαλοῦντος. τοῦτο δέ ἐστιν, ὡς φησιν ὁ Πλάτων, ὁμιλητὴν καὶ μαθητήν. Adde Julian. ap. Cyrillum lib. VI. p. 190. Spanhem.) Homeri locus Odyss. τ. 179. sq. ita habet:

> Τῇσι δ' ἐνὶ Κνωσὸς, μεγάλη πόλις· ἔνθα τε Μίνως
> ἐννέωρος βασίλευε, Διὸς μεγάλου ὀαριστής.

Qui locus quam multis veterum recentiorumque disputationibus ansam præbuerit, nemo est, qui nesciat. Vid. modo Apollonii Lex. Homer. p. 263. sq. cum Villoison. et Tollii annott. Symbolic. et Mytholog. nostr. IV. p. 99. ibiq. laudata et disputata, et Hoeckii librum, qui inscribitur Kreta I. p. 234. sqq. Quod Plotinus subjicit ἐφημίσθη, significat veterem et a majoribus traditam famam. De qua vi vocis φήμη egit Wyttenbach. ad Julian. p. 59. p. 152. ed. Lips. et ad Plutarch. de Amicorr. Multitud. p. 643. Explicationem vocis ὀαριστὴς, quæ in marg. Cod. Marc. A. legitur, ὁμιλητὴς, habent præter Plutarchum Grammatici apud Eustath. in Homer. l. l. et Apollonius in Lex. Hom. p. 264. ed. Tollii.

p. 1403, 1. φέρονται δὲ αἱ θεῶν (ψυχαί) ἀεὶ κ. τ. λ.] Obversatur Plotino nobilissimus locus Phædri, ubi Plato p. 246. e. p. 41. Bekk.: ἀγαθὸν καὶ πᾶν ὅτι τοιοῦτο. τούτοις δὴ τρέφεταί τε καὶ αὔξεται μάλιστα τὸ τῆς ψυχῆς πτέρωμα, αἰσχρῷ δὲ καὶ κακῷ καὶ τοῖς ἐναντίοις φθίνει τε καὶ διόλλυται· ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ Ζεὺς, ἐλαύνων πτηνὸν ἅρμα, πρώτως πορεύεται, διακοσμῶν πάντα καὶ ἐπιμελούμενος· τῷ δ' ἕπεται στρατιὰ θεῶν τε καὶ δαιμόνων κατὰ ἕνδεκα μέρη κεκοσμημένη. Cf. Plotin. p. 201. D. cum Annot. item p. 403. C. p. 551. A. med. et p. 725. A. Quæ subjicit nostro Plotinus: τὸ δὲ πόῤῥω ἀφιστάμενον ἄνθρωπος ὁ πολὺς καὶ θηρίον, et ipsa Platonis assiduum lectorem arguunt: Rep. IX. 588. c. p. 458. Bekk.: Πλάττε τοίνυν μίαν μὲν ἰδέαν θηρίου ποικίλου καὶ πολυκεφάλου κ. τ. λ. Cf. Nostrum ipsum I. 1. 7. p. 4. G: ὁ ἄνθρωπος ὁ ἀληθὴς σχεδόν· ἐκεῖνα δὲ τὸ λεοντῶδες καὶ τὸ ποικίλον ὅλως θηρίον. Proclus in Alc. pr. 78: τρίτον, ὅτι καὶ ἐν ἑκάστῳ ἡμῶν ἔστι τι πολυκέφαλον θηρίον, ὅπερ ἀνάλογόν ἐστι τῷ πλήθει. cf. ibid. p. 143.

p. 1404, 10. ἀλλ' οἷον χορὸς ἐξᾴδων κ. τ. λ.] Plato Phædon. p. 85. a. de cycnis: θρηνοῦντας τὸν θάνατον ὑπὸ λύπης ἐξᾴδειν. Cf. Wyttenbach. ad eum Dialogum p. 193. Nostro loco et *cantare*: Chori similitudinem amat Plotinus. Hic comparandus est I. 8. 2: χορεύουσα ψυχὴ περὶ νοῦν.

p. 1406, 2. καὶ φυγὴ καὶ πτεροῤῥύησις] Plato Phædro p. 246. c. p. 40. Bekk. Cf. Nostrum II. 9. 4. IV. 3. 7. IV. 8. 1. et 4. Mox καθ' ὃ καὶ συνέζευκται Ἔρως ταῖς ψυχαῖς καὶ ἐν γραφαῖς καὶ ἐν μύθοις. Illud vertit Fic. *in scriptis.* Possit enim picturas s. tabulas pictas et similia cogitasse. —ἐν μύθοις. Celebratissima est fabula Amoris et Psyches prodita ab Appuleio Metamorph. IV. 83. p. 300. Oudendorp. et VI. 125. p. 429; de qua exposuimus in Symbol. et Mythol. III. p. 566. sqq.

— 7. ἐνταῦθα δὲ πάνδημος γίγνεται—Ἀφροδίτης γενέθλια] Plato Sympos. p. 180. D. p. 385. Bekk. et p. 203. p. 429. Bekk. Cf. Nostrum p. 293. sq.

et p. 298. B.C. et Proclum in Cratylum §. 183. p. 117. Boisson.

p. 1407, 9. *ἵνα τῷ ὅλῳ αὐτῶν περιπτυξώμεθα*] Vid. Annot. in IV. 4. 16. fin. ad p. 409. D. ubi hoc loco legendum esse conjeci *αὐτὸν*, sed tamen, cum omnes libri in vulgata conspirent, eam intactam reliqui.

— 12. *θεὸν γενόμενον*] Taylor, posteaquam Aristotelis locum Politicc. adhibuit, ita pergit: "Observe, too, that when Plotinus calls the man who is able in this life to see divinity a God, he means, that he is a God only according to *similitude*; for in this way, men transcendently wise and good are called by Plato, Gods and divine." Philosophi Platonici nonnulli ita distinguebant: qui civili virtute (politica virtute) præditus sit, eum esse *σπουδαῖον*, qui vim purgatoriam (*τὴν καθαρτικὴν δύναμιν*) habeat, *δαιμόνιον* esse, qui *θεωρίαν*, eum *θεῖον* esse appellandum. In ea vero quæstione, num homo in hac vita possit *θεοῦσθαι* sive *Deus evadere*, dissidebant inter se iidem philosophi Vide Porphyrii Sententt. XXXIV. p. 235. sqq. Iamblich. de Myster. II. 2. et Olympiodor. in Platon. Phædon. Addo locum Eunapii in Excerptt. Historr. p. 261. ed. Ang. Maii: qui scriptor ita de Juliano Imperatore: *ὅς γε διὰ φύσεως ἐξουσίαν καὶ ἰσομέγεθες τῷ θείῳ ἀγαγῆς τε ἀνάγκην ἐπαύσατο πρὸς τὸ χεῖρον ἕλκουσαν, καὶ ἐκ τοσούτων ἀνενεγκὼν κυμάτων οὐρανόν τε εἶδε, καὶ ἐπέγνω τὰ ἐν αὐτῷ καλὰ, τοῖς ἀσωμάτοις ὁμιλήσας σῶμα ἔχων ἔτι.*

p. 1408, 3. *τὴν ἐπιστήμην τὴν ἐν ἀποδείξεσι κ. π.*] Wyttenbach. ad Plutarchi Præceptt. Conjugall. p. 900: "Ἀπόδειξις scientiæ effectrix, proprium philosophiæ instrumentum, supra puerilem institutionem habetur." Laudat vir doctus locos Plutarchi haud paucos. Proclus in Alc. pr. p. 298: *ὡς γὰρ αἱ ἀποδείξεις αἱ ἀπὸ τῶν καθολικωτέρων μειζόνως εἰς ἐπιστήμην ἡμᾶς προάγουσιν, οὕτω δὴ καὶ οἱ ἀπὸ τῶν κοινῶν ἐπιβολῶν ἔλεγχοι πρὸς τὴν κάθαρσιν ἀνύσιμοι γίγνονται.* Cf. Olympiodor. in Alc. pr. p. 55. et p. 121. Adde Diogen. Laërt. VII. 45. ubi Stoici *ἀπόδειξιν* ita definiunt: *λόγον διὰ τῶν μᾶλλον καταλαμβανομένων τὸ ἧττον καταλαμβανόμενον παριστάντα·* ut eum locum emendavit Davisius ad Cic. Acadd. II. 8. 26: ubi Ernestus vertit *argumenti conclusio*. Cf. Goerenz. ad Cic. l. l. p. 54. et Rosinium ad Epicuri librum *περὶ φύσεως* in Volumm. Herculann. Vol. II. ad Column. IV. p. 11. Ceterum hæc Plotiniana attigerunt Cudworth. et Moshem. in Syst. Intell. p. 637. Confer ipsum Nostrum supra p. 148. C. et p. 522. A.

— 10. *ἀλλὰ μὴ ἐν ἄμφω*] Taylor ex conclusionis ratione necessarium judicat scribi: *ἀλλὰ μήν*. Ficinus et Codd. nostri omnes in vulgata perseverant. Ad proxima cf. supra VI. 8. 7. p. 740. B: *εἰ μή τις τολμηρὸς λόγος ἑτέρωθεν σταλεὶς λέγοι.*

— 18. *τὸ τῶν μυστηρίων — ἐπίταγμα*] Cum argumento hujus capitis congruunt plura, quæ posuit Iamblichus in Protreptico c. 13. Comparat autem quæ hoc extremo capite de *ἑνώσει* sive *ἁπλώσει* tradit Plotinus cum Persarum doctrina mysticæ hominis cum deo conjunctionis unionisque Tholuck. in libro: *Ssufismus* sive *Theosophia Persarum pantheistica* c. III. p. 79. sq. quem locum etiam laudavimus ad Porphyrii Vit. Plotini cap. XXIII. p. 137. infr. Fabricii. Ceterum quod mysteriorum mentionem attinet, consule Wyttenbachii Annot. in Platonis Phædon. p. 134—139; quem etiam ad hæc explicanda adhibuit idem Tholuck. in altero libro, qui inscribitur: *Bluthensammlung aus der morgenlændischen Mystik*. Berol. 1825. p. 2—6. ubi item nostrum locum attigit. Adhibuit nostrum locum etiam Bened. Bendtsen in Marmorr. Mystice. Specim. I. p. 11. Primarius est locus de ordine Initiorum sacrorum Theonis Smyrnæi Mathem. Platon. p. 18. p. 21. ed. Gelders. (ubi vid. hujus annot. p. 123. sq.) Plura de hoc argumento addere nolo post ea, quæ partim a Plotino, partim alibi a me dicta sunt.

p. 1409, 13. *ὑπερβὰς ἤδη καὶ τὸν τῶν ἀρετῶν χορόν.*] Hæc locutio Stoicis placuisse videtur. Nam quum inter se connexas ponerent virtutes (Diog. Laërt. VII. 125. Cf. J. Lipsii Commentar. in Senecam p. 605. D.) unicuique earum quendam quasi comitatum addebant. Ita enim Justitiam, ut videtur, loquentem facit apud Nonium Cicero in Hortensio: "An cum videat me *et meas comites*, fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam, constantiam, gravitatem, fidem, ipsa se subducat?" Cui loco hæc adjicit M. A. Muretus Varr. Lectt. III. 20. p. 78. ed. Ruhnken. "Utebantur autem (Stoici) ad eam sententiam illus-

trandam et subjiciendam ante oculos quadam imagine, ut dicerent: cum *chorus ipse virtutum* raperetur ad tortorem, beatam vitam non subducere se, neque manere extra ostium, sed illas usque comitari."

p. 1410, 6. *τοῖς—σοφοῖς τῶν προφητῶν αἰνίττεται—αἴνιγμα*] Colorem duxit ex Platonis Timæo p. 72. p. 102. Bekk.: *ὅθεν δὴ καὶ τὸ τῶν προφητῶν γένος ἐπὶ ταῖς ἐνθέοις μαντείαις κριτὰς ἐπικαθιστάναι νόμος· οὓς μάντεις αὐτοὺς ἐπονομάζουσί τινες, τὸ πᾶν ἠγνοηκότες ὅτι τῆς δι' αἰνιγμῶν οὗτοι φήμης καὶ φαντάσεως ὑποκριταὶ, καὶ οὔτι μάντεις, προφῆται δὲ μαντευομένων δικαιότατα ὀνομάζοιντ' ἄν.*

p. 1411, 11. *φυγὴ μόνου πρὸς μόνον.*] Taylor: "From this solitary subsistence of *the one*, the solitariness of all other divine natures is derived, and their ineffable association with themselves:" commode admonens Platonici loci in Timæum hujusque interpretem. Ita enim ille p. 34. p. 31. Bekk.: *καὶ κύκλῳ δὴ κύκλον στρεφόμενον οὐρανὸν ἕνα μόνον ἔρημον κατέστησε, δι' ἀρετὴν δὲ αὐτὸν αὑτῷ δυνάμενον ξυγγίγνεσθαι καὶ οὐδενὸς ἑτέρου προσδεόμενον, γνώριμον δὲ καὶ φίλον ἱκανῶς αὐτὸν αὑτῷ. διὰ πάντα δὴ ταῦτα εὐδαίμονα θεὸν αὐτὸν ἐγεννήσατο.* In quem locum consule, quæ commentatur Proclus p. 173. et ad extrema adhibe nostrum ipsum IV. 8. 1. p. 469. D.

INDEX RERUM ET VERBORUM

IN PLOTINI OPERIBUS,

ET MARSILII FICINI IN EUNDEM COMMENTARIIS

LOCUPLETISSIMUS, QUO ANTEA SEMPER CARUIT DIVINUS HIC AUTOR.

ABRAHAM Avenazara astrologus Fic. p. 214
Abraham astrologus 435
Abumasar astrologus Fic. p. 207
accessus et recessus octavæ sphæræ Fic. p. 223
accessus ad Deum præparat 759
accidens in quo substantia ut tertium genus, quas res contineat 618
accidens duplex Fic. p. 17
accidentis et substantiæ vicissitudo 622
accidentia alicubi existentia possintne alibi esse essentiæ F. p. 17
accidentia substantiis mancipata 622
accidentia quomodo ad essentias revocentur Fic. p. 18
actus descriptio 275
actus intimi primi entis, qui existant, et quot 612
actus secundus 174
actus infinitus 537
actus omnis motus est Fic. p. 197
actus ubi, et ex quo agi, cogitari debeat 754
actus et potentia contraria sunt Fic. p. 130
actus primus et secundus quid 537
actus duos esse in processione 638
actus præcipuus quis Fic. p. 308
actus seu in actu esse, quomodo sit apud superos 175
actus ab essentia manans quis 518
actus et in actu esse idem in intelligibili mundo ib.
actio animi mundi partim tempore transigitur, partim non 408
actio ad contemplationem refertur 343
actio secundum contemplationem quid 347
actio formæ actus Fic. p. 306
actio contemplationis debilitas 346
actio apud Deum non distinguitur a natura 746
actio fit per formam Fic. p. 428
actio et intelligentia prima quæ Fic. p. 236
actio præstantissima quæ 464
actio et esse ubi differant F. p. 398
actio triplex Fic. p. 117
actionem alicujus esse, et circa aliquid aliud versari 721
actiones cœlestes quomodo fiant 424
actiones et passiones quo referantur Fic. p. 233
actiones triplices, et quæ priores vel posteriores 431
actiones immateriales 166
actiones ut distribuendæ 228
actiones rerum a propria potius natura, quam a cœlo 225
actiones rerum propriæ non tollendæ 141
actiones hominum a providentia observantur Fic. p. 437
actionum divisio 423
actionum humanarum bonitas et pravitas unde Fic. p. 435
actionum finis cognitio 348
actionum in nobis principia duo Fic. p. 449
activorum et voluptuosorum hominum discrimen 555
acuti curnam memores plerunque 455
ad Animam dimensione liberam quomodo ascendendum gradatim a natura corporea 762
ad Principium quæ pertineant 763
adesse alterum alteri quot modis contingat 311
adoratio omnium sacrificiorum juxta Platonicos præstantiss. 437
adversitas bonis exercitatio, malis punitio Fic. p. 433
adventitia cum rebus ipsis sub eodem genere neutiquam ponenda 594
Adrastiæ oraculum 264
æs Veneri attributum Fic. p. 173
æs cur rubigine conteratur F. p. 174
aër cur non luceat Fic. p. 173
aër terræ participatione non indiget ib.
aër in cælum non agit 102
aër triplex Fic. p. 174
aëris utilitas Fic. p. 167
aëris in ignem transmutatio Fic. p. 80
aëris proprietates aliquot Fic. p. 173
aëri quæ astra præsint Fic. p. 174
aëria animalia qualia Fic. p. 504
affinitas cum superis quomodo contrahantur Fic. p. 398
Ægidius Romanus Fic. p. 356
Ægyptii sacerdotes cur rerum figuris ad mysteria significanda usi fuerint 547
æther quid Fic. p. 431
æternitas quid Fic. p. 175
æternitas in quibus a Platonicis collocetur Fic. p. 591
æternitas et ævum idem cum deo 329
æternitas non est subjectum 326
æternitas et ævum veneranda 319
æternitas simul cum natura 327
æternitas et beatitudo unum Fic. p. 79
æternitatis species duæ Fic. p. 591
æternitatis formalis ratio tria continet ib.
æternitatis et temporis discrimen Fic. p. 593
æternitatis et temporis natura a priscis philosophis deprehensa Fic. p. 407
æternitatis descriptio Fic. p. 591
æternitatis optima descriptio, folio 327
æternitatis contemplatio quomodo debeat institui ib.
æternitatis quomodo simus participes 329
æternitatis et temporis naturam pauci rimantur 315
æternitatis et temporis sensus a natura nobis insitus 325

æternitatem in uno manere quomodo intelligendum apud Platonem 329
æternum quid Fic. p. 592
æternitatis proprium Fic. p. 81
æterni contemplatio 326
æternorum causa Fic. p. 398
æternorum actus et esse idem ib.
